
TRENT UNIVERSITY



LIBRARY
OF RELIGION

[redacted]



INDEX GENERALIS

RERUM OCCURRENTIUM

IN DECRETIS SACR. RITUUM CONGREGATIONIS

PER TRIA PRIORA AUTHENTICAE COLLECTIONIS VOLUMINA

DIGESTIS

CUM ENUNCIATIONE SUFFRAGIORUM ATQUE ADNOTATIONUM

QUAE IN QUARTO VOLUMINE EXHIBENTUR

Vol. V.



ROMAE

EX TYPOGRAPHIA POLYGLOTTA

S. C. DE PROPAGANDA FIDE

MCMI.

{LR}
BX 1970 .A26 v.5

LECTORI BENEVOLO

MONITUM

Tui tandem in conspectum prodit peroptatum Opus, quod titulo *Index Generalis rerum occurrentium* inscribitur; quotquot per quamplurima S. Rituum Congregationis Decreta, in Nova ipsorum Collectione passim dispositae, ad Sacrae Liturgiae disciplinam tuendam regendamque constitutae exhibentur.

Alterius quippe e Commissionis Liturgicae gremio delecti, peritia in primis atque diligentia spectabilis, singulari studio ac industria adornari illud oportuit; prouti ipsius rei propositique unitas postulabat. Neque vero nisi Sodalium simul recognitione probatum, prelo denique commissum est; ne ab integrae Collectionis indole ac ratione vel minimum abludere videretur.

Quantum autem Auctori laboris atque sollicitudinis impendium, ad susceptum munus fideliter explendum, impositum sit, cum ex ipsa Operis mole, tum ex observata iugiter illius ordinandi methodo, multifaria item atque concisa, satis superque datur coniicere. Prostat enim haud arida et coacervata vocabulorum series, at specialis et completa liturgicae disciplinae veluti Synopsis sive Summarium; unde nedum studiosus quisque ductum refert ac opem, sed etiam plus quam satis addiscit Liturgiae leges in syntheticam quasi formam contractas.

Iamvero ad rectam totius Operis intelligentiam ipsiusque aequam aestimationem assequendam, de nonnullis te, Lector bone, mature monitum fieri excupit Auctor. Primo equidem id animo attendas decet quod Decreta quaedam, non in universum et pro qualibet rerum conditione edidit S. Rituum Congregatio, sed habita peculiarium locorum adiunctorumque ratione; eaque proinde perperam quis ad omnes ecclesias vel ad communem Sacrorum opportunitatem extendi decerneret. Quocirca ne legens opinione falleretur, cavit Auctor, verba *in casu* aut id genus alia subiungens.

Uti potiorem insuper adnotationem aggrediar, advertas velim in hac Nova Collectione plus quam semel Decreta reperiri, quae prima saltem specie haud sibi bene constare, imo et inter se aliquando confligere videantur. Hoc autem parce concedere non detrectabimus. Ast aliquas certe, unde res contigit, caussas novisse refert atque perpendere. Olim namque, praesertim in ipsis laboris exordiis, invaluit hoc Peritorum consilium, quo ducebatur consultius Decreta

43380

aliqua, iam obsoleta quidem, sed notabilia, a Collectione non ablegari; ne Sacrae Liturgiae cultorem lateret historicus alicuius quaestionis progressus, dum ipsa, per vices alternas ab initio ad nostram usque diem exagitata, supremo tandem stabilique iudicio affirmaretur. Praeterea responsiones quaedam per S. Rituum Congregationem novissime prodivere, quae antiquioribus aliis plus minus derogare inveniuntur. Recentiores idcirco istas inserere necessum fuit; nec tamen amplius priores illas, prelo iam traditas et impressas, fas erat expungere.

Hisce vero haud pluribus mendis, antitheseos speciem prae se ferentibus, nunquam non consuluit satisque fecit Indicis Auctor, opportunas afferens adnotationes et explicationes; quas, recognitas a Liturgicae Commissionis Sodalibus, Sacra ipsa Rituum Congregatio probavit atque vulgari concessit.

Iam nunc satis de Operis substantia, quam dicimus, animadversum est; modo autem quoad illius usum idest quoad aptiorem utilioremque illo utendi rationem, paucae Auctoris explanationes, ad instar normae, adhuc exhibendae supersunt.

Videlicet: I. Analyticus hic atque absolutus rerum omnium Index, quas Collectio Nova Decretorum S. Rituum Congregationis complectitur, secundum litterarum ordinem digestus est; non ita tamen ut sub uno eodemque vocabulo, ex. gr. *Episcopus*, quaecumque ad *Episcopum* attinent recensita habeantur; sed potius materia tota de eodem subiecto per partes sive articulos diversos, litterarum et ipsos distributos ordine, dispertita sit: puta *Episcopus administrator*, *Episcopus aegrotus aut defunctus* etc. — Sic legenti citius expeditiusque, quin integrum aliquem prolixioremque articulum relegere teneatur, id tantum quod sui interest, seorsus et confestim ante oculos obversatur.

II. Quo autem amplius istae subiecti cuiuspiam partitiones vel, si dicere liceat, subdivisiones, ad studiosorum opportunitatem proficere valeant, maior ipsi Indici curatum est subnecti Indiculum alterum, veluti synopticam articulorum omnium praegressorum tabulam. Iuvabit namque quam plurimum sub uno ferme oculorum adspectu titulos simul omnes, ordine subsequente, intueri.

III. Quemvis prope articulum excipit enunciatio aliorum, qui natura et obiecto affines illi quodammodo et cognatos se habent. Quare, si quid alicubi fortasse desideratum est, poterit heic nullo negotio inveniri.

IV. Peculiaria Domini, B. Mariae Virginis singulorumve Sanctorum Festa sub aliquo generali titulo, ex. gr. *Festum*, *Officium*, *Missa* etc., permixte neutiquam inserta sunt; verum, quo magis fieri potuit, ad peculiares titulos sibimet proprios redacta: utpote *Nativitas Domini*, *Assumptio B. Mariae*, *S. Ioannes Baptista*, *S. Antonius* etc.

V. Denique noveris, Lector, operam te frustra conterere, si sub aliquo communi vocabulo *Antiphonas*, *Responsoria*, *Versiculos* etc. perquiras. Haec vero tibi praesto esse conspicies sub illorum initio, hoc est prioribus verbis; puta *Exultabunt Domino*, *Libera me Domine*, *Et Verbum caro* etc.

Haec tibi satis, ni fallor, benigne Lector. — Etiam atque etiam vale.



INDEX GENERALIS

RERUM OCCURRENTIUM IN DECRETIS SACRAE RITUUM CONGREGATIONIS PER TRIA PRIORA HUIUSCE AUTHENTICAE COLLECTIONIS VOLUMINA DIGESTIS, CUM INDICATIONE SUFFRAGIORUM ATQUE ADNOTATIONUM QUAE IN QUARTO VOLUMINE EXHIBENTUR.



In prioribus Voluminibus Decreta prostant hoc ordine:
in I°. ab anno 1588 usque ad annum 1705, a num. 1 ad n. 2162;
in II°. ab anno 1706 usque ad annum 1870 - a num. 2163 ad n. 3232;
In III°. ab anno 1871 usque ad annum 1899 - a num. 3233 ad n. 4051.
In IV°. vero Volumine continentur
Commentaria ad Instructionem Clementis XI pro Oratione XL Horarum; nec non Suffragia atque Adnotationes Patrum Consultorum ad diversorum S. R. C. Decretorum explanationem.

A

agat Pontificalia. **2080** *ad* 3; praesente Ordinario potest induere rochettum (si sit Canonicus regularis) et mozzettam, ac idipsum Abbatibus externis permittere. *Ibidem ad* 4; potest tam ipse, quam alii Abbates sic induti processionaliter incedere extra Ecclesiam. *Ibidem ad* 5.

Abbas Regularis nequit extra Pontificalia triplicem benedictionem impertiri. **2080** *ad* 6; nec etiam cum SSmo Sacramento. **1897.**

Abbati Regulari, suppressa Congregatione, cui praeerat et in statu saeculari cuidam Parochiae praefecto, denegantur usus Pontificalium et pontificalia Insignia. **2580.**

Abbates Regulares coercendi sunt ad observantiam Decretorum circa usum Pontificalium. Et si quis Abbas indultum obtinuit celebrandi Pontificalia extra propriam Ecclesiam, id non fiat sine licentia Ordinarii. **2923.**

Abbatis Benedictio convenientius fieri debet die Dominica vel festiva. **3162** *ad* 8.

Abbatibus Regularibus celebrantibus genuflexiones debentur in suae iurisdictionis Ecclesiis tantum. **3059** *ad* 20.

Abbates quoad usum Pontificalium observare debent Decretum generale Alexandri VII **1131.** Vide **Praelatus.**

Abbates Regulares (item ac saeculares) in exercendis Pontificalibus se conformare debent Decreto generali rel. sub num. **1131,** et compellendi sunt ad observationem Decretorum Alexandri VII ab Episcopo, etiam sub censuris. **2000;** atque ita servari debent dicta Decreta, ut si quae his adversantur, amovenda sint et reformanda. **2183. 2376.**

Abbates et Praelati inferiores Episcopo mitra pretiosa non utantur, nisi iis expresse a S. Sede sit indulta. Sub mitra pileolum nigri tantum coloris induant. **1131** *ad* 8. **1753** *ad* 3.

Abbati Mitrato vigore privilegii obtenti ante Concilium Tridentinum non licet conferre Ordines minores, consecrare Calices, benedicere campanas et similia agere, in quibus unctio adhibetur. **409** *ad* 3. **1486. 2377** *ad* 1.

Abbates usum Mitrae et baculi habentes nequeunt uti paramentis pontificalibus extra proprias Ecclesias sine indulto Apostolico; nec Ordinarii locorum possunt impertiri hanc facultatem. **577. 803. 1815** *ad* 2. **1131** *ad* 19.

Abbates ad Ecclesiam accedentes, licet pontificaliter celebraturi, Divinisque absolutis ab Altari recessuri, a suis Monachis ne associari se sinant. **1131** *ad* 6.

Abbatibus praeter Diaconum Evangelii et Subdiaconum Epistolae, duo alii tantum Diaconi cum Dalmaticis et unicus Presbyter cum pluviali assistant. Duo insuper Cappellani de mitra et baculo, ac totidem Acolythi pro candelabris inserviant. Praeterea sex alii Monachi, duo scilicet pluvialibus, duo planetis, totidem tunicellis induti, Divinis interesse possunt, qui tamen in scamnis absque postergalibus consideant. **1131** *ad* 7.

Abbates in Missis privatis quoad indumenta, caeremonias, ministros, Altaris ornatum et benedictionis largitionem a simplici Sacerdote non discrepant. **1111** *ad* 5 **1131** *ad* 21. Vide **Abbates saeculares.**

Abbates Regulares diversorum Ordinum.

Abbatibus **Ordinis S. Benedicti** non competit usus Rochetti. **409** *ad* 2.

Abbatibus Benedictinis pontificaliter celebrantibus licet paramenta de Altari sumere et uti ministerio famulorum pro lotione manuum, sed in propriis Ecclesiis tantum. **553.**

Abbates Benedictini convenientes cum Capitulo Cathedralis sedere debent in loco decenti, non autem supra vel inter Canonicos. **1753.** *ad* 1; nequeunt uti ministro ad imponendam et deponendam mitram. *Ibidem ad* 2; nequeunt uti mitris pretiosis, baculo et pulvinari. *Ibidem ad* 3; neque licet, ut iisdem thuris honor deferatur ab aliquo Monacho, dum Canonici a Diacono thurificantur. *Ibidem ad* 4.

Abbates Benedictini Status Ragusini, convenientes simul cum Episcopis Suffraganeis, induti pontificalibus ornamentis ad funeralia Archiepiscopi et Rectorum Reipublicae Ragusinae habent praecedentiam supra Canonicos, **2280. 2300** *ad* 1. Assistentes primis Vesperis, Processioni et Missae in festivitate S. Blasii sedere debent in Choro loco decenti ab Episcopo designando. **2300** *ad* 2. Habere debent pulvinar, dum Pontificalibus induti genuflectunt in actu receptionis et repositionis Sacrarum Reliquiarum. *Ibidem ad* 3. Possunt secum ducere duos clericos seu Monachos cotta indutos pro servitio et usu mitrae et baculi. *Ibidem ad* 4.

Abbas Fuldensis Ordinis S. Benedicti vi communicationis privilegiorum habet facultatem benedicendi et consecrandi in locis suae iurisdictionis. **2119** *ad* 1; sed ad haec nequit delegare suum Vicarium. *Ibidem ad* 2.

Abbas et Monachi Monasterii Abdingoffensis Ordinis S. Benedicti nequeunt praecedere in Processionibus Capitulo Cathedralis et Clero saeculari Paderbonen.; et tenentur interesse Processionibus publicis tam ordinariis quam extraordinariis. **2490** *ad* 1. 2. *et* 3.

Abbates Ordinis S. Benedicti vel aliarum Congregationum, quamvis benedictionem Abbatialem receperint, nequeunt Pontificalia exercere extra propriam Ecclesiam sine indulto Apostolico, et in hoc casu habita licentia Ordinarii. **2907** *ad* 3.

Abbas parochus Ordinis S. Benedicti in ecclesia Monasterii illegitime suppressi potest Pontificalia exercere, quia per illegitimam suppressionem Monasterii nihil quoad ius peragendi functiones abbatiales in Ecclesia eidem adnexa fuit immutatum. **3382.**

Abbatibus **Camaldulensibus** quae sint permissa, dum celebrant pontificaliter in anno, declaratur **594.**

Abbas seu Prior Monachorum **Cassinensium** Terrae S. Victoriae, si in publicis Processionibus SS. Sacramentum ac solitas Reliquias deferre aut noluerit aut non potuerit, nequit arbitrio suo alteri monacho id munus demandare; quod in casu spectat ad unum ex Presbyteris saecularibus. **364.**

Abbates Cassinenses quibusdam gaudent honorificentiis in Pontificalibus peragendis praeter concessas Decreto generali diei 27 Septembris 1659, quae enumerantur et explicantur in altero Decreto diei 20 Iulii 1660 relato sub num. **1163**, ut sequitur: Usus Pontificalium sine baldachino ultra tres dies permissos, praesertim in Exsequiis nobilium virorum, suffragatur uni tantum Monasterio Cavensi, nec extenditur ad alia. *Ibidem ad* 5. Abbatibus Cassinensibus conceditur associatio more Episcoporum, sed intra Monasterii septa. *Ibidem ad* 6; eisdem conceduntur alii quatuor Ministri cotta induti praeter expressos in Decreto. *Ibidem ad* 7; eisdem conceditur usus Mitrae et Insignium pontificalium in Ordinationibus et Benedictionibus cum sacro Oleo. *Ibidem ad* 17.

Abbas Montis Cassini in Canone Missae nominari potest verbis: *Antistite nostro* a Sacerdotibus utriusque Cleri, qui sub eiusdem iurisdictione sunt. **3991.**

Abbati Monasterii Stambsensis **Ordinis Cisterciensis** non licet supellectilia sacra benedicere, nec altaria consecrare et alia vasa sacra, in quibus adhibetur sacrum Chrisma, tam pro propria Ecclesia quam pro aliis. **2333.**

Abbati et Archidiacono Monasterii Litticensis Ordinis Cisterciensis in Dioecesi Goritiae plura conceduntur privilegia, praeter contenta in Decretis Alexandri VII, circa usum Pontificalium, concessum Praelatis Episcopo inferioribus. **2488.**

Abbas S. Salvatoris Ordinis Cisterciensis in sua Ecclesia nequit habere cathedram fixam et permanentem cum tribus gradibus, neque uti mitra pretiosa et baculo pastorali absque velo etc.; sed omnino servare debet Decreta Alexandri VII. **2183.**

Abbates **Coelestinorum** benedicti, celebrantes privatim, distingui nequeunt a simplicibus sacerdotibus. **1493** *ad* 1; nisi doceant de privilegio. **1533**; nec dare possunt benedictionem concionatoribus, sive sint in Pontificalibus sive non. **1493** *ad* 2.

Abbas Generalis **Ordinis S. Hieronymi** *Congregationis Lusitanae* recipere potest benedictionem a quolibet ex Episcopis Lusitanis, servata in omnibus Bulla Benedicti XIII. **2435** *ad* 1; nequit tamen benedicere alios Abbates. *Ibidem ad* 2.

Abbates Canonicorum Regularium **Lateranensium** possunt deferre mozzettam, etiam praesente Episcopo. **358. 384**; pontificaliter celebrantes uti possunt cathedra cum duobus gradibus. **384.** Quoad eorum praecedentiam in concursu cum Abbate alicuius Ordinis Monastici. **809**; nequeunt consecrare lapides et benedicere campanas ac sacra supellectilia sine Indulto Apostolico. **1383**; nec possunt assistere sub baldachino et in habitu Abbatiali extra propriam Ecclesiam. **1451.**

Abbatibus **Olivetanis** quae sint permissa, dum celebrant pontificaliter ter in anno, dicitur **499.**

Abbates saeculares.

Abbates cedere debent Canonicis processionaliter et capitulariter incedentibus. **102.**

Abbas, Episcopo absente, in propria Ecclesia exempta celebrans, suos Canonicos assumere, et eamdem in Canonicos Collegiatae iurisdictionem exercere potest, quam Episcopus in suos. **156** *ad* 2.

Abbatis sedes ponenda est in sinistro cornu, uno gradu humilior quam sedes Episcopi, absque ornatu; et aliquatenus inferiori loco, ita ut non sit opposita sedi Episcopali. **156** *ad* 3.

Abbas thurificandus est, praesente Episcopo, immediate post Canonicos duplici ductu. **156** *ad* 4.

Abbas benedictus cum bireto, translatus ad Abbatiam habentem usum mitrae, non indiget alia benedictione. **201.**

Abbati mitrato vigore privilegii obtenti ante Concilium Tridentinum non licet conferre Ordines minores, consecrare Calices, benedicere Campanas et similia agere, in quibus unctio adhibetur. **409** *ad* 3. **1486. 2377** *ad* 1.

Abbates Ordinario subiecti nequeunt dare licentiam alteri Abbati exempto vel forensi celebrandi pontificaliter in suis Ecclesiis sine licentia Ordinarii. **409** *ad* 1. **414.**

Abbates aliique similes habentes facultatem benedicendi sacra paramenta nequeunt ea benedicere pro exteris Ecclesiis, non obstante consuetudine contraria. **513. 2377** *ad* 2.

Abbates habentes usum mitrae et baculi nequeunt uti paramentis pontificalibus extra proprias Ecclesias sine indulto Apostolico; et Ordinarii locorum nequeunt hanc eis facultatem impertiri. **577. 803. 1815** *ad* 2.

Abbas habens usum Pontificalium nequit extra suam Ecclesiam uti baculo et mitra. **768. 873.**

Abbates extra Ecclesias Abbatiales baldachino uti nequeunt. **873.**

Abbates extra Pontificalia, quae ter in anno possunt celebrare, paramenta de altari sumere et benedictionem solemniter impertiri nequeunt; nam in Missa privata a simplicibus sacerdotibus distingui non debent. **1111.** *ad* 5. **1131** *ad* 21.

Abbates saeculares (item ac regulares) in exercendis Pontificalibus se conformare debent Decreto generali diei 27 Sept. 1659 relato sub num. **1131.** Vid. **Praelati Episcopo inferiores**; et compellendi sunt ad observantiam Decretorum Alexandri VII ab Episcopo, etiam sub censuris. **2000**; atque ita servare debent dicta Decreta, ut si quae his adversantur, amovenda sint et reformanda. **2183. 2376.**

Abbates prohiberi possunt per Ordinarios, ne Pontificalia exerceant, nisi doceant de legitimo et valido privilegio. **1304.**

Abbate saeculari defuncto vel absente, functiones solemniores spectant ad Canonicum Hebdomadarium, non autem ad Canonicum antiquiorem et Decanum Capituli. **1313.**

Abbati mitrato non licet habere stallum ceteris eminentius prope sedem Episcopalem. **1351.**

Abbas, interveniente Capitulo Cathedralis in sua Ecclesia, recurrente die festo principali, potest erigere et retinere Baldachinum, dummodo non intersit Episcopus. **1381.**

Abbati concessum privilegium benedicendi non extenditur ad consecrationes. **1453.**

Abbas seu Praelatus, assistens in suo habitu ordinario Missis solemnibus Confraternitatum, praetendere nequit sedem cameralem cum suggestu ante se, velo violaceo seu purpureo cooperto, et cum pulvinaribus eiusdem coloris. **1776.**

Abbates in Synodo quoad mitram simplicem servare debent Caeremoniale. **1783** *ad* 2.

Abbates mitrati in Synodo praeeminentiam non habent supra Dignitates et Canonicos Cathedralis. **1783** *ad* 1.

Abbati, qui est Dignitas alicuius Collegiatae, solemniter celebranti, Canonici debent inservire in Officio Diaconi et Subdiaconi. **1819** *ad* 1.

Abbates nequeunt impertiri populo triplicem benedictionem **2080** *ad* 6; nec etiam cum SS̃mo Sacramento, nisi exercentes Pontificalia. **1897.**

Abbas Curatus in Processione SS. Corporis Christi incedere debet Pluviali indutus cum alio Presbytero antiquiore similiter Pluviali induto. **1998.**

Abbas pontificaliter assistens Matutino in diebus ei permissis sedere potest ad Benedictiones Lectionum. **2157.**

Abbas Titularis non habet usum altaris portatilis, nec potest Sacerdotibus facultatem concedere, ut in sua praesentia celebrent in cubiculis Principum sine indulto Apostolico, nec ipse potest celebrare absente Indultario. **1557** *ad* 1-3.

Abbati Collegiatae S. Spiritus in civitate Beneventana praescribitur quid ei sit servandum quoad usum Pontificalium. **2930.**

Abbati Archidiacono Cathedralis Albensis licet gestare annulum cum gemma in Missa solemni ceterisque sacris functionibus. **3061.**

Abbatis Benedictio convenientius fieri debet die Dominica vel Festiva. **3162** *ad* 8.

Abbas parochus plura intra annum pontificalia peragere potest in sua Ecclesia parochiali et abbatiali, et in Ecclesiis minoribus et Oratoriis publicis intra limites suae parochiae **3172** *ad* 1; potest in Missa pontificali dare trinam benedictionem. *Ibidem ad* 2; sed tres mitras, uti Episcopi, adhibere nequit. *Ibidem ad* 3.

Abbas et Ordinarius Nullius S. Martini ad Montem Ciminum servare potest consuetudinem Feria V in Coena Domini Missam privatam primo mane celebrandi; dum Parochus Missam solemnem et Communionem Cleri et populi peragit. **3414.**

Abbati praesenti in Choro minime tradendum est aspersorium in Dominicis ad aspersionem aquae benedictae, ut seipsum aspergat, sed et ipse cum ceteris in Choro adstantibus aspergendus est a Celebrante. **3055.**

Abbas Ecclesiae Collegiatae S. Erasmi Verulanae intervenire debet cum suo Capitulo in Processionibus aliisque actibus publicis absque praeiudicio iurium suorum. **12.**

Abbati Ecclesiae Collegiatae S. Petri Terrae Laureti Pennen. non licet uti sede cum fulcro in assistendo concionibus aliisque functionibus in Ecclesia, praesente Capitulo.

2201 *ad* 1; nec genuflexorio cum stratu et pulvinari. *Ibidem ad* 2; nec celebrare Missam privatam cum quatuor candelis accensis. *Ibidem ad* 3; nec quaestuare vel quaestuari facere sine licentia Vicarii Foranei. *Ibidem ad* 4.

Abbates Ecclesiarum SS. Audoeni, Matthaei et Nicolai Civitatis Veglen. in thurificatione, in pace et in praeintonandis Antiphonis non sunt praeferendi Canonicis Cathedralis. **2394** *ad* 2; et dicti Abbates et Canonici, non mittentes vel non invenientes duodecim Presbyteros pro praestando servitio benedictioni sacrorum Oleorum Feria V in Coena Domini, tenentur interesse et inservire per se ipsos. **2398.**

Abbas S. Vitalis Ravennae quoad usum Baldachini. **2279.**

Abbati S. Mauritii Agaunensis Nullius Dioecesis non conceditur, quamvis habeat iurisdictionem quasi episcopalem et titulum Episcopi Bethleem., ut eiusdem nomen in Canone et Praeconio Paschali dicatur, et diebus anniversariis electionis et consecrationis commemoratio fiat; et indultum pro praefatis petitionibus denegatur. **3711**; idem valet pro Abbate S. Alexandri Miriditarum in Albania. **3720.**

Abbatialis benedictio in Pontificali existens non immutetur, sed quoad Praelatos saeculares S. R. C. in singulis casibus respondeat, formulam accommodando casibus ipsis, demptis quae praefatis saecularibus minime convenire noscuntur. **3905.**

Abbatiae Nonantulae Sacerdotes nominare possunt in Canone Archiepiscopum Mutinensem. **3992.**

Vide **Abbates regulares. Praelatus.**

Abbatissa.

Abbatissae Coadiutrix in omnibus praeferenda est Priorissae. **141.**

Abbatissa si sit praesens, cessat praeeminentia Coadiutricis, et praesente Abbatissa, Priorissa Coadiutrici praeferenda est. **172.**

Abbatissae nequeunt adhibere in Choro baculum Episcopalem, qui neque aptandus est manibus defunctae, neque depingendus in imaginibus S. Clarae. **1000. 1016.**

Pro Abbatissa eligenda Episcopus celebrans in festo duplici vel Dominica nequit legere Missam votivam de Spiritu Sancto. **2184** *ad* 5.

Abbreviator.

Abbreviator, qui in Collegium primo admissus est, alteri, qui prius habitum Praelatitium actu susceperit, praefertur, tum in Cappella Pontificia, cum in ceteris quibuscumque actibus, praeterquam in Parco. **1160.**

Abbreviator maioris praesidentiae Episcopus, quamvis posterior, extra tamen Parcum, anterioribus praecedit. **1836.**

Ablutio digitorum.

Post Ablutionem digitorum infusio aquae in calicem intra Missam, ut postea fidelibus distribuatur in usum aegrotantium, non permittitur. **3501.**

Pro Ablutione digitorum in prima et secunda Missa Nativitatis Domini potest vasculum cum aqua iam prius parari, ut Celebrans abluat digitos, ceu fit post distributionem Communionis; hic modus est magis expeditus et conformis praxi universali. **3764** *ad* 15.

Ad Ablutionem digitorum et purificationem calicis post sumptionem SSmi Sanguinis quibusdam Sacerdotibus abstemiis ex speciali gratia aqua tantum conceditur. **2926. 2947.**

Infra Ablutionem et extersionem digitorum preces post Communionem distributam dicendae sunt. **3975** *ad* 3 *qu.* 1.

Post Ablutionem digitorum, quoad plicandum purificatorium in Missa, servanda est Rubrica. **3368** *ad* 2.

Absentia.

Absentiam Canonicorum Episcopus ad Concilii Tridentini praescriptum reducere potest, non obstante contrario usu. **113** *ad* 1.

Absentia a Tridentino concessa Canonici non omnes simul frui debent; sed alii post alios, ordine servato, ita ut Ecclesia servitio non defraudetur. **113** *ad* 2. **152** *ad* 7.

Absolutio.

Absolutionis quaedam formula, adhibita a Cappellanis Monialium Civitatis Bahiensis in Brasilia in administranda eis Communione, non est licita. **2442.**

In Absolutionis forma Sacramenti Poenitentiae quoad verbum *Deinde* nihil est innovandum, quatenus imprimatur rubro charactere; ideoque hoc verbum dici debet. **2764.** *Vid.* **2745** *ad* 5.

In Absolutione impertienda indulgentiae plenariae Papalis, ad contagium evitandum formula brevissima in Rituali contenta adhiberi potest. **3483.**

Absolutionis formula tum generalis tum in articulo mortis adhibenda pro Regularibus cuiuscumque Ordinis hoc privilegio fruentibus. **3550.**

Vide **Benedictio.**

Absolutio super Tumulum.

Absolutio mortuorum, quae fieri solet qualibet feria II non impedita, spectat ad Digniorem Capituli, non ad antiquiorem. **1299** *ad* 5.

Absolutio in funeribus concludi debet in singulari pro uno Defuncto, in plurali pro pluribus; in Missa vero semper dicendum est: *Requiescant in pace.* **1611.**

Absolutio, quae fit super cadaver vel super tumulum, concludi debet, prout praescribit Rituale Romanum, ideoque addendum est: *Anima eius et animae omnium fidelium Defunctorum requiescant in pace;* sed in Commemoratione omnium fidelium Defunctorum nihil superaddendum est. **1743** *ad* 7.

Absolutio in Anniversario mortuorum non est ex obligatione, sed ad arbitrium facienda. **1322** *ad* 6.

Absolutio pro Defunctis in fine Missae facienda est ad libitum Celebrantis, nisi accedat mandatum illius, qui eleemosynam obtulit. **3369** *ad* 2.

Absolutio circa castrum doloris nequit fieri expleta Missa de Sancto currenti, canente Choro *Libera me Domine.* **2186 3014** *ad* 1.

Absolutio ad tumulum post Missam solemnem die Dominica fieri nequit. **3201** *ad* 8.

Absolutio post Missam Defunctorum facienda est per Celebrantem, et non per alium Sacerdotem, nisi illam peragat Episcopus. **3029** *ad* 10; Episcopus vero Titularis et nulla iurisdictione gaudens eamdem peragere nequit, quin Missam ipsemet decantet. **3798** *ad* 2.

In Absolutionibus quinque, quae fieri debent circa castrum doloris, thus ab Episcopo benedicendum est tantummodo in ultima, quae ad ipsum pertinet. **2089** *ad* 6.

Absolutiones circa castrum doloris in Exequiis Summorum Pontificum, Regum etc. in Cathedrali peragendis, fieri debent a solis Dignitatibus et Canonicis Cathedralis, non autem ab illis Collegiatarum, si intersint. **2306** *ad* 3. 4 *et* 5.

Absolutione super tumulum expleta, recitari, non vero cantari debent Antiphona *Si iniquitates* et Ps. *De profundis*, dum regreditur ad sacristiam. **2696** *ad* 2; sed omittuntur in die Commemorationis omnium fidelium defunctorum. **2694.**

In Absolutione super tumulum Oratio in die Commemorationis omnium fidelium Defunctorum breviter concludenda est. **2002** *ad* 4.

In Absolutione ab Episcopo facienda, cadavere non praesente, faldistorium pro Episcopo absolvente statuatur ad caput tumuli. **2769** *ad IX. qu.* 2; et quidem in medio. **3213** *ad* 4.

In Absolutione post cantatam Missam de Requie, quando nec tumulus erectus invenitur, nec lectica portatur, nec pannus extenditur ante Altaris gradus, Celebrans nequit sistere in cornu Epistolae in plano et ibidem aspergere et Orationem cantare. **3535** *ad* 5.

In Absolutione ad tumulum Responsorium *Libera me Domine* non est canendum, nisi finita Missa; et illud Cantores incipiant cum Sacerdos fuerit indutus pluviali, et Subdiaconus ad pedes tumuli pervenerit, etiamsi castrum doloris adsit in medio Chori. **3108** *ad* 4. **3110** *ad* 17; et spectat ad Caeremoniarum Magistrum dare signum Cantoribus, ut Responsorium incipiant. **3110** *ad* 17; Celebrans autem debet se exuere planeta et manipulo atque assumere pluviale in plano ad cornu Epistolae. **3108** *ad* 5.

Absolutiones tot perfici nequeunt ad tumulum in Exsequiis alicuius Canonici Cathedralis, quot sunt adstantes ipsi Canonici, ita ut a singulis Absolutio fiat. **3744.**

Absolutio aliaeque preces a Rituali praescriptae non sunt omittendae post Missam solemnem in die obitus; quamvis die praecedenti de sero eaedem iam decantatae fuerint super defuncti cadavere in associatione. **3748** *ad* 1.

Absolutio pro Defunctis fieri vel Responsorium super sepultura quotidie cantari potest, exceptis tamen duplicibus 1 classis, in quibus Absolutio et Responsorium neque locum habere poterunt privatim post absolutas vespere Horas canonicas. Quod si diebus permissis de mane fiant, nunquam post Missam de die, nisi omnino independenter ab eadem. **3780** *ad* 8.

Absolutionis ritu in peragendis adultorum exequiis persoluto, exhortationes ad adstantes lingua vernacula fieri possunt, vel ad summum interiici inter Officium et Absolutionem, ut fit pro funebri Oratione post Missam solemnem et ante Absolutionem ad castrum doloris. **3790.**

Absolutione ad tumulum expleta, in Officiis et Missis cum cantu pro uno vel pluribus Defunctis die 7, 30. et anniversario, aut etiam extra hos dies celebratis, dici debet: *Anima eius* (vel *animae eorum*) *et animae omnium Fidelium* etc. et Antiphona *Si iniquitates* cum Ps. *De profundis* et Oratione: *Fidelium Deus* **4014.**

In Absolutione ad tumulum, absente cadavere, Celebrans et Diaconus collocare se debent semper inter tumulum et Altare, et

Subdiaconus inter Ecclesiae ianuam et tumulum, sive Absolutio fiat pro laico, sive pro Sacerdote, excepto casu, quo cadaver sit moraliter praesens. **4034** *ad* 3.

In Absolutione ad tumulum sine Ministris sacris Officium agens, absente corpore, tumulum circumire debet pro aspersione et incensatione. **4034** *ad* 4. Vide **Tumulus.**

In Absolutione ad tumulum ad canendum *Libera me Domine* Archidiaconus, uti dignior, praecedere debet in casu Archipresbyterum in funeribus Episcopi vel alicuius magni Principis; in aliis funeribus id spectat ad Archipresbyterum. **1394. 1433.**

In Absolutione ad tumulum Canonici quatuor assistentes Episcopo debent esse Sacerdotes. **2194** *ad* 5.

Vide **Exequiae. Funus.**

Abusus.

Abusus tollendi sunt, qui in Consecrationibus Praelatorum in Romana Curia irrepserunt. **5.**

Abusus contra Caeremoniale introducti, omnino sunt ab Episcopo corrigendi. **971. 1194**; et omnino tollendi, et servandum Caeremoniale. **1293. 1806. 2050.**

Abusus, qui irrepserant in quadam Ecclesia Collegiata Canonissarum et Canonicorum in persolvendis divinis Officiis, reprobati et prohibiti sunt. **1757.**

Abusus circa ritus et caeremonias ecclesiasticas introducti, ab Episcopo pro sua prudentia corrigi debent iuxta Caeremonialis praescriptum. **3333** *ad* 2. **3337.**

Abusus alii omnino tollendi, et servandae Rubricae ac Regulae Caeremonialis Episcoporum. **1194. 1253. 1405. 1588. 1806. 2613.** *Decret. gen.*

Acatholicorum cadavera et ossa in Ecclesiis condita, si adhuc dignosci possunt, removenda sunt, et Ecclesiae ipsae reconcilientur: eo quia ex tumulatione cadaverum Acatholicorum pollutae fuerint. **3344.**

Acolythus.

Acolythis non licet caput operire pileolo, dum assistunt cum candelabris tempore, quo cantatur Evangelium, non obstante contraria consuetudine. **1467.**

Acolythus Beneficiatus seu Clericus Beneficiatus Basilicae Vaticanae, sustinens librum Cardinali Archipresbytero, dum hic sedens legit aliquid vel cantat, debet genuflectere ad placitum eiusdem Cardinalis, vel etiam Episcopi Pontificalia peragentis, dum ante eum librum sustinet. **2467** *ad* 1. 2 *et* 3.

Acolythi in Missa solemni, quando Celebrans et Ministri sacri sedent, possunt sedere in gradibus Presbyterii, et etiam Thuriferarius, quando non gerit vicem Caeremoniarii. **2515** *ad* 5.

Acolythi in Missis et Vesperis solemnibus nequeunt manibus iunctis e Sacrario ad Altare accedere, et recedere, ac loco candelabrorum sustinere ad Evangelium et ad Orationem in Vesperis intorticia. **3333** *ad* 1 *qu.* 2.

Acolythorum Ordinis materia nequit esse Bugia seu Palmatoria loco candelabri. **2194** *ad* 4.

Acolythi duo assistere nequeunt cum cereis accensis Lectori Lectionis VII Evangelii Homiliae durante Lectione Evangelii, si non adsit legitima consuetudo. **3975** *ad* 6. *qu.* 2.

Acolythum thurificaturum magistratum saecularem Magister Caeremoniarum, etiamsi sit Canonicus, comitari tenetur in Missa solemni seu in Vesperis. **1290** *ad* 2.

Acolythus non debet recipere biretum a primo assistente Canonico celebrante in Vesperis, tempore quo ab ipso Celebrante thurificatur Altare, sed Magister Caeremoniarum **2018.**

Acta ex collectione authentica Sacr. Rituum Congr. de Musica sacra. **3830.**

A cunctis. (Oratio)

A cunctis: in hac Oratione nomen Titularis Ecclesiae, sicut in Postcommunione *Mundet et muniat* ad signum N., in unaquaque Ecclesia addendum est. **1332** *ad* 5. **1609** *ad* 8. **2769** *ad* 7. *qu.* 1. **2822** *ad* 3. *qu.* 2.

A cunctis: in hac Oratione nomen S. Michaelis seu Ioannis Baptistae quatenus Patroni seu Titularis Ecclesiae ponitur ante Apostolos. **1333** *ad* 6.

A cunctis debet esse secunda Oratio in Missis votivis omnium SS. Apostolorum. **3612** *ad* 2; et tertia Oratio in Missa Festi semiduplicis occurrentis in Vigilia alicuius Apostoli. **2326** *ad* 5.

A cunctis Oratio varianda est in aliam *Concede* ad poscenda Suffragia Sanctorum, si celebretur Missa de Titulari; vel omittendum est nomen Titularis in Oratione *A cunctis.* **2597** *ad* 3. - *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **189.**

A cunctis: in hac Oratione in Oratorio publico vel privato, quod non habet Sanctum Titularem, debet nominari Patronus Civitatis vel loci. **2814** *ad* 1. **2822** *ad* 3. *qu.* 3.

A cunctis: in hac Oratione semper adiiciatur post invocationem B. M. V. et ante

quoscumque alios Sanctos Patronos, exceptis Ss. Angelis et S. Ioanne Baptista, Commemoratio S. Ioseph per haec verba: *cum Beato Ioseph* **3249** *ad* 3. **3502**; et post dictam Orationem in Missali addatur sequens Rubrica: *In hac Oratione nomina Ss. Angelorum et S. Ioannis Baptistae praeponuntur Sancto Ioseph.* **3249** *ad* 3.

A cunctis: in hac Oratione omittendum est nomen S. Ioseph in Missis votivis de S. Ioseph, tempore quo haec Oratio tertio loco praescribitur. **3400** *ad* 3.

A cunctis: in hac Oratione addendus est Titularis Ecclesiae, etiamsi haec sit tantum solemniter benedicta. **3752** *ad* 1.

A cunctis: in hac Oratione possunt Regulares nominare ad litteram N. proprium S. Fundatorem, dummodo Titularem (si nominari queat) non omittant. **3758.**

A cunctis: quando haec Oratio dicenda est 2 loco in Missa, 3 loco eligi nequit Oratio *Defende* pro Congregatione et Familia **3767** *ad* 24.

A cunctis: in hac Oratione exprimendum est nomen Sancti Titularis Ecclesiae Seminarii in Oratorio privato eiusdem Seminarii. **3804** *ad* 8.

A cunctis: haec Oratio in Missis votivis omnium SS. Apostolorum secundo loco dicenda est. **3612** *ad* 2.

A cunctis Oratio, non vero de Spiritu Sancto, dicenda est in Missa Vigiliae Omnium Sanctorum, si in ea fiat Officium semiduplex. **2205** *ad* 1.

Additiones variae in Missalis editionibus faciendae. **3103.** Vid. **Missale.**

Adiutorium nostrum etc.: ad hunc versiculum crucis signum ab omnibus in Choro initio Horarum faciendi consuetudo servanda est. **3156.**

Adoratio perpetua Sanctissimi Sacramenti.

Adoratio perpetua SSmi Sacramenti non est ratio Missam votivam de eodem SSmo Sacramento celebrandi. **2814** *ad* 3.

In Adoratione perpetua coram SSmo Sacramento publice exposito, continuo ardere debent saltem duodecim candelae, etiam in Ecclesiis pauperibus. **3480.**

In Adoratione perpetua coram SSmo Sacramento in Altari maiori exposito, requiritur in altero Altari laterali tabernaculum, in quo extet SSma Eucharistia pro Communione distribuenda. **3449** *ad* 3. Vide **Expositio SSmi Sacramenti.**

Adoratio Crucis feria VI in Parasceve; vide **Feria VI in Parasceve.**

Adoremus in aeternum Sanctissimum Sacramentum: usus dicta verba coram SSmo Sacramento cantandi retineri potest. **3426** *ad* 2.

Advocatis Consistorialibus, qui in publicis Consistoriis Orationes habere solent, regulae praescribuntur. **556. 2568.**

S. Aegidii, Titularis et Patroni Ecclesiae Cathedralis Seccoviensis, Officium de speciali gratia conceditur Dioecesi Labacensi, durante Administratione, ad uniformitatem assequendam. **2831** *ad* 2.

S. Agapiti Mart. die 18 Aug. Secreta et Postcommunio sumenda est ex Missa *Laetabitur*, si hac die agitur festum alicuius S. Virginis et Martyris cum Missa *Loquebar* aut *Dilexisti.* **3919** *ad* 14.

S. Agapiti Pap. Conf. die 20 Sept. Missa *Statuit,* si facienda sit commemoratio Vigiliae S. Matthaei Apost., mutetur in aliam *Sacerdotes,* ex qua proinde sumatur pro Officio Oratio *Exaudi;* et sic in aliis similibus casibus. **3844** *ad* 6. **3928.**

In S. Agnetis *Virg. et Mart.* Officio nihil innovetur, vel immutetur, licet fiat pro maiori claritate. **2929** *ad* 1.

S. Agnetis Virg. et Mart., ubi est Titularis, die 28 Ianuarii fit officium de die octava, quod ex indulto poterit esse Officium Basilicae Lateranensis; translato in perpetuum festo S. Iuliani Ep. Conf. ad primam diem liberam. **3872** *ad* 3.

Agnus Dei.

Agnus Dei in Missa solemni, interessente Episcopo parato vel cum cappa, tam in circulis quam in Altari, ab omnibus simul, non vero alternatim, dici debet. **3507** *ad* 1.*qu.*3.

Ad Agnus Dei tantum tenentur percutere pectus Ministri sacri simul cum Celebrante. **3535** *ad* 3.

Ad Agnus Dei recitandum simul cum Pontifice Subdiaconus in Missa Pontificali ascendere nequit ad dexteram Diaconi in cornu Epistolae. **3769** *ad* 4.

In Agrorum Benedictione subdeleganda Ordinarii deputare possunt Sacerdotem ad libitum, et non tenentur ad eligendum digniorem. **806.**

Alba.

Alba adhibenda non est a Celebrante non Episcopo, dum Officium facit in Matutino, Laudibus et Vesperis. **1077** *ad* 3.

Albae, Amictus, Tobaleae Altarium nec-

non Pallae et Corporalia confici nequeunt ex tela composita ex lino et gossipio. **1287. 2600.** *Decret. Gener.* **3455** *ad* 1; sed ex gratia conceditur Archidioecesi Goanae usus telae ex lino et gossipio quoad Amictum, Albas et Tobaleas Altarium, sub conditione tamen intra biennium ea consumendi: non vero quoad corporalia, purificatoria et pallas. **3455** *ad* 2.

Alba non debet adhiberi in Processionibus, sed Superpelliceum sub planetis, dalmaticis et tunicellis. **1619** *ad* 9.

Albas, Casulas et respective Dalmaticas et Tunicellas possunt induere Sacerdotes, Diaconi et Subdiaconi in Processione SSmi Corporis Christi. **2362** *ad* 1.

In Albis, in Tobaleis Altarium et in superpelliceis permitti possunt vela transparentia, quae repraesentant Cruces, Ostensoria, figuras Angelorum etc. **3191** *ad* 5.

Albae, Amictus, Tobaleae Altaris, Mappulae ex gossipio confectae prohibentur; in posterum vero debent esse ex lino vel cannabe; et si quae sint ex gossipio, adhiberi permittuntur usque ad consumptionem. **2600.** *Decret. Gener. - Vide Suffragium in IV volumine pagin.* **192.**

In Albarum manicis et fimbriis tolerari potest, ut fundus coloratus supponatur textili denticulato vel operi phrygio. **3780** *ad* 5. **4048** *ad* 7.

Albam deferre debent tam Ministri sacri, quam Sacerdos celebrans in solemni Benedictione cum SS. Sacramento post Completorium facienda. **3799** *ad* 1.

Alba ornata fimbriis seu reticulo a cingulo deorsum uti licet Canonicis solemnioribus diebus Missam celebrantibus. **3804** *ad* 12.

Albae, Amictus et Mappae ex tela sive panno, vulgo *Nipis,* confici nequeunt; et interim iisdem uti tantum licet, donec consumentur. **3868** *ad* 1 *et* 2; sed dispensatur ex speciali gratia a lege et usu telae lineae adhibendae pro Vicariatu Apostolico Se-Ciuensis, permittendo in posterum alteram telam *Hiapou* ex planta a peritis historiae naturalis *Urtica nivea* appellata. **3995.**

S. Alberti Confessoris, Archipresbyteri Collensis, festum celebrari potest ob consuetudinem et rationem specialem in Cathedrali Collensi sub ritu duplici I classis sine octava; in Civitate et districtu ex gratia sub ritu duplici II classis sine octava, et ex gratia quoque in tota Dioecesi Collensi sub ritu duplici minori a Clero saeculari. **3289** *ad* 2.

S. Alexandri M. unius ex septem Fratribus, de quibus in Martyrologio Romano sexto Idus Iulii, Officium seiungi posse declaratur, eo quod in casu agitur de Festo I vel II classis. **3037.**

In S. Alexii Conf. festo Lectiones I Nocturni apud Benedictinos dicantur de Communi, cum Officium Monasticum plerumque careat in I Nocturno Lectionibus sacrae Scripturae. **2319** *Reliq. Dub. ad* 17.

S. Alfonsus M. de Ligorio Ep. Conf. Doct.

In S. Alfonsi M. de Ligorio festo in Hymno *Iste Confessor* tertius versus non mutatur. **3892** *ad* 1.

S. Alfonsi M. festum, usque ad praesens in Dioecesi Senensi assignatum diei 13 Augusti, reponi debet die prima libera post Assumptionem B. M. V., cum diei 13 et 14 Aug. ex concessione Pii VII dictae Dioecesi facta nequeat affigi aliquod festum IX Lectionum. **3938** *ad* 3.

Alleluia.

Alleluia tempore Paschali non additur Antiphonis extra Officium de praecepto nec ad Officium parvum B. M. V. **1334** *ad* 6.

Alleluia post Epistolam in Sabbato Sancto cantandum est ad formam Caeremonialis. **1629.**

Alleluia omitti debet in Officiis, quae transferuntur extra tempus Paschale. **2319.** *ad Tit.* XXI. *Dub.* 2.

Alleluia in Introitu Missae de Sacro Corde Iesu in Missis votivis extra Adventum et Quadragesimam omitti debet. **3137.** *ad* 5. **3764** *ad* 10 (Pone in posteriore Resp. *Affirmative* pro *Negative*).

Alleluia vel suo tempore *Laus tibi Domine* etc. in Completorio post ℣. *Deus in adiutorium* addi debet, sicut in ceteris Horis canonicis. **3213** *ad* 3.

Alleluia addi debet Antiphonae *O sacrum convivium* et ℣. *Panem de coelo* etc. tempore Paschali post administratam Communionem. **3576** *ad* 11; ante vero vel post Missam de Requie, Oratio dici debet de tempore Paschali, sed in Antiphona et ℣. ac ℟. *Alleluia* omittendum est. **3465.**

Alleluia addi debet ad ℣. *Panem de coelo* tempore Processionis, quae fit Dominica post Octavam Corporis Christi. **3448** *ad* 10 *qu.* 1.

Alleluia in Officio Sacri Cordis Iesu, quod invenitur in Breviariis inter festa pro aliquibus locis, non est addendum in Responsoriis brevibus Horarum. **3488** *ad* 4.

Alleluia non est addendum tempore Paschali, in exercitiis extra Officium canonicum, ad Versiculum *Ora pro nobis etc.* in fine Litaniarum Lauretanarum nec ad ℣. *Benedi-*

camus Patrem etc. nec duplex *Alleluia* diebus Paschatis et infra Octavam Paschae ad *Benedicamus Domino.* **3764** *ad* 18.

Alleluia semper recitari debet ad Antiphonas, quae habent in fine *Alleluia,* excepto tempore a Septuagesima ad Sabbatum Sanctum. **3780** *ad* 7.

Alleluia ad ℣. *Panem de coelo* in qualibet benedictione SSmi Sacramenti tempore paschali addendum est. **3983.**

Alleluia duplex in Antiphona ad Magnificat in II Vesperis festi S. Raphaelis Archangeli (24 Oct.) non est addendum. **3297** *ad* 2.

Alma Domus Lauretana; vide **Lauretana alma Domus.**

Alma Redemptoris. Vide **Antiphona.**

Almutiae.

Almutias Episcopus Rectoribus Ecclesiarum parochialium concedere nequit. **296.**

Almutias sine licentia Sedis Apostolicae sumere non licet. **795** *ad* 2.

Almutias adhiberi nequit Parochus uti Protonotarius. **1034** *ad* 2.

Almutias super Altari retineri Canonico celebranti non licet, nec eis uti debet Hebdomadarius, nec denique Diaconus et Subdiaconus eas deferre possunt super brachio. **1104. 1275** *ad* 10; imponi tamen possunt Defuncto supra brachium. **1275** *ad* 10.

Almutias deferri a Canonicis sacris indumentis indutis non licet. **1352**; licet tamen in associandis funeribus, si Canonici capitulariter incedant, non vero si intersint ut singuli. **1390.**

Almutiis uti nequeunt Canonici, etiamsi habeant usum Cappae magnae et rochetti. **1543** *ad* 1.

Almutias super brachiis deferre nequeunt Cappellani Ecclesiae Cathedralis in publicis supplicationibus sive defunctorum associationibus, si procedunt sine interventu Capituli; indecens enim est, quod ipsi Cappellani, qui cum Capitulo dumtaxat unum corpus faciunt, ab eodem corpore disiuncti iis utantur insignibus, quae non membris, sed toti corpori conveniunt. **2478.**

In S. Aloisii Gonzagae Conf. Solemnitatis die ab Ordinariis designata omnes Missae propriae de S. Aloisio celebrari possunt, dummodo non occurrat duplex I classis aut Dominica privilegiata I classis quoad Missam solemnem; aut etiam duplex II classis, necnon Dominicae, Feriae, Vigiliae, Octavaeque privilegiatae quoad Missas lectas; neque omittatur Missa conventualis vel parochialis Officio diei respondens, ubi eam celebrandi adsit onus. **3918.**

Altare (in genere).

Altaris lapis, si sit profanatus, vendi, et ab emptore teneri potest in loco decenti et honesto. **212.**

Altarium lapides sacri, qui Reliquiis carent, nequeunt servari. **3684** *ad* 1; retineri possunt qui e schisto sunt efformati. *Ibidem ad* 2; non vero illi, qui constant ex gypso, Reliquiis Sanctorum instructi. *Ibidem ad* 3.

Altare, cuius lapis sepulcri firmus non invenitur, et certe amotus non fuit, non est censendus profanatus; Episcopus vero per se ipsum firmet eumdem, nisi obtineatur Apostolica facultas subdelegandi. **3575** *ad* 10; sed si dubitatur num lapis amotus fuerit, Altare denuo consecretur forma consueta, vel breviori, si haec a S. Sede impetrata fuerit. **3575** *ad* 11.

In Altaribus operculum sepulcri confici potest ex quocumque lapide, dummodo sit vere lapis naturalis, nec esse debet marmoreum. **3567** *ad* 1.

Altare ligneum cum ara lapidea permittitur. **303. 1219.**

Altare ligneum cum ara lapidea conceditur, ut collocari possit in medio Ecclesiae ad effectum exponendi quamdam sacram Imaginem; arbitrio tamen Ordinarii pro diebus et occasionibus ab eo indicatis, dummodo perpensis omnibus, absit periculum cuiuscumque scandali aut irreverentiae. **2510.**

In Altari ligneo SSmum Sacramentum exponi potest, dummodo eiusdem Expositio rite perficiatur, et agatur de Altari rite exstructo. **3599** *ad* 1.

Ad Altare, quod non habet planitiem, sed plures gradus, debet apponi *predella,* quae dividat Altare a planitie, et Sacerdos pro Missa incipienda non debet necessario descendere in planum, sed satis est, ut descendat ab ipsa *predella.* **1265** *ad* 4.

In Altari, sub quo vel sub cuius *predella* corpora Defunctorum humata sunt, non debet celebrari Missa, donec alio transferantur. **508. 1030. 1333** *ad* 5. **2479. 3339.**

Altare, quod prope habet lapidem scalae, per quam descensus fit in sepulcrum, quod tamen distat ab Altari, non comprehenditur Decreto prohibente celebrari Missas in Altari, sub quo reconduntur cadavera. **2207.**

Altare exstrui in coemeterio subterraneo, ubi Defunctorum cadavera et ossa reperiuntur, Missam celebrandi causa, non conceditur. **3283. 3294.**

In Altari, in quo publice expositum est SSmum Sacramentum, Missas privatas celebrare non licet. **1406. 2765;** nec sine necessitate vel gravi causa vel sine speciali

indulto, in Ecclesiis, ubi non desunt alia Altaria, Communionem distribuere in iisdem Missis et extra in eodem Altari. **3448** *ad* 1. et 5. **3482. 3505** *ad* 1; neque cantari potest Missa solemnis in dicto Altari, nisi pro SSmo Sacramento reponendo aut si necessitas urgeat. **1421** *ad* 5; quod etiam obligat Ecclesias parochiales rurales, et in hisce Altari laterali apponatur parvum Ciborium amovibile, et si opus sit, loco transennae, vulgo *Balaustra*, scamna circumponantur pro Communione distribuenda. **3525** *ad* 4.

In Altari, in quo publice exponitur SSmum Sacramentum, sive in Pyxide sive in Ostensorio, Missae de Requie, tempore quo Expositio perdurat, omnino prohibentur. **3302** *ad* 2.

In Altari Expositionis SSmi Sacramenti praeter Missam Expositionis, alia solemnius celebranda toleratur, attenta consuetudine immemorabili. **3124** *ad* 2; item alia Capitularis. *Ibidem ad* 3; item Conventualis, etiam lecta, de Vigilia vel de Feria. *Ibidem ad* 4. **3558** *ad* 1.

Altari, in quo expositum est SSmum Sacramentum, thurificato in Vesperis ad *Magnificat,* alia Altaria thurificari nequeunt. **2390** *ad* 6. Vid. **Expositio SSmi. Sacramenti.**

Altaris thurificatio, in quo SSmum Sacramentum asservatur, est praeceptiva in Vesperis solemnibus et cantatis, praeter Altaris choralis, ubi SSmum Sacramentum non exsistit, thurificationem, quando Episcopus Officium non persolvit. **915** *ad* 3. **1322** *ad* 1. **3110** *ad* 6. **3410** *ad* 1; quando autem Episcopus Vesperas peragit, Altare SSmi Sacramenti non est thurificandum. **3410** *ad* 2; Altare vero ad *Benedictus* non thurificatur, nisi Laudes solemniter peragantur. **3410** *ad* 4.

Altaris thurificationis specialis praxis ad Introitum Missae, ad *Magnificat* et *Benedictus* in Metropolitana Granatensi retineri potest. **3413.** Vid. **Thurificatio.**

Super Altaribus omnibus erigi debet Baldachinum. **1966. 2912.**

Altaria dicata in honorem Ss. Prophetarum Veteris Testamenti, si antiqua revera sunt, tolerari possunt. **1978.**

Ante et intra Altare SSmi Sacramenti lampas retinenda est, ut continuo ardeat; mos vero eamdem longe ab Altari retinendi reprobatur. **2033.**

Altarium et Processionum Cruces non sunt benedicendae de praecepto; sed simplex Sacerdos eas privatim benedicere potest. **2143** *ad* 1 *et* 2.

Altaris Crux nequit collocari super throno, et praecise in loco, super quo publicae adorationi in Ostensorio exponitur SSmum Sacramentum nec super Corporale, quod expositioni inservit. **3576** *ad* 3. Vid. **Crux.**

Altaria, quae occurrunt per viam, si ibi pausatio fiat in Processione Corporis Christi, decenter ornata sint, et a Caeremoniarum Magistro ab Episcopo deputato prius visitata. **2609.** - Vide *Suffragium in IV volumine pag.* **199.** - **3448** *ad* 10.

Altaria Feria V in Coena Domini denudanda sunt post Vesperas, non autem post Mandatum. **2684** *ad* 7; consuetudo ea denudandi a Sacerdote cotta et stola induto servari potest. **2959** *ad* 3.

Ab Altari sine speciali Indulto removeri nequit Imago Sancti, cuius nomini dedicatum fuit. **2752** *ad* 5. **2762.**

Super Altaria, in quibus non adsunt Reliquiae vel ablatae fuerunt, poterit cum Indulto celebrari, quousque Episcopus novas Reliquias obtineat in eis includendas. **2941.**

Altare super tribuna prominente in publica cappella gentilitia erectum, ab Episcopo interdici debet; nisi forte legitimum privilegium exsistat. **3376** *ad* 1.

In Altari maiori Ecclesiae non debet necessario collocari tabernaculum, in quo asservatur SSmum Sacramentum. **3449** *ad* 1.

In Altaris constructione pro asservando SS. Sacramento regulae prudenti arbitrio Ordinarii determinandae sunt. **3449** *ad* 2. Vid. **SS. Sacramenti asservatio.**

In Altari maiori si adest expositio perpetua SSmi Sacramenti, requiritur in alio Altari laterali tabernaculum, in quo exstet SSma Eucharistia pro distribuenda Communione. **3449** *ad* 3.

In Altaris maioris formae orientalis Basilicae S. Laurentii in Damaso parte anteriore Missa privata celebrari, Communio distribui, SSmum Sacramentum exponi et cum Eodem populus benedici potest; in expositione tamen XL Horarum in parte occidentali celebretur, si fieri potest, Choro in eadem parte adstante. **3657.**

In Altaribus esse suppedanea lignea, et ipsorum gradus diebus saltem solemnioribus coopertos haberi Episcopus iubere potest. **3576** *ad* 1.

Super Altare tempore Missae, et quidem in eius posteriore parte, mos relinquendi circumvolutum ligneo bacillo stragulum, quod inservit tobaleis Altaris extra Missam operiendis, ne pulvere sordeant, est improbandus. **3576** *ad* 2.

Ante Altare, in quo fit Communio populi, transiens Sacerdos Missam celebraturus, non debet permanere genuflexus quoadusque terminetur Communio. **2002** *ad* 14.

Altaris maioris tabula repraesentans Immaculatam Conceptionem B. M. V. et simulacrum Deiparae de Lourdes in minori Altari debent haberi distincta, tamquam diversum subiectum ab unaquaque repraesentatum; dummodo B. M. V. de Lourdes repraesentetur cum omnibus Apparitionis adiunctis. **3791** *ad* 1-6.

In Altari Chorali Missae privatae celebrandae abusus, dum Horae Canonicae persolvuntur, omnino eliminetur; si autem ad aliquod Altare e conspectu Chori positum Missa celebretur, campanula nec ad *Sanctus* nec ad elevationem Sacramenti pulsetur. **3814** *ad* 1 qu. 1 *et* 2.

In Altari, in quo Feria V et VI maioris Hebdomadae publicae adorationi exponitur et asservatur SS. Eucharistiae Sacramentum, repraesentatur tam sepultura Domini, quam institutio Augustissimi Sacramenti. **3939** *ad* 1; ad praedictum Altare exornandum non licet adhibere statuas aut picturas, nempe B. M. V., S. Ioannis Evangelistae, S. Mariae Magdalenae et militum custodum; poterunt tamen Episcopi, ubi antiqua consuetudo vigeat, huiusmodi repraesentationes tolerare; caveant autem ne novae consuetudines hac in re introducantur. **3939** *ad* 2. - Vide *Suffragium in IV volumine pag.* **419.**

Ab Altari distare debent cadavera, in Coemeteriis vel Ecclesiis sepulta, tribus cubitis: idest uno fere metro longitudinis; atque haec distantia sepulcrorum ab Altari sufficit. **3944** *ad* 2.

In Altaris maioris parte posteriori, sub gradu candelabrorum, non tamen sub mensa, in quodam armario custodiri libros chorales, tolerari potest. **3978** *ad* 1; item permitti potest, ut sub sacrario Ecclesiae, in quo exstat Altare portatile, habeantur cubicula pro habitatione aeditui laici suaeque familiae. *Ibidem ad* 2.

Super Altari, quando praeter Crucem etiam Reliquia S. Crucis exposita exstat, Celebrans in Missa et Vesperis solemnibus utramque simul thurificare debet. **4026** *ad* 1.

Altaris tobalea superior usque ad terram pertingere debet, et consuetudo contraria servari nequit; sed servetur Rubrica generalis Missalis Romani Tit. XX. **4029** *ad* 1.

Altaris consecratio
Vid. **Consecratio Altaris.**

Altare fixum.

Altaria fixa non sunt de novo consecranda, si Imagines et Tituli amoti, et ad alium locum translati fuerint, non amota tamen mensa iam consecrata, quia Altaria non Sanctis, sed Deo in honorem Sanctorum consecrantur. **2450.**

Altare fixum iterum consecrandum est, si amotus sit lapis seu mensa a suo stipite. **2599.** - Vide *Suffragium in IV volumine pag.* **191.**

Altaria fixa, si lapis enormiter frangatur, iterum consecranda sunt, renovata mensa; si vero levis sit fractura in uno vel altero cornu, licet adhuc super iis celebrare. **2612.** - Vide *Suffragium in IV volumine p.* **201.**

Altare fixum exsecratum nova indiget consecratione, pro qua dispensatum non fuit pro Ecclesia S. Iustinae Civitatis Patavinae. **2661**; in casu necessitatis suppleri potest per modum provisionis ope Altarium portatilium, quae superponantur. *Ibidem.* - Vide *Suffragium in IV volumine pag.* **298.**

Altare fixum pluribus lapidibus constans debet denuo consecrari, apposito novo lapide integro. **2862** *ad* 1.

Altare fixum nova indiget consecratione, si lapis pro sigillo sepulcri ob defectum calcis sepulcro non haerens manu amotus et sublevatus ac postea repositus est. **3106.**

Altaria fixa, quae in medio spatio aliquid vacuum habent, sub quo recondantur capsae sacrarum Reliquiarum ita commode dispositae, ut oculis fidelium diebus saltem solemnioribus appareant, consecrari possunt, dummodo omni ex parte stipitibus adhaereant. **3126.**

Altare fixum saltem unum in Ecclesia solummodo benedicta esse debet; reliqua Altaria, maiore non excluso, possunt esse ex ligno cum ara portatili. Si vero nullum Altare ex muro confectum reperitur, convenit, ut unum saltem hoc modo erigatur, ipsumque etiam convenit ut sit Altare principale. **3162** *ad* 1.

Altaria fixa, de quorum consecratione non constat documentum, si ab antiquo tamen tempore in iisdem Missa semper celebrata fuit, haberi possunt pro consecratis. **3162.** *ad* 4.

Altaria fixa, quorum sepulcra aperta, et post repertas Reliquias iterum clausa sunt, pro exsecratis haberi debent. **3162** *ad* 5.

Altare fixum consecratum, a cuius stipitibus mensa avulsa est, quamvis permanserit omnino integra et Reliquiarum sepulcrum plane inviolatum, indiget nova consecratione; et sine dispensatione et sanatione Summi Pontificis in eodem celebrari nequit. **3198.**

Ad Altare fixum consecrandum sufficit, ut mensa Altaris innitatur super quatuor lateribus ita clausis, ut post consecrationem nihil intra Altare immitti possit; nec necessarium est, ut tabula Altaris ita innitatur substrato lateritio operi, ut nihil omnino vacui subtus Altare ipsum habeatur. **3282.**

Altare fixum, quod ab antiquo loco amotum est, etiamsi paucis pedibus, nova consecratione indiget. **3326** *ad* 1.

Altare fixum, cuius mensa lapidea scissa est in duas partes fere aequales, ita tamen ut eiusmodi scissura maxime afficiat sepulcrum Reliquiarum, exsecratum haberi debet. **3497** *ad* 1.

Altare fixum consecratum, cuius tota mensa e suis stipitibus est sublevata, quamvis non omnino dimota fuerit, exsecratum considerandum est; nec sufficit, ut novo coemento ipsis stipitibus firmetur et coniungatur. **3605** *ad* 7.

Altare fixum, quod, habens tabulam lapideam integram, translatum est ab una Ecclesia ad aliam, exsecratum est. **3504** *ad* 1.

In plurium Altarium fixorum simultanea consecratione Episcopus, si post unctionem et clausum sepulcrum primi Altaris processerit ad secundum Altare, in consecratione huius Altaris iterum debet incipere ab Oratione *Deus, qui in omni loco* etc. et hanc Orationem iterare, quotquot Altaria consecrantur. **3613** *ad* 2 qu. 1; Antiphonae *Sub Altare Dei* et *Sub Altare Dei audivi* toties intonandae sunt ab Episcopo et a cantoribus cantandae, quotquot Altaria consecranda sunt. *Ibidem* qu. 2; itemque toties iterari debet Oratio *Deus, qui ex omnium habitatione. Ibidem* qu. 3.

Altaria fixa quatuor insimul consecrari possunt, dummodo preces et actiones praescriptae, ceteraeque unctiones rite fiant. **3686** *ad* 1; Episcopus consecrator pro recitandis VII Psalmis et dicendo ℣. *Deus in adiutorium,* se collocare debet in loco congruo, unde quatuor Altaria consecranda, quantum fieri potest, videri valeant. *Ibidem ad* 2; pro Vigiliis celebrandis ante Reliquias sufficit canere Matutinum cum Laudibus. *Ibidem ad* 3.

Altaria fixa si plura a singulis Pontificibus consecrantur, satis est ut celebretur Missa solemnis in Altari principali. **3687** *ad* 4.

Altaria fixa polluta sola violatione sepulcri Reliquiarum, ex urgenti causa S. R. C., Sanctissimo approbante, indulsit, ut reconciliari possent sola repositione Reliquiarum. **1955**; et hoc Decretum eadem S. C. respondit dandum esse pro diverso casu, in quo destructis Altarium basibus intactae remanebant mensae cum Reliquiarum sepulcris. *Ibidem.*

Altaris fixi consecrandi stipes debet esse lapideus: ita quidem uti communiter putari et facile probari possit totus lapideus. **3698** *ad* 1.

Altare fixum, cuius nucleus, quamvis lapideus, undique tamen tectus sit lateribus, quibus superinducta est crusta marmorizata, consecrari nequit. **3698** *ad* 2.

Altaria fixa, quorum mensa non constat ex unico et integro lapide, iterum consecrari debent; et quidem saltem Altare maius in Ecclesia consecrata, mensa eius ex integro lapide constituta; quoad cetera vero Altaria, ubi commode ipsorum consecratio iterari nequit, parvus lapis rite consecratus in medio mensae collocetur ad instar Altaris portatilis. **3725.**

Altaria plura quando in Dedicatione Ecclesiae consecrantur, in Litaniis bis sunt invocandi respectivo ordine Sancti illi, quorum nomini dedicantur Altaria; et sancti Martyres, quorum Reliquiae in ipsis Altaribus reponuntur, si eorum nomina innotescant. **3729** *ad* 6.

Altaria plura quando in Dedicatione Ecclesiae consecrantur, post inunctas duodecim Cruces eadem omnia thurificanda sunt. **3729** *ad* 7.

In Altarium plurium fixorum consecratione sufficit unicus Sacerdos continuo incensans singula Altaria, dum Episcopus in singulis actiones peragit. **3729** *ad* 10.

Altare, quod undequaque per se stat *(isolato),* cuius mensa sustentatur solum marmoreis columellis positis in fronte et in lateribus, subtus vero et a parte posteriori vacuum et apertum est ad recipiendam arcam ligneam, quae inservit paramentis asservandis, tamquam fixum consecrari nequit. **3741.**

Altare fixum cum mensa non ex uno sed ex tribus lapidibus ad formam unius coniunctis, non est legitime consecratum; et consecratio iteranda est, atque eius mensa ex uno integro lapide, iuxta canonicas praescriptiones, constitui debet. **3750.**

In Altaris consecratione tum fixi tum portatilis unctio in medio tabulae nunquam omitti debet, quamvis Crux ibidem sculpta non sit. **3771.**

Altare fixum consecratum, cuius mensae lapideae in suis extremitatibus adnexa quaquaversus et coniuncta fuit corona ex marmore, uti consecratum haberi debet, sanato quovis defectu. **3797.**

Altaria fixa, quorum mensa nulla ex parte coniungitur structurae lateritiae inferiori, sunt valide consecrata: indulget vero S. R. C. de speciali gratia, ut Altari iam consecrato, addantur stipites lapidei, atque unctiones praescriptae in angulis private iterentur, ut mensa cum iisdem stipitibus coniungatur. **3829** *ad* 1.

Altare fixum, cuius mensa ex lapide adeo fragili erat, ut in actu consecrationis quarta eius pars sit abrupta et divisa, non est consecratum valide. **3829** *ad* 2.

Ut Altare fixum, cuius mensa lapidea in medio, ubi recondendum est vasculum Reliquiarum, est perforata ex utraque parte, consecrari possit, collocari debet in cavitate inferiori sepulcri iam effossi altera basis lapidea, ut super ea reponatur capsula Reliquiarum. **3884.**

Altare sive fixum sive portatile, enormiter fractum, sed firmiter coementatum, aut ex pluribus lapidibus efformatum, nequit valide ac licite consecrari. **3907** *ad* 3; dispensatum tamen est ab hoc decreto ex speciali gratia pro Dioecesi Valven. et Sulmonen. **3947.**

Pro Altari fixo consecrato, cuius mensa lapidea ex tribus partibus fractis constabat, etsi adeo coementatis, ut nulla divisio appareret, defectus consecrationis sanatus est de Apostolica venia. **3954.**

Quoad Altaria cum lapidibus quadris in medio consecrata ad modum fixorum, quorum mensa unico lapide constat, stipiti lapideo ex utraque parte adhaerens, Episcopo conceditur tam sanatio quam dispensatio, quatenus opus sit, ad effectum de quo agitur. Curet tamen Episcopus, ut Altaribus portatilibus fixa substituantur. **3962** *ad* 3.

Altare fixum, praesertim Altare maius, quamprimum consecretur in forma consueta iuxta Pontificale Romanum in Ecclesiis consecratis, ubi nullum exstat Altare fixum consecratum. Si vero Altare fixum consecratum fuit, sed per aliquem defectum substantialem amisit consecrationem; tunc, dummodo omnes adsint conditiones requisitae ad novam consecrationem Altaris, haec perfici poterit ex gratia per ritum ac formulam brevem. **3978** *ad* 6.

Altare portatile.

Altaris portatilis usum non habet Abbas Titularis. **1557** *ad.* 1.

Altaris portatilis usus conceditur Missionariis Provinciae Lithuanae. **2032.**

In Altaris portatilis consecratione servanda est in omnibus forma a Pontificali Romano praescripta. **2826.**

Altare portatile, simul cum Altari fixo consecratum, est valide sed illicite consecratum. **2862** *ad* 4.

Altare portatile erigere licet, quamvis super sepulcris sistat, in Processionibus intra Ecclesiam solitis, ut reponi tantisper valeat SSmum Sacramentum; sed cavendum est, ne Altare portatile sepulcro immineat. **2951** *ad* 6.

Altare portatile est denuo consecrandum, si fractum sit sepulcrum vel eius operculum, aut solummodo hoc amotum fuerit; non autem si fractum sit sigillum. **2991** *ad* 1. In hoc Altari, si sigillum non exsistit, non licet novas addere Reliquias veteribus authenticitate carentibus. *Ibidem ad* 2.

Anne Altaria portatilia, quae in Dioecesi Bituricensi ob perturbationes inventa sunt absque sigillo, et in quibus Archidiaconus vel novas Reliquias inclusit, ubi vacuum erat sepulcrum, vel alias addidit, ubi authenticitate carebant, iterum sint consecranda et quomodo, dicitur. **2991** *ad* 3.

In Altarium portatilium consecratione, aqua benedicta mixta cum sale, cinere et vino, quae superfuit in una consecratione, adhiberi nequit in insequenti. **3153.**

Pro Altaribus portatilibus, in quorum sepulcro unius tantum S. Martyris Reliquiae sunt conditae, vel quae numero perpaucae sunt, supplicandum est Sanctissimo pro sanatione, ad cautelam tantum. **3155.**

Altaria portatilia, ex duabus tabulis confecta, quarum altera lapidea, altera lignea est, admitti nequeunt; et Reliquiae recondendae sunt in sepulcro intra lapidem effosso et claudendae cum parvo operculo etiam ex lapide confecto. **3162** *ad* 2.

Altaria portatilia, quae habent lapidem cum tenui scissura ad instar fili, licet sepulcrum non fuerit violatum, exsecrata censenda sunt. **3162** *ad* 3.

Altaris portatilis privilegium singulis Equitibus militiae Velleris aurei concessum a Leone X non perdurat, nisi a Summo Pontifice confirmatum fuisse ostendatur. **3273.**

Altare portatile est apponendum in Altaribus collocatis supra sepulcra Sanctorum Protectorum in crypta subterranea in Basilica Ambrosiana Mediolanensi. **3330.**

Altaria portatilia, quorum sepulcra Reliquiarum non fuerunt aperta, sed tantummodo novo coemento firmata, non sunt exsecrata. **3379.**

Altare portatile, cuius lapis sepulcri aliquas scissuras habet, quae vero sic inter se adhaerent, ut nullimode dubitari possit de Reliquiarum authenticitate, amisit suam consecrationem. **3497** *ad* 2.

Altare portatile, cuius sepulcrum Reliquiarum non fuit apertum, sed rimula quaedam cernitur inter sepulcrum ipsum et eiusdem operculum, non est exsecratum; et Episcopus cum maltha benedicta operculum firmet. **3504** *ad* 2.

Altaria portatilia, quorum sepulcrum non parvo lapide est obtectum et calce sigillatum, sed quadam subtili lamina confecta ex vulgo *ottone* aut *latta,* calce sigillata vel ad quatuor angulares extremitates stamno firmata, tolerari nequeunt. **3532** *ad* 1.

In Altarium portatilium consecratione, quorum sepulcrum gypso clausum fuerit,

coementum parari debet iuxta dispositionem Pontificalis Romani. **3567** *ad* 2.

Quoad Altaria portatilia, hucusque consecrata, quorum tabula ex lapide quidem densissimo constat, at sepulcrum non in medio, sed in eius fronte effossum et recte clausum est, Episcopus acquiescere potest; sed in posterum sepulcrum in medio tabulae lapideae effodiendum erit. **3671** *ad* 1 *et* 2.

In Altaris portatilis consecratione coementum pro firmando sepulchri lapide benedicendum est ritu pro Altaris fixi consecratione praescripto. **3726** *ad* 1; et ipse Episcopus idem sepulcrum coemento linire et lapide claudere debet, si agatur de unico Altari portatili consecrando; si vero agatur de pluribus Aris portatilibus, satis est, ut Episcopus liniat coemento labium sepulcri unius Arae, et dum ipse prosequitur in sacrarum Reliquiarum repositione, assistentes Sacerdotes lituram et cuiusque sepulcri clausuram peragant. *Ibidem ad* 2; sigillum autem episcopale non debet apponi. *Ibidem ad* 3.

Altaria portatilia, quorum operculum ex metallo confectum est, non amiserunt consecrationem. **3779** *ad* 4.

Altare portatile in Ecclesiis vel Oratoriis publicis erigendi, quibusdam occurrentibus solemnitatibus et confluente ingenti populi frequentia, antiqua consuetudo tolerari potest. **3978** *ad* 4.

In Altarium portatilium consecratione Episcopus aspergere debet super singulis tabulis tribus vicibus, sed incensare easdem potest in circuitu omnium tabularum simul consecrandarum tribus vicibus, tamquam simul iunctarum in unum et semel Orationes, Antiphonas et Psalmos dicere. **4031** *ad* 1.

Altaria portatilia, quae sunt ex lapide non quidem marmoreo, sed duro et tamen compacto, sunt idonea pro sacrificio. **4032** *ad* 1; Altaria vero portatilia, quae ex lapide puniceo, sive ex gypso constant tolerari nequeunt. *Ibidem ad* 2; lapides sacri, quorum sepulcrum non in medio, sed in eorum fronte effossum fuit, in posterum non sunt admittendi; quoad praeteritum vero, cum commode fieri possit, iterum breviori formula consecrentur. *Ibidem ad* 3.

Altari portatili utendi privilegium Archiconfraternitati S. Mariae de Campo Sancto et Confratribus eidem adscriptis concessum declaratur per Apostolicas Litteras ad Ordinarios locorum et ad viam iuris reducitur, adiunctis conditionibus et limitationibus, quibus tolluntur abusus et corruptelae ex mala Indulti interpretatione exortae. **2586.** — *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **172.**

Altare privilegiatum.

In Altari privilegiato in Festis duplicibus de praecepto dici nequit Missa de Requie. **1333** *ad* 1.

Altare perpetuo privilegiatum, in quo quotidie celebrandae sunt Missae de Requie, gaudet eodem privilegio per celebrationem Missarum de Festo currenti in duplicibus. **1343.**

In Altaribus privilegiatis, sive in perpetuum sive ad tempus et pro quibusdam diebus, in quibus ex obligatione vel ex sola fidelium devotione etiam in duplicibus celebrandae sint Missae de Requie, satisfit dictis obligationibus per celebrationem Missarum de Festo occurrenti cum applicatione Sacrificii. **1714** *ad* 3 *et* 4. **2373** *ad* 2. Huiusmodi Indultum comprehendit dies omnes, in quibus iuxta Rubricas Missae de Requie celebrari nequeunt. **1793. 2041. 2962.**

Altaris privilegiati Indulgentiae non lucrantur ab iis qui diebus liberis celebrant de Festo vel de Feria non privilegiata. **2743** *ad* 5. — *Vide Suffragium in IV volumine p.* **355.**

In Altari privilegiato qualibet feria VI Missam cantatam de Requie aliquando S.R.C. permisit, etiam in duplici non de praecepto, conventuali tamen non omissa. **519.**

Altaristae.

Altaristae et Sacerdotes inferioris Ordinis Cathedralis nequeunt convocari ad Congregationes negotia particularia eorum respicientes campana maiore, quae pulsatur pro vocando Capitulo Canonicorum. **2165** *ad* 2; nec possunt in associatione funerum, sine interventu Capituli, uti Cruce argentea, sed debent uti alia Cruce inferiore. *Ibidem ad* 3; nec possunt commodare aliis Ecclesiis vasa et paramenta ad Cathedralem spectantia absque licentia Episcopi. *Ibidem ad* 4.

Ambonis ornatus, in quo fit concio, diversus esse debet ab ornatu scamni, in quo sedent Dignitates et Canonici celebrantes. **2621** *ad* 4.

Amen.

Amen a Choro respondere absque benedictione, quando Dignior de Choro Lectionem IX cantat, est abusus et corruptela omnino revocanda. **1108.**

Amen Ordinandus quilibet respondere debet iuxta consuetudinem in fine formularum in traditione vel materiae vel sacrorum indumentorum dicendarum. **2682** *ad* 6.

Amen non est dicendum in Baptismi forma recitanda; sed strictim servandum est Rituale Romanum. **3014** *ad* 2.

Amictus. *Vid.* **Alba.**

Amictu caput tegere debent Augustiniani, quando incedunt ad Missam celebrandam, non vero caputio. **693.**

Ampullae aureae vel argenteae in Missae sacrificio adhiberi possunt iuxta consuetudinem. **3149.**

S. Anastasiae Mart. dies 30 Decembris assignari potest in Ecclesia propria, non omissa commemoratione eiusdem in secunda Missa Nativitatis, ratione Stationis. **3876** *ad* 2.

In S. Anastasii Mart. Festo, quando ob elevationem S. Vincentii M. alia die celebratur, Missa dicenda est *In virtute* cum Evangelio *Si quis venit.* **2748** *ad* 2.

Ss. Angeli.

In S. Angeli Custodis Festo Benedictio octava dicenda est: *Quorum festum colimus.* **1885** *ad* 2.

Ss. Angelorum Custodum dies octava, si coincidat cum festo SSmi Nominis B. M. V., celebranda est, et festum Nominis B. M. V. transferendum. **2059** *ad* 2.

In SS. Angelorum Custodum Festo et infra Octavam Hymni Horarum non sunt concludendi: *Deo Patri sit gloria, Qui quos redemit Filius etc.* **2059** *ad* 3.

In SS. Angelorum Custodum Festo die 2 Octobris facienda est Commemoratio Octavae S. Michaelis Archangeli, ubi hoc Festum fit sub ritu duplici I classis cum Octava. **3406.**

De SS. Angelis Missa votiva in exsequiis parvulorum legatur vel cantetur diebus tantum a Rubrica permissis. **3481** *ad* 2.

SS. Angelorum Custodum Festum die 2 Octobris elevatur ad ritum duplicem maiorem pro universa Ecclesia. **3581** *ad* 2.

In SS. Angelorum Officio votivo tempore Paschali, in II Nocturno loco primae Antiphonae sumenda est altera *Immittet Angelus.* **3764** *ad* 16.

In Ss. Angelorum Custodum Missa die 2 Octobris non est facienda commemoratio S. Angeli Regni Hispani Custodis, cuius festum celebratur die praecedenti cum octava. **3767** Dub. addition. *ad Dub.* 2.

In S. Angeli Custodis Regni festi II Vesperis commemoratio Ss. Angelorum Custodum facienda est. **3856** *ad* 2. **4006** *ad* 6.

In S. Angeli Custodis Regni Hispaniae festo quomodo secunda stropha Hymni ad Vesperas et Matutinum mutanda sit, declarat S. R. C. **3856** *ad* 2.

In Ss. Angelorum Officio votivo inter Suffragia Commemoratio S. Michaelis Archangeli non est facienda in iis locis, ubi S. Archangelus est Titularis Ecclesiae. **4006** *ad* 7. **4043** *ad* 2; non vero omittuntur Commemorationes de S. Gabriele et de S. Raphaele, quae ab Antiphonis et Orationibus Officii votivi Ss. Angelorum diversae habentur. **4006** *ad* 8.

Angelus Domini *vide* **Salutatio angelica.**

In S. Aniceti P. M. Festo, quando transfertur extra tempus Paschale, legendum est Evangelium: *Si quis vult.* **2843.**

Anima eius (vel **animae eorum**) **et animae omnium fidelium Defunctorum etc.** Hic versiculus dici debet iuxta praxim Romanam in Exsequiis, quae fiunt pro uno vel pro pluribus, excepta die Commemorationis omnium fidelium Defunctorum, dicto versiculo *Requiescant etc.* **1743** *ad* 7. **3267. 4014.**

S. Anna.

S. Annae festo, quod in Ecclesia parochiali in Civitate Elda Dioecesis Oriolen. magna cum devotione et solemni pompa agi solet, concurrente cum festo S. Iacobi, pro gratia conceditur, ut primae Vesperae de S. Anna persolvi valeant. **3232.**

In S. Annae honorem Litaniae reprobantur. **1723.**

Anniversarium Beatificationis etc.

In Anniversario Beatificationis et Canonizationis nullatenus debet celebrari festum cum Officio; quod celebratur tantum die Canonizationis vel Beatificationis, et eo modo quo S. R. C. concesserit. **477** *ad* 5.

Anniversarium Nativitatis temporalis alicuius Sancti vel Beati, excepta illa Deiparae Virginis et S. Ioannis Bapt., celebrari nequit liturgico ritu vel alio sacrae solemnitatis modo, etiamsi celebratio fieret die obitus vel alio quocumque die memoriae eiusdem Sancti vel Beati assignato. **3816**; item eodem modo prohibita est centenaria commemoratio diei Baptismatis alicuius Sancti vel Beati. **3832** *ad* 1.

Anniversarium Creationis et Coronationis etc. Summi Pontificis.

In Anniversario Creationis et Coronationis Summi Pontificis regnantis in omnibus Missis cantatis et lectis commemoratio pro

Summo Pontifice est praeceptiva in toto Orbe catholico. **2740** *ad* 10. **3078** *ad* 7. **3575** *ad* 8. **3764** *Dub.* 2; et in duplicibus II classis dicitur sub unica conclusione. **2837** *ad* 8.

Anniversario Creationis seu Coronationis Summi Pontificis occurrente cum Anniversario Electionis seu Consecrationis Episcopi, de Anniversario Episcopi fit die sequenti. **3132.**

In Anniversario alicuius Summi Pontificis defuncti supra castrum doloris apponi debet dumtaxat Triregnum. Perperam apponuntur casula, stola etc. rubei coloris. **2578** *ad* 12; in eodem servari potest consuetudo recitandi unum tantum Nocturnum, sed sine Invitatorio. *Ibidem;* et dicenda est prima Missa cum Oratione: *Deus, qui inter Summos Sacerdotes. Ibidem. - Vide Suffragium in IV volumine pag.* **162.**

Anniversarium Dedicationis Ecclesiae.

Anniversarium Dedicationis Ecclesiae, si dies Consecrationis peractae sit incerta, celebrari debet cum Octava ea die, qua probabiliter ex validis circumstantiis peracta censetur. **261.**

Anniversaria dies Dedicationis Ecclesiae non est immutanda, etiamsi festum saepe sit transferendum ob occursum festorum mobilium. **704. 1498.** Quod si ob incertitudinem alia fuerit assignata dies, et postea detegatur documentum, quod incertitudinem tollit, nequit suffragari facta assignatio; sed Anniversarium celebrandum erit ea ipsa die, in qua Ecclesiam consecratam fuisse repertum est. **920.**

Anniversarii Dedicationis Ecclesiae diem Episcopus immutare potest solummodo in actu Consecrationis. **1321** *ad* 3. **2719** *ad* 1.- *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **340. 3881** *ad* 5. *Decret. gener.*

Anniversarium Dedicationis Ecclesiae Cathedralis ab Haereticis pollutae per Dioecesim peragi potest. **2218** *ad* 1.

Quoad Anniversarium Dedicationis Ecclesiarum in Gallicanae Reipublicae territorio Dominica post Octavam Omnium Sanctorum celebrandum, Decretum die 9 Aprilis 1802 ab Emo Cardinali Caprara factum intelligi debet tam de Ecclesiis ante dictum annum consecratis, quam de iis, quae in posterum consecratae vel consecrandae sunt. **3275.**

Anniversarii Dedicationis Ecclesiae Parochialis Officium non est recitandum a Clero Parochiae non adscripto. **1983. 2682** *ad* 33.

Anniversarium Dedicationis Ecclesiarum alicuius Ordinis faciendum est quoque in iis Ecclesiis, quae non sunt consecratae. **2774.**

Anniversarium Dedicationis cuiusdam Ecclesiae occurrens cum Festo SS. Apost. Petri et Pauli transferri debet ad primam diem liberam iuxta Rubricas. **2988** *ad* 1 *et* 2.

Anniversarium Dedicationis Ecclesiarum, iuxta Indultum pro Gallia concessum, Dominica post Octavam Omnium Sanctorum celebrandum, respicit etiam Regulares; et Anniversarium Dedicationis Cathedralis apud ipsos omnino omitti debet **3157** *ad* II.

Anniversarium Dedicationis Ecclesiae Cathedralis, in simplicem parochiam erectae, translata Cathedralitate in aliam Ecclesiam, non est celebrandum in Dioecesi; sed solum Dedicationis Anniversarium novae istiusmodi Cathedralis **3338** *ad* 1 *et* 2.

Anniversarium Dedicationis SSmi Salvatoris, ubi die 9 Nov. sub ritu duplici I classis cum Octava celebratur, quando occurrat cum Anniversario Dedicationis Cathedralis, in Ecclesiis non consecratis Civitatis Episcopalis celebrandum est; et posterius Festum transferri debet. **3426** *ad* 3.

Anniversarium Dedicationis omnium Ecclesiarum celebrari debet sub ritu duplici I classis cum Octava etiam in Ecclesiis non consecratis. **3469** *ad* 3. **3522.**

In Anniversario Dedicationis propriae Ecclesiae nullibi licet decantare Missam de Requie, ne praesente quidem cadavere. **3541.**

Anniversarium Dedicationis cuiusvis Ecclesiae celebrari debet die assignata actu Consecrationis in parte Dioecesis Cracoviensis, a qua divulsa fuit, et postea eidem restituta; et celebrari quoque debet Anniversarium Ecclesiae Cathedralis sub ritu duplici I classis. **3552** *ad* 1.

Anniversarium Dedicationis propriae Ecclesiae celebrari nequit coniunctim et eadem die cum Anniversario Dedicationis Ecclesiae Cathedralis Cracoviensis. **3552** *ad* 2.

In Anniversario Dedicationis Ecclesiae Cruces parietum a Diacono in Missa solemni et a Celebrante in Vesperis thurificari possunt, ubi consuetudo viget; dummodo sive Diaconus sive Celebrans thurificationem perficiat stando. **3621** *ad* 1.

Anniversarium Dedicationis omnium ruralium consecratarum Ecclesiarum in Dioecesi Tarvisina agitur Dominica IV Octobris; Anniversarium vero Cathedralis fit Dominica prima post diem sextam Iulii; ceterarum demum Civitatum Ecclesiarum idem Festum recolitur respectivis diebus propriis. In hoc casu Festum Dedicationis Cathedralis supradicta Dominica sub ritu dupl. I classis, etsi sine Octava, erit recolendum ab universa Dioecesi indistincte, scil. ab omnibus Ecclesiis sive consecratis sive non consecratis, itemque

sive urbanis sive ruralibus. De consecratis vero urbanis idem Festum erit celebrandum respectivis diebus solummodo a Clero eisdem Ecclesiis stricte addicto; quemadmodum a Clero, cui demandata est cura Ecclesiarum ruralium, sive consecratarum sive non consecratarum, Anniversarium Dedicationis Dominica IV Octobr. peragendum est. **3622** *ad* 4.

Anniversarii Dedicationis Ecclesiae diem Dominicam, in qua Ecclesiae consecratio fit, Episcopus consecrator assignare potest pro die mensis, in quam incidit Dominica peractae consecrationis. **3829** *ad* 3.

Anniversarium Dedicationis omnium Ecclesiarum tantummodo sui Ordinis Regulares, qui Calendarium proprium habent, celebrare debent die statuta; et Anniversarium Dedicationis Cathedralis, si degunt in civitate Episcopali, sub ritu duplici II classis sine octava; non vero Dedicationem omnium Ecclesiarum Regni. **3861** *ad* 1. **3925** *ad* V *qu.* 1 *et* 2.

Anniversarium Dedicationis Ecclesiae sub ritu duplici I classis ab omni Clero recolendum est, qui ad eamdem Ecclesiam, aut ratione beneficii aut ratione subiectionis, utpote propriam pertinet. Quod si alicui Dioecesi vel Instituto concessum sit Anniversarium Dedicationis omnium Ecclesiarum uno eodemque die celebrare, omnes et singuli de relativo Clero, quibus indultum favet, dictum festum semel celebrabunt sub ritu duplici I classis cum octava; sive Ecclesia propria consecrata, sive benedicta tantum fuerit, cuiuscumque particularis alterius Ecclesiae Dedicationis festo omisso. **3863** *ad* 3. *Decretum generale.*

Anniversarium Dedicationis Cathedralis celebretur ab universo Clero saeculari Dioecesis sub ritu duplici I classis, in civitate Episcopali cum octava, extra vero sine octava; ii tantum ex Clero Regulari, qui in civitate degunt Episcopali, sub ritu duplici II classis sine octava idem festum recolant. **3863** *ad* 4. *Decretum generale.*

In Anniversario Dedicationis consecratae Ecclesiae duodecim cerei ardere debent per integrum et solum diem, incipiendo a primis Vesperis, **3876** *ad* 6; in die vero octava cerei possunt, sed non debent accendi. *Ibidem ad* 7.

Anniversarium Dedicationis Ecclesiae, et eo magis Dedicatio ipsa est festum Domini. **3881** *ad* 1. *Decretum generale*; Anniversarium Ecclesiae propriae, iuxta Rubricas solemnius et primarium, aliis quibuscumque locorum festis, etiam Patroni et Titularis, est per se praeferendum tam in occursu quam in concursu; permittitur tamen, ut Patroni festum, ratione feriationis, praedicto Anniversario praeferatur. *Ibidem ad* 2; Anniversarium Dedicationis Ecclesiae non propriae uti secundarium habendum est; et si cum aliis quibuscumque festis occurrat vel concurrat, servandae sunt Rubricae et Decretum generale super festis primariis et secundariis. *Ibidem ad* 3. Anniversario Dedicationis Ecclesiae sive propriae sive non propriae occurrente vel concurrente cum festis solemnioribus universalis Ecclesiae, haec semper illi praevalent, personali etiam dignitate posthabita. *Ibidem ad* 4. - *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **408.**

Anniversaria pro Defunctis
(in genere).

Anniversaria Defunctorum certis diebus persolvenda nequeunt tuta conscientia transferri ad aliam diem; nec prodest aut consuetudo aut Episcopi permissio. **1040.**

In Anniversario Defunctorum Absolutio non est ex obligatione, sed ad arbitrium facienda. **1322** *ad* 6.

Anniversaria et Missae cantatae de Requie relictae ex dispositione testatorum, quotannis in die ipsorum obitus, etiam in festis ritus duplicis maioris contingentes, celebrari possunt, nec comprehenduntur in Decreto generali diei 5 Aug. 1662. - **1307. 1343. 1392. 1767.**

Anniversarium, etsi Regis sit vel magni Principis, celebrari non licet diebus a Rubricis prohibitis. **1605.**

In Anniversario a Testatore praescripto quoad Officium servandae sunt Rubricae Breviarii et Ritualis. **1615** *ad* 5.

In Anniversario, si anticipetur vel postponatur, dicenda est Missa ut in Anniversario. **2002** *ad* 11.

Anniversaria ex devotione petentium in ruralibus Ecclesiis celebrari possunt etiam in duplicibus, dummodo sermo sit de die vere anniversaria a die obitus. **2059** *ad* 6.

Anniversaria generalia, quae quater in anno fiunt a Fratribus trium Ordinum S. Francisci, celebrari nequeunt in occursu cuiuscumque duplicis, etiam ritus duplicis minoris; potest tamen illud, quod generalissimum dicitur, in quo ex peculiari Rubrica omittantur Psalmi *Lauda anima* et *De profundis.* **2587** *ad* 3. - *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **178.**

In Anniversario celebrando pro Defunctis alicuius Communitatis servandae sunt Rubricae. **2684** *ad* 15.

Anniversarium solemne ex testamento relictum nil aliud importat per hoc praecise nomen Anniversarii, nisi onus Missae solemnis Defunctorum; quod si per testamentum iniungatur etiam Officium, hoc restringitur

ad unum Nocturnum conveniens diei cum Laudibus. **3032** *ad* 1 *et* 2.

Anniversaria pro Defunctis infra Octavam Nativitatis Domini celebrari nequeunt. **3605** *ad* VI.

In Anniversariis celebrandis pro Defunctis in Cathedralibus servanda est Rubrica Missalis Tit. XV *De Hora celebrandi Missam* num. 3. - **3611** *ad* 8.

In Anniversario vel depositione simplicis Sacerdotis quaenam celebranda sit Missa de Requie, satis explicatur in Rubrica Missalis in fine quartae Missae pro Defunctis. **2040.**

Pro Anniversario vel depositione Defuncti Missa celebranda de Requie non excusat in Ecclesiis Cathedralibus et Collegiatis a Missa conventuali. **2002** *ad* 6.

In Anniversario pro defuncto Sacerdote vel in eiusdem sepultura Missa de Requie celebranda sumi potest primo vel secundo loco posita, dummodo Oratio: *Deus, qui inter Apostolicos* omnino adhibeatur. **2417** *ad* 8.

Anniversarium regulariter celebrari nequit in Ecclesia, in qua expositum est SSmum Sacramentum occasione XL Horarum. **1743** *ad* 5.

Prout Anniversaria non sunt habendae Missae solemnes de Requie, pro quibus oblata est stipes a fidelibus in concione habita tempore Quadragesimae, et proinde non sunt celebrandae in duplicibus. **2733.**

Ut in Anniversario cani possunt, etiam extra proprios dies, Missae de Requie solemnes quotannis a fundatione celebrandae. **3213** *ad* 5.

Anniversaria singula fundata a Capitulo Cathedralis ad amussim celebranda sunt, et quidem, in casu, aliis diebus ab iis, quibus Capitulum mensibus Ianuario ac Novembri, die Dominica vel Festo I vel II classis, etsi non praeceptivo, ad Ecclesiam Cathedralem convenire solet. **3669** *ad* 3.

In Anniversariis Defunctorum, quae ex devotione petuntur, Sacerdos satisfacit celebrando Missam de Sancto, quando iuxta Rubricas nequit celebrare Missam de Requie. **1238** *Decr. gener.* **3352** *ad* 4.

Anniversaria seu Missae cantatae pro Defunctis, sive fundata a testatoribus pro die obitus aut alia determinata die, sive privata ad petitionem viventium, dummodo pro die obitus, non comprehenduntur in Generali Decreto diei 5 Aug. 1662; et prohibentur tantum in duplicibus I et II classis, in Dominicis et Festis de praecepto, infra octavas Nativitatis Domini, Epiphaniae, Paschae, Pentecostes et Corporis Christi, necnon Feria IV Cinerum, maiori Hebdomada, in Vigiliis Nativitatis et Pentecostes et tempore Expositionis solemnis SS. Eucharistiae. **3753** *ad* 1. *Decret. gener.;* si in diem impeditam incidant, transferri possunt in proximam diem liberam, vel anticipari in proximiori antecedenti die libera. *Ibidem ad* 2.

Anniversarius dies pro Defunctis, nec non dies 3, 7 et 30 tam a die obitus, quam a die depositionis computari potest. **3753** *ad* 4.

Anniversaria, quae a religiosis Communitatibus, a Canonicorum Collegiis, a Confraternitatibus aut ab aliis quibuscumque piis Sodalidatibus, pro Confratribus defunctis semel in anno fieri solent, necnon illa quae pro fidelium pietate infra Octavam omnium fidelium Defunctorum locum habent, de speciali gratia permittuntur in duplicibus minoribus. **3753** *ad* 5.

De Anniversariis diebus pro Defunctis quod S. R. C. statuit, extendendum est quoque ad dies 3, 7 et 30 ab obitu, sive quoad Missam de Requie cum cantu, sive quoad translationem si impediatur. **3753** *ad* 3.

A Missis de Requie, sive solemnibus sive lectis, celebrandis in diebus Orationis XL Horarum iuxta Instructionem Clementinam abstinendum est; sed Missa solemnis pro Defuncto cani potest die 3, 7, 30 et Anniversario a die obitus vel depositionis Defuncti. **3357.**

Anniversarium pro Defuncto Episcopo.

Anniversarium pro Episcopo praedefuncto celebrari debet. **524**; et contravenientes mulctentur in poenam Constitutionis Synodalis. *Ibidem.*

Anniversarium ultimi Antecessoris Episcopi quotannis celebrari debet. **2631** *ad* 4. - *Vide Suffragium in IV volumine p.* **244**; et si proximus Praedecessor translatus sit ad aliam Ecclesiam, celebrare debet pro eo qui decessit Cathedram tenens. **2682** *ad* 18, pro quo celebrando servanda est dispositio Caeremonialis. **2684** *ad* 14. - *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **329.**

Anniversarium pro ultimo Episcopo defuncto celebrari debet, quamvis obierit, postquam nuntium remiserat Dioecesi quin titulum vel curam alterius recepisset. **3610** *ad* 2.

Anniversarium pro ultimo Episcopo celebrari debet ab Episcopo iuxta Caeremoniale Episcoporum, quamvis Episcopus defunctus duo alia Anniversaria fundaverit. **3669** *ad* 1; itemque celebrandum est Anniversarium pro defunctis Episcopis et Canonicis, quamvis alterum per modum fundationis perpetuae persolvatur. *Ibidem ad* 2.

In Anniversario pro defuncto Episcopo

Missa sumenda est ut in die Commemorationis omnium fidelium Defunctorum. **3213** *ad* 5.

In Anniversario die pro Episcopo proxime defuncto Capitulum tenetur adesse Choro, quamvis ex dispensatione S. Sedis tantum Dominicis festisque ad Chori servitium obligetur. **3719** *ad* 1.

Anniversarium in Cathedralibus celebrandum est pro ultimo defuncto Episcopo, qui revera uti Episcopus Dioecesanus mortuus est; non pro defuncto Episcopo, qui Episcopatum abdicavit, et alteram Sedem seu Titulum alicuius Ecclesiae non accepit. **4038.**

Anniversario Episcopi Praedecessoris immediati Canonici Cathedralis assistere tenentur, sine ulla retributione. **2151.**

Vide **Episcopus defunctus.**

Anniversarium Electionis et Consecrationis Episcopi.

Anniversarium Consecrationis Episcopi incidens in Hebdomadam maiorem vel in dies privilegiatas omittendum est: potest tamen addi Collecta Orationi diei. **2152** *ad* 2.

Anniversarium Consecrationis Episcopi non est celebrandum cum Missa in tota Dioecesi. **2168. 3792** *ad* 3. **3824** *ad* 3.

In Anniversario de Episcopo translato celebranda est Missa in Ecclesia, cui fuit ultimo loco praepositus, recurrente die quo Papa eum tali Ecclesiae praefecit; et annuntiandum erit hoc festum cum termino *Translationis.* **2365** *ad* 6.

In Anniversario Episcopi translati Missa celebrari et Commemoratio respective fieri debet tum in die suae Translationis tum in die Consecrationis; quia per Anniversarium Translationis nihil detrahitur Anniversario Consecrationis. **3078** *ad* 6.

In Anniversario Consecrationis Episcopi, si occurrat cum Festo duplici, Missae privatae celebrandae sunt de huiusmodi Festo cum Commemoratione Consecrationis, et Collecta *Deus omnium fidelium pastor* etc. post alias Commemorationes, si quae faciendae sint. Post Nonam vero in Cathedralibus et Collegiatis celebranda est Missa solemnis de Consecratione Episcopi cum *Gloria, Credo* et Praefatione de Communi. **2528** *ad* 3.

Anniversarium Consecrationis Episcopi celebrandum est die et mense, quo accidit. **2815** *ad* 1; Missa debet esse de Anniversario Consecrationis. *Ibidem ad* 2; si vero incidat in Dominica I vel II classis, Missae Dominicae addatur Oratio pro Episcopo. *Ibidem ad* 3.

In Anniversario Consecrationis Episcopi dicitur *Credo* in Missa solemni tantum de eodem. **2823** *ad* 1; non sunt autem dicendae Missae privatae de Electione et Consecratione Episcopi. *Ibidem ad* 2; Commemoratio vero eiusdem Anniversarii facienda est in Dominicis privilegiatis I classis et in Duplicibus II classis sub unica conclusione; in Duplicibus I classis, Feria V in Coena et Sabbato Sancto omittenda est. *Ibidem ad* 3.

In Anniversario Electionis et Consecrationis Episcopi Missa solemnis est praeceptiva in Cathedralibus et Collegiatis Dioecesis, accedente mandato Episcopi, **3078** *ad* 1; et quidem in utroque Anniversario Electionis et Consecrationis. *Ibidem ad* 2. **3352** *ad* 3; in Missis privatis Sacerdotes Ecclesiae Cathedralis et Collegiatarum Commemorationem facere debent de praedictis Anniversariis. **3078** *ad* 3; et ad eamdem Commemorationem faciendam tenetur universus Clerus tum saecularis tum regularis Dioecesis in Missis tam lectis quam cantatis. *Ibidem ad* 4 *et* 5. **3440** *ad* 1. **3824** *ad* 5.

Anniversario Consecrationis Episcopi occurrente cum Anniversario Creationis seu Coronationis Summi Pontificis, de Anniversario Episcopi fit die sequenti. **3132.**

In Anniversario die Electionis et Consecrationis Episcopi Collecta pro Papa ab Ordinario praescripta omittitur. **3213** *ad* 1.

Anniversarii Consecrationis et Electionis Episcopi Missa non solum diebus Dominicis festivisque prohibita est, sed etiam omnibus Festis I et II classis. **3575** *ad* 4; et in Missa Conventuali in duplicibus I classis de Anniversario nihil fit: addi vero debet in duplicibus II classis Commemoratio Anniversarii sub unica conclusione. *Ibidem ad* 5; haec Missa prohibita est etiam diebus non festivis, sed duplicia excludentibus. *Ibidem ad* 6; et quando in Missa excluditur quaecumque Collecta, in Missis lectis etiam Commemoratio Anniversarii omitti debet. *Ibidem ad* 7. **3764** *Dub.* 2.

Anniversarium Consecrationis Episcopi, quando accidentaliter impeditur festo duplici I classis, omittendum est. **3762** *ad* 1; sin vero quotannis impeditur festo duplici I classis, reponi debet sequenti die. *Ibidem ad* 2. **3792** *ad* 2.

Anniversarium Electionis vel Consecrationis Episcopi, si occurrat die 24 Decembris, assignandum est diei proximiori, in qua non fiat de Duplici II classis, ante diem 24 Decembris. **3824** *ad* 1.

Anniversarium Episcopi die 19 Martii in festo S. Ioseph consecrati celebrandum est die sequenti 20 Martii; in Ecclesiis vero, ubi dies 20 Martii est impedita, nihil fit de Anniversario Consecrationis Episcopi. **3824** *ad* 2.

Anniversarii Electionis vel Consecrationis Episcopi Commemoratio, si Missa votiva in Cathedralibus vel Collegiatis celebranda per accidens sit impedita, coniungenda est sub una conclusione cum Oratione diei. **3824** *ad* 4.

Anniversarii diei Electionis vel Consecrationis Episcopi Collecta dici debet tantum in Missa, non in omnibus sacris functionibus. **3949** *ad* 5.

Anniversarium Consecrationis Episcopi Administratoris celebrari nequit. **2274** *ad* 5.

Vide **Consecratio** vel **Electio Episcopi.**

Annulus.

Annuli delatio in Missa omnibus Sacerdotibus est vetita, etiamsi sint Protonotarii titulares, Dignitates et Canonici Cathedralis. **483. 536. 2907** *ad* 5. **3580** ad 7. **3821.**

Annulos duos et arrhas benedicendi ritus in benedictione nuptiali servari potest. **3531** *ad* 4.

Annuli benedictionis partem non constituunt Orationes quae incipiunt *Confirma hoc Deus* et desinunt per *Oremus: Respice.* **3548** *ad* 1.

Annuli benedictio in administratione Sacramenti Matrimonii omitti nequit; et si sponsi ob paupertatem annulum non deferant, Episcopus Parochis praecipere potest, ut unum annulum secum semper teneant, qui Sponsis eo deficientibus pro tali benedictione rite explenda tradatur; vel eosdem Sponsos monendo, ut illum saltem ex metallo infimi valoris sibi provideant. **3548.** *ad* 2.

Annulum pontificale Episcopus in solemni cantu Horae Tertiae gestare nequit; sed pro manuum lotione illo dimisso, non amplius ei est imponendus nisi expleta vestitione pro Missa, cum illum inducit Presbyter assistens. **3747** *ad* 1.

Annuli Benedictio in secundis Nuptiis non est omittenda **2743** *ad* 2. - *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **349.**

Cum Annulo lapide pretioso ornato Canonicis non licet celebrare Missas. **2079** *ad* 8.

Annuli usus nullimode competit Canonicis. **2805.**

Annulo et rochetto Canonici uti nequeunt sine speciali Indulto. **3218.**

Annulo cum gemma in Missa solemni ceterisque sacris functionibus gestare licet Archidiacono Abbati Cathedralis Albensis. **3061.**

Annulo uti nequit Praepositus in Missa solemni, attenta consuetudine immemorabili, nisi constiterit sibi de speciali S. Sedis Indulto. **1032.**

Annuntiatio B. M. V.

Annuntiationis B. M. V. festum si transferatur, genuflectendum est in die translationis ad ℣. *Et incarnatus* a Sacerdote et Ministris. **1268.**

Annuntiationis B. M. V. festum incidens Sabbato Sancto transferri debet una cum praecepto audiendi Missam ad feriam secundam post Dominicam in Albis, posthabito quocumque alio festo aequalis ritus; et proinde celebratio Missarum Sabbato Sancto omnino prohibita est, praeter unicam Missam conventualem. **1822.** *Decret. gener.*

Annuntiationis B. M. V. festo cadente in Feriam V in Coena Domini, aliquae Missae privatae ob praeceptum feriationis permittuntur ante conventualem. **1890.** *ad* 6. **2240.** *Decret. gener.*

Annuntiationis B. M. V. festum quando incidat in Feria V in Coena Domini, Missa pro populo applicari debet hac Feria V, non vero Feria II post Dominicam in Albis, in quam quoad Chorum illud transferendum erit. **3189** *ad* 1. **3503** *ad* 3.

Annuntiationis B. M. V. festum si occurrat Feria V in Coena Domini, Missae privatae celebrari nequeunt, ubi dictum festum abrogatum fuit; nisi de speciali Indulto. **3179. 3400** *Dub.* 1. **3503** *ad* 2.

Annuntiationis B. M. V. festum suppressum, incidens in Feria V in Coena Domini, celebrandum est eodem die quo antea, quando erat de praecepto. **3503** *ad* 1. Tunc in Cathedrali, Episcopo ad conficiendum Chrisma celebrante et Missam solemnem pro Dioecesanis ratione Festi applicante, Parochus unicam Missam conventualem diei celebrans eam applicare debet pro populo: secus, ad primam Sacri celebrationem. *Ibidem ad* 3; et hoc festum quoad sacras functiones, Missae applicationem pro populo etc. non est transferendum in feriam II post Dominicam in Albis. *Ibidem ad* 4.

Annuntiationis B. M. V. festum, quando incidit in Quadragesima, non est celebrandum cum Octava, licet sit Titularis Ecclesiae. **2818.**

In Annuntiationis B. M. V. festo intra Quadragesimam occurrente licet, ubi non exsistit obligatio Chori, cantare immediate post Missam Vesperas Festivitatis; et Celebrans, deposita Casula, Stola et Manipulo, potest assumere ad scamnum Pluviale super Albam vel recedere ad sacristiam et redire cum Pluviali super cottam. **3574** *Dub.* 3.

Annuntiationis B. M. V. festum quoad translationem. **3807. 3838. 3850. 3925** *Dub.* VI *qu.* 1.

Annuntiationis B. M. V. festum ad ritum duplicis I classis evehitur. **3850.**

Annuntiationis B. M. V. Solemnitati in perpetuum assignari nequit Dominica II post Pascha. **3876** *ad* 12.

Annuntiationis B. M. V. festum in Liturgia Ambrosiana etiam feriis VI in Quadragesima occurrentibus celebrari potest. **3948.**

In Annuntiationis B. M. V. Missa in ultimo versu Tractus legendum est: *adducentur in laetitia.* **3421** *ad* 1.

In Annuntiationis B. M. V. festo, si occurrat in triduo Maioris Hebdomadae, Paschate et duobus diebus sequentibus, ne clausis quidem ianuis celebrari licet unica Missa de Annuntiatione in alma Domo Lauretana. **210** *ad* 2.

Annuntiationis B. M. V. festo concurrente cum Officio VII Dolorum eiusdem B. M. V., nulla in Vesperis fit Commemoratio VII Dolorum. **2365** *ad* 5.

De Annuntiatione B. M. V. Missa solemnis celebrari nullo modo potest, quando hoc festum occurrat in Dominica Palmarum. **1022.**

Annuntiationem B. M. V. Titularem fuisse dum constat, licet progressu temporis fuerit celebratum pro Titulari festum Assumptionis vel Nativitatis B. M. V. etiam auctoritate Episcopi, Titularis primarius resumendus est, scilicet festum Annuntiationis. **3059** *ad* XIV.

In **S. Anselmi** Ep. Conf. et Doct. Officio, quocumque tempore recitetur, Lectiones I Nocturni semper erunt de Communi Doctorum. **2319** *ad Tit.* XXV. *Dub.* 2.

Antipendium.

Antipendii loco, quod totam anteriorem Altaris partem tegat, parvum Antipendium vulgo *Palia* circa dimidium metri habens ex quavis parte, quod suspenditur in medio Altaris, non permittitur. **4000** *ad* 2.

Antiphona.

Antiphonae praeintonandae sunt ad formam Caeremonialis Episcoporum. **190;** nisi alia adsit immemorabilis et laudabilis consuetudo. **207.** Praeintonandae sunt in Cathedralibus et Collegiatis absente Episcopo primum Celebranti, mox Dignitatibus et Canonicis ordine successivo. **216.**

Antiphonae praeintonari debent ab uno eodemque, tam Episcopo quam Canonicis. **2216** *ad* 3.

Antiphonae praeintonandae sunt a Beneficiatis seu Mansionariis Canonicis, qui in Matutinis, Laudibus et Vesperis decantandis intonant Antiphonas. **3801** *ad* 2.

Antiphonae Maiores Adventus praeintonandae sunt ab Hebdomadario iuxta Caeremoniale Episcoporum lib. II cap. 3 § 10. **6283** *ad* 3.

Antiphonae in Matutino Noctis Nativitatis Domini praeintonari debent. **3108** *ad* 7.

Antiphona quarta in Vesperis solemniter ab Episcopo celebratis intonari debet a digniore de Capitulo in Choro manente. **724. 867. 3422** *ad* 2.

In Antiphonis intonandis quoad aperiendum caput et assurgendum a Clericis servanda est consuetudo Ecclesiae. **1628.**

Antiphonae in Choro, nonnisi stando, sunt intonandae a quibuscumque seu Beneficiatis aut Mansionariis, seu Canonicis. **3781** *ad* 1.

Antiphonae si ab uno ex Canonicis intonantur, omnes in Choro praesentes surgere debent, excepto Hebdomadario, si sit paratus; vel ab una illius qui intonat parte, vel ab utraque, iuxta Ecclesiarum consuetudinem. **3781** *ad* 2.

Antiphona si ab uno ex Beneficiatis seu Mansionariis intonetur, omnes, Canonicis exceptis, surgere debent, vel ab una tantum parte, vel ab utraque, prout Ecclesiarum fert consuetudo. **3781** *ad* 3.

Antiphonas Sanctorum Titularium Cappellani cantores in Ecclesiis, per quas Processio transit, nequeunt intonare et cantare in libro sustentato per Acolythum. **3801** *ad* 1.

Antiphonas et Orationem de S. Titulari canere in propria Ecclesia occasione Processionis spectat ad Parochum, non vero ad Archipresbyterum pluviali indutum. **1524.**

Quoad Antiphonas et Responsoria cantanda a Dignitatibus assistentibus in Choro, Caeremoniale Episcoporum servandum est. **670.**

Antiphonarum et Lectionum distributio a quo facienda sit, dicitur **730.**

In Antiphonarum distributione servandus est ordo antianitatis, non habilitatis. **1091.**

In Antiphonis distribuendis in Vesperis Pontificalibus servandum est Caeremoniale Episcoporum lib. II cap. 1 § 2. - **2049** *ad* 18.

Antiphona in Choro, postquam primo loco data fuit Celebranti a cornu Epistolae, danda est secundo loco primae Dignitati, sive a cornu Evangelii sive a cornu Epistolae adsistenti, et sive interveniat sive non Archipresbyter prima Dignitas, qui sedet a parte Evangelii. **1314.**

Antiphonae Maiores **O** in Vesperis ante Nativitatem Domini cantari possunt in Officio feriali vel cantu feriali vel solemni iuxta consuetudinem. **3054** *ad* 2.

Antiphona finalis B. M. V., quae dicitur, dum est discedendum a Choro, non est dicenda in fine Laudum, si statim subsequatur Missa. **2148** *ad* 7; nec post Vesperas solemnes Pontificales. **3213** *ad* 9.

Antiphona finalis B. M. V. flexis genibus dicenda est tantum in Choro. **2682** *ad* 41; stando vero dicenda est in I Vesperis Sabbati, et in Dominica, etiamsi Officium Dominicae absolvatur post occasum solis. **2682** *ad* 42; idem valet in Vesperis, quae tempore Quadragesimae dicuntur ante meridiem. **3009** *Dub.* 8; item in fine Laudum, si recitentur die Dominica ante occasum solis pro feria secunda. **2572** *ad* 1; **2587** *ad* 7. - *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **181.**

Antiphona finalis B. M. V. in fine Vesperarum laudabiliter dicitur in Ecclesiis, in quibus non adest stricta obligatio Chori, etiam quando Vesperae celebrantur coram SSmo Sacramento. **3574** *ad* 1.

Antiphona Salve Regina etc., vel alia de tempore dicenda, omitti nequit ad Laudes, etiamsi statim subsequantur Litaniae, quae dicuntur pro principio orationis mentalis. **1926.**

Antiphona Alma Redemptoris etc. dici nequit ultra diem 2 Februarii, etiamsi festum Purificationis transferatur vel habeat octavam; sed tunc iuxta Rubricam sumenda est Antiphona *Ave Regina coelorum.* **1658. 1890** *ad* 3. **2148** *ad* 1. **2152** *ad* 1.

Antiphona Alma Redemptoris etc. dicenda est in fine Vesperarum in festo Purificationis B. M. V. etiam in Ecclesiis parochialibus nullam habentibus Chori obligationem, et in quibus cantantur Vesperae absque Completorio. **3885** *ad* 4.

Antiphonae Ave Regina coelorum etc. *Regina coeli* etc. ante Benedictionem cum SSmo Sacramento cantari possunt immediate post Litanias Lauretanas cum Oratione B. M. V. congruente; si vero dictae Litaniae non cantentur, praefatae Antiphonae praemittantur Hymno *Tantum ergo* ante Benedictionem canendo. **3530** *ad* 1.

Antiphonis et aliis extra Officium de praecepto, v. gr. Antiphonae *Tota pulchra,* quae in Sabbato canitur post Litanias, tempore Paschali non additur *Alleluia.* **1334** *ad* 6.

Antiphonae si habeant in fine *Alleluia,* semper cum eodem *Alleluia* recitari debent, excepto tempore a Septuagesima usque ad Sabbatum Sanctum. **3780** *ad* 7.

In Antiphona ad *Magnificat* in II Vesperis festi S. Raphaelis Archangeli (24 Oct.) duplex *Alleluia* omittendum est. **3297** *ad* 2.

Antiphona ad *Magnificat* in II Vesperis Officii votivi Apparitionis B. M. Immaculatae *(de Lourdes)* sumenda est ex I Vesperis eiusdem festi. **3788** *ad* 1.

Antiphonae, quae variantur in Commemoratione Simplicis plurimorum Martyrum in festo pariter plurimorum Martyrum, non mutantur, quando festum transfertur. **2199.**

Antiphonae I et II Nocturni in Feria VI et Sabbato post Octavam Ascensionis a Benedictinis recitari debent iuxta Breviarium Monasticum. **2319** *Tit.* XXI. *Dub.* 1.

Antiphona pro Commemoratione Octavae in Laudibus, occurrente festo Confessoris non Pontificis infra Octavam alterius festi pariter Confessoris non Pontificis, desumenda est ex I Vesperis. **2503** *ad* 2.

In Antiphona tertia I Nocturni de Communi Virginum legendum est: *Sunamitis.* **2839.** *ad* 9.

Antiphona: Haec dies in Octava Paschatis intonanda est ab Hebdomadario. **2956** *ad* 4.

Antiphonae ad Matutinum, Laudes et Vesperas in Officio parvo B. M. V. duplicantur in Choro diebus, quibus celebrantur festa duplicia, si Officium recitetur integrum, i. e. cum tribus Nocturnis, non vero si unum Nocturnum tantum dicatur. **3572** *ad* 2.

Antiphonae: Sub Altare Dei etc. et *Sub Altare Dei audivi* etc. in consecratione plurium Altarium fixorum ab Episcopo toties intonandae et a cantoribus cantandae sunt, quot Altaria sunt consecranda; itemque iteranda est Oratio: *Deus, qui ex omnium cohabitatione* etc. **3613** *Dub.* II. *qu.* 2 *et* 3.

Antiphonae propriae, quae habentur de praecepto in aliquibus Officiis, omnino dici debent, nec sumi possunt de Communi Sanctorum. **2319** *Rel. Dub. ad* 19..

Antiphona, si pro Commemoratione facienda alicuius diei infra Octavam in Laudibus sumenda sit ex eodem Communi, unde sumpta est pro Officio, servari debet Rubrica Tit. IX. num. 8, ut scilicet sumatur ex I Vesperis. **2205** *ad* 2. Vide **2503** *ad* 2.

Antiphona: Si iniquitates et Ps. *De profundis,* Absolutione super tumulum expleta, recitari, non vero cantari debet, dum regreditur ad sacristiam **2696** *ad* 2; sed omittitur in die Commemorationis omnium fidelium Defunctorum. **2694.**

Antiphonae: Ne reminiscaris et *Trium puerorum,* quae privatim recitantur ante et post Missam, duplicandae sunt ad libitum, iuxta ritum Officii et Missae. **4011** *ad* 2.

Antiphona: Si iniquitates cum Psalmo *De profundis* dici debet, Absolutione ad tumulum expleta, in Officiis et Missis cum cantu pro uno vel pluribus Defunctis, quae die 7, 30 et anniversario aut etiam extra hos dies celebrantur. **4014.**

Vide **Commemoratio.**

Antiphonarii et Psalterii universi cum cantu editio Ratisbonensis Brevi Apostolico commendatur. **3830.**

S. Antonius Abbas.

S. Antonii Abb. festum in Dioecesi Cadurcensi ex speciali gratia fieri potest die 19 Ianuarii tamquam assignata, etiam in Ecclesiis, ubi hic S. Abbas est Titularis vel Patronus loci. **3848** *ad* 1.

Pro S. Antonii Abb. Commemoratione, Dioecesis Minoricensis Patroni, in Suffragiis Antiphona propria de II Vesperis Festi dici potest, omisso verbo: *Hodie.* **4048** *ad* 3.

S. Antonius Patavinus.

In S. Antonii Patavini honorem Litaniae prohibentur; et Episcopo iniungitur, ut omnes formulas, tam impressas quam in Mss. contentas, colligat et ad S. R. C. transmittat. **995**.

S. Antonii Patavini Vigilia, quae a Fratribus Minoribus servatur cum ieiunio, si incidat cum festo Corporis Christi, anticipanda est in feria IV. **1116**.

In S. Antonii Patavini festi celebratione Conventuales S. Francisci in possessione manutenendi sunt Novenam et Processionem faciendi, etiam extra proprium recinctum et per Parochiam. **1353**. *ad* 1. 2 *et* 3.

S. Antonii Patavini festum, quamvis in utriusque Siciliae Regnis gaudeat ritu duplici I classis, in sola Civitate Neapoli servandum est sub utroque praecepto; et ubi est Patronus principalis, transferri debet in Dominicam proximam, ad formam Brevium reductionis festorum in iisdem Regnis. Alibi vero celebrari debet propria die, sed sine praecepto feriationis. **2592** *ad* 1. - *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **187**.

Cum S. Antonii Patavini Reliquia Franciscani possunt facere Processionem de consensu et licentia Episcopi; et gestatio dictae Reliquiae spectat ad ipsos Franciscanos. **1971** *ad* 1 *et* 2.

S. Antonii Patavini Processio incidens infra Octavam Corporis Christi fieri potest a Conventualibus, dummodo dies non sit impedita aliis Processionibus. **2191**; haec Processio peragi potest a Fratribus Reformatis per oppidum arbitrio Episcopi. **2203** *ad* 6.

S. Antonii Patavini festum Canonici Collegiatae Casalis Novi celebrare nequeunt die, quo Patres Strictioris Observantiae S. Francisci idem celebrant, nec alio die in Cappella in Collegiata sita; eisdem tamen licet quotidie canere Responsorium de dicto Sancto; sed occasione festivitatis aut Responsorii aut aliarum functionum in honorem dicti Sancti quaestuare nequeunt per Oppidum **2203** *ad* 1 - 5.

S. Antonii M. Zaccaria Conf. festum sub ritu duplici minori pro universa Ecclesia praescribitur, et quidem die 5 Iulii, translato in diem 7 Iulii festo Ss. Cyrilli et Methodii PP. CC. **3969**.

Apostoli.

Apostoli et Evangelistae aequiparantur; ideo in eorum festorum translatione dignitas attendenda non est, sed de eo fieri debet, quod est in ordine anterius. **1341**. **1756**.

In Ss. Apostolorum Divisionis festo, ubi celebratur die 4 Iulii, Commemoratio octavae Ss. Apost. Petri et Pauli facienda et color albus adhibendus est. **3400** *Dub.* 2.

Ss. Apostolorum omnium Commemoratio die 29 Iunii facienda illa est, quae olim praescripta fuit pro Statu Romano, occasione reductionis festorum. **2591** *ad* 11; et ubi fuit concessa, in Missa facienda est sub distincta conclusione. **2914** *ad* 1; et non immediate post Orationem festi, sed suo loco. **3157** *ad* 12. Haec Commemoratio respicit etiam Regulares in territorio Reipublicae Gallicanae, quamvis utantur Calendario Urbis. **3157** *ad* 12.

In Apostoli alicuius Vigilia in Missa occurrentis festi semiduplicis Oratio tertia esse debet: *A cunctis.* **2326** *ad* 5.

In Ss. Apostolorum omnium Missis votivis Oratio secunda dicitur: *A cunctis.* **3612** *ad* 1.

In Ss. Apostolorum Officio votivo, si in II Vesperis Ss. Ap. Simonis et Iudae die 28 Octobris eiusdem Commemoratio fieri debet, sumatur Oratio ex festis pro aliquibus locis die 29 Iunii, scilicet: *Deus, qui nos beatorum.* **3597** *Dub.* 5.

In Ss. Apostolorum Officio votivo in Suffragiis Commemoratio de Ss. Ap. Petro et Paulo non est omittenda. **3597** *Dub.* 7.

Apparitiones.

Apparitio B. M. V. in Choro Coenobii Barcinonensis Ordinis B. M. V. de Mercede Redemptionis Captivorum a S. Sede approbata non est; attamen nec fuit ab eadem reprobata vel damnata, sed potius permissa tamquam pie credenda, fide tantum humana, iuxta piam traditionem etiam idoneis testimoniis ac monumentis confirmatam. Itaque nihil vetat, quominus libri, in quibus talis apparitio ut miraculum narratur, typis dari, et Orationes, quae de eodem prodigio mentionem faciunt, in publicis precibus recitari possint. **3336** *ad* 1; et Imagines hoc miraculum depictum repraesentantes tolerari possunt, dummodo non exponantur super Altare. *Ibidem ad* 2.

Apparitiones seu revelationes B. M. V. sub titulis *de Lourdes* et *de la Salette* nec non Immaculatae Conceptionis lucis radios e manibus emittentis neque approbatae neque

damnatae fuerunt ab Apostolica Sede, sed tantum permissae tamquam pie credendae fide solum humana, iuxta traditionem quam ferunt, idoneis etiam testimoniis ac monumentis confirmatam. Nihil proinde obstat, quin Ordinarii pari ratione se gerant: facta desuper (si de opere typis vulgando agatur) in eodem sensu opportuna declaratione seu protestatione, ad tramitem Decretorum Urbani VIII. **3419** *ad* 2.

In Apparitionis B. M. V. *de Lourdes* Officio votivo Antiphona ad *Magnificat* in II Vesperis sumenda est ex I Vesperis eiusdem festi. **3788** *ad* 1.

Applicatio Missae pro populo; vide **Missae applicatio.**

Aqua.

Aquae infusio in calicem intra Missam post ablutionem digitorum, ut postea fidelibus distribuatur in usum aegrotantium, non permittitur. **3501.**

Aquam benedicendo Episcopus Missae solemni assistens, pluviali vel cappa indutus, dicere tantum debet: *In nomine Patris et Filii ✠ et Spiritus Sancti. Amen.* **3569** *ad* 2.

Aqua, cum qua fit maltha seu caementum ad firmandam tabulam seu lapidem super sepulcrum Reliquiarum in consecratione Altarium, adhibendo breviorem ritum et formulam, benedici debet cum formula, quae habetur in ipso Pontificali Romano. **3976** *ad* 1; benedictio tam aquae quam caementi, necnon facultas consecrandi Altaria, in quibus lapis sepulcri ob omissum caementum movetur, Apostolicae Sedis nomine delegari potest simplici Sacerdoti. *Ibidem ad* 2.

Aquae benedictio ordinaria nequit substitui in Sabbato Sancto benedictioni solemni inter *Exsultet* et Missam peragendae in Ecclesia vel Oratorio, in quo fons baptismalis non exstat. **3271** *ad* 1; sed haec benedictio ordinaria fieri potest privatim in sacristia. *Ibidem ad* 2.

In Aquae benedictione in Vigilia vel Festo Epiphaniae aliquibus in locis cum aliqua solemnitate fieri solita, non permittitur alius ritus ac qui praescribitur in Rituali Romano ad faciendam aquam benedictam. **3730**; hoc Decretum respicit omnes Dioeceses, et in Rituali adnotanda erit abrogatio antiquae formulae benedictionis. **3792** *ad* 15.

Aqua tantum, peracta sumptione SSmi Sanguinis, ad purificationem Calicis et ablutionem digitorum quibusdam Sacerdotibus abstemiis ex speciali gratia conceditur. **2926. 2947.**

Aqua baptismalis; vide **Benedictio Fontis baptismalis.**

Aqua benedicta.

Aqua benedicta dum conficitur, non est necesse sal simul exorcizetur; sed adhiberi potest sal iam exorcizatus et in hunc usum reservatus. **2218** *ad* 3.

Aquam benedictam accipere potest ad ianuam Sacristiae Sacerdos, eaque se signare, pergens ad celebrandum et calicem manu sinistra deferens, si commode fieri potest; sin minus, abstineat. **2514** *ad* 4.

Aqua benedicta ultimo triduo Hebdomadae sanctae removeri potest a vasis Ecclesiae iuxta consuetudinem. **2682** *ad* 54. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **317.**

Aqua benedicta, mixta cum sale, cinere et vino pro consecratione Altarium portatilium, quae superfuit in una consecratione, adhiberi nequit in sequenti. **3153.** *ad* 1.

Aqua benedicta non est ministranda Baroni seu Domino loci propriis manibus a Parocho, superpelliceo vel pluviali induto, in solita aspersione facienda diebus Dominicis ac festivis. **2005. 2133** *ad* 4.

Vide. **Aspersio Aquae benedictae.**

Arae lapideae Altarium. Vide **Lapis. Altare.**

Archiconfraternitas.

Archiconfraternitati S. Mariae de Campo Sancto et Confratribus eidem adscriptis concessum Privilegium utendi Ara portatili declaratur per Apostolicas Litteras ad Ordinarios locorum et ad viam iuris reducitur, adiunctis conditionibus et limitationibus, quibus tolluntur abusus et corruptelae ex mala Indulti interpretatione exortae. **2586.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **172.**

Ab Archiconfraternitate Sacr. Stigmatum Urbis in mandato faciendo seu in lotione pedum servanda est Rubrica Missalis Romani, firma semper manente prohibitione peragendi lotionem pedum in Ecclesia. **2574.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **155.**

Vide **Confraternitas. Sodalitas.**

Archidiaconus.

Archidiaconus Ecclesiae Tirasonen. compelli potest ab Episcopo, ut sibi Pontificalia agenti assistat et serviat in scabello sive sella rasa. **50.**

Archidiaconus, qui praeter Presbyterum assistentem et binos Diaconos assistit Episcopo baculum sustinens, thurificandus est post eosdem, etsi sit dignior. **231. 243.**

Archidiaconus dum assistit Episcopo so-

lemniter celebranti, vel in Cathedrali vel extra, intelligitur praesens in Choro. **247** *ad* 1.

Archidiaconus, qui assistere debet Episcopo, si recuset, compelli potest etiam per censuras. **266. 915** *ad* 6.

Archidiaconus recipiens pacem ab Archipresbytero solemniter celebrante, stare debet, facta prius et post receptam pacem genuflexione. **638.**

Archidiaconus, etsi in Ordine Diaconali constitutus, praecedit Presbyteris. **849.**

Archidiaconus prima Dignitas, quamvis sit Protonotarius Titularis, debet tamen divinis Officiis interesse in habitu chorali sub poena privationis distributionum. **903** *ad* 1., neque ei licet Episcopo assistere in habitu praelatitio. *Ibidem ad 2.*

Archidiaconus in edictis per eum fieri solitis nequit inscribere suum nomen: *Dei et Apostolicae Sedis gratia Archidiaconus.* **919.**

Archidiaconus, licet etiam Vicarius, quando intervenit in Choro cum habitu Protonotarii, non gaudet distributionibus quotidianis. **1299** *ad* 3; nec potest abstinere se a Choro et gaudere distributionibus quotidianis. *Ibidem ad* 8.

Archidiacono, qui est simul Vicarius Generalis, potest inservire Sub-Sacristanus cum veste talari et cotta linea, at nequit compelli. **1299** *ad* 7.

Archidiaconus praecedere debet Archipresbyterum in casu, ad absolutionem super tumulum canendo *Libera me Domine* in funeribus Episcopi vel alicuius magni Principis; in aliis funeribus id spectat ad Archipresbyterum. **1394. 1433.**

Archidiaconus Beneventanus ex consuetudine Cathedralis tenetur assistere Archiepiscopo intervenienti cum sola cappa. **1412. 1417**; debet ipse et Vicarius Generalis uti pulvinari ex corio. **1418.**

Archidiaconus assistens Episcopo in Ordinatione generali debet ministrare detecto capite, non cum bireto. **1416.** Debet per semetipsum ducere Ostiarios ad Ecclesiae ianuam. **1583** *ad* 4.

Archidiaconus, qui obtinet aliam dignitatem extra Cathedralem, in functionibus, quae ad hanc pertinent dignitatem, uti potest insignibus eiusdem propriis, non vero insignibus Archidiaconatus. **1574.**

Archidiaconus, prima et sola Dignitas Cathedralis, debet dare signum pro inchoando Officio et intonare Orationem Dominicam **1906** *ad* 1; determinare horam celebrationis Officii. *Ibidem ad* 2; deferre Pluviale in Processione solemni Corporis Christi. *Ibidem ad* 3; peragere solemnes functiones, absente Episcopo. *Ibidem ad* 4; licentiam impertiri Canonicis exeundi a Choro. *Ibidem ad* 5. Haec decreta sunt in casu particulari. Cum autem iterum causa S. R. C. proposita fuisset, eadem respondit: *Ad 1.* servandum esse Caeremoniale lib. II cap. 6 § 6. *Ad 2.* serventur Ordinationes Episcopi. *Ad 3.* Servetur Caeremoniale lib. II cap. 33. § 5 *et* 6. **1924.** Mox ad instantiam Canonicorum adversus Archidiaconum, S. Congr. respondit: Archidiaconum non deferentem SS. Sacramentum, associandum esse a duobus Canonicis planetis indutis; ipso vero deferente SS. Sacramentum, duo antiquiores Canonicos assumere debere pluvialia. **1942.**

Archidiaconus, prima Dignitas, absente vel non celebrante Episcopo, debet peragere functiones ad normam cap. *Alma Mater;* sed ei debetur assistentia Canonicorum tantum pro Diacono et Subdiacono. **1933** *ad* 1 *et* 2; absente Episcopo, eius est impertiri licentiam exeundi a Choro. *Ibidem ad* 3. In alia causa proposita S. R. C. extendit hoc Decretum ad 1 et 2 ad festa expressa in Caeremoniali Episcoporum. **1940**; quod iterum confirmavit, reiiciendo novas petitiones Archidiaconi. **1954.**

Archidiaconi Cathedralis Ovetensis, sive habeant sive non habeant praebendas temporales adnexas, tenentur exercere Officium diaconale et subdiaconale in turno cum Canonicis et pro exercitio dictorum Officiorum assumere qualitates praescriptas sub poenis etc. **2458** *ad* 1. 2 *et* 3.

Archidiaconus Pontificalibus assistens nequit sumere et exuere paramenta in solio et loco proprii scamni, sed debet descendere ad immediatum gradum. **2491.**

Archidiacono Metropolitanae Ravennaten. non licet secum ducere ad latus proprium Cappellanum in publicis supplicationibus, praesente aut absente Archiepiscopo; ac proinde ei denegatur manutentio. **2547.**

Archidiacono Ecclesiae Collegiatae B.M.V. Annuntiationis Archidioecesis Syracusanae conceditur attenta consuetudine, ut in Processionibus tantum utatur stola, si absit Archipresbyter. **3463.**

Archidiacono Abbati Cathedralis Albensis licet gestare annulum cum gemma in Missa solemni ceterisque sacris functionibus. **3061.**

Archidiaconus, quoties praebendae non sunt distinctae, tenetur inservire Episcopo in omnibus functionibus Pontificalibus, excepta sacra Ordinatione, in qua aliud speciale munus obire debet. **3700** *ad* 1.

Archidiacono in Ordinatione Clericorum cum Missa lecta in habitu chorali assistere non licet; Officium enim ab Archidiacono

induto cotta super rochettum, prouti a duobus Canonicis Episcopo assistentibus, exercendum est ad tramitem Pontificalis Romani. **3700** *ad* 2.

Vide **Ordinatio. Canonici. Dignitas prima.**

Archiepiscopus.

Archiepiscopus cappam gestare debet, cum ad Ecclesiam iturus est. **24.**

Archiepiscopus quoad honorificentias et iura, praesente et interessente Nuntio Apostolico. **27** *ad* 1-5. **45.**

Archiepiscopus quotiescumque incedit solemniter, debet Episcopus Provincialis illi processionaliter obviam ire. **63.**

Archiepiscopus vel Episcopus, concionaturus singulis diebus Quadragesimae, debet id facere rochetto et mozzetta indutus. **115.**

Archiepiscopi Granatensis immemorabilis consuetudo deferendi in processionibus post se sellam, in qua sedeat, dum processio consistit, servanda est. **252**; itemque eiusdem consuetudo habendi semper duos Canonicos assistentes, sive pontificaliter celebret, sive Divinis assistat, sive e domo ad Ecclesiam procedat. **253. 276.**

Archiepiscopus exigere debet primum suum ingressum ad suam Dioecesim vel Provinciam fieri secundum regulas libri Caeremonialis et consuetudinem. **308.** Potest ante se crucem deferri facere per monasteria et loca exempta suae Provinciae. **312**, et cum Cruce elevata ingredi Ecclesias Regularium. **1550.**

Archiepiscopus nequit in sua Ecclesia exercere Pontificalia, nisi Pallium receperit. **443.**

Archiepiscopus degens in alterius Provincia nequit incedere cum rochetto detecto, et benedicere populo per vias. **518.**

Archiepiscopi et Episcopi nequeunt adhibere pileolum coloris rubri. **830.**

Archiepiscopo Titulari Suffraganeo Archiepiscopi debetur praecedentia supra Episcopum. **999**; eidem, aeque ac Episcopo de residentia, debentur praelatio et obsequia a Dignitatibus Episcopo inferioribus. **1045. 1046. 1075.**

Archiepiscopi titulus non debet extendi ultra expressum in Pontificali et Caeremoniali. **1056** *ad* 1.

Archiepiscopus Divina peragens vel in Choro assistens nullum obsequium exigere debet a Praefecto cubiculi, cum id spectet ad Magistrum Caeremoniarum. **1145** *ad* 1.

Archiepiscopus in sua Provincia ubique potest ante se deferri facere Crucem, dummodo non sit in curru. **1342** *ad* 1. **2153.**

Archiepiscopo Nazareno debetur in Ecclesiis Regularium in Dioecesi Tranen. genuflexorium cum strato et pulvinari. **1442.**

Archiepiscopus visitationis causa transiens per Dioeceses Suffraganeorum potest deferre mozzettam, erigere crucem et dare benedictionem praesente Episcopo Suffraganeo. **1459.**

Archiepiscopus in primo accessu ad suam Ecclesiam Metropolitanam omnes Canonicos et Beneficiatos excipere debet ad osculum manus. **1466.**

Archiepiscopus nequit uti Pallio extra suam Dioecesim et Provinciam, etiamsi accedat consensus Episcopi Ordinarii. **2730.**

Archiepiscopi uti nequeunt chirothecis, quum ad Ecclesiam accedunt vel ab ea recedunt, ante et post Missam pontificalem. **3873** *ad* 1.

Archiepiscopus Missam celebraturus nequit supra planetam gestare Crucem pectoralem. **3873** *ad* 2.

Archiepiscopus Pallium deferre potest in festis Immaculatae Conceptionis B. M. V. et S. Ioseph, Sponsi eiusdem Deiparae. **3595.**

Archiepiscopus iis tantum diebus Pallium adhibere potest, qui a Caeremoniali Episcoporum afferuntur; sed Pallio uti nequit Benedictionis Papalis impertiendae causa. **3605.** *Dub.* 8. *ad* 1 *et* 2.

Archiepiscopus, si Benedictionem Papalem impertitur, Pallium dimittere nequit diebus, quibus ei permittitur usus Pallii; haec autem Benedictio dari debet, absoluta Missa Pontificali, a Celebrante induto iisdem paramentis, reassumptis etiam chirothecis et Pallio ornato. **3605** *ad* IX.

Vide **Episcopus.**

Archipresbyter.

Archipresbytero nullo modo debentur associatio aliaeque honorificentiae, quae soli Episcopo conveniunt. Consuetudo contraria improbatur ut abusus omnino eliminandus. **332.**

Archipresbytero absente, Missa et Divina Officia, quae ad ipsum pertinerent, si adesset, spectant ad Canonicos, non autem ad eius substitutum, cui nulla competit praeeminentia supra Canonicos. **360.**

Archipresbytero Ecclesiae S. Hieronymi Illyricorum conceditur triplex ductus ad thurificationem iuxta consuetudinem. **425** *ad* 2.

Archipresbyter Ecclesiae non Collegiatae deputare potest quem maluerit pro benedictione Palmarum, Cinerum et Candelarum. **452.**

Archipresbyter Ecclesiae sub titulo As-

sumptionis B. M. V., qui tenetur accedere ad Ecclesiam Cathedralem in die solemni eiusdem Assumptionis, debet alium mittere ad praestandam obedientiam, ne propriam deserat Ecclesiam. **474.**

Archipresbyter in processionibus debet incedere cum suo Clero ante baldachinum, non vero sub baldachino. Contraria consuetudo est prohibenda, etiam sub censuris. **662.**

Archipresbyter Collegiatae manutenendus est in possessione iuris sedendi super sede fixa cum genuflexorio a latere Evangelii, prouti priusquam per erectionem Cathedralis eius iurisdictio cessaret: absente tamen Episcopo. **787.**

Archipresbyteratus beneficium obtinens, quod simplex est, et etiam Clericis conferri solet, non gaudet privilegiis, quae competunt Dignitatibus et Archipresbyteris cum cura animarum. **861.**

Archipresbytero, cuiusdam Collegiatae unicae Dignitati, aliquae praeeminentiae et honorificentiae a S. R. Congregatione permittuntur. **888.**

Archipresbytero excommunicato, functiones ad ipsum pertinentes sunt peragendae a Dignitate, quae proxime sequitur, non autem a delegato ad placitum Vicarii. **890.**

Archipresbyter, qui hanc Dignitatem resignavit, habendus est ut simplex Sacerdos, nec ullam praeeminentiam habet supra Sacerdotes ordine antiquiores. **1081.**

Archipresbytero auctoritate S. R. C. prohibitum est, quominus parochos ad obedientiam excipiat, sedendo super Cathedra Episcopali in cornu Evangelii, eos singulatim ad accessum per balium vocari faciendo et renuentes accedere mulctando. **1193.**

Archipresbyter Melitensis manutenendus est in possessione moris dicendi submissa voce Psalmum *De profundis* vel *Miserere* cum Oratione super cadaveribus in qualibet Ecclesia Regularium. **1276.**

Archipresbyter, si est dignior de Clero, debet incedere ad dexteram Decani Canonicorum; vel si numerus sit dispar, medius inter duos antiquiores, numquam vero solus. **1552.**

Archipresbyter concedere potest litteras testimoniales pro Ordinandis super frequentatione Ecclesiae et super exercitio functionum. **1619** *ad* 7; nequit immisceri in decernenda taxa pro funeribus etc. *Ibidem ad* 8.

Archipresbyter nequit in functionibus alios pro suo arbitrio delegare. **1623.**

Archipresbyteri S. Mariae in Rotunda et Ss. Celsi et Iuliani non habent praecedentiam supra Rectores aliarum Parochiarum. **1899** *ad* 2.

Archipresbytero Metropolitanae Ecclesiae Nazarenae conceditur, ut celebrans Vesperas vice Episcopi habeat sex Presbyteros cum pluvialibus; in Missa solemni usus pelluvii cum urceolo, ex gratia: eidem vero denegatur usus stolae latioris. **2069**, etiamsi sit Vicarius. *Ibidem.*

Archipresbytero Terrae Siderni Hieracen. Dioecesis competit ampla iurisdictio supra caeteros parochos et Ecclesias, perpensis erectionis Parochiarum Bullis. **2200** *ad* 1, 2 *et* 3.

Archipresbyter et Canonicus Curatus Ecclesiae Collegiatae Terrae Luniani tenentur interesse primis Vesperis in Ecclesia Cathedrali Ameriae in Vigilia S. Firminae, sed eisdem non licet deferre almutiam. Quoad locum in Choro, servandum est solitum. **2431.**

Archipresbyteri Parochiarum S. Severi interessentes Cathedrali sedere debent in eodem scamno post Abbates beneficiatos, et thurificandi sunt duplici ductu, ut praedicti Abbates. **2441** *ad* 3 *et* 4. Associantes una cum Capitulo Cathedralis defunctos propriae Paroeciae in Cathedrali tumulandos, possunt deferre stolam tam intra quam extra limites Parochiae, ac etiam in Cathedrali, praesentibus Episcopo ac Capitulo, dummodo in eadem Cathedrali Officium non peragant super cadavera. *Ibidem ad* 5. In omnibus Processionibus pariter possunt deferre Stolam. *Ibidem ad* 6. Ipsis competit ius administrandi sacramenta Canonicis et Abbatibus beneficiatis Cathedralis in eorum Parochiis domicilium habentibus, non autem Archipresbytero Cathedralis. *Ibidem ad* 7. Huic Archipresbytero nec licet independenter a Parocho domicilii cadaver asportare ad Cathedralem. *Ibidem ad* 8. Quemadmodum nec Archipresbyteris aliarum Parochiarum indepedenter ab Archipresbytero Cathedralis asportare ad respectivam Ecclesiam receptitiam cadaver alicuius Participantis decedentis intra fines Cathedralis. *Ibidem ad* 9. Decedente aliquo ex Presbyteris participantibus alicuius Ecclesiae Parochialis intra limites Parochiae Cathedralis, non electa sepultura, tumulandus est in Cathedrali. *Ibidem ad* 10. Non ita tamen agendum, si aliquis de Capitulo Cathedralis decedat intra limites aliarum Parochiarum; qui nihilominus asportandus et tumulandus est in Cathedrali, solutis iuribus Parochialibus Parocho domicilii. *Ibidem ad* 11. Occasione electionis sepulturae factae ab aliquo ex dictis participantibus in eorum respective Ecclesiis receptitiis, Capitulum Cathedralis non tenetur intervenire gratis ad cadaveris associationem; nec decedente aliquo ex Canonicis Ecclesiae Cathedralis, dicti Archipresbyteri et Presbyteri participantes tenentur intervenire gratis ad eiusdem ca-

daveris associationem. *Ibidem ad* 12. Respectivis Archipresbyteris privative non competit praeintonatio in Officio aliisque functionibus, etiam praesente cadavere, in eorum Ecclesiis receptitiis, adsistente Capitulo. *Ibidem ad* 13. Absolutis exsequiis Archipresbyteri et alii de Clero tenentur associare Capitulum Cathedralis usque ad Ecclesiae ianuam. *Ibidem ad* 14.

Archipresbytero Ecclesiae Cathedralis Aquinaten. non competit ius sedendi in maiori stallo posito in medio Chori. **2466.**

Archipresbytero Ecclesiae archipresbyteralis S. Pauli Terrae Massae Longobardorum Dioecesis Imolae non licet dispensare Regulares ab accessu ad dictam Ecclesiam, occasione publicarum supplicationum, inconsulto Episcopo. **2468.**

Archipresbytero Ecclesiae S. Andreae Terrae Vallerani, de cuius matricitate impropria tantum constat, ius competit faciendi Processiones generales, in quibus convenit totus Clerus; non vero Processiones particulares Ecclesiae S. Victoris; quoad autem processionem SS. Corporis Christi, servanda est quaedam transactio. **2508** *ad* 1 *et* 2; ei competit praeeminentia in illis functionibus, in quibus convenit totus Clerus. *Ibidem ad* 3. Ipse potest ingredi Ecclesiam parochialem S. Victoris, et alias quascumque, sitas extra districtum suae Paroeciae, cum Stola et Cruce elevata in Processionibus atque functionibus publicis, quibus interest totus Clerus; in reliquis ei non licet. *Ibidem ad* 4 *et* 5; quoad receptionem in Processionibus publicis servandum est Caeremoniale. *Ibidem ad* 6. — Alia plura quoad huiusmodi controversias inveniuntur sub **2522.**

Archipresbyter cum Clero matricis praecedentiam habet supra Parochum et Beneficiatos Ecclesiae inferioris, qui vel incedere debent cum Cruce Matricis, digniorem locum relinquentes dicto Archipresbytero eiusque Clero, aut sub propria Cruce in loco inferiori. **2556** *ad* 1. In Processionibus Rogationum, quae egrediuntur a Matrice, Archipresbyter, qui preces praecinit et agris benedictionem impertitur, non debet stolam deponere in Ecclesiis parochialibus vel Regularium; et ipse debet absolvere preces. *Ibidem ad* 2 *et* 3.

Archipresbyter Oppidi Cupertini Neritonen. Dioecesis confirmatur in possessione aliquorum privilegiorum, scil. trinae benedictionis et annuli, quibus ab immemorabili gaudet, licet expressa non sint in Constitutione Pii VII *Decet Romanos Pontifices.* **2640.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **266.**

Archipresbytero Primatialis Ecclesiae Pisanae ampliantur privilegia. **2697.**

Archipresbytero Basilicae S. Mariae in Cosmedin de Urbe competit ius dandi possessionem novis Canonicis et Beneficiatis, quando in Litteris exsecutorialibus nominatur antiquior ex Canonicis. **2936.**

Archipresbytero primae Dignitati Ecclesiae Collegiatae S. Michaëlis Archangeli Civitatis Tiberiaci Dioecesis Faventinae, ac Praeposito secundae Dignitati eiusdem Ecclesiae, quae privilegia competant, declaratur **3030.**

Archipresbyteri seu Parochi Iacensis Dioeceseos uti nequeunt in sacris functionibus mantelletta violacea, nec quatuor ministris cum Pluvialibus in Missa solemni nec annulo gemmis ornato. **3408** *ad* 1. **3442** *ad* 1. **3477.**

Archipresbyter, secunda Dignitas Capituli Metropolitanae Sipontinae, nequit trinam benedictionem impertiri in Missis solemnibus. **3765** *ad* 1; in Missis privatis a simplici Sacerdote non differt. *Ibidem ad* 2; et benedictionem in fine Missae solemnis cum mitra et baculo impertiri potest tantum in Ecclesia metropolitana, minime tamen cum cantu et modo ac forma Episcopali. *Ibidem ad* 3.

Archipresbytero Collegiatae et parochialis Ecclesiae S. Michaëlis Archangeli Balneocaballi non conceditur, ut pontificalia Sabbato Sancto peragat, et benedictionem solemnem post Missam impertiatur; sed stricte servandum est privilegium Benedicti XIV. **2666.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **306.** Vide **Dignitas prima. Dignitates et Canonici.**

Archisodalitas B. M. V. *de Carmelo* praecedentiam habet super ceteras Archisodalitates, si quae fuerint post eam erectae, ac super omnes Sodalitates, excepta Processione SSmi Corporis Christi. **3432.**
Vide **Confraternitas. Sodalitas.**

Arundo cum tribus candelis Sabbato Sancto regulariter removenda est post Missam. **2873** *ad* 5; si ex consuetudine removeatur post Prophetias, retineri potest hic usus peculiaris, sed consulendum Sanctissimo. **2684** *ad* 19.

Ascensio Domini.

In Ascensionis Domini die cantato Evangelio Missae solemnis Cereus Paschalis exstingui debet, non autem post Nonam; et Rubrica Missalis adamussim servari debet. **235** *ad* 11. **2524** *ad* 3.

In Ascensionis Domini Vigilia in Missa Rogationum, quae unica in Ecclesia celebratur, neque fit Commemoratio Vigiliae,

neque legitur eiusdem Evangelium in fine. **3924** *ad* 10.

Ascensionis Communicantes non omittitur in festis I et II classis, quae occurrunt infra Octavam Ascensionis Domini, licet de ea non fiat Commemoratio. **1333** *ad* 8.

Asperges me.

Asperges me etc.; haec Antiphona dici debet, quando Sacerdos Viaticum infirmo defert etiam tempore Paschali, domum ingrediens, prout in Rituali, nulla habita temporis ratione. **2089** *ad* 7.

Asperges me et *Vidi aquam*. Rubrica quoad repetitionem harum Antiphonarum in aspersione aquae benedictae in Dominicis dicendarum est praeceptiva. **3402** *ad* 5; et eaedem tam a Celebrante quam a cantoribus sunt repetendae. *Ibidem ad* 6.

Aspersio Aquae benedictae.

Aspersio Aquae benedictae fit ab Hebdomadario; quod si Chorus nimis distet, alter Sacerdos superpelliceo et stola indutus in Choro aspersionem faciat. **19** *ad* 1.

Aspersio Aquae benedictae in Dominicis per Celebrantem fieri debet. **926** *ad* 1. **1654. 3055. 3716**; etiamsi Celebrans sit prima Dignitas, non obstante contraria consuetudine, quae corruptela declaratur, **595. 1044. 1679. 2425** *ad* 11. **2684** *ad* 11. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **327.** - **3039** *ad* 5. Celebrans per Chorum tantum a Ministris associatus in Dominicis aquam benedictam aspergat; per Ecclesiam vero et ad populum poterunt Ministri ipsi aspergere. **86** *ad* 10.

Aspergere debet Celebrans Diaconum et Subdiaconum, non autem illis offerre aspersorium. **2013** *ad* 2; aspergere debet etiam Decanum, Canonicos et reliquum Clerum, quavis contraria consuetudine non obstante. *Ibidem ad* 3. Dignitates et Canonici ante Missam conventualem Dominicae singillatim sunt aspergendi **1180** *ad* 11. **2013** *ad* 4; reliqui de Clero pariter singillatim, si sint in parvo numero; si vero in magno, omnes quasi unico ictu aspergendi sunt per gyrum; populus autem ter, in medio scilicet, a dextris et a sinistris. **2013** *ad* 4. Si in Choro plures adsint Episcopi, omnes a Celebrante aspergendi sunt, ut Romae fit in Patriarchalibus Ecclesiis. **893** *ad* 3.

In Aspersione Aquae benedictae coram Episcopo facta, Episcopus, postquam seipsum et Celebrantem asperserit, debet etiam duos sibi assistentes Diaconos aspergere; et aspersione durante, convenit ac decet, ut ipse interim stet. **2089** *ad* 2.

Aspergendi aqua benedicta populum ritus restringitur ad dies Dominicos tantum ante Missam. **1322** *ad* 3; debet fieri ad formam Ritualis. **1322** *ad* 12.

In Aspersione Aquae benedictae Sacerdos adhibere debet stolam. **2951** *ad* 3; et si Missam celebraturus est, alba et stola indutus, stolam sibi aptare ante pectus in modum crucis. **1637** *ad* 3.

Aspersio Aquae benedictae facienda est ante Altare, ibique preces et orationes dici debent, non ante sedem; consuetudo contraria eliminanda est. **1122.**

In Aspersione Aquae benedictae in Dominicis Clerici in Choro degentes non tenentur se vertere ad altare: qui vero sunt in presbyterio tenentur, si adsit consuetudo. **3029** *ad* 1.

In Aspersione Aquae benedictae in Dominicis facienda, exposito SS̃mo Sacramento, omittitur tantum aspersio Altaris. **3639** *ad* 2.

Aspergendi sunt Ministri, simul cum celebrante (quatenus incedant simul cum eo post aspersionem Altaris ad Chorum) ab Episcopo in stallo Chori assistente. **3639** *ad* 4.

Aspersio Aquae benedictae in Dominicis fieri debet iuxta Rubricas Missalis et Ritualis Romani post Tertiam ante Missam conventualem; nec potest tolerari consuetudo eam transferendi post Nonam ante Missam votivam solemnem de SS̃mo Sacramento, quae alicubi cantatur ex privilegio. In Dominicis vero I et II classis et in festis pariter I et II classis, si legitima adsit consuetudo canendi Missam Dominicae vel festi post Nonam ratione Processionis cum SS̃mo Sacramento, fieri debet aspersio post Nonam ante Missam. **3268** *ad* 1 *et* 2.

In Aspersione Aquae benedictae Sacerdos Missam conventualem celebraturus ad Altare accedere debet absque casula, si desit pluviale, et completa aspersione se verteret ad cornu Epistolae, ibique sumere manipulum et casulam pro Missa celebranda. **3697** *ad* 8.

In Aspersione Aquae benedictae ante Missam conventualem Sacerdos potest procedere per Ecclesiam, incipiens a parte Epistolae et rediens per partem Evangelii. **2867** *ad* 1. **3114** *ad* 2., aut stare ad cancellos presbyterii et ter populum aspergens, in medio, a dextris et a sinistris iuxta consuetudinem. **3114** *ad* 2. **3621** *ad* 4.

Aspersio Aquae benedictae ad intonationem ℣. *Gloria Patri* a Celebrante paulisper interrumpi potest. **3722** *ad* 3.

Post Aspersionem Aquae benedictae in Dominicis Sacerdos Missam celebraturus pot-

est vel in ipso presbyterio in cornu Epistolae, vel retro Altare, **3108** *ad* 16, vel in medio Altaris ante gradus deponere pluviale et induere casulam, dummodo hanc non accipiat de Altari, **2027** *ad* 3: iuxta consuetudinem, nisi adsit Episcopus. **3110** *ad* 4.

Aspersio Aquae benedictae non fit in Dominica Palmarum, si Episcopus peragat solemnem ipsarum benedictionem. **2089** *ad* 3.

Aspersio Aquae benedictae in Sabbato Sancto fieri potest ab alio Sacerdote, diverso a Celebrante, iuxta receptam consuetudinem. **3039** *ad* 5.

Aspersio Aquae benedictae in festis solemnioribus, in casu speciali et ex privilegio in Dioecesibus Quiten. Conchen. et Guayaquilen., quando Episcopus non celebrat in Pontificalibus, fit per Presbyterum. **3111.**

Aspersio Aquae benedictae in Ecclesiis Collegiatis est de praecepto praemittenda Missae Conventuali, quae canitur in Dominicis sive cum Diacono et Subdiacono, sive absque sacris Ministris; et in Ecclesiis non Collegiatis eadem aspersio praefatis diebus saltem fieri potest. **4051** *ad* 1.

Aspersorium.

Aspersorium Episcopo ingredienti Ecclesiam Cathedralem porrigere competit primae Dignitati **14** *ad* 5. **235** *ad* 5. **1319. 1646** *ad* 2., eaque impedita primae ex praesentibus. **14** *Declaratio* 5, in fine § 6. **698.**

Aspersorium tradendum est Episcopo a digniore Ecclesiae, quam ingreditur, etiamsi intersit Capitulum Cathedralis. **247** *ad* 2. **491. 584** *ad* 2. **1376. 1506. 1614. 1646** *ad* 2. (quod Decretum pro opportunitate servandum est.) **1707. 1803** *ad* 1 *et* 2. **1669. 2995**; vel a Rectore Ecclesiae, ad quam Episcopus accedit. **2608.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **199.**

Aspersorium ab Abbate monasterii, et in eius defectu a Priore, non est porrigendum, absente Episcopo, Archidiacono, ut Clerum et populum aspergat. **1710** *ad* 2.

Aspersorium tradendum est Episcopo ab Archipresbytero, dum Episcopus associatus a duobus suae Cathedralis Canonicis, Ecclesias ingreditur visitationis causa. **845** *ad* 1.

Aspersorium in Processione Rogationum, quae fit in Urbe, ab altero ex Acolythis Basilicae Vaticanae immediate tradendum est Diacono ministranti Episcopo, non autem Magistro Caeremoniarum Ecclesiae Lateranensis. **1818. 1834.**

Aspersorium Cardinali Titulari, aliisque Cardinalibus accedentibus ad Ecclesiam Sancti Pantaleonis de Urbe, tradendum est a digniore ex Patribus Matris Dei Scholarum Piarum, qui debent eos excipere; non vero a Canonicis Collegiatae S. Eustachii, ibi interessentibus Vesperis vel Missae solemni. **2232.**

Aspersorium Abbati praesenti in Choro minime tradendum est in Dominicis ad aspersionem aquae benedictae, ut seipsum aspergat; sed et ipse cum ceteris in Choro adstantibus aspergendus est a Celebrante. **3055.**

Aspersorium offerre nequit Celebrans Diacono et Subdiacono, sed ipsos aspergere debet, non obstante contrario usu. **2013.** *ad* 2.

Aspersorium porrigere Domino loci eiusque uxori propriis manibus Parocho non licet. **2005. 2013** *ad* 1.

Aspersorium, thus, navicula, crux ad osculandum Episcopo visitanti Ecclesias parochiales et Monialium tradenda sunt a Parochis et Confessariis respective, non autem a Canonicis Convisitatoribus. **1587.**

Aspersorium factum de herba hyssopi adhibendum est in Consecratione Ecclesiae etiam in aspergendo exteriores Ecclesiae partes. **3364** *ad* 4.

Aspersorium Episcopo accedenti ad Ecclesiam monasterii Abbas regularis aut istius defectu dignior monasterii porrigere debet. **1707. 1710** *ad* 1.

Aspersorium Episcopo non debet porrigi per digniorem ex Capitulo Cathedralis, quando capitulariter et cum indumentis canonicalibus proceditur ad aliam Ecclesiam, sed a Superiore huius Ecclesiae. **3617** *ad* 2.

Asservatio SSmi Sacramenti; vide **SSmi Sacramenti asservatio.**

Assistentia.

Assistentia Episcopo non convenit, quando cum cappa procedit in Processionibus, nec est paratus sacris vestibus et mitra. **109.**

In Assistentia Episcopo praestanda, quando cum pluviali et mitra vel cum cappa assistit, regulae Caeremonialis a Canonicis servari debent. **111** *ad* 1-3. **103.**

Ad Assistentiam Episcopo pontificaliter celebranti praestandam Canonici et Dignitates per mulctas et poenas, etiam per censuras ecclesiasticas compelli possunt. **56.**

Assistentia Episcopo praestanda est a Dignitatibus vel Canonicis ad formam Caeremonialis. **146. 179** *ad* 2. **267.** Ubi vero Praebendae sunt distinctae, praestentur ab iis, qui sunt ex ordine Diaconorum. **129.** Quae ratio habenda sit, ubi Praebendae non distinguuntur, dicitur **235** *ad* 2.

Assistentia Episcopo Pontificalia celebran-

ti in Parochialibus vel Collegiatis praestanda est a Canonicis Cathedralis, non autem a Presbyteris vel Canonicis Parochialis aut Collegiatae, in qua Episcopus Pontificalia exercet. **354**; quantumvis Ecclesiae, ad quas accedit, sint exemptae. **688**.

Assistentia duorum Canonicorum Episcopo concionem audienti cum cappa debetur; praesertim si talis sit usus Ecclesiarum vicinarum. **482** *ad* 5. **892** *ad* 1. **900** *ad* 2.

Assistentia Presbyteri assistentis, quando Episcopus tantum Divinis intersit, debet fieri per Canonicum Presbyterum digniorem, non autem per Canonicos habentes Dignitatem. **486**.

Assistentia duorum Canonicorum celebranti Archipresbytero vel alteri Dignitati debetur, non obstante penuria Canonicorum in Choro. **498**.

Assistentia Canonicorum non debetur Episcopo in Missis privatis. **503**. **900** *ad* 5; neque dum Episcopus assistit Matutino et Completorio, etiamsi indutus sit cappa. **900** *ad* 2; nec ei debetur assistentia in Processionibus, si Episcopus cum cappa incedit post baldachinum SS. Sacramenti, vel post Reliquias vel post Celebrantem pluviali indutum, sed solum in iis, in quibus Episcopus paratus incedit. **900** *ad* 3; nec ei debetur assistentia Canonicorum, quando pueros plebemque christianam doctrinam docet. **2454**.

Assistentia duorum Choristarum deambulantium per Chorum cum baculo argenteo et caeremonia annuntiandi per unum eorum hymnum Angelicum Celebranti, sunt contra usum Ecclesiae Romanae. **1322** *ad* 10.

Ad Assistentiam duarum Missarum conventualium, si diebus Quadragesimae, Quatuor Temporum et Rogationum celebrentur, Canonici tenentur. **1677**. **1694**.

Assistentia Episcopo. Quando Praebendae non sunt distinctae, duo Diaconi assistentes apud solium Episcopo erunt primae duae Dignitates immediate sequentes post primam; si autem inter Praebendatos Canonicos perpetua, non autem accidentalis esset Ordinum distinctio in Presbyterales et Diaconales, pro munere assistentiae assumuntur primi duo Canonici ex Ordine Diaconali. Diaconus vero Evangelii et Subdiaconus pro Epistola in Missa Pontificali inservientes, quando tale onus inter omnes per vices, vel alias iuxta Ecclesiae consuetudinem non sit, erunt alii duo digniores, sive Canonici sive Dignitates fuerint, qui sequuntur in ordine post Canonicos assistentes ad solium: item ac supradictum est, si nulla intercedat Ordinum vel Praebendarum distinctio. **2588** *ad* 3.

Quoad Assistentiam Cathedrae episcopali praestandam, omnino servetur Caeremoniale Episcoporum. **3509**.

Assistere solemniter nequit Episcopus Titularis et nulla iurisdictione gaudens Missae per alium cantandae. **3798** *ad* 1.

Assistere debent in Cathedrali Dioecesis Sarnensis, cuius Capitulum constat quatuor Dignitatibus et decem Canonicis, nulla hierarchicorum Ordinum distinctione, iuxta Caeremoniale et Decreta, primae tres Dignitates Episcopo apud Solium, quarta autem Dignitas, si adsit in Choro, assumat pluviale; ex Canonicis Choro assistentibus, quatuor induantur planetis et quatuor Dalmaticis. **3849**.

Vide **Canonici quoad assistentiam. Episcopus quoad assistentiam. Oleorum consecratio.**

Assistentes.

Assistentes, tam Diaconus quam Subdiaconus, in sedendo ita se gerant, ut se inferiores ministros Episcopi se ostendant. **9** *ad* 15.

Assistens Episcopi in functionibus pontificalibus est prima Dignitas in ordine presbyterali; eaque impedita, dignior de Capitulo. **14** *ad* 6.

Assistentis functiones in Missa pontificali. *Ibidem in fine* § 7. *Declarat.* **20** *ad* 1-4.

Assistentes Canonici, quando Episcopus cum pluviali et mitra vel cum cappa assistit, regulas Caeremonialis servare debent. **111** *ad* 1-3.

Assistentes Episcopo quoad pacem et incensum omnibus aliis dignioribus praeferendi sunt. **129**. Item etiam Dignitas vel Canonicus, qui baculum sustinet et ministrat. **231**. **243**.

Assistentes Canonici, quando praebendae sunt distinctae, eligantur ex numero Diaconorum. **129**.

Assistentes Episcopo omnes in eodem plano sedere debent, si locus sit capax. **560**.

Assistentes Episcopo Feria V in Coena Domini ad pedum lotionem sedere debent in scamnis nudis. Consuetudo contraria abusus declaratur. **1795** *ad* 1 *et* 2.

Assistens Episcopo a dextris debet ei auferre et imponere pileolum, quoties auferenda vel imponenda est Mitra. **2097**. *ad* 2.

Assistentes Episcopo et Ministri sacri quoad sessionis ordinem, quando Episcopus habet sermonem ad populum, servare debent dispositionem Caeremonialis Episcoporum lib. II cap. 8 § 48 et 49, post Evan-

gelium Missae solemnis positam. **3202** *ad* 4.

Vide **Canonici quoad assistentiam. Presbyter assistens.**

Associatio; vide **Canonici quoad associationem.**

Associationem iubens Caeremoniale Episcoporum non comprehendit Abbates Regulares; et Canonici Regulares seu Monachi non sunt associandi a domo ad Chorum, ubi id non est in more positum. **315.**

Associari se non sinant Abbates ad Ecclesiam accedentes, licet pontificaliter Divina peracturi, iisdemque absolutis ab Altari recessuri, a suis Canonicis vel Monachis. **1131** *ad* 6.

Associatio nullo modo debetur Archipresbytero, aliaeque honorificentiae, quae soli Episcopo conveniunt. Consuetudo contraria improbatur ut abusus omnino eliminandus. **332.**

Assumptio B. M. V.

In Assumptionis B. M. V. festo Archipresbyter Ecclesiae sub titulo Assumptionis eiusdem B. M. V., qui tenetur accedere in praefato festo ad Ecclesiam Cathedralem, alium mittere debet ad praestandam obedientiam, ne propriam deserat Ecclesiam. **474.**

Assumptionis B. M. V. festum protrahi potest ad duos dies immediate sequentes ad instar Paschatis, si id fiat ex devotione populi cum Officio currente; nequit tamen id fieri cum Officio Assumptionis. **578.**

Assumptionis B. M. V. festo concurrente in secundis Vesperis cum primis Dedicationis Ecclesiae, fit totum de praecedenti cum commemoratione sequentis. **2053.**

Assumptionis B. M. V. festum habendum est pro Titulari illarum Ecclesiarum, quae titulo gaudent B. M. V. absque adiuncta denominatione alicuius Mysterii, de quo Festum speciale celebretur. **2529** *ad* 1 *et* 2.

Assumptionis B. M. V. Octava privilegiata, exceptis tamen duplicibus I aut II classis, tam occurrentibus quam translatis, et excepta etiam die octava S. Laurentii, Dioecesi Asculanae conceditur. **2611.** *Vide Suffragium in IV volum. pag.* **200.**

In Assumptionis B. M. V. festo, in Evangelio et Communione ad verba: *Optimam partem elegit sibi Maria* non est facienda inclinatio capitis ad nomen Mariae. **2872** *Dub.* VI.

In Assumptionis B. M. V. Vigilia dicenda est sola Missa de eadem Vigilia, ubi ex consuetudine solet cantari Missa votiva B. M. V. in Sabbatis. **2961. 3922** *ad* V. *n.* 1. *Decret. gener.*

Assumptionis B. M. V. solemnitas, ubi celebratur Dominica sequenti, quando occurrat cum Titulari Ecclesiae S. Ioachim, celebranda est Dominica infra Octavam, translata solemnitate Titularis in Dominicam subsequentem. **3299** *ad* 1; in Ecclesiis vero S. Rochi, S. Hyacinthi vel S. Bernardi solemnitas Assumptionis celebranda est in Dominica infra eiusdem Octavam, anticipata solemnitate Titularis in Dominica praecedenti. *Ibidem ad* 2.

In Assumptionis B. M. V. octava singulis diebus, si fiat de octava, legendae sunt Lectiones in Proprio assignatae si adsint; secus, quae exstant in Breviario; in Officio autem I aut II classis Lectiones ipsi Officio assignatae. **3637** *ad* 2.

Infra Assumptionis B. M. V. octavam, ubi tota octava ex particulari indulto ita est privilegiata, ut tantum octavam S. Laurentii et festum S. Ioachim admittat, celebrari nequit festum S. Rochi die 16 Augusti. **3938** *ad* 4.

In Assumptionis B. M. V. Vigilia, si de aliquo eiusdem B. M. festo sit agendum, Commemoratio Vigiliae omittenda est. **4037** *ad* 2.

Assumptio B. M. V. si sit Titularis Ecclesiae, pro eiusdem Commemoratione in Suffragiis sufficit Antiphona: *Sancta Maria succurre* cum suppositis versiculo et Oratione. **1354** *ad* 2. **4043** *ad* 3.

In Assumptionis B. M. V. festo Episcopus pontificaliter celebrare potest, quamvis contraria consuetudo vigeat. **1559** *ad* 1.

Ad Asteriscum in recitatione horarum canonicarum pausa omnino servanda est; non obstante quacumque in contrarium consuetudine. **3122.**

S. Athanasii Symbolum in Officio recitari nequit diebus infra Octavam SS. Trinitatis, praeter Festum, diem octavam et Dominicam. **1918** *ad* 3. **2194** *ad* 1.

Auditores.

Auditores, Advocatus Fiscalis et alii Officiales Audientiae Salerni nequeunt praecedere Vicarium et Canonicos in thure et pace. **25.**

Auditori Camerae inhibetur, ut se intromittat in negotia, quae spectant ad Sacr. Rituum Congregationem. **78.**

Augustiniani.

In S. Augustini Ordinis Excalceatorum Conventus Ianuensis Calendario locum non

habent Sanctorum et Beatorum Officia, quae instantibus Republica Ianuensi et Sardiniae Regibus utrique Clero saeculari et regulari concessa sunt. **3174** *ad* 1; nec Officia, quae ex particulari concessione S. Sedis dicto Conventui concessa fuerunt ante Decretum diei 30 Martii 1846. — *Ibidem ad* 2.

Augustiniani, quando incedunt ad Missam celebrandam, caput tegere debent cum amictu, non vero cum caputio, ut alii Regulares. **693.**

Vide **Monachi. Moniales.**

Aurora.

Aurora non physice, sed moraliter est accipienda; et politice iis in regionibus, in quibus aurora est fere continua per totam noctem, ac in aliis in quibus vel lux fere continua, vel fere continuae tenebrae ad plures menses protrahuntur. **614.**

Ante Auroram vel post meridiem celebratio Missae est prohibita; permittenda tamen arbitrio Episcopi. **1361** *ad* 2.

In Aurora Nativitatis Domini Missa solemnis celebranda in Ecclesiis Cathedralibus omitti nequit, stante consuetudine. **2631** *ad* 1. - *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **240.**

In Aurora Sabbati Sancti Missa privata sine Prophetiis et sine praeiudicio Missae Conventualis prohibita est. **1335.**

Auxiliatorum quindecim Missae non adprobatae prohibitae sunt. **460** *ad* 4. **555.** § *Missas;* quod tamen intelligendum est de Missis impressis et non approbatis. **477** *in fine.* Oratio peculiaris in honorem dictorum Auxiliatorum, ex supradicta Missa desumpta, est prohibita. **493.**

Auxilium Christianorum B. M. V.

Auxilium Christianorum titulo B. M. V. Festum a Pio VII instituitur pro Clero Romano et in toto Statu Ecclesiastico; cuiusmodi elogium Litaniis Lauretanis inseritur. **2566.**

Auxilium Christianorum titulo B. M. V. Festum celebrare possunt Barnabitae Romae in Collegio S. Caroli ad Catinarios in die octava Ascensionis Domini sub ritu duplici II classis cum Commemoratione diei octavae. **3041** *ad* 5.

Ave maris stella; ad cuius Hymni primam stropham genuflectere debent omnes Officium in Choro recitantes. **9** *ad* 19 *in fine* **1322** *ad* 13.

Ave Regina coelorum, vide **Antiphona.**

B

Baculus.

Baculum sustinens Archidiaconus, qui praeter Presbyterum assistentem et binos Diaconos assistit Episcopo, thurificandus est post eosdem, etsi sit dignior. **231. 243.**

Baculo et mitra uti nequit Abbas regularis extra propriam Ecclesiam, nec in Processionibus deferri facere coram se. **168** *ad* 3. **768. 873.**

Baculus adhibendus non est in Choro ab Abbatissis, neque aptandus manibus defunctae, neque depingendus in imaginibus S. Clarae. **1000. 1016.**

Quoad Baculi usum in Processione Corporis Christi Episcopus Caeremoniale Episcoporum servare debet. **1049** *ad* 2.

Baculum Episcopi sustinens Canonicus tenere debet locum in Processionibus iuxta consuetudinem; si contraria non vigeat, solus ante Episcopum incedat. **1583** *ad* 2.

Baculum pastoralem in Missa pontificali cantato Evangelio Episcopus reddere debet ante incensationem. **3368** *ad* 4.

Baculo pastorali Episcopus uti debet, quando Feria V in Coena Domini bis procedit ab Altari ad mensam pro sacris Oleis conficiendis et ad Altare regreditur. **3731** *ad* 4.

Quoad baculum pastoralem gestandum Episcopus auxiliaris servare debet dispositionem Caeremonialis Episcoporum lib. I cap. 17 § 5. **3042** *ad* 4.

Baculo uti nequeunt Abbates convenientes cum Capitulo Cathedralis. **1753** *ad* 3.

Baculum pastoralem albo velo appenso Abbates deferre debent. **1131** *ad* 8. **2930** *ad* 1.

Quoad Baculum pastoralem gestandum prima Dignitas in Capitulo stricte observare debet privilegium, si adest, et Litteras Apostolicas Pii VII incip. *Decet Romanos Pontifices* d. d. 4 Iulii 1823. **3042** *ad* 3.

Baculo uti potest Episcopus Administrator. **2274** *ad* 2.

Baculo uti nequit in Missa solemni, attenta licet immemorabili consuetudine, Praepositus, nisi constet sibi de speciali S. Sedis indulto. **1032.**

Baculus pastoralis pro Abbatibus aptetur prope mensam parvam parieti haerens. **1131** *ad* 4.

Vide **Mitra.**

Baldachinum.

Baldachini hastae deferendae sunt, prout in Caeremoniali Episcoporum praescriptum est, si pacifice et sine scandalo fieri potest. **111** *ad* 4. **1908** *ad* 2.

Baldachini hastae non sunt deferendae a Canonicis in Processione Feriae V in Coena Domini et Feriae VI in Parasceve, non obstante contraria consuetudine. **705**; sed in solemni Processione Corporis Christi deferendae sunt a dignioribus Beneficiatis usque ad ianuam Ecclesiae, ibique laicis tradendae. **2341** *ad* 1.

Ante Baldachinum, non vero sub Baldachino, Archipresbyter in Processionibus debet incedere cum suo Clero. Contraria consuetudo est prohibenda, etiam sub censuris. **662**.

Baldachini hastam supra SSmum Sacramentum Baro seu Vice-baro debet per seipsum deferre, nec ullo modo per substitutum; vel si id facere recuset, ad Processionem non accedat. **137**.

Baldachini portatilis cum sex hastis delationem in Processionibus SSmi Sacramenti Capitulum Collegiatae prohibere nequit Ecclesiae parochiali. **1435**.

Baldachinum supra sedem episcopalem habere debet Episcopus pontificaliter celebrans. **2471** *ad* 5.

Baldachinum Episcopo licet erigere in sacello, ubi sumit paramenta sacra, quando pontificaliter est celebraturus. **1465**. **1473**. **1484**; prout etiam extra presbyterium pro audienda concione. **1746**.

Baldachinum non est removendum de throno Episcopi tempore Expositionis SSmi Sacramenti in Altari maiori, sed retineri potest. **3360** *ad* 2.

Quoad Baldachinum Episcopi in sacra Visitatione servetur Caeremoniale Episcoporum. **2951** *ad* 1.

Baldachinum cum sede episcopali ex lamina aurea et thronum cum tribus gradibus Prior Ecclesiae erigere nequit; quod si erexerit, removere debet. **1729**.

Baldachini usus non competit Episcopo Titulari Suffraganeo in suis Ecclesiis, et extra Dioecesim; nec prodest licentia Ordinarii. **2163**. (Quod Decretum aliquantulum mutatum est novissima decisione. **4023**.)

Baldachino uti nequeunt Abbates extra Ecclesias Abbatiales. **873**.

Baldachinum erigi nequit in Ecclesiis Regularium pro aliquo Episcopo non Dioecesano. **1700**.

Baldachinum erigendum est in Ecclesiis Monachorum, accedente Episcopo. **492**.

Baldachinum continuo retinere non licet Abbatibus in suis Ecclesiis; qui secus fecerint, coercendi sunt. **1031**. **1033**.

Baldachinum in Ecclesiis, Oratoriis aliisque locis sacris non est erigendum pro laicis Principibus. **1047**. **1361** *ad* 3. **1734**. **1792**. **1831** *Decret. gener.*; quod si erectum sit, amoveri debet. **1176**.

Baldachinum erigi debet super omnibus Altaribus. **1966**. **2912**. (Haec autem duo Decreta ubique, etiam Romae, in desuetudinem abierunt.)

Baldachini retentio competit Episcopo, dummodo non sit pretiosum, nec auratum. **2289** *ad* 5.

Sub Baldachino non deferantur Reliquiae nec Imagines Sanctorum; et Ordinariis locorum stricte praecipitur, ut abusum eliminent. **2379** *ad* 2. **2647** *Decret. Generale*. **2951** *ad* 1. **2808**; tolerari tamen potest, quod Lignum S. Crucis et Instrumenta Passionis Domini deferantur sub Baldachino, dummodo tamen id fiat seorsim et disiunctim a Reliquiis Sanctorum. **2647**.

Baldachinum super Statuas Deiparae Perdolentis in Processionibus, velut tentorium, si pluvia decidat, tolerari potest. **3641**.

Sub Baldachino cadaver Episcopi defuncti deferre non licet. **568**.

Baldachinum nigrum poni seu deferri nequit super defunctum aut super castrum doloris in Exsequiis pro Summo Pontifice, absente corpore; nec pro Episcopo, Archiepiscopo, Patriarcha vel Cardinali, tam praesente quam absente cadavere. **3500** *ad* 1.

Post Baldachinum vel hinc inde ad latus Cleri, Sodales Confraternitatis SSmi Sacramenti incedere nequeunt in Processionibus cum eodem SSmo Sacramento. **3549** *ad* 3.

Baldachinum potest erigere et retinere Abbas, interveniente Capitulo Cathedralis, in sua Ecclesia, recurrente festo principali, dummodo non intersit Episcopus. **1381**.

Cum Baldachino sedes ad instar sedis Episcopalis non competit Domino loci. **494**. **658**. **680**. **694**. **1593**.

Cum Baldachino associare a porta Civitatis ad Cathedralem Dominam loci non licet. **910**.

Baldachini usus non competit Monachis Cassinensibus, nisi in tribus tantum solemnitatibus, et signanter eis non licet in vestitione Monialium. **1100**.

Baldachinum Praelati Episcopo inferiores adhibere supra sedem possunt non pre-

tiosum aut aureum, sed simplex. **1131** *ad* 3.

Vide **Episcopus quoad Baldachinum.**

Baptismus.

Baptismi aquae conficiendae sunt in Cathedrali. **375** *ad* 2.

In Baptismi administratione Rituale Romanum servari debet. **826.**

Baptismum administraturus Parochus vel alius Sacerdos puero morti proximo, omnia omittere debet, quae Baptismum praecedunt, quaeque postmodum supplenda erunt in Ecclesia, ad quam praesentandus est puer, si convalescat. **2607.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **198.**

In Baptismi forma recitanda strictim servandum est Rituale Romanum, nec dicenda vox: *Amen.* **3014** *ad* 2.

In Baptismo administrando licet uti stola bicolori, ex una parte violacea, ex altera alba. **3086** *Dub.* 7.

Baptismi Sacramentum in sacristia Cathedralis solemniter administrari nequit, nisi adsit rationabilis causa ab Episcopo approbanda. **3104** *Dub.* IX.

In Baptismo tam parvulorum quam adultorum Sacerdos accipere debet de saliva oris sui et pollice tangere aures et nares, non vero digito indice. **3368** *ad* 3.

In Baptismo sal bene confractum et attritum adhibendum est iuxta Rituale Romanum, non vero parva instrumenta ex sale confecta, quibus interna oris infantium tanguntur. **3535** *ad* 9.

In Baptismo Patrini recitare possunt *Pater* et *Credo* lingua vernacula, dum Parochus ea recitat latino sermone. **3535** *ad* 10.

In Baptismi solemni administratione Diaconus, quando eidem ex necessitate haec committitur, salem benedicere nequit. **3684.**

In Baptismo administrando usus penicilli seu virgulae argenteae loco pollicis manus dexterae non permittitur, nisi in casu necessitatis. **3276** *ad* 1.

In Baptismo administrando infantibus variandum est genus, pro diversitate sexus, in singulis locis. **3582** *ad* 2.

Baptismus administrari nequit infantibus domi; sed Episcopus omnino curet, ut abusus, qui hac in re irrepserint, removeantur, et infantes deferantur ad Ecclesiam iuxta praescriptionem et communem praxim. **3418** *ad* 1 *et* 2.

Baptismi Sacramentum a Missionariis in Dania ministrari potest in privatis domibus, servato ritu Ecclesiae consueto, in locis, ubi Catholici procul Ecclesiis incolunt, et translatio infantium magnis periculis et incommodis obnoxia est. **3234** *Dub.* III.

In Baptismo adultorum infidelium omnes functiones praeparatoriae faciendae sunt per eumdem Sacerdotem baptizantem. **1325.**

Baptismi Caeremoniae si supplendae sint super adultum catholicum valide baptizatum, adhibeantur illae, quae pertinent ad baptismum infantium. **2743** *ad* 3, *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **352;** si vero supplendae sint super adultum ab haereticis baptizatum, servandae sunt illae, quae praescriptae sunt pro baptismo adultorum. *Ibidem ad* 4. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **354.**

In Baptismo adultorum adhiberi nequit ritus designatus pro baptismo infantium. **3051** *ad* 3.

Baptismi solemnis adultorum caeremoniae non sunt interrumpendae, ad easdem explicandas lingua vernacula. **3496** *ad* 2.

In Baptismi collatione adultarum, post tres genuflexiones et dicto *Pater noster,* Sacerdos in absentia patrini debet dicere matrinae: *Signa eam.* **3670** *ad* 1; si desint patrini pro solemni Baptismo vel Confirmatione, et tantummodo Moniales (Sorores Charitatis) praesto sint, adhiberi debent dictae Moniales uti Matrinae in utroque Sacramento pro feminis. *Ibidem ad* 2.

Baptismum parvulis administrare extra fontem et ad aliquod Ecclesiae Altare festive paratum et ornatum, quod alicui Sancto dedicatum est, qui peculiari devotione colitur, relinquitur prudenti arbitrio Episcopi. **3695** *ad* 1.

Vide **Benedictio Fontis Baptismalis.**

Barnabitae.

Barnabitarum Clericorum Regularium S. Pauli Constitutiones, quae eisdem Officium circa corpora Defunctorum facere prohibent, servandae sunt. **161.**

Barnabitae Clerici Regulares transferre possunt Festum Matris Divinae Providentiae, quando sit impedita Dominica II Novembris, in primam Dominicam insequentem non impeditam duplici I vel II classis; vel hac impedita, in primam diem liberam. **3911** *ad* 1; si vero in Dioecesi ex peculiari ratione atque indulto festum Patrocinii B. M. V. celebretur alia die quam Dominica II Novembris, illud festum celebrare nequeunt. *Ibidem ad* 2. Possunt praeferre Officium votivum S. Pauli Ap. semel in hebdomada concessum Officio votivo cuique Feriae assignato in Brevi diei 5 Iulii 1883. *Ibidem ad* 3.

Barnabitis Clericis Regularibus in civi-

tate Ianuen. licuisse declaratur in nocte Nativitatis Domini post Matutini recitationem Missa cum cantu celebrare in Sacello Domus Probationis. **2975.**

Barnabitae Clerici Regulares se conformare debent Calendario Dioecesano, quando aliquod Officium pridem Congregationi concessum, postea fuit indultum Dioecesi, sed alia die. **3041** *ad* 1; vel eadem quidem die, sed ritu altiore et Officio proprio, dummodo in concessione Officii proprii facta Dioecesi Regulares explicite non excludantur. *Ibidem ad* 2 *et* 3; ubi plures sunt Patroni loci celebrare tenentur omnes Octavas eorumdem, si liquide constet de eorum legitima celebratione. *Ibidem ad* 4; in die octava Ascensionis celebrare possunt Romae in Collegio S. Caroli ad Catinarios festum B. M. V. titulo *Auxilium Christianorum* sub ritu duplici 2 classis cum Commemoratione diei Octavae. *Ibidem ad* 5.

Baro.

Baro seu *Vice-baro* debet per se ipsum, nec ullo modo per substitutum hastam Baldachini supra SSmum Sacramentum deferre; vel si id facere recuset, ad Processionem non accedat. **137.**

Barones seu Domini locorum ubi, quomodo, quando et a quo thurificandi sint iuxta praescripta in Caeremoniali Episcoporum lib. 1 cap. 23 § 30 declaratur. **240. 264. 505. 807. 833. 1726**; nec eis debetur thuris honor immediate post Episcopum, quin valeat contraria consuetudo, nisi sit immemorabilis. **559**; nec retinere eis licet sedem stabilem in Ecclesia. **558. 1410. 1426.** Vetita omnino est eis sedes cum baldachino et tribus gradibus. **726. 766. 796. 1734. 1142. 1447**; permittitur tamen sedes coriacea supra *predellam* extra presbyterium. **1411.**

Baronibus non licet habere sedem in Choro et intra presbyterium; nec iidem thurificandi sunt triplici ductu. **1777.**

Baroni seu Domino loci debetur tantum thurificatio et osculum pacis cum instrumento per ministrum cotta indutum. **2247.**

Baronibus in Ecclesiis Regularium parari nequit genuflexorium cum stratu et pulvinaribus. **1624. 1720. 1738. 1791. 2248.**

Baro seu Dominus loci nequit habere in Ecclesia sedem fixam cum scabello, tapete, suppedaneis et postergalibus, sed amovibilem et cameralem tantum. **2133** *ad* 1; permittitur ei genuflexorium cum tapete et pulvinaribus. *Ibidem ad* 2; non autem eiusdem matri. *Ibidem ad* 3; non ei ministranda est aqua lustralis propriis manibus a Parocho, superpelliceo vel pluviali induto, in solita aspersione facienda diebus Dominicis ac festivis. *Ibidem ad* 4. **2005**; non ei debetur triplex thurificatio et osculum Evangelii. **2133** *ad* 5.

Baroni denegatur facultas aperiendi fenestram ex suis aedibus a latere Cappellae ab ipso constructae in Ecclesia Archipresbyterali. **2006.**

Vide **Dominus loci.**

S. Bartholomaeus.

S. Bartholomaei festum celebrandum est die 24 vel 25 Augusti iuxta consuetudinem. **1432.**

S. Bartholomaei festum in parochiis, in quibus S. Ludovicus Rex. Conf. Titularis Ecclesiae est, celebrari debet die 24 Augusti; et servanda est specialis Rubrica Missalis sub die 23 et 24 Augusti, etiam quoad Vigiliam. **3694** *ad* 2.

Basilicae.

Basilicae Lateranensis Dedicationis festum celebrandum est ab universo Clero saeculari Urbis eiusque Districtus sub ritu duplici I classis cum Octava **2278.**

Basilicae minoris privilegia declarantur. **2744.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **357.**

Pro Basilica S. Mariae trans Tiberim consuetudines peculiares ibi exsistentes approbantur. **3491.**

Basilicae Lateranensis Clericis Beneficiatis, tam in servitio Altaris quam in functionibus Chori, competit supplere Beneficiatorum vices, non autem Cappellanis; quibus tamen reservatur ius praeintonandi Antiphonas. **2456.**

Vide **Lateranensis Basilica.**

Basilicae Lateranensis Magistris Caeremoniarum privilegium non conceditur, ut Magistris Caeremoniarum Sanctitatis Suae ac S. Sedis in omnibus aequiparari valeant. **2639.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **266.**

Basilicae S. Petri Vaticanae Beneficiati et Clerici, tam parati quam non parati, semper genuflectere debent, quoties transeunt ante Altare, nisi simul incedant eodem ordine et gradu cum Canonico parato celebrante; quia tunc genuflectere tantum debent, quando et Canonicus genuflectit. **306.** (Hoc Decretum est regula; at sub n. **1741, 1754** et **1812** affertur a regula exceptio, quae afficit tantum Beneficiatos et Clericos Basilicae Lateranensis et S. Mariae Maioris.)

In Basilica S. Mariae trans Tiberim spectat locus optionis ad Canonicatum Presbyteralem vacantem privative ad Canonicum Curatum. **2655** *ad* 1; et in futuris

vacationibus est locus ascensui eiusdem Canonici Curati. *Ibidem ad* 2. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **291.**

Basilicae S. Mariae in Cosmedin de Urbe Archipresbytero competit ius dandi possessionem novis Canonicis et Beneficiatis, quando in Litteris exsecutorialibus nominatur antiquior ex Canonicis. **2936.**

S. Basilii Monachi, vide **Monachi.**

Beatificatio et Canonizatio.

In Beatificationis et Canonizationis anniversario nullatenus debet celebrari festum cum Officio; quod celebratur tantum die Beatificationis et Canonizationis, et eo modo, quo S. R. C. concesserit. **477** *ad* 5.

In Beatificationum et Canonizationum causis in iudices pro confectione processuum delegati Dignitates et Canonici frui debent distributionibus quotidianis, quicumque sit earum titulus, non obstantibus clausulis et exceptionibus positis et particula taxae Benedicti XIV declarata. **2581.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **166.** Hoc autem indultum locum habet iis tantum diebus, quibus conficiendis et adornandis Inquisitionibus incumbunt. **2754.**

In Beatificationum et Canonizationum causis Dignitates seu Canonici aliique Chorales omnes, qui sive conficiendis Processibus tum Ordinariis tum Apostolicis operam navant, sive uti testes vocati fuerint, habeantur tamquam praesentes in Choro, mutato officio; et ideo omnia emolumenta percipiant, etiam eventualia. **3812.**

Beatificationis aut Canonizationis honores nondum consecutorum virorum ac mulierum imagines, quamvis cum fama sanctitatis decesserint, neque Altaribus utcumque imponi possunt, neque extra Altaria depingi cum aureolis, radiis aliisque sanctitatis signis; possunt tamen eorum imagines vel gesta et facta in parietibus Ecclesiae seu in vitris coloratis exhiberi, dummodo imagines illae neque aliquod cultus vel sanctitatis indicium praeseferant, neque quidquid profani aut ab Ecclesiae consuetudine alieni. **3835.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **401.**

Beati

Beatorum Festa nequeunt celebrari cum Octava; neque licet quoad illa excedere limites Indultorum. **942.**

Beatorum Imagines sine licentia Sedis Apostolicae publice exponi nequeunt in Ecclesiis, Oratoriis aliisque publicis locis, nec supra nec extra altare. **1097** *ad* 1. Episcopi tenentur eas amovere et prohibere, obtemperando Decretis S. R. et U. Inquisitionis et Congr. Sacror. Rituum, quorum exsecutio iisdem demandatur. *Ibidem ad* 2.

Beatorum Cultus Generali Decreto **1130** circumscribitur; scilicet: Imagines Beatorum inconsulta Sede Apostolica nullo pacto exponantur. *Ibidem ad* 1. Possunt exponi cum Indulto in parietibus tantum, non super altari. *Ibidem ad* 2. Ex concessione erigendi Altaris non praesumatur concessio Officii et Missae. *Ibidem ad* 3. Cultus concessus pro uno loco non extenditur ad alium. *Ibidem ad* 4. Cultus permissus non importat recitationem Officii. *Ibidem ad* 5. Missae sunt celebrandae ab iis tantum, quibus indultum est. *Ibidem ad* 6. Festum non celebretur sine speciali Indulto. *Ibidem ad* 7. **1568.** Beatorum nomina in Calendariis non apponantur. **1130.** *ad* 8. Beati in publicis precibus non invocentur. *Ibidem ad* 9 *et* 10. Eorum Reliquiae in Processionibus minime circumferantur. *Ibidem ad* 11. Praeiudicium tamen non infertur iis, qui potioribus praerogativis decorantur vel ex indulto vel ex immemorabili. Quod si cultus a centum annis citra auctus et extensus sit, in pristinum reduci debet. *Ibidem* § *S. R. C. praesentibus.*

Si de Beato Missam celebrari alicubi indultum fuerit, licet etiam Imaginem necnon votivas tabellas exponere super Altari. **1156** *ad* 1. Prohibitio festi non extenditur ad festa devotionis. *Ibidem ad* 2. Indulta specialia circa Officium et Missam Beatorum per Decretum generale non sunt revocata. *Ibidem ad* 3. In Ecclesiis, in quibus Officium et Missa de Beatis celebrari licet, eorum Reliquiae exponi possunt. *Ibidem ad* 4. Episcopi Regulares, gaudentes privilegiis suae Religionis, de Beatis suae Religionis nequeunt recitare Officium, celebrare Missam et Altaria erigere in propriis Cathedralibus. *Ibidem ad* 5. — Moderatio ac declaratio Decreti generalis supradicti. **1162.**

In Beatorum Ordinis Minorum, nondum canonizatorum, Missis, quae sub ritu duplici maiori aut ritu inferiori celebrantur, non dicitur *Credo.* **1333** *ad* 15.

Beati nondum canonizati in Martyrologio inseri nequeunt. **1651** *Decret. Gener.;* nequeunt assumi in Titulares Ecclesiarum. **2353** *ad* 1; quod si aliquis electus fuerit in Titularem, deleto huiusmodi titulo, alius de Sancto iam canonizato substitui debet. *Ibidem ad* 2. Ubi vero Beati ex speciali Indulto Apostolicae Sedis assumuntur in Patronos principales, ac fruuntur ritu duplici primae classis, debent habere Symbolum in Missa. **2439** *ad* 1.

In Beatorum honorem Ecclesiae erigi nequeunt. **2809.**

In Beatorum ac Servorum Dei causis Di-

gnitates seu Canonici, Beneficiati aliique Chorales omnes, qui sive conficiendis Processibus tum Ordinariis tum Apostolicis operam navant, sive uti testes vocati sunt, habeantur tamquam praesentes in Choro, mutato officio; et ideo omnia emolumenta percipiant, etiam eventualia. **3812.** Vide **2581.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **166. 2754.**

De Beati vel Sancti alicuius nativitate temporali anniversarium, excepta illa Deiparae Virginis et S. Ioannis Bapt., celebrari nequit liturgico ritu vel alio sacrae solemnitatis modo; etiamsi celebratio fieret die obitus vel alio quocumque die memoriae eiusdem Beati vel Sancti assignato. **3816**; item prohibita est centenaria commemoratio diei Baptismatis alicuius Sancti vel Beati. **3832** *ad* 1.

Beatorum Officia, ubi sunt indulta, iisdem subiacent Rubricarum normis super translatione Festorum, quibus Officia Sanctorum. **3925** *Dub.* 1.

Beati eligi nequeunt in Patronos locorum. **526** *ad* 1.

Vide **Beatificatio.**

S. Bedae Venerabilis festum extenditur ad universam Ecclesiam cum Officio et Missa propria, addita Doctoris qualitate. **4047.**

Benedicamus Domino.

Post ℣. *Benedicamus Domino* ad Primam statim legendum est Martyrologium, quin Missa intromittatur. **19** *ad* 4.

Benedicamus Domino infra Octavas B. M. V. in tono B. Mariae canendum est. **1347. 1350.**

Benedicamus Domino dici debet a Celebrante in Missa solemni. **2572** *ad* 22.

Benedicamus Domino Mansionarii et Praebendarii induti pluviali cantare tenentur iuxta praescriptum Caeremonialis in Vesperis solemnibus. **1471.**

Ad Benedicamus Domino diebus Paschatis vel infra octavam Paschae in exercitiis devotionis, quae extra Officium canonicum habentur, non est addendum duplex *Alleluia.* **3764** *Dub.* 18.

Benedicere.

Benedicendi sacra supellectilia facultatem habentes Abbates aliique Regularium* Superiores nequeunt ea benedicere pro exteris Ecclesiis, non obstante consuetudine contraria. **513. 587. 2377** *ad* 3. **3157** *Dub.* XI.

Benedicendi privilegium concessum Abbati non extenditur ad consecrationes. **1453.**

Benedicendi congruentior modus est benedicere manu recta, digitis simul unitis et extensis. **1711** *ad* 6.

Benedicendi sacra Supellectilia facultas concessa extenditur etiam ad Imagines D. N. I. C., B. M. V. aliorumque Sanctorum, ad Tabernaculum, in quo asservatur SS. Sacramentum, ad Pyxidem et generaliter ad omnia, in quibus sacra Unctio non adhibetur. **2457.**

Benedicendi populum, domos et agros, in determinatis stationibus et praesertim ante fores Ecclesiae, quoties fit Processio extra Ecclesiam cum SS. Sacramento, usus tolerari potest in Parochia Oppidi Furni Dioecesis Utinen., attenta contentione in populo exorta. **3225.**

Benedicendum non est sepulcrum, quod novum foditur in coemeterio rite benedicto; sed haec praescriptio tantum respicit cryptam seu sepulcrum lapideum in coemeterio vel Ecclesia aedificatum. **3400** *Dub.* V. *qu.* 1 *et* 2.

Benedici nequit populus post Missam cum SS. Sacramento in pyxide, quin aliquid prius aut postea dicatur vel cantetur. **3402** *ad* 1.

Benedici potest palla separatim a corporali; sed sive una sive plures pallae, sive cum sive sine corporali, benedicantur, formula recitanda est prout iacet. **3524** *Dub.* III.

Benedicendo aquam Episcopus, Missae solemni assistens pluviali vel cappa indutus, tantum dicere debet: *In nomine Patris et Filii* ✠ *et Spiritus Sancti. Amen.* **3569** *ad* 2.

Benedicere potest simplex Sacerdos sive saecularis sive regularis invitatus privato ritu campos, animalia et similia. **3801** *ad* 6.

Benedicere nequit Diaconus domos in Sabbato sancto, etiam de consensu Parochi. **2729.**

Benedicere nequit Diaconus populum cum SSm̃o Sacramento, sed idem potest tantum exponere et recondere. **2951** *ad* 9.

Benedicere nequit Diaconus sepulturam de licentia Parochi, et associare cum Pluviali cadavera loco Parochi. **2951** *ad* 10.

Benedicere salem et aquam nequit Diaconus, cum aliquando ex necessitate ei committitur solemnis Baptismi administratio. **3684.**

Benedicere infirmum et assistentes cum SS. Sacramento potest Diaconus, quando deficiente Presbytero et de consensu Ordinarii defert Viaticum ad infirmos; nec non facere aspersionem aquae benedictae, dicere *Misereatur* et *Indulgentiam*, signare infirmum vel seipsum et dicere *Dominus vobiscum* cum Oratione. **3074** *ad* 1.

Benedici debet sacrum tabernaculum, priusquam Sacra Eucharistia in illo recondatur. **4035** *ad* 4.

Benedicere potest populum Sacerdos simplex superpelliceo et stola indutus post Vesperas et preces, ascendens Altare, nuda manu per verba: *benedictio Dei omnipotentis etc.*, si adsit consuetudo. **2745** *ad* 4. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **360.**

Benedicta tu in mulieribus etc. Ad hunc versiculum cum subsequenti Responsorio. *Et benedictus fructus ventris tui* non licet addere verbum *Iesus*. **957** *ad* 2.

Benedictini vide **Monachi.**

Benedictiones.

Benedictio **Annuli Nuptialis**; vide **Annulus.**

Benedictio **Aquae**; vide **Aqua benedicta.**

Benedictio Abbatibus et quibusdam Superioribus Ordinum Regularium concessa sacrorum paramentorum etc. valet dumtaxat pro Ecclesiis propriis, et restringitur ad ea, in quibus non adhibetur sacra unctio. **513. 587. 3157** *Dub.* XI.

In Benedictione agrorum subdeleganda Ordinarii deputare possunt Sacerdotem ad libitum, et non tenentur ad eligendum digniorem. **806.**

Benedictiones omnes, in quibus sacrum Chrisma non requiritur, explere possunt Superiores et Rectores Regularium pro suis Ecclesiis, supposito S. Sedis privilegio. **2377** *ad* 3.

Benedictionem triplicem impertiri nequit Abbas Regularis extra Pontificalia. **2080** *ad* 6. **1131** *ad* 13.

Benedictio Abbatis convenientius fieri debet die Dominica vel festiva. **3162** *ad* 8.

Benedictionem petere debent Abbates Regulares ab Ordinario, non autem ab aliis Abbatibus proprii Ordinis. **648.**

Benedictio Apostolica quando est impertienda post Missam Pontificalem, omittitur Absolutio et Benedictio post Homiliam. **2682** *ad* 14, *qu.* 2.

Benedictio Apostolica impertienda est post expletam Missam Pontificalem. **2720;** sed ea nequit impertiri extra dies in Litteris Apostolicis designatos. **2732**; ante eamdem legendum est Breve seu Litterae Summi Pontificis lingua latina et vernacula. **2871**; et ad eamdem Canonici pro qualitate dignitatis debent se inclinare vel genuflectere. **2891** *ad* 1.

In Benedictione Apostolica impertienda conceditur Episcopo Corisopitensi, ut tantummodo sermone vernaculo legere faciat Litteras Summi Pontificis. **2931.**

Benedictio Apostolica ab Episcopo dari debet absoluta Missa Pontificali, induto iisdem paramentis, quae habuit in Missa, reassumptis etiam chirothecis, et (si habet usum Pallii et dies eiusdem usum concedit) Pallio ornato; quippe qui actionem exercet plenitudinis Pontificalis dignitatis. **3605** *Dub.* 9.

Benedictio Apostolica ab iis, qui gaudent Indulto eam elargiendi, impertiri nequit bis in die. **2541.**

Benedictio cum Indulgentia plenaria in articulo mortis impertienda est pueris, qui ob defectum aetatis Sacramentum Eucharistiae nondum perceperunt. **2650.** *Quinta facti species ad* 3 *in fine. Vide Suffragium in IV volumine pag.* **287.**

Benedictionis formula exhibetur cum Indulgentia plenaria pro Tertiariis saecularibus ceterisque omnibus communicationem privilegiorum et gratiarum cum iisdem vel cum Regularibus cuiuscumque Ordinis habentibus. **3550.**

Ad Benedictionem ab **Episcopo** impertiendam Dignitates et Canonici non genuflectunt, sed stantes caput tantum inclinant. **310. 832. 2049** *ad* 7. **3459**; omnes vero alii genuflectere debent. **550** *ad* 2. **746. 2049** *ad* 8; Canonici, sacris induti, assistentes Episcopo, ad postremam solemnem Benedictionem, tantum stantes se inclinare debent. **2049** *ad* 9.

Benedictione post concionem data, Episcopus iterum eam impertiri debet Missa expleta. **1583** *ad* 5.

Benedictio in Missa solemni, etiam exposito SSmo Sacramento, non a Celebrante, sed ab Episcopo in throno eidem Missae, cappa vel pluviali induto, assistente dari debet. **3618** *ad* 1.

Benedictionem Episcopalem fieri non decet, post Benedictionem cum SSmo Sacramento a Sacerdote populo impertitam, cui Episcopus cappa indutus assistebat. **3618** *ad* 2.

In Benedictione Pontificali solemni observari debet formula a Caeremoniali Episcoporum lib. II cap. 32. praescripta. **3228** *ad* 4.

Benedictionem pontificalem solemniter impertiri debet Episcopus in Dedicatione Ecclesiae finita Missa, etiamsi ipsemet privatim celebraverit. **3729** *ad* 9.

Benedictio Campanarum ab Episcopo demandari non debet alteri, charactere Episcopali non insignito, omissa unctione. **1781.**

Ad Benedictionem Campanarum, facultate, quam Episcopus a S. Sede accepit, vice et loco sui alios Sacerdotes deputandi, Vicarius Generalis uti nequit. **3190.**

Vide **Campana.**

Pro Benedictione sacrae supellectilis Sacerdotes delegandi facultatem habens Episcopus, potest etiam eosdem subdelegare pro benedictione sacrorum Vasorum, dummodo sacra unctio non sit in iis adhibenda. **3533** *ad* 2.

Vide **Episcopus quoad Benedictiones.**

Benedictio **Crucis** positae in eminenti loco ad arcendas tempestates fieri potest de licentia Episcopi. **473.**

Benedictio cum Reliquia S. Crucis, post Expositionem vel Processionem cum eadem, impertiri debet, priusquam reponatur. **2324** *ad* 1; quicumque sit Hebdomadarius sive Canonicus sive Beneficiatus, qui benedicat. **2578** *ad* 11. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **162**; sed ad Benedictionem cantari nequit: *Benedicat vos omnipotens Deus etc.* **2722** *ad* 3.

In Benedictionibus sive cum SSm̃o Sacramento sive cum Ligno S. Crucis Sacerdos uti potest supra rochettum, si habeat eius usum, amictu, stola et pluviali, quatenus Ministri sacri non adsint; secus vero, non. **3201** *ad* 6.

In Benedictione cum Ligno S. Crucis, quando haec functio peragitur separatim a Choro eoque omnino expleto, paramenta esse debent coloris rubei. **3256.**

Pro Benedictione novae Crucis in formula Benedictionis a Sacerdote benedicente secunda Oratio et adoratio Crucis non est omittenda **3524** *Dub.* 4. *qu.* 1.

Pro Benedictione parvae Crucis cum imagine Crucifixi formula Benedictionis Imaginum D. N. I. C. sumenda est. **3524** *Dub.* 4. *qu.* 2.

Benedictio cum Reliquia alicuius Sancti post Processionem impertiri potest, non vero debet. **1711** *ad* 1. **2483** *ad* 5. **2002** *ad* 17.

Benedictione Domorum per Parochum expleta, Vice-Parochus secundam facere nequit. **2270** *ad* 1; neque quoad parochianos id requirentes. *Ibidem ad* 2.

Benedictio Domorum fieri nequit ante Sabbatum Sanctum; poterit vero fieri, durante hebdomada Octavae Paschatis. **3645** *ad* 2 *et* 3.

Benedictiones Mulierum post partum, Fontis baptismalis, Ignis, Seminis, Ovorum et similium non sunt de iuribus mere Parochialibus: verumtamen Benedictio Fontis baptismalis fieri debet a Parocho. **2123** *ad* 6.

Benedictio **Oleorum**; vide **Olea sancta.**

In Benedictione **Paramentorum sacerdotalium** Sacerdotes subdelegati utantur formula Benedictionis, quae legitur in Rituali **3392** vel in Missali Romano praescripta. **3524** *Dub.* 2. **3533** *ad* 1.

Benedictio in fine Missae solemnis unico Crucis signo danda est. **9** *ad* 3.

Ante Benedictionem in fine Missae Canonicus, in aliqua Collegiata Ecclesia de Urbe Celebrans, Vicario praesenti reverentiam facere non tenetur. **160.**

Benedictio per manum Sacerdotis, dicendo *Benedicat vos etc.*, dari potest populo post Vesperas, Litanias et Preces, si adsit consuetudo. **2745** *ad* 4. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **360.**

Ad Benedictionem gutturis in festo S. Blasii Ep. Mart. una tantum stola ad collum a Sacerdote adhibenda est, et ab ipso dicendum: *Per intercessionem B. Blasii liberet te Deus a malo gutturis. Amen.* **3196.**

Benedictio novarum Navium non est de iuribus Parochialibus. **1424.**

Benedictiones tantum illae et illi soli libri adhibendi sunt, qui Rituali Romano sint conformes. **2689** *ad* 4.

Ad Benedictiones reservatas in Rituali Romano contentas neque Episcopus, sive ex iure ordinario sive ex consuetudine, neque Vicarius Generalis Sacerdotes delegare possunt. **3343**. *ad* 1 *et* 2.

Benedictionis loci formula tam in Missali quam in Rituali concludenda est: *nunc et in omnia saecula saeculorum.* **3421** *ad* 5.

Benedictionum formulae a S. Sede non approbatae prohibentur. **2725** *ad* 9. Vide **2689** *ad* 4.

Benedictiones in recentioribus Ritualibus contentas, quae propriae sunt diversorum Religiosorum Ordinum, Episcopus et ab eo delegati Sacerdotes impertiri nequeunt absque Apostolico Indulto. **3533** *ad* 3.

In Benedictionibus minoribus ex Rituali Romano privatim peragendis servetur ipsum Rituale quoad stolam et superpelliceum. **3697** *ad* 15.

Benedictio octava in Officio Ss. Michaelis Archangeli et Angeli Custodis dicenda est: *Quorum festum colimus;* in Officio vero Ss. Archangelorum Gabrielis et Raphaelis: *Cuius festum colimus* **1885** *ad* 2.

Benedictio octava in Officiis Translationis almae Domus Lauretanae et Exspectationis Partus B. M. V. esse debet: *Cuius festum colimus, ipsa Virgo virginum etc.* **2461** *ad* 4.

Benedictio undecima apud Benedictinos in Officio votivo S. Scholasticae, S. Bene-

dicti et Immaculatae Conceptionis B. M. V. dicitur semper: *Cuius festum colimus etc.* **2319** *ad Titul.* XXV. *Dub.* 1.

In Benedictionibus Lectionum Hebdomadarius semper surgere, alii vero de Choro tantum assurgere tenentur, quando Officium solemniter cantatur. **3110** *ad* 3.

Benedictio post distributionem Communionis semper danda est (excepto casu, quo Communio distribuitur immediate ante vel post Missam Defunctorum) sub formula: *Benedictio Dei etc.* **3792** *ad* 10.

Benedictio Abbatialis in Pontificali exsistens non immutetur; sed quoad Praelatos saeculares S. R. C. in singulis casibus respondeat, formulam accommodando casibus ipsis, demptis quae praefatis saecularibus minime convenire noscuntur. **3905.**

Benedictionem ad IX Lectionem impertiri nequit Clericus, etsi primus ratione dignitatis, quando prima Dignitas celebrat solemniter Matutinum, etiamsi alius dignior non adsit. **2498** *ad* 2.

A Benedictionibus cessent Abbates, etiam pontificaliter celebrantes, praesente Episcopo. **1131** *ad* 14.

Benedictio Candelarum, Cinerum et Palmarum.

Pro Benedictione Candelarum etc. Archipresbyter Ecclesiae non Collegiatae deputare potest quem maluerit. **452.**

Benedictio Candelarum etc. spectat ad primam Dignitatem absente Episcopo, dummodo ipse etiam cantet postea Missam. **453;** et ad simul celebrandam Missam cogi potest per censuras. **946.**

Benedictio Candelarum etc. in Collegiatis pertinet ad Digniorem, si celebrare velit; sin minus, ad Celebrantem. **1252:** pro Monialibus pertinet ad Confessarium Monialium. **1281.**

Benedictiones et distributiones Candelarum etc. non sunt de iuribus Parochialibus. **2123** *ad* 5.

In Benedictione Candelarum etc. serventur Rubricae et praxis communis quoad aspersionem et thurificationem. **2682** *ad* 36.

Benedictio Candelarum etc. fieri debet per Celebrantem. **1333** *ad* 12. **2783** *ad* 2.

Ad Benedictionem Candelarum etc. Dignitates et Canonici Ecclesiae Collegiatae incedere debent iuxta Rubricam Missalis. **3201** *ad* 6.

Benedictiones Candelarum etc. Episcopus Titularis et nulla gaudens iurisdictione peragere nequit, quin Missam ipsemet decantet. **3798** *ad* 2.

Benedictiones Candelarum etc. faciendae sunt ex obligatione in omnibus Ecclesiis Collegiatis; in aliis autem fieri possunt. **3813** *ad* 1.

Benedictio Candelarum etc. pertinet ad Digniorem Ecclesiae, impedito Archipresbytero, non autem ad huius Vicarium. **1653.**

Benedictio Candelarum etc. Regularibus licet in propriis Ecclesiis. **2098** *ad* 1. 2. *et* 3.

Benedictio et distributio Candelarum et Processio in festo Purificationis B. M. V. fieri debet ipsa die 2 Februarii, etiamsi solemnitas eiusdem festi ad Dominicam sequentem transferatur. **3321.**

Vide **Candelae.**

Benedictio Palmarum facienda in Collegiata spectat ad Capitulum Cathedralis, si assistat, privative. **1930.**

Benedictio Palmarum in Ecclesiis, in quibus fit Expositio SSmi Sacramenti ratione Orationis XL Horarum, facienda est in alio Sacello laterali, quo magis fert Ecclesiae structura, distante ab Ara maxima, in qua SSmum Sacramentum expositum est, servatis omnibus Caeremoniis in Missali praescriptis, sed absque Processione. **2621** *ad* 9. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **227.**

In Benedictione Palmarum Evangelium a Celebrante absque Diacono et Subdiacono canendum est in cornu Epistolae. **1968.**

In Benedictione Palmarum, quae fit ab Episcopo, Epistola et Evangelium cantanda sunt ab iisdem Ministris, qui Missae solemni ab alio celebrandae inservire debent. **3066** *ad* 1.

Benedictio Palmarum in aula profana fieri nequit, sed solummodo in Ecclesia. **3476.**

Vide **Distributio.**

Benedicere nequit Episcopus Administrator Candelas, Cineres et Palmas, quin deinde Missam celebret. **2976** *ad* 8.

Vide **Dominica Palmarum.**

Benedictio Ecclesiarum.

Benedictio Ecclesiae, quando omissa fuerit, fiat quam primum; quum Ecclesia, ut ad divinum cultum dedicetur, saltem benedici debet. **3255** *ad* II. qu. 3.

Benedictae Ecclesiae privilegio gaudent Ecclesiarum, quae sunt dedicatae, in festo Titularis earum. **3257.**

In Ecclesiis solemniter benedictis, non consecratis, recoli debet festum ipsarum Titularis, et quidem sub ritu duplici I classis cum Octava; et quando Titularis officium non reperitur in Breviario Romano, idem ex Communi sumendum est. **3661** *ad* 1.

Vide **Ecclesia. Consecratio Ecclesiae. Dedicatio Ecclesiae.**

Benedictio Fontis Baptismalis.

Benedictio Fontis Baptismalis in Sabbato Sancto facienda est per Celebrantem, qui hoc casu praecedentiam habet super Dignitates et Canonicos. **613. 1189. 1401.** *ad* 5. **2783** *ad* 1.

Benedictio Fontis Baptismalis fieri potest in omnibus Ecclesiis illum fixum habentibus. **630.**

Benedictio Fontis Baptismalis non est de iuribus mere parochialibus: sed fieri debet a Parocho. **2123** *ad* 6.

Benedictio Fontis Baptismalis et administratio Baptismatis in Collegiata S. Petri Terrae Corinaldi Dioecesis Senogallien., absente Archipresbytero, competit Dignitati seu Canonico celebranti. **2406** *ad* 5.

Benedictio Fontis Baptismalis fieri debet Sabbato Sancto et Vigilia Pentecostes, non vero aliis diebus. **2436** *ad* 1; consuetudo contraria est eliminanda. **2878**; Parochi pro hac functione alium Sacerdotem delegare possunt; at in ministerio quatuor saltem Clerici sunt adhibendi. **2436** *ad* 2; qui Fontem benedicendi facultatem habent, et ante Benedictionem Olea sacra recipere non potuerunt, illa subinde privatim et separatim in aquam mittere poterunt. *Ibidem ad* 3.

In Benedictione Fontis Baptismalis Sabbato Sancto infundi debent Olea sacra nondum renovata in aquam Baptismalem, si attentis omnibus temporum circumstantiis difficulter recipi possint Olea noviter consecrata. **2773** *ad* 1. **3092**; quo casu Baptisma conferri debet cum aqua recens consecrata, licet in ipsam infusa sint Olea praecedentis anni. **2773** *ad* 2; aqua sic benedicta Sabbato Sancto servari debet usque ad Vigiliam Pentecostes, in qua benediciturFons cum novis Oleis. *Ibidem ad* 3; infantes in casu praedicto ungendi sunt Oleis anni praecedentis. *Ibidem ad* 4.

Quoad Benedictionem Fontis Baptismalis Parochus curet, ut Presbyter vel Clericus, si fieri possit in Sacris constitutus, nova Olea sacra recipiat. Quod si aliquod adhuc exstet impedimentum, idem Parochus vel per se vel per alium Sacerdotem benedicat Fontem sine sacrorum Oleorum infusione, quae privatim opportuno tempore fiet: at si statim aliquem baptizare debeat, tunc in ipsa benedictione solemni vetera Olea infundat. **3879.**

Benedictio Fontis Baptismalis in Ecclesia Collegiata spectat ad Canonicum Hebdomadarium. **2898. 3300** *ad* 1.

Benedictio Fontis Baptismalis fieri potest Sabbato Sancto extra vas Baptisterii, antequam infundatur Chrisma, ubi adest consuetudo. **2690** *ad* 1. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **337.**

Benedictioni Fontis Baptismalis in Sabbato Sancto in Ecclesia vel Oratorio publico, in quo Fons baptismalis non exstat, substitui nequit Benedictio Aquae ordinaria. **3271** *ad* 1; sed haec Benedictio ordinaria fieri potest privatim in sacrario. *Ibidem ad* 2.

Benedictio Fontis Baptismalis facienda est in Parochiis in Sabbatis Paschae et Pentecostes, non obstante quacumque contraria consuetudine, quae omnino eliminari debet. **3331.**

In Benedictione Fontis Baptismalis in Sabbato Sancto et in Vigilia Pentecostes loco Cerei Paschalis alius Cereus minor adhiberi potest; dummodo etiam Cereus alter sit benedictus, in eoque infixa sint quinque grana thuris. **3352** *ad* 1. **3358.**

In Benedictione Fontis Baptismalis in Sabbato Sancto et in Vigilia Pentecostes licet perficere in uno tantum vase extra Fontem posito benedictionem aquae, deinde fundendae in Fontem ipsum ante immixtionem sancti Olei. **3524** *Dub.* 5.

Benedictio Fontis Baptismalis Sabbato Sancto et Vigilia Pentecostes nequit fieri tantum in Cathedrali, Concathedrali, Collegiatis ac nonnullis praecipuis parochialibus Ecclesiis, ex quibus reliquae Ecclesiae aquam benedictam deferant pro usu Fontium Baptismalium; sed si in Ecclesiis parochialibus ob defectum ministrorum haec solemnis Benedictio fieri nequit, saltem privatim benedictio fontis peragenda est. **3776** *ad* 1 *et* 2.

Benedictio Aquae Baptismalis fieri nequit Sabbato Sancto privatim breviori formula sine facultate Apostolica in Oratorio publico Missionis, (in quo quidem Baptismus administratur, sed non exstat Fons Baptismalis); aqua vero antea consecrata adhuc deinceps inservire potest, si non adsit nova aqua benedicta. **3724** *ad* 1. *et* 2; nova aqua consecrari debet, quum nova Olea recipiuntur. *Ibidem ad* 3.

Benedictio Aquae Baptismalis Sabbato Sancto et Vigilia Pentecostes fieri non debet tantum in Ecclesiis parochialibus, sed etiam in filialibus, quae sacrum fontem legitime habent. **4005** *ad* 1; nec sufficit aquam benedicere usque ad Oleorum infusionem exclusive in Ecclesia parochiali, et inde deferre aquam ad alias Ecclesias, sed benedictio fieri debet integra in singulis Ecclesiis. *Ibidem ad* 2; deficiente Clero in Ecclesiis filialibus Benedictio Fontis nequit differri ad alium diem sed in casu adhibeatur Memoriale Rituum Benedicti XIII. *Ibidem ad* 3; si sint in Parochia plures Ecclesiae cum fonte baptismali, Parochus, qui ius ha-

bet conficiendi in singulis renovationem fontis, debet alium Sacerdotem delegare ad eam peragendam Sabbato et Vigilia Pentecostes. *Ibidem ad* 4.

Vide **Oleorum Consecratio et distributio. Oleorum asservatio et delatio.**

Benedictio Ignis in Sabbato Sancto; vide **Ignis.**

Benedictio Mulieris post partum.

Benedictio Mulieris post partum non est de iuribus mere Parochialibus. **2123** *ad* 6. Vide **538** *ad* 1.

Quoad Benedictionem Mulieris post partum servandum est omnino Rituale Romanum. **3059** *ad* 17.

Benedictio Mulieris post partum fieri debet a Parocho si expeditus ipse fuerit: potest autem fieri a quocumque Sacerdote, si expeditus pariter fuerit, in quacumque Ecclesia vel Oratorio publico, certiore facto Superiore Ecclesiae. **3813.**

Benedictio Mulieris post partum puerperae, cuius proles mortua fuerit sine baptismo, non est deneganda. **3904.**

Benedictio Nuptialis.

In Benedictione Nuptiali Sacristis prohibitum est, ne pallium seu baldachinum pro Sponsis parent, multoque magis quid pro eadem exigant. **200.**

In Benedictione Nuptiarum servanda est Rubrica Missalis; et excluditur specialis Benedictionis formula extra Missam. **3016.** *ad* 2. **3226.**

Benedictionis Nuptiarum prohibitio tempore Adventus et Quadragesimae intelligi tantum debet de Missa pro Sponsis et de precibus in Missali positis, non vero de Matrimonio ineundo cum caeremoniis et precibus in Rituali contentis, dummodo accedat Episcopi licentia. **3079** *ad* 1; preces autem et orationes in Missali contentae tempore vetito prohibentur, et Episcopus ad eas recitandas facultatem concedere nequit. *Ibidem ad* 2. Et haec responsa a S. R. C. data ita sunt generalia, ut omnes Dioeceses afficiant, et omnes consuetudines contrariae eliminandae sint uti abusus. **3380** *ad* 1.

Benedictio Nuptiarum omitti debet, itemque Missa propria pro Sponso et Sponsa, si mulier sit vidua et iam benedictionem alias acceperit. **2461.** *ad* 1. **3922** *ad* VI. *Decret. gener.*

In Benedictione Nuptiali servari potest ritus benedicendi arrhas et duos annulos. **3531** *ad* 4: etiamsi non sequatur Missa pro Sponsis. *Ibidem ad* 5; et consuetudo Sponsi scapulas et Sponsae caput velandi retineri potest. *Ibidem ad* 6.

In Benedictione Nuptiarum standum est Rubricis Ritualis. **3654.**

Benedictio Nuptialis consistit in Orationibus, quae habentur in Missali: *Propitiare* etc. *Deus qui* etc., dicendis ante *Libera nos* etc., necnon alia *Deus Abraham* etc. dicenda ante benedictionem. **3798** *ad* 3; et haec Benedictio separari nequit a Missa. *Ibidem ad* 4.

In Nuptiis secundis benedictio annuli non est omittenda. **2743** *ad* 2. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **349.**

Benedictio Nuptialis in Missali posita, si Sponsi eam petierint, ab ipsa Missa pro Sponso et Sponsa abstrahi nunquam potest, sed infra eam omnino fieri debet. **3922** *ad* VI. *Decret. gener.*

Vide **Missa votiva pro Sponso et Sponsa.**

Benedictio cum SSmo Sacramento.

Benedictio cum SSmo Sacramento danda est post finem Hymni, non autem ad ℣. *Sit et benedictio.* **665. 2725** *ad* 3. **3058** *ad* 3. **3513.**

Ante Benedictionem cum SSmo Sacramento Orationi *Deus qui nobis* adiungi nequit *Dominus vobiscum.* **1265** *ad* 7. **1548.**

Benedictio cum SSmo Sacramento aeque impertiri potest, servata forma Caeremonialis Episcoporum, aut modo, quem tradit Bauldry. **1563** *ad* 2.

Benedictio cum SSmo Sacramento impertiri debet super Altare, et non in ianua post Processionem. **1784.**

Benedictio trina cum SSmo Sacramento impertiri nequit a Regularibus. **1540. 1944**; neque a Dignitatibus et Canonicis. **2091.** Hoc Decretum comprehendit etiam Abbates, nisi Pontificalia exerceant. **1897.**

Benedictio cum SSmo Sacramento nequit dari a Canonico, imposita stola super habitu canonicali. **2047** *ad* 1. **3039** *ad* 4. **3319. 3333** *ad* 1. *qu.* 1; neque ab Episcopo Cappa induto. **2987.**

In Benedictione cum SSmo Sacramento Celebrans nihil dicere, Cantores et Musici nihil quoque canere interim debent, ad praescriptum Ritualis et Caeremonialis Episcoporum, non obstante quacumque contraria consuetudine. **2464. 2722** *ad* 3. **3058** *ad* 2; sed permittitur ut aliquod cantetur post Benedictionem. **2698. 2791** *ad* 2.

Benedictio duplex cum SSmo Sacramento

in Ecclesiis Monialium, una scilicet versus Moniales stantes in Choro, altera versus populum, prohibita est; et una tantum Benedictio cum Eodem interessenti populo est impertienda. **2499.** *Decretum generale.*

Benedictio cum sacra Pyxide danda non est Monialibus a Confessariis post Communionem distributam; et consuetudo contraria est abolenda. **2543. 2725** *ad* 1.

Ad Benedictionem cum SSmo Sacramento fores Ecclesiae non sunt pandendae et repagula removenda, ut pateat interna pars transeuntibus per viam, nisi Ordinarius ob peculiares circumstantias id permittat, citra periculum irreverentiae. **2621** *ad* 8.

Benedictio cum SSmo Sacramento dari potest ex speciali gratia extra portas Civitatis, regionis sive domus infirmi, quando Viaticum defertur ad infirmos in agris. **2690** *ad* 2. **3059** *ad* 18.

In Benedictione cum SSmo Sacramento quam Episcopus impertitur, Canonici vel Ministri assistentes genuflectere debent. **2791** *ad* 5; et quidem in infimo gradu. **2769** *ad* III. *qu.* 1 *et* 2.

In Benedictione cum SSmo Sacramento thurificatio tempore Benedictionis non praescribitur. **2956** *ad* 9; et servanda est consuetudo locorum. **3108** *ad* 6.

In Benedictione cum sacra Pyxide omitti potest thurificatio; sed non est omittenda in Benedictione cum Ostensorio. **2957.**

In Benedictione cum SSmo Sacramento Episcopus nequit cantare ℣. *Sit nomen Domini etc.* **3031** *ad* 2; et praxis contraria sustineri nequit. *Ibidem ad* 3; nec potest ille uti chirothecis loco veli humeralis, vel etiam velum praedictum cum eisdem assumere. *Ibidem ad* 4.

Post Benedictionem cum SSmo Sacramento a Sacerdote populo impertitam, cui Episcopus cappa indutus assistit, Benedictio episcopalis dari non decet. **3618** *ad* 2.

In Benedictione cum SSmo Sacramento Episcopus assistens debet imponere thus in thuribulo et ipsemet thurificare. **3035** *ad* 6.

Benedictionis cum SSmo Sacramento usus in initio et in fine Expositionum, in Missa et Laudibus retineri nequit. **3058** *ad* 1; haec Benedictio dari debet sub silentio. *Ibidem ad* 2; ante eamdem vero cantari debent strophae *Tantum ergo* et *Genitori* cum ℣. *Panem de coelo* etc. et Oratione. *Ibidem ad* 3. **3513.**

Benedictio cum SSmo Sacramento in Ecclesiis et Oratoriis publicis secunda et tertia hora post solis occasum elargiri potest Episcopo permittente iuxta consuetudinem. **3187.**

In Benedictione cum SSmo Sacramento sive cum Ligno S. Crucis Sacerdos uti potest supra rochettum, si eius habeat usum, amictu, stola et pluviali, quatenus Ministri sacri parati non adsint; secus vero, non. **3201** *ad* 6.

Benedictio cum SSmo Sacramento ante sacras functiones et in earum fine, itemque cum Pyxide post distributam Communionem servari potest in Archidioecesi Salisburgensi ob invectam consuetudinem. **3287**; quae concessio valet exclusive pro illis locis, pro quibus nominatim ob speciales circumstantias et ad evitanda scandala edita fuit. **3308.**

Benedictione cum sacra Pyxide ac in festis cum Ostensorio populum dimittendi consuetudo continuari potest, quoties Ordinarius nil inconveniens deprehendat. **2957. 3394** *ad* 2.

In Benedictione cum SSmo Sacramento in Ostensorio impertienda omnino requiritur ut Celebrans pluviale et humerale induat. **3333** *ad* 1. **3697** *ad* 12.

Benedictio cum SSmo Sacramento singulis diebus in Expositione in forma XL Horarum populo impertire permittitur, antequam SSmum Sacramentum reponatur. **3438** *ad* 4. Benedictio cum SSmo Sacramento populo impertiri licet *pluries* una eademque die in eadem Ecclesia de licentia Episcopi. **3438** *ad* 5. **3448** *ad* 3; evitata tamen nimia frequentia, et dummodo non agatur de Expositione XL Horarum. **3448** *ad* 3.

Benedictio SSmi Sacramenti, occasione alicuius Concionis habendae, potest praemitti concioni iuxta Ordinarii concessionem et iusta de causa. **3448** *ad* 4.

In Benedictione cum SSmo Sacramento in Ostensorio tempore Paschali non licet accendere cereum Paschalem. **3479** *ad* 3.

In Benedictione cum SSmo Sacramento Antiphonae *Ave Regina coelorum, Regina coeli* etc. cantentur immediate post Litanias Lauretanas cum Oratione B. M. V. congruente; si vero non cantentur Litaniae, Antiphonae praedictae praemittantur Hymno *Tantum ergo.* **3530** *ad* 1.

Ante Benedictionem cum SSmo Sacramento immediate preces et hymni lingua vulgari recitari nequeunt. **3530** *ad* 2.

Ante Benedictionem cum SSmo Sacramento conciuncula vulgo *Fervorino* haberi potest. **3599** *ad* 2.

Benedictio cum SSmo Sacramento in fine cuiusvis publicae Expositionis Eiusdem fidelibus impertiri debet. **3713**; et Expositione privata finita, Benedictio dari potest cum sacra Pyxide. **3875** *ad* 3.

In Benedictione cum sacra Pyxide Sacerdos eamdem totam semper cooperire debet

cum extremitatibus vel ihumeralis. **2786** *ad* 1. **3780** *ad* 1. **3888** *ad* 3. **3582** *ad* 1.

In Benedictione solemni cum SSmo Sacramento post Completorium impertienda Ministri sacri induantur Dalmatica et Tunicella super Albam, et Sacerdos celebrans Albam deferat sub pluviali. **3799** *ad* 1; color vero dictorum paramentorum esse debet dumtaxat albus. *Ibidem ad* 2.

Benedictio cum sacra Pyxide in functionibus Marialibus aliisque, quae cum Missa persolvuntur, impertiri potest velo humerali super planeta. **3833** *ad* 3.

In Benedictione cum SSmo Sacramento in Ostensorio aut istud accipit celebrans iuxta ritum a Caeremoniali Episcoporum lib. II cap. 33. § 27 praescriptum; aut iuxta praxim Romanam, Diaconus Ostensorium Celebranti tradere vel ab eodem accipere potest, utroque stante. **3975** *Dub.* 4.

Benedictio cum sacra Pyxide populo impertiri nequit, quin prius et postea aliquid recitetur vel cantetur. **3402** *Dub.* 1.

Ante Benedictionem immediate post Orationem *Deus, qui nobis* etc. aut post Benedictionem cum SSmo Sacramento laudes *Dio sia benedetto* sermone vulgari coram SSmo Sacramento exposito recitari possunt. **3237** *ad* 1.

Vide **Expositio Sanctissimi Sacramenti. Pyxis.**

Benedictus.

Benedictus qui venit in Missa solemni sive cantata debet cantari **3365** *ad* 7; et quidem immediate post elevationem. **2682** *ad* 31. **3827** *ad* 3.

Benedictus dimidiate cantare licet in Ordinatione generali, quae fit cum cantu, dummodo pars, quae non canitur, clara voce recitetur. **3590.**

Ad Benedictus (canticum Zachariae) ab omnibus faciendum est signum Crucis tam in Choro quam extra: iuxta laudabilem praxim, praesertim in alma Urbe servatam. **3127** *ad* 1 *et* 2. **3156.**

Ad Benedictus, quando Laudes cantantur, Altare thurificari non debet, nisi solemniter peraguntur. **3410** *ad* 4.

Ad Benedictus peculiaris praxis in Metropolitana Granatensi exsistens thurificationis Altaris retineri potest. **3413.**

S. Benedictus Abbas.

S. Benedicti Abbatis solemnis Commemoratio mense Iulio non est celebranda cum Octava sine speciali concessione. **2319** *ad Tit.* VII.

In S. Benedicti Abb. Officio votivo Benedictio XI semper dicitur: *Cuius festum colimus.* **2319** *ad Tit.* XXV *Dub.* 1.; in hoc Officio non est facienda Commemoratio S. Scholasticae. **2319** *Reliq. Dub. ad* 22.

S. Benedicti Abb. dies Octava quando celebratur post Dominicam Passionis, in I Vesperis huius Dominicae facienda est Commemoratio de die infra Octavam; secus autem, si dies Octava incidat in eamdem Dominicam Passionis: quia tunc propter Dominicam privilegiatam cessat Octava. **2319** *Reliq. Dub. ad* 5.

Si S. Benedicti vel alius Sancti, ex speciali privilegio in Quadragesima Octavam habentis, Officium de die infra Octavam recitetur extra tempus Passionis, Missae omnes dici debent de Feria cum Commemoratione Octavae et tertia Oratione *Concede,* non vero *A cunctis;* tempore autem Passionis, quando contingat fieri Officium de die infra Octavam, unica cantari debet Missa de Feria cum Commemoratione diei infra Octavam et Praefatione de Octava, si habeatur propria. **2319** *Reliqu. Dub. ad* 26.

Infra S. Benedicti Abb. Octavam non privilegiatam recitari possunt alia Officia. **2780.**

S. Benedicti Abb. Octava privilegiata excludens duplicia I et II classis non excludit Officium Dominicae minoris; et servanda erit Rubrica Breviarii Tit. IV *de Dominicis* n. 2. **3407.**

S. Benedicti Abbatis festum pro universa Ecclesia ad ritum duplicis maioris evectum est. **3581.**

S. Benedicti Abbatis Commemoratio a Monachis eius Instituti fit in Officio S. Mariae in Sabbato, in Semiduplici, Simplici et Feriis. **2319** *Reliq. Dub. ad* 21 *et* 23.

S. Benedicti nomen ad *Confiteor* addi conceditur Monialibus Ordinis S. Benedicti Monasterii S. Donati Florentiae. **2297.**

S. Benedicti Officium votivum recitare nequeunt Moniales Ordinis S. Benedicti et Cisterciensis, quod solis Monachis indultum est. **1752** *ad* 2.

Beneficiati.

Beneficiati parati thurificandi sunt post omnes Canonicos ante reliquos de Clero. **107**; ac tenentur canere versiculos et *Benedicamus Domino* in Vesperis solemnibus. **1471.**

Beneficiati tenentur obire munia a Caeremoniali ipsis praescripta; et ab Episcopo compelli possunt, etsi Abbates nuncupentur. **163.**

Beneficiati et Clerici Basilicae S. Petri in Vaticano, tam parati quam non parati, semper genuflectere debent quoties trans-

eunt ante altare; nisi simul incedant eodem ordine et gradu cum Canonico parato celebrante: quia tunc genuflectere tantum debent, quando et Canonicus genuflectit. **306.** (Hoc Decretum est regula generalis.)

Beneficiati et Clerici Basilicae S. Mariae Maioris et S. Ioannis Lateranensis, tam parati quam non parati, tenentur in Vesperis solemnibus, quoties Episcopus vel Canonicus celebrans salutat Altare sive Crucem, ad genuflectendum. **1741. 1754**; itemque in quibuscumque Missis solemnibus ad Confessionem cum suo Psalmo. **1812.** (Hoc Decretum est exceptio a regula et afficit tantum supradictos Beneficiatos et Clericos.)

Beneficiati tenentur deferre feretrum cum cadavere defuncti Episcopi, et ad id a Capitulo compelli possunt. **1021.**

Beneficiati seu Mansionarii Cathedralis praecedere debent Curatos tam urbanos, quam rurales. **686.**

Beneficiatis, utpote de gremio Cathedralis, et inseparabilibus a Capitulo, praecedentia debetur supra Rectores Ecclesiarum. **1066.** Hoc Decretum, in casu particulari emanatum, fuit postea revocatum, quia Rectores animarum ostenderunt se esse de gremio Capituli. **1128. 1595.**

Beneficiati et Clerici Cathedralis, qui unum corpus efficiunt, praecedunt Parochos, quando dicti Parochi sub Cruce Capituli incedunt. **1264** *ad* 3. **1368.**

Beneficiati non tenentur quotidie facere commemorationem de sanctis Titularibus Beneficii simplicis. **1354** *ad* 1.

Beneficiatus praecedentiam habet in Ecclesia non Collegiata supra simplices Sacerdotes. **1495. 1507. 1515. 1850.**

Beneficiati et Rectores Ecclesiarum non possunt deferre gremiale in Processionibus et Ecclesiis, nec habere septimum candelabrum nec *bugiam.* **1725** *ad* 1. 2. *et* 3. **1745.**

Beneficiati, parati vel non parati assistentes, genuflectere debent in transitu ante Altare vel ante Episcopum **3046. 2381.**

Beneficiati aliique inferiores Canonicis, supervenientes in Chorum inchoatis Officiis divinis et Missa, servare debent Caeremoniale lib. I cap. 18 § 3. **2039** *ad* 1; non tenentur surgere Canonicis ingredientibus Chorum, sed tantum quando Canonici Antiphonas intonant. *Ibidem ad* 2; ipsis licet in Choro pileolo uti. *Ibidem ad* 3.

Beneficiati et Portionarii, dum accipiunt candelas, palmas etc., debent genuflectere et manum Celebrantis osculari. **2111.**

Beneficiati Ecclesiae Cathedralis Gerunden. uti possunt pluvialibus in processionibus, sicuti Dignitates et Canonici, attenta immemorabili consuetudine. **2140** *ad* 1; et si non adsint pluvialia sufficientia, sumptibus Ecclesiae paranda sunt. *Ibidem ad* 2; et Beneficiatis, licet non interfuerint Processioni in die Nativitatis, debentur specialia emolumenta dari solita. *Ibidem ad* 3.

A Beneficiatis seu Mansionariis dignioribus in solemni Processione Corporis Christi hastae baldachini deferendae sunt usque ad ianuam Ecclesiae, ibique laicis tradendae. **2341** *ad* 1.

Beneficiati Cathedralis Asten. tenentur assistere Canonico Cantori, et exercere munus choristarum in functionibus tam pontificalibus quam semipontificalibus, tam praesente quam absente Episcopo. **2382.**

Beneficiati Metropolitanae Neapolit. Hebdomadarii nuncupati, tenentur in functionibus ecclesiasticis servare omnia et singula, quae praescribuntur Beneficiatis Cathedralium a Caeremoniali Episcoporum, aliisque constitutionibus et ordinationibus Apostolicis. **2433** *ad* 1; in die Purificationis et Dominica Palmarum tenentur accipere candelas et palmas genuflexi et cum osculo manus Celebrantis. *Ibidem ad* 2; genuflexi pariter tenentur recipere cineres. *Ibidem ad* 3.

Beneficiatorum vices supplere tam in servitio quam in functionibus Chori competit Clericis Beneficiatis Basilicae Lateranensis, non autem Cappellanis; quibus tamen reservatur ius praeintonandi Antiphonas. **2456.**

Beneficiati, utentes cappa, etiam tempore aestivo, dimissis pellibus, non aliud sericum operimentum in anteriore parte apponant, nisi coloris respondentis depositis pellibus. **2629.**

Beneficiatus debet recitare Officium propriae Ecclesiae, ubicumque moratur. **2682** *ad* 46.

Beneficiatus, cui negatum est stallum in Choro, manutenendus est in suo ordine a die possessionis ac si lites non adfuissent. **2702** *ad* 1.

Beneficiatus Sacerdos debet praecedere Beneficiatos nondum Sacerdotes, licet sint in possessione antiquiores. **2702** *ad* 2.

Beneficiati exercentes munus Diaconi et Subdiaconi indui possunt ac debent paramentis sacris in eadem mensa, in qua induitur Celebrans sive sit Canonicus sive sit Dignitas. **2703. 3937.**

Beneficiatus, cuius possessionis actus nullus evasit, et qui ad novam possessionem capiendam debuit subiacere, nequit praecedentiam habere supra alterum Beneficiatum, qui legitime ascendit. **2759.**

Beneficiati, uti Ministri sacri induti paramentis sacris, nequeunt comitari primam Dignitatem in habitu canonicali incedentem

post Missam cantatam ad aulam Capitularem. **3248.** *ad* 2.

Beneficiati et Canonici absque superpelliceo et in habitu communi Choro interesse nequeunt; et abusus est eliminandus. **3250** *ad* 1.

Beneficiati, quotiescumque fuerint sacris vestibus induti, semper debent ad instar Canonicorum duplici thuribuli ductu thurificari, sed post omnes Canonicos. **2049** *ad* 20. **3280.**

Beneficiati seu Mansionarii Antiphonas praeintonare debent Canonicis, qui in Matutinis, Laudibus et Vesperis cantandis Antiphonas intonant. **3801** *ad* 2.

Vide **Mansionarii. Antiphona. Cappellani.**

S. Bernardini Senensis Conf. Oratio non est concludenda verbis: *in unitate eiusdem Spiritus Sancti.* **2682** *ad* 45.

S. Bernardus Abbas.

S. Bernardi Abb. nomen ad *Confiteor* addi conceditur Monialibus Ordinis S. Benedicti Monasterii S. Donati Florentiae. **2297.**

S. Bernardus Abbas Claravallensis titulo Doctoris decoratur. **2678.** Sequitur Breve Pii VIII de hoc titulo. *Ibidem;* non est accensendus inter Doctores in Litaniis Sanctorum. **2681.**

Binatio Missae.

Missam Parocho in agris constituto *iterare* non licet diebus Dominicis et Festis neque super eodem Altare, neque super diverso, sine speciali Indulto Apostolico; et Episcopus tenetur abusum omnino eliminare. **2827.**

Facultas bis celebrandi, quae in Dioecesi Namurcensi diebus Dominicis et festis de praecepto datur ab Ordinario auctoritate Apostolica, concedi nequit pro festis abrogatis. **2841.** Sacerdos, qui *bis* diebus Dominicis festisque auctoritate Apostolica celebrare potest, sed in locis longe dissitis, in casu duos Calices adhibere potest. **3068** *ad* 1; et S. R. C. specialem Instructionem pro purificatione primi calicis tradit. *Ibidem ad* 2.

Missam bis in die festo celebrare, Episcopus concedere nequit Sacerdotibus, nisi ex facultate Apostolica. **3484** *ad* IV.

Missam in *duabus* diversis Ecclesiis eodem die celebrans Sacerdos deferre potest secum purificationem primae Missae in aliquo vase mundo caute custoditam eamdemque sumere cum purificatione secundae Missae. **3798** *Dub.* 4.

Biretum.

Biretum Episcopus suis manibus imponere et deponere debet; nec id praestandum est a Canonicis assistentibus. **406. 900** *ad* 1.

Biretum non deferant assistentes Celebranti; nec Clerici, qui dirigunt Processiones. **2769.** VI *ad* 1.

Biretum doctorale nequit adhibere in Choro Doctor vel Magister theologus. **2877. 3873** *ad* 5.

Bireto rubro ad instar S. R. E. Cardinalium Episcopi Dertusenses uti possunt ex immemorabili consuetudine. **3170.**

Bireti usum in respectivis functionibus sacris introducere nequit Episcopus, contradicente Capitulo, ubi ab antiquioribus temporibus consuetudo contraria viget, nisi Canonici sacris paramentis sint induti. **3746** *ad* 1; Alumni vero Seminarii possunt deferre biretum, etiamsi Canonici idem non deferant. *Ibidem ad* 2.

Bireto formae ordinariae ac coloris violacei cum flosculo et funiculis eiusdem coloris uti possunt indistincte omnes Episcopi iuxta privilegium SS. D. N. Leonis XIII. **3873** *ad* 5.

Bireto Episcopi, sive Dioecesani sive Titulares, caput tegere nequeunt, dum lavant manus infra Missam privatam. **4035.** *ad* 3.

Bireti presbyteralis usus Monachis non permittitur, etiamsi Doctoratu sint insigniti. **938.**

Quoad biretum tollendum, dum transeunt alii Canonici, debent Canonici assistentes servare Caeremoniale Episcoporum. **1787** *ad* 2.

De S. Birgitta Vesperae ratione concursus populi cantari possunt in Ecclesia S. Laurentii in Panisperna Urbis, recitatis tamen in Choro Vesperis de S. Francisco Solano. **2842.**

In S. Blasii *Ep. Mart.* festo ad Benedictionem gutturis una tantum stola adhibenda est, et a Sacerdote dicendum: *Per intercessionem B. Blasii liberet te Deus a malo gutturis. Amen.* **3196.**

In S. Bonifacii Ep. et Mart. Missa Epistola annuntianda est his verbis: *Lectio libri Sapientiae,* non vero aliis: *Lectio libri Ecclesiastici.* **3421** *ad* 6.

S. Bonifacii M. (die 14 Maii) Postcommunio, si occurrat eadem die festum S. Alexandri P. M., sumenda est ex Missa *In virtute* de Communi unius Mart. non Pont. **3298.**

In S. Brunonis Conf. festi Oratione legendum est: *graviter delinquendo offendimus.* **3054** *ad* 1. *b.*

Bugia.

Bugia seu Palmatoria nequit adhiberi loco Candelabri ut materia Ordinis Acolythatus. **2194** *ad* 4.

Bugiam adhibere nequit Dignitas, quocumque honore praefulgeat. **1148.**

Bugiae usus Canonicis non competit in canendis Lectionibus; sed si obscuritas ingruat, poterit apponi candelabrum prope Lectorile. **2079** *ad* 3.

Vide **Palmatoria.**

Bursa.

Absque Bursa intus habente corporale plicatum Missa celebrari nequit. **1866** *ad* 2.

Bursa cum corporali in administranda Communione extra Missam semper adhibenda est. **2932** *ad* 1 *et* 2; et Rubrica Ritualis hoc casu est praeceptiva. *Ibidem ad* 3; nec sufficit palla super Altare posita loco Corporalis. *Ibidem ad* 4; atque decet, ut Sacerdos ipse bursam cum Corporali ad Altare deferat. **2850** *ad* 3.

Bursa sit eiusdem coloris ac stola a Sacerdote deferenda in administranda Communione. **3515** *Dub.* 1.

Cadavera.

Cadavera Defunctorum, qui sibi elegerunt sepulturam in aliqua Regularium Ecclesia, recto tramite ad illam deferenda sunt, quin prius deponantur in Matrice seu Parochiali. **202. 767. 909. 1439. 1440** *ad* 4. **1539** *ad* 3. **1634. 1638. 1640.**

Cadavera parvulorum tumulanda sunt in sepulcro maiorum, vel ubi parentes elegerunt sepulturam. **717**; item in quacumque Regularium Ecclesia ad parentum beneplacitum; sed Regulares curent, ut habeant coemeterium separatum pro sepulturis parvulorum. **383.**

Cadavera nequeunt tumulari sub altari. **508**; et si quae ibi sint, debent amoveri **1030. 1333.** *ad* 5. **2479. 3339.**

Cadavera nequeunt levari a Capitulo Cathedralis, inconsulto Parocho Ecclesiae, sub qua decesserunt. **520.**

Cadavera subter terram iacere debent; nec permitti debet ab Ordinariis locorum, ut in altum ponantur. **629.**

Cadavera condenda omnino sunt sub humo in Ecclesiis tam Saecularium quam Regularium, neque in conditoriis ligneis supra terram in loco eminentiori; quocirca servanda est Constitutio S. Pii V *Cum primum.* **819** *ad* 1.

Cadavera Defunctorum levari possunt a Capitulo Collegiatae invitato ad funus, requisito et exspectato Parocho nolente venire **1297** *ad* 5; et similiter a Regularibus, si in eorum Ecclesia sepelienda sint. **1539** *ad* 5. **1604** *ad* 1.; nec opus est licentia Episcopi. **1503.**

Cadavera defunctorum in carceribus asportanda sunt ad normam Ritualis. **1346.**

Cadavera Canonicorum Cathedralis si deferantur ad eamdem Cathedralem cum interventu Capituli; spectat ad Archipresbyterum, penes quem est cura animarum, Officium facere super eisdem, non ad Hebdomadarium. **1820.**

Cadavera alicuius pauperis derelicti vel conspicuae personae sepeliri possunt in Ecclesiis Capuccinorum, sed in loco separato ab illo, in quo tumulantur Religiosi. **1866** *ad* 1.

Cadavera Defunctorum non sunt prius deponenda in Ecclesia Parochiali, sed directe deferenda ad illam Regularium Ecclesiam, in qua sibi elegerunt ipsi sepulturam. **2084** *ad* 1; et a Parochis relinquenda sunt ad Ecclesiae ianuam. *Ibidem ad* 3; Parocho tamen licet ingredi Ecclesiam, dummodo non faciat Officium. *Ibidem ad* 2.

Cadavera Sacerdotum defunctorum recto tramite ducenda sunt ad Ecclesiam tumulantem; sed, in casu, prius transferri possunt per Cappellas Oppidi, et in eis cantari nonnullae preces *Libera me Domine* etc. cum Oratione, iuxta immemorabilem consuetudinem. **2395.**

Cadavera Episcoporum, Sacerdotum, Diaconorum aliorumque de Clero exponenda sunt induta sacris paramentis cuique ordini competentibus; et si adsit consuetudo, sic induta sepeliantur. **2682** *ad* 25; consuetudo ponendi calicem cum patena in manibus Sacerdotis defuncti retineri potest. **2915** *ad* 9.

Cadavera Defunctorum deferenda sunt, antequam sepulturae tradantur, ad Ecclesiam; ubi vero mos exsistit eadem statim a propriis domibus deferendi ad coemeterium, Episcopus hunc abusum inductum evellere curet. **3291.**

Cadavera Defunctorum iam condita in sepulcris, quae non distent ab Altare iuxta praescriptiones canonicas, removeantur, si id commode fieri potest: posthac vero in iisdem neutiquam cadavera sepeliantur. **3339.**

Cadavera et ossa acatholicorum in Ecclesiis condita, si adhuc dignosci possunt, removenda sunt, et Ecclesiae ipsae recon-

ciliandae: eo quia ex tumulatione cadaverum acatholicorum pollutae fuerunt. **3344.**

Cadavera fidelium, utcumque deferantur sive ad Ecclesiam sive ad Coemeterium, semper a Sacerdote sunt associanda. **3405.**

Cadaver absens ob civile vetitum vel morbum contagiosum, non solum insepultum, sed et humatum, dummodo non ultra biduum ab obitu, censeri potest ac si foret physice praesens. **3767** *Dub.* 26.

Cadavera Defunctorum associanda sunt cum unica tantum Cruce, quae debet esse illius Ecclesiae, ad quam corpus defuncti defertur: dummodo non interveniat Capitulum Ecclesiae Cathedralis, sub cuius Cruce omnes incedere debent funus associantes. **3854** *ad* 1.

Vide **Crux in Funeribus deferenda.**

Cadavera, quae in Coemeteriis vel Ecclesiis sepulta sunt, distare debent ab Altari tribus cubitis, id est uno fere metro longitudinis; atque haec distantia sepulcrorum ab Altari sufficit. **3944** *ad* 2.

Cadaver deferendi ad Ecclesiam post expletas Vesperas, illudque aspergendi dicendique Preces in Rituali Romano praescriptas consuetudo, quando in aliquo ex festis solemnioribus, sive Ecclesiae universalis sive Ecclesiarum particularium, vel etiam in ultimo Triduo maioris Hebdomadae, alicuius obitus occurrit, servari potest. **4029** *ad* 4.

Vide **Funus. Exequiae. Defuncti.**

Caecutiens Sacerdos vide **Sacerdos caecutiens.**

Caeremoniarum Magister vide **Magister Caeremoniarum.**

Caeremoniarum Praefectus vide **Praefectus Caeremoniarum.**

Caeremoniale Episcoporum.

Caeremoniale Episcoporum observandum est. **9** *ad* 11 *et* 16. **950. 991. 152** *ad* 4; et Episcopus opportunis remediis provideat. **432. 524. 1015:** etiam a Regularibus servari debet, nisi aliter ab Apostolica Sede fuerit indultum. **937** *ad* 4 *et* 5.

Caeremoniale Episcoporum observari debet, si pacifice et sine magno scandalo eius usus introduci poterit. **111** *ad* 4.

Caeremoniale Episcoporum, ubi receptum est, quoad omnia servandum: iis exceptis quae immemorabilis ac laudabilis consuetudinis sunt. **132. 154. 165. 184. 218. 299. 316. 320. 828. 829. 992. 1284. 3839** *ad* 1, 2 *et* 3.

Caeremonialis regulae quoad associationem Episcopi aeque servandae sunt tam ab Episcopo quam a Canonicis. **398;** uti etiam a Magistratu et Canonicis. **615** *ad* 4.

Caeremoniale quoad processiones observandum est. **485.**

Caeremonialis regulae servandae sunt in receptione tam candelarum quam cinerum et palmarum a Canonicis et aliis inferioris Ordinis. **1612.**

Caeremoniale Episcoporum in omnibus Ecclesiis, praecipue vero in Cathedralibus, omnino servandum est. **1666.**

Caeremonialis praescripta servanda sunt, nec sufficit per se consuetudo contraria. **1795** *ad* 4. **2195** *ad* 3.

Quoad Caeremonialis Episcoporum intelligentiam et observantiam in casu discrepantiae Episcopo non licet procedere; sed ipse recurrat in casibus particularibus ad S. R. C. **2425** *ad* 14.

Caeremonialis Episcoporum dispositiones in omnibus, etiam in vestibus Diaconorum assistentium, serventur. **2684** *ad* 18.

Caeremoniali Episcoporum tum Lib. I cap. 16 § 4 tum Lib. II cap. 34 § 2 inserenda sunt Festa Immaculatae Conceptionis B. M. V. et S. Ioseph eiusdem Deiparae Sponsi. **3595.**

Caeremoniale Episcoporum observandum est in Vesperis et Missis solemnibus, quoties Canonici pluvialibus induti a magno lectorili recedunt et ad loca sua veniunt. **3722** *ad* 5.

Caeremoniale Episcoporum interpretatione non indiget, et sub respectivis capitibus aperte declarat, a quo et qua sacra veste induto deferenda sit Crux. **2646** *ad* 1. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **273.**

Caeremoniale parvum Benedicti XIII; vide **Memoriale Rituum.**

Caeremoniae.

Caeremoniae non conformes Sacrae Liturgiae legibus. **3348.**

Caeremoniae Baptismi solemnis adultorum interrumpi nequeunt ad eas explicandas vernacula lingua. **3496** *ad* 2.

Caeremoniae et preces, quae in Rituali assignantur pro Baptismo infantium, adhibendae sunt, si quando supplendae sint super adultum catholicum valide baptizatum. **2743** *ad* 3. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **352;** si vero supplendae sint super adultum ab haereticis baptizatum, servandae sunt illae, quae statutae sunt pro Baptismo adultorum. *Ibidem ad* 4. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **354.**

Calceamenta vide **Caligae.**

Calendarium.

Calendariis propriis Sanctorum Officia addere non licet Ordinariis locorum sive saecularibus sive regularibus, nisi ad praescriptum Rubricarum et iuxta Apostolicae Sedis et S. R. C. concessiones. **460** *ad* 1. **470. 555** § *Non potuisse.*

Calendarii festa nec Episcopus nec Regulares elevare possunt ad nobiliorem ritum sine licentia S. Sedis. **477** *ad* 7. **1881.**

Calendarium novum Gregorii XIII ubique terrarum recipiendum et servandum est. **876.**

Calendarium proprium non habentes adhibere debent Ordinarium Romanum. **1489.**

In Calendario Romano, sive Ordine divini Officii pro directione degentis in Urbe Cleri quotannis imprimendo, festivitati Ss. Apostolorum Petri et Pauli addendum est iuxta mandatum Benedicti XIV d. 16. Octobris 1743: *Urbis Patronorum Principalium.* **2374.**

Calendarium Coenobii, ex quo discessit, Religiosus sequi debet in itinere, dum alterum Coenobium petit; cum pervenit et manet in altero Coenobio, etsi ad tempus, huius Calendarium sequatur. **2801** *ad* 1; tempore vero Quadragesimae extra Coenobium commorans, praedicationis causa, se conformare debet Calendario suae Provinciae. *Ibidem ad* 2.

Pro Calendarii confectione ius eligendi personam spectat ad Episcopum vel ad Capitulum vel ad primam eius Dignitatem iuxta consuetudinem; plerumque vero committitur ea Praefecto Caeremoniarum, qui Calendarium efformare debet iuxta Rubricas Missalis ac Breviarii Romani et Decreta S. R. C. **3201** *ad* 5.

Calendarium suum sequi nequeunt Missionarii Oblati in publicis Officiis in Ecclesiis parochialibus, quibus deserviunt per unum ex suis. **3397** *ad* 1. 2. *et* 3.

Calendariis Ecclesiae universalis et Cleri Romani nonnulla festa inseruntur. **3551.**

Calendario Cleri saecularis Romani conformare se debent in recitatione Officii et celebratione Missae, etiam quoad festa Transfigurationis, Dedicationis Basilicae SSmi Salvatoris, S. Catharinae Senensis et S. Philippi Nerii et quoad Commemorationem Octavae Ss. Apost. Petri et Pauli et eorumdem Officium votivum, ii qui privilegio gaudent Cleri saecularis Romani prout intra Urbem; non vero, si eisdem concessum est Calendarium prout extra Urbem. **3694** *ad* 1.

In Calendariis particularibus immutationes erroneae corrigendae sunt iuxta Rubricas. **3714** *ad* 2.

Calendarium Dioecesanum Religiosi sequi nequeunt, si proprio Calendario gaudent, quamvis remunerationem a Gubernio civili accipiant, ut Dioecesanis Ecclesiis inserviant. **3806.**

Calendarium Coenobii apud quod hospitantur, sequi debent Religiosi, qui praedicationis vel ex alia rationabili causa per aliquot dies a suo Conventu absunt, si in Choro Breviarium recitant; si vero privatim, servari debent Calendarium Coenobii a quo discesserunt. **3919** *ad* 13.

In Calendario Dioecesano Rectores singularum Ecclesiarum possunt inserere variationes pro respectivis Ecclesiis, ex tacita saltem Ordinarii venia. **3936** *ad* 2.

In Calendario Senensi, cum dies 23 Aprilis sit libera, in hanc diem reponi potest festum S. Georgii Mart. hucusque affixum diei 24 eiusdem mensis. **3938** *ad* 6.

Calendario domus Societatis Iesu uti potest Clerus, qui exercitia spiritualia peragit sub directione Sacerdotum dictae Societatis iuxta concessionem Pii IX. **3955.**

Calendarium Dioecesanum a S. R. C. approbatum apud Anglos considerari debet ut Calendarium uniuscuiusque Ecclesiae; cui quivis Celebrans in Sacro faciendo atque Sacerdotes Ecclesiae etiam in divino Officio recitando se conformare debent. **3979** *ad* 1.

Calendarium propriae religiosae Congregationis Regulares sequi nequeunt, si eisdem una cum cura animarum administratio alicuius Ecclesiae Saecularium commissa est: relicto Calendario Dioecesano, cui populus iam assuetus fuit. **3979** *ad* 2.

Iuxta Calendarium Dioecesanum ordinare potest Missas et Officia publica Sacerdos saecularis, cui commissa est absque tempore praefinito administratio Ecclesiae regularis. **3979** *ad* 4.

Calendarium Dioecesanum adhiberi debet in illis Districtibus, in quibus, Ecclesia nondum aedificata, populus adunatur in aedificiis nonnisi transitorie ad cultum destinatis. **3979** *ad* 5.

Iuxta Calendarium illius Ecclesiae Canonicus Cathedralis Officium divinum persolvere debet, cui uti Rector stabili modo sive etiam vita perdurante adscriptus est. **3979** *ad* 6; nec huic Canonico liberum est pro arbitrio Calendarium Cathedralis pro Calendario Ecclesiae suae eligere. *Ibidem ad* 8.

Calendario Ecclesiae, cui sunt addicti, Sacerdotes assistentes sive Vicarii se conformare tenentur in recitatione privata divini Officii. **3979** *ad* 7.

Iuxta Calendarium Ecclesiae, in qua persolvuntur, Vesperae, quae Dominicis festis-

que diebus publice decantantur, ordinandae sunt. **3979** *ad* 9.

Calendario stare tenetur Sacerdos, qui probabilius iudicat Calendarium errare; nec potest proprio inhaerere iudicio quoad Officium, Missam et colorem paramentorum. **4031** *ad* 5.

Calendarium sequi tenentur Religiosae Familiae proprium, si habeatur, Sacerdotes exteri qui celebrant in Ecclesiis huic Religiosae Familiae concreditis. **4051** *ad* 2; secus dicendum est de Ecclesiis, quae non Religiosae Familiae, sed tantum alicui personae privatae, etsi ad eamdem Familiam pertinenti, commissae sunt. *Ibidem ad* 3.

Calendario Breviarii Romani uti debent Moniales Recollectae S. Dominici in Monasterio Civitatis Loeches. **3761** *ad* 1; nec tenentur recitare Officia Beatorum Ordinis Praedicatorum. *Ibidem ad* 2.

Vide **Regulares quoad Officium. Breviarium. Officium.**

Caligae.

Caligas seu calceamenta Clerici in sacris functionibus adhibere debent, quibus publice uti solent probati Clerici loci vel Dioeceseos. **3268** *ad* 3.

Caligae Episcopi debent esse coloris paramentorum. **3729** *ad* 2.

Caligas et sandalia Subdiaconus, etiamsi sit Canonicus, debet portare ad Episcopum celebraturum. **9** *ad* 14.

Caligis et sandaliis Episcopum per Subdiaconum non induendi, sed hoc munus cubiculario committendi consuetudo sustineri potest, dummodo Subdiaconus, qui caligas et sandalia defert, assistat. **4015** *ad* 2.

Caligarum violacei coloris et chordulae sericae violaceae in pileo usus Canonicis absque privilegio nullimode competit. **2805.**

Calix.

Calix debet esse velatus totus in parte anteriore, tam in principio Missae quam post Communionem. **1379. 1991** *ad* 1.

Calix purificari non debet in prima et secunda Missa diei Nativitatis Domini. **2104.**

Supra Calicem manutergium deferre non licet. **2118.**

Calix noviter deauratus a Sacerdote simplici benedici nequit, sed indiget nova consecratione per Episcopum **3042** *ad* 1.

Calicum duorum usus permittitur, quum Sacerdos duas celebrat Missas eadem die in Ecclesiis longe dissitis. **3068** *ad* 1. Vide adnexam Instructionem quoad purificationem Calicis. *Ibidem ad* 2.

Calix debet esse aureus vel argenteus vel saltem habere cuppam argenteam intus deauratam iuxta Rubricam. **3136** *ad* 4.

In Calicis consecratione, cuius cuppa adeo alta est, ut Episcopus ad eiusdem fundum pollice pertingere nequeat, servetur in quantum fieri potest Rubrica Pontificalis Romani. **3620.**

Calices et Patenae aliaque vasa unctione consecrata, si inauranda vel instauranda sunt, exsecrari non debent ictu manus vel instrumenti. **2620.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **223.**

Calix et Patena per novam deaurationem execrantur, et indigent nova consecratione. **2889.**

Calicem cum Patena ponendi in manibus Sacerdotis defuncti consuetudo retineri potest. **2915** *ad* 9.

In Calicis et Patenae consecratione Episcopus servare debet Rubricam Pontificalis Romani. **3305** *ad* 1 *et* 2.

In Calicis et Patenae consecratione Episcopus debet facere binas Cruces per pollicem, sancto Chrismate inunctum, super Patena et Calice; sed Calices et Patenae, super quibus unum tantum signum Crucis cum pollice impressum fuerit, sunt valide consecrati. **3560** *ad* 1 *et* 2.

Calicem num in Ordinatione ad Presbyteratum Sacerdos physice tetigerit, proposito Dubio, S. R. C. respondit eumdem posse tuta conscientia continuare celebrationem Missae. **1221.**

S. Callisti P. M. festum Benedictini degentes in Hospitio S. Callisti (licet eorum aliqui tempore aestivo pergant ad Basilicam S. Pauli ad persolvendas Horas canonicas matutinas) in praefato Hospitio tenentur celebrare sub ritu duplici I classis cum Octava: non item in Basilica S. Pauli; qui vero in hacce Horas matutinas persolverunt, debent in Vesperis idem continuare Officium, licet has persolvant in Hospitio S. Callisti. **1985**; postea tamen S. R. C. censuit servari posse contrariam consuetudinem. **2863.**

S. Camillus de Lellis Conf. Litaniis agonizantium addendus est. **3663.**

Campana.

Campanas non licet pulsare in Sabbato Sancto, priusquam in Cathedrali seu Matrice pulsentur. **36. 170. 405. 673. 738. 887** *ad* 1. **1079. 1138. 1440** *ad* 6. **1684** *ad* 3. **1842. 2799** *ad* 3; etiamsi agatur de Ecclesiis exemptis. **337.**

Campanas non licet pulsare adveniente

Domino loci sine Ordinarii licentia. **644. 666.**

Campanae, quae ad usum profanum inserviunt, non sunt benedicendae, nec benedictae praesumuntur **52** *ad* 1 *et* 2. (Sed vide infra Decretum **3770** *ad* 2). Si campana solemniter benedicenda sit, quin demitti possit, non decet Episcopum Pontificalibus indutum vestibus turrim ascendere; satis est quod Sacerdos ascendat et campanam aqua benedicta aspergat. *Ibidem ad* 3.

Campanas pro signo Salutationis Angelicae pulsari licet Regularibus, non exspectato sonitu Ecclesiae Collegiatae. **659. 1436. 1778** *ad* 3.

Campanae Cathedralis sonitus attendi debet in signum coepti ieiunii quadragesimalis. **949.**

Campanas primum pulsare ante Collegiatam pertinet in Sabbato Sancto ad Ecclesiam, in qua Capitulum interim residet loco Cathedralis. **1159** *ad* 1.

Campanae, dum Sacrum Viaticum defertur ad infirmos, pulsandae continuo non sunt usque dum SS. Sacramentum redeat ad Ecclesiam. **1535.**

Campanarum benedictio non debet ab Episcopo demandari alteri dignitate Episcopali non insignito, omissa unctione. **1781.**

Campanarum pulsatio in Sabbato Sancto non est de iuribus Parochialibus, sed fieri debet ab Ecclesia digniore. **2123** *ad* 9; licet in eo loco adsit Ecclesia Matrix. **2940.**

Campanas tres retinere potest in Campanili suae Ecclesiae seu Oratorii Confraternitas SSmi Rosarii **2250** *ad* 1.

Campana magna eodem modo pulsari debet, sive celebrent Dignitates sive Canonici. **2332** *ad* 8.

Campanae Ecclesiarum pulsari debent, ante quas transit devota Supplicatio, dum SS. Sacramentum in solemnioribus anni festivitatibus cum pompa defertur ad infirmos Parochiarum Urbis. **2530.**

In Campanarum benedictione Sacerdos ab Episcopo delegatus debet unctiones facere et omnia servare, quae in Pontificali praescribuntur. **3015** *ad* 1. 2. 3 *et* 4; non omisso Evangelio per Diaconum decantando. *Ibidem ad* 5 *et* 6.

Campanae, quae deserviunt Ecclesiae et sacris functionibus annuntiandis, debent esse benedictae cum sacra unctione. **3042** *ad* 2.

Campanae ex chalybe fusae benedici possunt iuxta ritum in Pontificali Romano praescriptum. **3067.**

Campanae si plures simul benedicendae sint, lotiones et unctiones faciendae sunt supra singulas Campanas per modum unius, dum interea semel et pausatim recitantur aut cantantur Psalmi praescripti, et semel dicuntur Orationes plurali numero: thuribula seu focula aut vasa in quibus ardeat incensum, tot adhibenda sunt et supponenda, quot sunt Campanae. **3630** *ad* 1. 2. 3 *et* 4.

In Campanarum benedictione aqua benedicenda est toties quoties, et tantum in functione peragenda sive ab Episcopo sive ab eius delegato; et specialis Oratio tradita a Pontificali recitanda est in numero singulari vel plurali, prout perficitur benedictio unius vel plurium Campanarum. **3630.** *ad* 6.

Ad Campanam benedicendam delegatus, si litterae delegationis loquuntur tantum de una Campana, delegationem intelligere poterit factam pro tot Campanis quot sunt benedicendae: expedit tamen, si fieri potest, ut in casu declaratio petatur ab Ordinario. **3630** *ad* 5.

A Campanae seu Campanarum benedictione abstinendum est, si delegatus facultatem benedicendi aquam non acceperit; in casu tamen, attenta necessitate, praesumi potest facultas etiam ad benedicendam aquam. **3630** *ad* 7.

In Campanarum benedictione, quae ad usum Ecclesiarum vel Sacellorum inserviunt, adhibendae sunt ab Episcopo caeremoniae et unctiones in Pontificali Romano praescriptae. **3770** *ad* 1; pro omnibus Campanis quae ad usum sacrum non inserviunt, adhibetur formula nuperrime adprobata. *Ibidem ad* 2.

Campanae pulsari debent in accessu Episcopi Ordinarii ad Cathedralem, rei divinae peragendae causa. **3888.** *ad* 1.

Campanae pro funeribus Defunctorum in Festis solemnioribus pulsari nequeunt. **3570** *ad* 1. **3946.**

Vide **Nolae.**

Campanula.

Campanula pulsari nequit intra Missam, etiam in Altari laterali celebrandam, durante Expositione SSmi Sacramenti. **3157** *Dub.* 10. **3448** *ad* 2.

Campanula in Missa a ministro pulsanda est etiam in privatis Oratoriis. **3638.** *ad* 3.

Campanula ad *Sanctus* et elevationem pulsari nequaquam potest tempore Chori, si Missa ad aliquod Altare e conspectu Chori positum celebretur. **3814** *Dub.* I. *qu.* 2; ac si Campanula, non obstante vetito, quandoque pulsetur et elevatio SSmi Sacramenti advertatur, Chorales omnes caput tunc temporis detegant, et Horas Canonicas prosequantur. *Ibidem qu.* 3

Campanulae usus in omnibus Missis privatis, quae tempore piae supplicationis ce-

lebrantur, est omnino prohibitus. Si vero ex errore pulsetur, omnes ante Altare transeuntes, ubi fit elevatio SSmi Sacramenti, bini et bini unicum genu flectant et piam supplicationem prosequantur. **3814.** *Dub.* II.

Ut cum Campanulis in Processionibus incedant duo Sodales Confraternitatis post Clerum immediate ante Sacramentum, non permittitur. **438.**

Cancellarius.

Cancellario Civitatis Theatinae permittendum non est, ut Feria V in Coena Domini publico Civitatis sigillo obsignet arcam, in qua reconditur SSmum Sacramentum, illudque signum die sequenti auferat. **2172.**

Quoad Cancellarii Magistratus thurificationem servanda est dispositio Caeremonialis Episcoporum. **700.**

Candela.

Ad Candelas, cineres, ramos palmarum accipiendos statis diebus, si de manu Episcopi eos accipiant, Canonici accedant parati; secus, in habitu, prout assistunt in Missa. **86** *ad* 7.

Candelas septem Episcopo solemniter celebranti Canonici Cathedralis subministrare debent. **482** *ad* 2.

Candelae, cineres et palmae distribui debent a Celebrante non Episcopo detecto capite. **501.**

Candelarum, cinerum et palmarum distributio facienda est a Celebrante, non a Vicario Generali. **715. 718.**

Candelas, cineres et palmas accipiendo Magistratus genuflectere debet, **1476** *ad* 6. **1570** *ad* 3. **2415.**

In Candelarum, cinerum et palmarum receptione a Canonicis aliisque inferioris Ordinis servandae sunt regulae Caeremonialis Episcoporum. **1612;** in iisdem recipiendis debent Canonici dumtaxat se inclinare, etsi non sint parati. **2052.**

In Candelarum et palmarum distributione Canonici Collegiatae, cuius Parochus est simul Abbas, habens usum Pontificalium, debent praeter candelam et palmam etiam Abbatis manum osculari. **2090.**

In Candelis et palmis accipiendis Beneficiati et Portionarii debent genuflectere et manum Celebrantis osculari. **2111.** Vide **2433** *ad* 2 *et* 3.

Candelam, cineres et palmam dignior de Clero extra Cathedrales et Collegiatas porrigere debet sine stola, et vicissim recipere genuflexus et cum osculo manus. **2148** *ad* 5.

In Candela et palma accipienda Canonici aliique prius candelam et palmam ac postea manum Episcopi osculari debent. **3139.**

Candelarum et palmarum distributio ad Magistratum fit post omnes de Choro. **729.**

Vide **Benedictio Candelarum, Cinerum et Palmarum. Distributio.**

Candelae plures diebus festivis in Missa cantata accendi possunt. **1470** *ad* 2; in Expositione SSmi Sacramenti, quae fit ad instar proscenii, ad minus sex candelae super candelabris in Altari esse debent. **1992.**

Candelas saltem duodecim etiam in pauperibus Ecclesiis continuo ardere debent in Expositione publica SSmi Sacramenti pro adoratione perpetua. **3480.**

Candelae plures quam duae in Altari accendi possunt in Missis conventualibus vel parochialibus, quando ob inopiam cantorum istae cantari nequeunt diebus Dominicis festisque. **3059** *ad* 9. **3065.**

Candelas plures quam duas in Missa privata Praelati Episcopo inferiores super Altare adhibere nequeunt. **1131** *ad* **21;** nec Canonici. **2984;** nec Vicarius Generalis. **441. 567. 1051.**

Candelae duae accensae super mensam praeter cereos super candelabris positos in superiori gradu Altaris non requiruntur tempore Missae solemnis vel cantatae. **3759** *ad* 1.

Candelis extinctis Passio in Missa solemni Dominicae Palmarum cani nequit. **3583** *ad* 4.

Candelarum una accendi potest, quando singuli Ordinati easdem Episcopo offerunt. **2682** *ad* 7.

Candelae quatuor accendi possunt in Ordinatione privata, sed in Ecclesia et publica Ordinatione debent esse septem. **2682** *ad* 8.

Candelae ex stearina pro usu sacro prohibentur. **2865. 3376** *ad* 3.

Candelarum usus, quae ex adipe ceti conficiuntur, Missionariis Oceaniae permittitur in S. Missa celebranda. **2985.**

Candelae ex sevo confectae in Ecclesiis non permittuntur; et abusus inductus eliminandus est. **3063.**

Candelam tertiam in Missis lectis a consecratione ad sumptionem non accendendi consuetudo servari potest. **4029** *ad* 2.

Vide **Cereus.**

Candelabrum.

Candelabrum septimum apponitur tantum, cum Episcopus pontificaliter celebrat

Missam solemnem, non autem in Vesperis et in Missa Defunctorum. **235** *ad* 8; et apponendum est sumptibus eorum, qui ad ceteras Missae pontificalis expensas tenentur **2471** *ad* 7.

Candelabra in Altaris ponenda aequalia esse possunt, etiamsi iuxta Caeremoniale Episcoporum inter se aequalia esse non debeant; nam in casu praescriptum Caeremonialis non videtur rigorose accipiendum. **3035** *ad* 7.

Candelabra Altaris tempore Missae et Officiorum aliquo panno vel tela tegi nequeunt. **3059** *ad* 11.

Candelabra Altaris aurata velo cooperire sive intra sive extra Missam tolerari potest, exceptis diebus solemnioribus. **3137** *ad* 2.

Candelabra collocari debent super Altare ad Missam celebrandam; et usus duorum candelabrorum hinc inde parieti, Altare fere tangenti, infixorum pro Missa privata abolendus est. **3137** *ad* 1.

Candelabra septiformia ad instar Candelabri Mosaici hinc inde in utroque Altaris latere collocari nequeunt. **3137** *ad* 4.

Candelabra tempore Adventus ac Quadragesimae, praesertim Altaris, in quo functiones peraguntur, tegi nequeunt velis violaceis, vulgo nuncupatis *calze*. **3266.**

Candelabrorum loco intorticia ad Evangelium in Missa et ad Orationem in Vesperis Acolythi sustinere nequeunt. **3333.** *Dub.* I *qu.* 2.

Candelabra duo cum candelis accensis poni non debent necessario supra mensam Altaris tempore Missae privatae, sed locari etiam possunt supra gradum superiorem eiusdem. **3759** *ad* 2.

Candelabra pro Expositione SSm̃i Sacramenti accendenda, hinc inde throno, qui pro Expositione inservit, affigi possunt. **3780** *ad* 4.

Candelabrum septimum non competit Episcopo Administratori dum Missam pontificalem cantat. **2274** *ad* 6; nec Praelatis Episcopo inferioribus. **1131** *ad* 1; nec Rectoribus et Beneficiatis, in Festivitatibus solemnioribus. **1725** *ad* 2. **1745.**

Canon.

In Canone Missae non licet aliquid mutare, addere, adimere, nec loco Antistitis proprium Superiorem nominare. **194.**

In Canone et Collectis omnino facienda est mentio Episcopi, etiam ab exemptis. **924** *ad* 6.

In Canone Missae nomine Antistitis non sunt nominandi Superiores Regularium. **1333** *ad* 9.

In Canone Missae praeter Archiepiscopum vel Episcopum necnon Regem in Hispania nullus alius Princeps nominandus est. **1490** *ad* 6.

In Canone nomen Episcopi Dioecesani exprimendum est, non Abbatum et Praelatorum Regularium **1827** *ad* 1; quod valet etiam pro Sabbato Sancto in Praeconio *Ibidem ad* 2.

In Canone non licet nominare Episcopum Administratorem. **2274** *ad* 5. **3047** *ad* 4.

In Canone Missae Sacerdos pronuntians nomen alicuius Sancti, de quo factum est Officium vel saltem Commemoratio, facere debet inclinationem capitis. **2572** *ad* 20.

In Canonis principio ad *Te igitur* observanda est Rubrica de ritu servando in celebratione Missae Tit. VIII num. 1; nec non altera Canoni praefixa. **2572** *ad* 19.

In Canone Missae sacerdos ad nomen Papae caput inclinare debet. **2915** *ad* 5.

In Canone Missae et in aliis liturgicis Orationibus nomen Episcopi, a die captae possessionis vel per Episcopum ipsum vel per suum Procuratorem, dicendum est. **3500** *ad* 2.

In Canone Missae nominari nequit Abbas Agaunensis Nullius Dioecesis, titulo Episcopali Bethleem insignitus. **3711.** *Dub.* 3.

In Canone Missae non est nominandus Coadiutor Archiepiscopi, sed Archiepiscopus ipse. **3538.**

In Canone Missae Sacerdotes exteri (v. gr. Galli etc.) celebrantes intra ditionem Austriacam possunt, sed non debent addere verba; *Et Imperatore Nostro N.* **3764** *Dub.* I *qu.* 1.

In Canone Missae Episcopus Ordinarius, qui in aliena Dioecesi celebrat, seipsum nominare debet. **3764** *Dub.* XIX.

In Canone Missae Sacerdotes utriusque Cleri, qui sunt sub iurisdictione Abbatis Montis Cassini possunt nominare ipsum Abbatem verbis: *Antistite Nostro* **3991**; item Sacerdotes Nonantulae Abbatiae possunt nominare in Canone Archiepiscopum Mutinensem. **3992.**

Canonicatus *Theologalis* conferendus est Clerico saeculari, numquam vero regulari. **147.**

Canonici quoad assistentiam.

Canonici in assistentia Episcopo praestanda, quando cum Pluviali et Mitra vel cum cappa assistit, regulas Caeremonialis Episcoporum servare debent. **111** *ad* 1. 2. *et* 3.

Canonici, qui ex antiquissima consuetu-

Canonici assistentes Episcopo Feria VI in Parasceve, dum is procedit ad Crucis adorationem, tenentur illum associare tam in genuflexionibus, quam etiam in osculi actu, ibique exspectare, quousque adorationem et osculum compleverit; deinde eum ad Cathedram pontificalem comitari: mox idem obsequium adorationis Crucis et osculi cum aliis Canonicis in suo ordine praestare. **2533** *ad* 1 *et* 2.

Canonici assistentes Episcopo nequeunt induere et deponere sacra paramenta super solio in loco proprii scamni, sed descendere tenentur ad propria stalla Canonicalia, ibique ea assumere et deponere; interim aliis Canonicis eorum munere fungentibus. **2533** *ad* 3.

Canonici de iure non tenentur interesse Catechismo, et Episcopo in ambone ad erudiendum populum concionanti assistere. **2577** *ad* 1; neque tenentur recitationem Completorii suspendere ac differre, usque dum sacra Pyxis in maioris Altaris tabernaculo collocetur, catechismus vel concio absolvatur, quaedam orationes recitentur et cum benedictione populus dimittatur. *Ibidem ad* 2. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **159.**

Canonici Diaconi non debent procedere a dextris et sinistris Episcopi, quasi assistentes, quando ipse cum cappa ad Ecclesiam accedit, sed solum quando paratus cum mitra ad eamdem progreditur. **103. 109.**

Canonici, ubi omnes Praebendae sunt Presbyterales, quo ordine Episcopo pontificaliter celebranti assistere debeant, et quam rationem tenere in sacris indumentis sumendis, ut aliqua servetur Ordinum distinctio, declaratur. **1661** *ad* 1. 2 *et* 3.

Canonici nequeunt cogere Magistrum Caeremoniarum, ut veste violacea indutus iisdem assistat in functionibus ecclesiasticis non capitularibus tam intra quam extra Cathedralem. **2578** *Dub. addit. ad 3. Vide Suffragium in IV volumine pag.* **165.**

Canonici duo assistere debent Episcopo pontificaliter celebranti, donec alii in Sacrario sumant paramenta. **2079** *ad* 6.

Canonici Diaconi assistentes Episcopo, Missae per alium cantatae assistenti, stare debent a tergo Episcopi et Celebrantis, dum Episcopus facit confessionem cum Celebrante. **2682** *ad* 15; Canonicus vero Presbyter assistens cum aliis Canonicis. *Ibidem.*

Canonici duo primi, Ecclesiae Collegiatae post primam Dignitatem sedentes, assistere debent Episcopo celebranti in casu in habitu Diaconali. **2776** *ad* 1.

Canonici assistentes Episcopo Pontificalia exercenti ad Altare, non vero in Sacristia, ipsum induere debent sacris paramentis iuxta Caeremoniale. **3039** *ad* 2.

Ad Canonicum primum Presbyterum post Dignitates pertinet Officium Canonici Presbyteri assistentis Episcopo in crastinum non celebraturo, non ad primam Dignitatem. **3059** *ad* 21.

Canonici habitu canonicali induti non tenentur assistere in aula episcopali, vel associare Episcopum, quando procedit cum mantelletta de aula in Cathedralem. **3110** *ad* 1.

Canonici vestibus choralibus induti praecedere debent Episcopo, quando sacris paramentis in sacrario indutus cum Diacono et Subdiacono ad Altare accedit ad dandam Benedictionem cum SS. Sacramento in fine Expositionis XL Horarum (supposito quod crux praecedat). **3356.**

Canonici honorarii non tenentur assistere Canonico hebdomadario in Vesperis. **3377** *ad* 3. 4. 5 *et* 6.

Canonici assistentes Missae privatae Episcopi debent stare ad benedictionem, et adhibere solummodo rochettum cum superpelliceo. **3804** *Dub.* 1.

Vide **Assistentia, Assistentes. Canonici Cathedralis. Canonici et Dignitates.**

Canonici quoad Associationem.

Canonici in habitu ordinario scil. *sottana* et *pallio,* associantes Episcopum, debent anteire et non sequi. **464** *ad* 1.

Canonici et Dignitates debent ad cubiculum accedere, ubi Episcopus induitur cappa, eumque ad Ecclesiam comitari, et in reditu saltem usque ad ostium domus ipsum associare; si vero Episcopus privatim veniat, nonnulli ex Dignitatibus et Canonicis tam in ingressu quam in regressu ipsum usque ad ostium Ecclesiae comitentur. **14** *ad* 3. **138. 139. 152** *ad* 1. **153. 525** *ad* 3. **900** *ad* 7. **915** *ad* 5. **1585. 1735. 1903. 2310** *ad* 5 *et* 6. **2471** *ad* 1. 2. 3 *et* 4. **3748** *ad* 4. **3828** *Decretum generale.* **3888** *ad* 2. **3953**; sed non tenentur ad Episcopi cubiculum accedere nec ipsum associare, si sine cappa pontificali ad Ecclesiam accedat. **86** *ad* 9. **892** *ad* 2. **900** *ad* 4. **906. 3110** *ad* 1.

Canonici saltem duo tenentur excipere ad ostium Ecclesiae illucque associare Episcopum accedentem rochetto et mozzetta indutum, dum Clerus occupatus est in Choro. **2102** *ad* 1 *et* 2.

Canonici per viam occurrentes Episcopo nequeunt cogi ad eum comitandum; laudandi sunt, si faciant. **1025.**

Canonici, etsi dignitate episcopali insigniti sint, debent associare Archiepiscopum cappa magna indutum ad Metropolitanam

Ecclesiam accedentem, sive ut Missam pontificalem celebret, sive ut Missae assistat. **3199** *ad* 2. *et* 3. **3873** *ad* 6.

Canonici parati *associantes* Episcopum a Sacrario exeuntem et ad Altare pergentem nequeunt praecedere Sacerdotes, Diaconos et Subdiaconos, qui assistere debent Oleorum consecrationi Feria V in Coena Domini, sed sequi. **2195** *ad* 1.

Canonici associare debent Episcopum in reditu ad eius residentiam; et quando non omnes Canonici eum comitari possunt ob recitationem Sextae et Nonae in Choro, nonnulli tantum eum comitentur. **3677.**

Canonici quatuor tantum Episcopo accedenti et redeunti associare debent intra divina Officia, dummodo in Choro remaneant Canonici in maiori numero. **615** *ad* 2.

Canonici Cathedralis tenentur processionaliter accedere ad palatium Episcopi ad effectum eum associandi, etiamsi distantia sit biscentum et ultra passuum. **2135** *ad* 6.

Canonici Episcopum, ut divina Officia celebret seu illis assistat, a loco habitationis associare tenentur, dummodo distantia sit brevis. **105** *ad* 2. **464** *ad* 2. **491. 1185.**

Canonici Cathedralis, capitulariter associantes cum propria cruce funus ad Ecclesiam Regularium, possunt hanc ingredi, ibique cum cruce erecta usque ad humationem assistere, ita tamen ut in absolutione funeris sola adhibeatur crux Ecclesiae tumulantis. **1957** *ad* 1 *et* 2; etsi non invitati possunt associare funus ad Ecclesiam Regularium deferendum, citra tamen praeiudicium haeredum. *Ibidem ad* 3. *Vide* num. **1965.**

Canonici alicuius Ecclesiae Collegiatae, ad quam accedit Episcopus, tenentur eum associare iuxta ordinem Caeremonialis Episcoporum lib. I cap. 15 et lib. II cap. 8. **625.**

Canonici Ecclesiae Collegiatae ad associandum funus interesse nequeunt, nisi vocati. **727**; quod si sponte interesse velint, non in habitu canonicali et collegialiter sub propria cruce, sed in habitu ordinario uti singuli post feretrum incedant. **772.**

Canonici Ecclesiae Collegiatae alicuius Civitatis, quam Episcopus solemniter visitat, tenentur eum associare cum Clero et cruce. **1712** *ad* 1.

Canonici non tenentur ad associationem, si Episcopus accedat ad Ecclesiam in sede portatili. **1626.**

Canonici in Episcopi associatione ab aede Episcopali ad Ecclesiam instituere nequeunt quandam Processionem, in qua primo procedat Crux cum candelabris, deinde Seminarium, Beneficiarii, Canonici, et postremo loco Episcopus; sed servari debet Caeremoniale Episcoporum lib. I cap. 15. **4015** *ad* 1.

Canonici associantes Archiepiscopum cum cappa ad Ecclesiam accedentem debent eum sequi, non autem anteire inter Crucem archiepiscopalem et ipsum. **2627.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **234.**

Canonici Cathedralis.

Canonici Ecclesiae Cathedralis praecedentiam habent ante Canonicos Ecclesiae Collegiatae, tam in funeralibus officiis celebrandis quam in aliis actibus, etiam intus Collegiatam. **87** *ad* 1.

Canonici et Clerici Cathedralis praecedentiam habent in ducendis funeribus per totam viam usque ad Ecclesiam, etiamsi defunctus deferatur ad Ecclesiam Abbatialem exemptam, et per eius territorium transeundum sit: Officium vero in Ecclesia faciendum est a Curato eiusdem. **224.**

Canonici Cathedralis, etiam non graduati, praeferendi sunt omnibus Presbyteris non Canonicis, etiam graduatis. **242.**

Canonici Cathedralis tenentur assistere Episcopo tam intra quam extra Cathedralem sacras Ordinationes peragenti **300**; et in omnibus functionibus, quae per Episcopum fiunt, sive in Cathedrali sive in Collegiatis suae Dioecesis; dummodo in Cathedrali Canonicorum et ministrorum numerus sufficiens ad peragenda divina Officia remaneat. *Ibidem.* **537.**

Canonici Cathedralis, tam in propria quam in quacumque alia Ecclesia, assistentes divinis Officiis et Concioni in habitu chorali, semper praecedere debent Magistratum. **281.**

Canonici Cathedralis Episcopo pontificaliter celebranti Missam tenentur subministrare septem candelas, etiamsi Ecclesiae statuta aliter disponant. **482** *ad* 2.

Canonici Cathedralis praeeminentiam habent supra Canonicos Collegiatae, etiam in propria istorum Ecclesia, dum ad hanc Episcopus occasione Visitationis accedit. **748.**

Canonici Cathedralis ad benedictionem Episcopi non genuflectunt, sed tantum caput inclinant. **310. 832.**

Canonicus Cathedralis non gaudet praecedentia super Archipresbyterum Curatum in Processionibus et Vesperis, nisi in Ecclesia propria. **928.**

Canonici Cathedralis non sunt cogendi ad inserviendum Episcopo in Missis privatis. **1056** *ad* 1, **1900** *ad* 3. **1907** *ad* 3: praesertim si Episcopus celebrat extra Ca-

thedralem **2407** *ad* 1. 2 *et* 3; et ultro volentes, prohiberi possunt a detrectantibus. *Ibidem ad* 4.

Canonici Cathedralis non induti indumentis canonicalibus nequeunt praestare assistentiam Episcopo **1056** *ad* 2; debent exspectare Episcopum si Choro assistere velit, sed Episcopus debet esse discretus, nec diu morari. *Ibidem ad* 3.

Canonici Cathedralis saltem tres Episcopo assistere debent, si celebrat in Ecclesiis intra Civitatem; at extra Civitatem non sunt cogendi. **1077** *ad* 2.

Canonici Cathedralis tenentur ad assistentiam, quando solemniter in cantu inter divina Officia fiunt Ordinationes; si vero fiant privatim, sat est ut tres Episcopo inserviant. **1099.**

Canonici Cathedralis nequeunt celebrare Missas aliasque functiones collegialiter peragere in Ecclesiis sitis intra limites parochialis Ecclesiae Collegiatae. **1159** *ad* 2.

Canonici Cathedralis in functionibus ecclesiasticis, quando capitulariter incedunt, praeferuntur Dignitatibus Collegiatarum; in reliquis vero actibus privatis vel aliis, quibus uti singuli intersunt ad ritum ecclesiasticum, nihil decernendum duxit S. R. C. **1172.**

Canonicis Cathedralis uti licet panno seu tapete in scamno. **1513** *ad* 11.

Canonici Cathedralis Maceraten. tenentur assistere Archidiacono in Missa et Processione SS. Corporis Christi, non autem in Vesperis. **1627** *ad* 1; et Canonicis Vesperis ex beneplacito assistentibus prohiberi potest assistentia. *Ibidem ad* 2.

Canonici Cathedralis assistentes Episcopo pileolum adhibere nequeunt, dum ei quoquo modo inserviunt et ministrant, ac circulum cum eo faciunt. **1630** *ad* 1. 2. 3 *et* 4; sicut etiam quando incensantur. *Ibidem ad* 6.

Canonici Cathedralis translatae ad Ecclesiam alicuius Oppidi possunt facere Processiones, obtenta licentia Episcopi et invitatis Canonicis, etiam invito Parocho. **1684** *ad* 2; in Processionibus Rogationum ad Canonicos Cathedralis pertinet precum cantus, non vero ad Canonicos Collegiatae. *Ibidem ad* 11.

A Canonico digniore Cathedralis Episcopo aegrotanti ministranda sunt Sacramenta, non autem ab Archipresbytero loci. **1684** *ad* 12.

Canonicorum Cathedralis cadavera si deferantur ad eamdem Cathedralem cum interventu Capituli, spectat ad Archipresbyterum, penes quem est cura animarum, Officium facere, non ad Hebdomadarium. **1820.**

Canonici Cathedralis Bononien. assistere debent Archiepiscopo solemniter celebranti in Collegiata S. Petronii, dummodo capitulariter intersint. **1862.**

Canonici Cathedralis, capitulariter associantes cum propria Cruce funus ad Ecclesiam Regularium, possunt hanc ingredi, ibique cum Cruce erecta usque ad humationem cadaveris assistere, ita tamen ut in absolutione funeris sola adhibeatur crux Ecclesiae tumulantis. **1957** *ad* 1 *et* 2: etsi non invitati possunt associare funus ad Ecclesiam Regularium deferendum, citra tamen praeiudicium haeredum. *Ibidem ad* 3. *Vide* num. **1965.**

Canonici Cathedralis, etsi non sint parati, in recipiendis candelis ac cineribus debent dumtaxat se inclinare. **2052.**

Canonici Cathedralis quoad ordinem, locum et praecedentiam in Synodo. **2054.**

Canonico Cathedralis induto alba, stola et pluviali, gestanti sacras Reliquias in Processionibus Rogationum, non licet extra portam Civitatis pluviale dimittere, et sic pergere ad Ecclesias, ad quas Processio dirigitur. **2063.**

Canonicis Cathedralis solemniter celebrantibus vel in propria vel in aliena Ecclesia non debetur Assistens cum pluviali **2079** *ad* 14; simul convenientibus cum Capitulo Collegiatae debentur sedilia elevata per unum gradum, tantummodo in Synodo, non in aliis functionibus. **2082.**

Canonici Cathedralis capitulariter in funere incedentes praecedunt Parocho, nedum in via, sed etiam in Parochiali, non obstante contraria consuetudine, praeterquam in actu faciendi officium, quod spectat ad Parochum. **2112** *ad* 3; erigenda est Crux Cathedralis, praeterquam in actu peragendi officium. *Ibidem ad* 4.

Canonici Cathedralis obtinentes Cappellanias in eadem Ecclesia possunt assistere Anniversariis cum Mansionariis aliisque Cappellanis ac emolumenta percipere; debent tamen in casu deferre habitum Cappellanorum, et sedere inter eos, servato ordine antianitatis. **2131** *ad* 1 *et* 2.

Canonici Cathedralis tenentur processionaliter accedere ad palatium Episcopi ad effectum eum associandi, etiamsi distantia sit biscentum et ultra passuum. **2135** *ad* 6.

Canonici Cathedralis tenentur assistere Anniversario Episcopi Praedecessoris immediati, sine ulla retributione. **2151.**

Canonicus Cathedralis nequit impertiri benedictionem Concionatori inter Missarum solemnia, non interessente Episcopo. **2162.**

Canonici Cathedralis, accedentes proces-

sionaliter cum Cruce, Clero et Decurionibus Civitatis ad Ecclesiam Canonicorum Regularium Lateranensium, debent ab his recipi, et tam in ingressu quam in regressu honorifice associari. **2226.**

Canonici Cathedralis, stantes uti singuli in locis Dioecesis, nequeunt assumere habitum canonicalem, vel exigere locum distinctum et praecedentiam. **2239.**

Canonicus Cathedralis concionaturus in actu recipiendi benedictionem ab Episcopo profunde se inclinare debet iuxta Caeremoniale lib. I cap. 22 § 2. **2331** *ad* 9.

Canonici Cathedralis distingui non debent a Dignitatibus quoad quasdam honorificentias, videlicet: dum solemniter celebrant, debent habere scamnum aequaliter ornatum, et abacum sine ulla distinctione retinere; item quoad numerum intortitiorum, habita tamen ratione Festorum, non personarum. **2332** *ad* 1. 2 *et* 3; ipsis debentur sedilia aequalia in Capitulo generali celebrari solito in aula Episcopi: item candelae in festo Purificationis ac funerum emolumenta. *Ibidem ad* 5. 6 *et* 7 Campana magna eodem modo pulsari debet, sive celebrent Dignitates sive Canonici, habita tamen ratione Festorum maioris vel minoris solemnitatis; sic etiam quoad paramenta minus vel magis pretiosa. *Ibidem ad* 8 *et* 9; sive celebret Canonicus sive Dignitas, debent esse in eodem numero Canonici, qui in Officio solemni cantant Lectiones. *Ibidem ad* 11. Aspersorium vero Episcopo ad Ecclesiam accedenti tradi debet ab aliqua ex Dignitatibus, non a Canonico seniore. *Ibidem ad* 14. In confectione notulae Capitularium, qui tenentur assistere Episcopo Pontificalia exercenti, nequeunt designari Dignitates diverso titulo ac designantur Canonici. *Ibidem ad* 18. Canonicis solemniter celebrantibus non debetur assistentia a Caeremoniarum Praefecto, sed a Chori Magistris. *Ibidem ad* 19.

Canonici Cathedralis Episcopo pontificaliter celebranti in aliqua Collegiata assistere debent, quatenus invitati sint, aliisque praecedunt, capitulariter tamen, non singulariter. **2371** *ad* 1. 2. 3 *et* 4; in Convisitatores adhibiti gestare possunt propria Insignia tam in Collegiatis quam in aliis Ecclesiis, eisque tunc debetur praecedentia. *Ibidem ad* 5 *et* 6.

Canonici Cathedralis occasione solemnis et generalis Processionis SSmi Corporis Christi, etiam non interessente Episcopo, ingredi possunt Ecclesias Collegiatas ac in eis benedicere populo. **2394.** *in fine.*

Canonici Cathedralis, dum circulum faciunt, tenentur caput detegere, neque eis licet retinere pileolum, non obstante quacumque consuetudine. **2455.**

Canonici Cathedralis Diaconi iuxta Caeremoniale praestare debent assistentiam Episcopo. **2481** *ad* 1.

Canonici Cathedralis in solemni Processione Corporis Christi debent induere sacras vestes, etiam absente aut impedito Episcopo, iuxta dispositionem Caeremonialis. **458. 610. 2505.**

Canonici Cathedralis uti nequeunt palmatoria in celebratione Missae, nec intra nec extra Cathedralem, nisi habeant indultum Apostolicum, de quo certioretur S. Rituum Congregatio. **2578** *ad* 3. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **160.**

Canonici Metropolitanae Ravennatensis associantes Archiepiscopum cum cappa ad Ecclesiam accedentem debent eum sequi, non autem anteire inter Crucem archiepiscopalem et ipsum. **2627.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **234.** Iisdem quaedam privilegia confirmantur. **2648.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **274.**

Canonicis Metropolitanae Imolensis privilegia quaedam confirmantur. **2649.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **275;** Iisdem conceditur usus palmatoriae. **2665** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **303.**

Canonicis Metropolitanae Barensis confirmantur privilegia. **2670.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **309;** iisdem nova conceduntur. **2677.**

Canonicus Cathedralis, qui in cura animarum Capitulum repraesentat, nequit habere quatuor Candelas in Missae Parochialis celebratione; et contrarius abusus est eliminandus. **2984.**

Canonici Cathedralis convenit ut munus Diaconi et Subdiaconi exerceant, si in Ecclesia Cathedrali aliqua Dignitas Missam solemnem celebrare debet. **3159.**

Canonici Cathedralis Litomericen. manutenentur in possessione privilegiorum per Bullam fel. rec. Benedicti XIV ipsis concessorum. **3227.**

Canonici Cathedralis pro Missa Pontificali sacra Paramenta sumere possunt in Sacristia; quae si forte sit valde distans, possunt eadem sumere in propriis sedilibus; a quibus non discedent ad faciendos circulos, qui a Canonicis sacris paramentis indutis fieri non debent. **3228** *ad* 2.

Canonici Ecclesiae Metropolitanae tenentur assistere pro conficiendis sacris Oleis, sacris Ordinationibus vel aliis solemnibus functionibus stricte episcopalibus, Episcopo Auxiliari loco Archiepiscopi proprii eas exsequenti. **3984** *ad* 2; tenentur eidem manum osculari in accipienda Communione infra Missam Feriae V in Coena Domini. *Ibidem ad* 1.

Canonici Cathedralis Boven. aliique Sacerdotes et Clerici eiusdem servitio addicti possunt hiemali tempore semel in die ad eamdem Ecclesiam, in montanis positam et humiditati et frigori inclementer obnoxiam, accedere, ibique tam Matutinas quam Vespertinas Horas necnon Missam Conventualem, sine interruptione persolvere; ita tamen ut Completorio post meridiem finis imponatur. Diebus vero Dominicis, festivis et magnae solemnitatis, statis horis de more Divinis in Choro vacare debent. **2604.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **197.**

Canonico Archidiacono in Cathedrali Albanensi, in qua duo sunt Canonicorum classes, qui scilicet antiquitus fuerunt instituti, et qui ex pia fundatione accesserunt, ad quos pertinet dictus Canonicus, convenit praecedentia, quamvis sit ultimus Canonicus. **2645** *ad* 1; hebdomadarii munus obeundum est ab eodem iuxta ordinem stalli. *Ibidem ad* 2; non debet ipse peragere munus Diaconi et Subdiaconi in Missis solemnibus et associare Celebrantem ad thurificationem in Vesperis. *Ibidem ad* 3; in actibus tamen capitularibus eidem debetur ultimus locus. *Ibidem ad* 4; in associatione cadaverum, absentibus senioribus Canonicis, nequit ipse induere stolam, *Ibidem ad* 5. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **270.**

Vide **Capitula. Canonici et Dignitates.**

Canonici Collegiatae.

Canonici et Capitulum Collegiatae in funeralium Processionibus congregentur in Ecclesia Cathedrali, et inde cum Canonicis Cathedralis discedant et incedant. **87** *ad* 2.

Canonici Ecclesiae Collegiatae S. Nicolai Andrien. sub Cruce Cathedralis incedentes praeire debent separatim a Clericis et Canonicis Cathedralis ac sine propriis Insignibus. **171.** Iterum proposita causa et consuetudine probata, responsum fuit licere illis deferre Crucem elevatam cum solito vexillo appenso et loco convenienti ante Canonicos Cathedralis. **195.**

Canonici Collegiatae non convenit ut in Processionibus Litaniarum Maiorum incedant parati, prout incedunt Canonici Cathedralis. **235** *ad* 18.

Canonici Collegiatae in publicis Processionibus, functionibus et Synodis praeferuntur omnibus Curatis et Presbyteris Ecclesiarum Parochialium aliarumque Ecclesiarum simplicium. **317.**

Duo Canonici Collegiatae diebus festivis et solemnibus Decano Missam solemnem celebranti assistere et ministrare debent, cantando Epistolam et Evangelium; quando Mansionarii, in cura animarum, audiendo Confessiones et ministrando SSmum Sacramentum populo occupati, Decano ministrare nequeunt. **327.**

Canonici Collegiatae convenientes simul cum Capitulo Cathedralis admittendi non sunt ad circulos, qui fiunt coram Episcopo; et genuflectere tenentur, dum Episcopus tam in Missa quam in Vesperis solemnem benedictionem impertitur. **456.**

Canonicis Collegiatae nullo modo licet per se ingredi limites Parochiae Cathedralis pro efferendo cadavere cuiusdam qui intra illius fines decesserit; cadaver vero est sepeliendum in Parochiali, sub qua decessit. **602.**

Canonici alicuius Collegiatae, ad quam accedit Episcopus, tenentur eum associare iuxta ordinem Caeremonialis Lib. I cap. 15 et Lib. II cap. 8. **625.**

Canonici Collegiatae, etsi habeant pro se consuetudinem, nequeunt Officium facere super cadaveribus in Ecclesiis Regularium. **760. 1042** *ad* 1; ad associandum funus interesse nequeunt, nisi vocati. **727;** quod si sponte velint, non in habitu canonicali et collegialiter sub propria Cruce, sed in habitu ordinario uti singuli post feretrum incedant. **772.**

Canonicus Collegiatae ultimus, accedente Cathedralis Capitulo ad Ecclesiam Collegiatam occasione Processionum, non tenetur inservire de libro primae Dignitati Cathedralis orationem recitanti. **856.**

Canonici Collegiatae interesse debent in Cathedrali pro confectione Oleorum. **897.**

Canonici Collegiatae quidem laudandi sunt, sed non cogendi, ut ad conciones in Cathedrali audiendas accedant. **1155.**

Canonici Collegiatae, Cappellani Regii nuncupati, interesse debent Processionibus, nullumque ius habent super alia Capitula et Collegiatas. **1257.**

Canonici Collegiatae quoad ordinem incedendi et sedendi in Synodo. **1262. 2054.**

Canonici Collegiatae S. Mariae Civitatis Fundanae assistentes Divinis in Cathedrali thurificandi sunt duplici ductu. **1513** *ad* 2; assistentes Episcopo solemniter celebranti debent sedere in loco aequali et scamno parato ut Canonici Cathedralis. *Ibidem ad* 3; non sunt compellendi ad interessendum secundis Vesperis Festivitatum in Cathedrali. *Ibidem ad* 4; manutenendi sunt in possessione sedendi, in choro Cathedralis, loco aequali cum Canonicis ipsius Cathedralis. *Ibidem ad* 5; possunt celebrare Festum devotionis eodem die, de quo agitur in Cathedrali. *Ibidem ad* 7; debent se tantum profunde inclinare, transeuntes ante Episcopum.

Ibidem ad 8; manutenendi sunt in delatione Insignium, quibus utuntur Canonici Cathedralis. *Ibidem ad* 9.

Canonici Collegiatae nequeunt pulsare campanas Sabbato Sancto, priusquam hae pulsentur in Ecclesia, in qua per accidens et provisionaliter peraguntur functiones Cathedralis. **1684** *ad* 3.

Canonici Collegiatae alicuius Civitatis quam Episcopus solemniter visitat, tenentur eum associare cum Clero et Cruce. **1712** *ad* 1; debent eum excipere a domo dum ad Ecclesiam venit pontificaliter celebraturus, cum toto Clero et elata Cruce. **1712** *ad* 2. 3. 4. 5 *et* 6.

Canonici Collegiatae, Parochi et simplices Sacerdotes Ecclesiae Abbatialis, in publicis Processionibus convenientes cum Cathedrali, nequeunt assumere indumenta sacra. **1766**; nec convenit, ut Canonici Collegiatae incedant parati prout Canonici Cathedralis. **1871.**

Canonicis Collegiatae competit porrigere aspersorium ad ianuam eorum Ecclesiae Episcopo venienti cum suo Capitulo; non autem eum hinc inde associare. **1912.**

Canonici Collegiatae debent parere Episcopo demandanti, ut ipso ad eorum Ecclesiam pontificalia exercendi causa accedente, incedant post ipsum et Vicarium Generalem, dummodo non incedant processionaliter. **2019.**

Canonicis Collegiatae non licet in ingressu Ecclesiae Regularium Feria III Rogationum ac in Nativitate B. M. V. canere *De profundis* et *Libera me Domine.* **2035.** *ad* 2.

Canonicis Collegiatae convenientibus cum Capitulo Cathedralis debetur thurificatio ab eodem ministro, sed unico ductu; similiter pro osculo pacis. **2046.**

Canonici Collegiatae Fodianae Dioecesis Troianae possunt assumere indumenta sacra, dum Episcopus in eorum Ecclesia pontificaliter celebrat. **2057** *ad* 1; etiam in Processione Corporis Christi incedere possunt parati. *Ibidem ad* 2; non tamen in Synodo, in qua sedere debent ad formam Caeremonialis. *Ibidem ad* 4. 5 *et* 6.

Canonici Collegiatae debent excipere Episcopum ad ianuam in Feriis Rogationum eorum Ecclesiam processionaliter ingredientem; cui eorum Digniori competit aspersorium porrigere. **2079** *ad* 12.

Canonici Collegiatae, cuius Parochus est simul Abbas habens usum Pontificalium, in distributione candelarum etc. debent praeter candelam, etiam Abbatis manum osculari. **2090.**

Canonici Collegiatae nequeunt cogi ad excipiendum Episcopum pro visitatione accedentem ad portam Civitatis processionaliter, nisi pro prima vice. **2096.**

Canonicis Collegiatae S. Mariae Carignani non licet deferre Crucem tripartitam seu Patriarchalem in Processionibus. **2103.**

Canonici Collegiatae in particulari suae Ecclesiae Processione infra Octavam Corporis Christi, quae fit sine interventu Capituli Cathedralis, possunt incedere cum planetis. **2136.**

Canonici Collegiatae S. Antonini Placentiae nequeunt tempore divinorum Officiorum ab eorum stallis descendere et cum Beneficiatis canere ad legile. **2215** *ad* 1; neque tenentur canere in propriis stallis, quidquid ad legile canendum occurrit. **2258** *ad* 1. *ex novis dubiis;* tam Canonici quam Beneficiati tenentur assurgere detecto capite, dum Canonico praeintonatur Antiphona, *Ibidem ad* 3: debent assistere concionibus, quae habentur tempore Adventus et Quadragesimae in eorum Collegiata, sub poena mulctarum arbitrio Ordinarii. *Ibidem ad* 4; nequeunt pro tempore Missarum, quae in Hora Tertiae in dicta Collegiata canuntur, accipere Missas aliquas dicendas in aliis Ecclesiis. *Ibidem ad* 5.

Canonici Collegiatae S. Bartholomaei Civitatis Soranae interesse debent omnibus functionibus ab Episcopo celebrandis in Ecclesia Cathedrali et in Processionibus publicis atque votivis; Canonici vero Collegiatae S. Restitutae tenentur tantum ad Processiones. **2242. 2281.**

Canonicis Collegiatae S. Michaelis de Plano Surrenti licet uti cappis cum caputio subsutis serico rubri coloris. **2312** *ad* 2; iidem nequeunt in Processionibus cappas solvere. *Ibidem ad* 3; Episcopo Pontificalia exercenti in eorum Ecclesia ipsi assistentiam praestare debent, dummodo Canonici Cathedralis capitulariter non intersint. *Ibidem ad* 4; et tunc induti esse debent paramentis sacris. *Ibidem ad* 5; nequeunt retinere thronum stabilem, licet inversum, qui apponi debet solummodo, dum Episcopus interest. *Ibidem ad* 6; accedentes ad Cathedralem occasione Synodi aliarumque functionum habere debent locum digniorem post Capitulum Cathedralis. *Ibidem ad* 7; et sedere in scamnis postergali, suppedaneo et panno decoratis. *Ibidem ad* 8.

Canonici Collegiatae Terrae Montis Brandonis Dioecesis Ripanae debent servare solitum circa accessum ad Ecclesiam Patrum Minorum Observantium in consuetis Festivitatibus quoad locum in Choro et cantum Antiphonarum. **2330** *ad* 1; quoad thurificationem Caeremoniale observare debent. *Ibidem ad* 2; occasione Processionis Roga-

tionum, accedente Capitulo ad dictam Ecclesiam, Religiosi non tenentur tradere Pluviale Canonicorum Praeposito. *Ibidem ad* 4; in binis Festivitatibus S. Iacobi de Marchia et in Processionibus fieri solitis Canonici cedere debent praecedentiam Religiosis paratis. *Ibidem ad* 5; nec licet Canonicis initio Processionis intonare Hymnum *Iste Confessor,* quod spectat ad Celebrantem. *Ibidem ad* 6.

Canonici Collegiatae S. Mariae Maioris Capuae cogi nequeunt arbitrio Archiepiscopi ad interessendum in Cathedrali benedictioni sacrorum Oleorum. **2334.**

Canonici Collegiatae S. Mariae Maioris de Platea Civitatis Casalen. possunt interesse Congregationibus habendis ante Synodi celebrationem arbitrio Episcopi. **2420** *ad* 1; in hisce Congregationibus Praepositus nequit praecedentiam habere super Canonicos Cathedralis. *Ibidem ad* 2; omnes tam Cathedralis quam Collegiatae Canonici in Synodo incedere et interesse debent in habitu chorali. *Ibidem ad* 3; quoad modum sedendi in Synodo et in Ecclesiis occasione Rogationum servandum est solitum. *Ibidem ad* 4. 5 *et* 6; conveniente utroque Capitulo in Missis Rogationum, osculum pacis et thurificatio debet dari etiam Canonicis Collegiatae. *Ibidem ad* 7; thurificatio autem facienda est per Acolythum uno ductu cum inclinatione capitis, antea et post, singulis Canonicis; et pacis osculum dandum est per eumdem ministrum. **2423**; Episcopo Pontificalia celebranti in Ecclesia dictae Collegiatae praestanda est assistentia a Canonicis Cathedralis. **2420** *ad* 10; Episcopo vero celebranti Missam privatam, vel alias functiones privatas exercenti in eadem Collegiata, potest praestari assistentia a Canonicis utriusque Capituli non renuentibus. *Ibidem ad* 11.

Canonicus Curatus et Archipresbyter Collegiatae Terrae Luniani tenentur interesse primis Vesperis in Ecclesia Cathedrali Ameriae in Vigilia S. Firminae; sed eisdem non licet deferre almutiam. Quoad locum in Choro, solitum servandum est **2431.**

Canonici Collegiatae S. Petri Oppidi Saxiferrati Nucerinae Dioecesis tenentur assistere Archiprésbytero celebranti in officio Diaconi et Subdiaconi; qui vero posterioris sunt erectionis, tenentur tantum in defectum aliorum iuxta legem fundationis. **2554.**

Canonicis Collegiatae S. Pauli Civitatis Vallettae quaedam Insignia conceduntur, **2662.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **299.**

Canonicus Collegiatae S. Nicolai in Civitate Barensi solemniter celebrans nequit assumere Beneficiatum, qui officio fungatur Presbyteri assistentis cum pluviali, palmatoriam deferendo. **2794** *ad* 1.

Canonici et Dignitates Collegiatae ad Benedictionem Candelarum etc. incedere debent iuxta Rubricam Missalis. **3201** *ad* 6.

Canonici Collegiatae ad funus invitati et collegialiter intervenientes sub Cruce Capituli incedere debent. **2861** *ad* 4. **3311.**

Canonici Collegiatae, interessentes in habitu chorali Missae pontificali in Metropolitana simul cum eiusdem Canonicis, thurificandi sunt unico ductu iuxta solitum. **3643.**

Vide **Capitulum. Canonici et Dignitates. Collegiata. Dignitates.**

Canonici et Dignitates.

Canonici et Dignitates debent ad cubiculum accedere, ubi Episcopus induitur cappa, eumque ad Ecclesiam comitari, et in reditu saltem usque ad ostium domus ipsum associare; si vero Episcopus privatim veniat, nonnulli ex Dignitatibus et Canonicis tam in ingressu quam in regressu ipsum usque ad ostium Ecclesiae comitentur. **14** *ad* 3. **138. 139. 152** *ad* 1. **153. 525** *ad* 3. **915** *ad* 5. **1585. 1735. 1903. 2310** *ad* 5 *et* 6. **2471** *ad* 1. 2. 3 *et* 4. **3828.** *Decretum generale.* **3888** *ad* 2; sed non tenentur ad Episcopi cubiculum procedere, nec ipsum associare, si sine cappa pontificali ad Ecclesiam accedat. **86** *ad* 9. **892** *ad* 2. **900** *ad* 4 et *ad* 8. **906. 3110** *ad* 1.

Canonici et Dignitates possunt per alium adimplere munia ministrandi in Divinis, cantando Epistolam et Evangelium, cum licentia Episcopi; dummodo ipse Canonicus vel Dignitas provideat de serviente seu ministrante pro eo. **155.**

Canonici et Dignitates ad benedictionem Episcopi non genuflectunt, sed tantum caput inclinant, nec prima Dignitas debet Episcopum thurificare genuflexus. **310.**

Canonicus, qui est etiam Dignitas, unam tantum vocem habet in Capitulo. **758.**

Canonici et Dignitates in actu praestandae obedientiae admitti debent ab Episcopo ad osculandam dumtaxat manum. **770.**

Canonici et Dignitates a digniore parte Chori prius sunt thurificandi, postea Dignitates et Canonici ex altera parte. **915** *ad* 1; assistentes Episcopo, advenientibus dignioribus, locum cedere debent. *Ibidem ad* 2.

Canonici digniores, absentibus dignitatibus vel impeditis, non sunt amovendi a directione Chori; et ad Canonicos immediate digniores spectant solemnia Vesperarum et Missarum. **1068.**

Canonici honorarii.

Canonici quoad Insignia et habitum intra et extra functiones ecclesiasticas.

Canonici ad accipiendos cineres, ramos palmarum et candelas statutis diebus accedere debent parati, si Episcopus benedicit; secus, in habitu prout assistunt in Missa. **86** *ad* 7.

Canonici nequeunt propria auctoritate habitus choralis colorem mutare; quod si id fecerint, tenentur eum deponere. **455.**

Canonici nequeunt deferre cappam sine expressa et speciali licentia Sedis Apostolicae. **152** *ad* 3.

Canonici, ubi omnes Praebendae sunt Presbyterales, tenentur nihilominus assumere sacras vestes, ut Caeremoniale praescribit, dum Episcopus solemniter celebrat. **248** *ad* 8. **839**; sed potest servari etiam consuetudo. **3646** *ad* 1.

Canonicus Protonotarius Titularis nequit in Choro deferre rochettum, neque coopertum neque discoopertum. **626. 656.**

Canonici Collegiatae si ad associandum funus sponte venire velint, non in habitu canonicali et collegialiter sub propria cruce, sed in habitu ordinario uti singuli post feretrum incedant. **772.**

Canonicorum numerus quando dispar fuerit, cum Canonico seniore in processionibus incedere ii debent, qui pari et uniformi habitu induti sunt. **1004.**

Canonici parati assistentes Episcopo pontificaliter celebranti nequeunt deferre pileolum et biretum, dum actu ministrant. **914** *ad* 1. **918** *ad* 1. **2027** *ad* 7; nec eis ullo modo licet uti pileolo in petenda ab Episcopo benedictione, in circulis et reverentiis, in ostendendis ac deferendis Reliquiis. **918** *ad* 1. **1650** *ad* 1. 2. 3. 4 *et* 6. nec in thurificando SSm̃o Sacramento. **914** *ad* 2; nec uti pallio et pileo, dum in Choro assistunt Completorio. **440** *ad* 2.

Canonicus, qui infirmitatis causa gaudet Indulto utendi pileolo in Missa, nequit eo uti in Missis solemnibus praesente Episcopo. **1558.**

Canonici habitui chorali et Insignibus ipsis concessis nihil addere possunt. **1562.**

Canonici extra propriam Ecclesiam nequeunt uti Insignibus canonicalibus. **1613.**

Canonici, qui non habent Insignia distincta, interesse debent Choro decenti habitu talari, cotta et bireto induti. **1819** *ad* 2.

Canonicis communalibus uti non licet eorum Insignibus canonicalibus in omnibus actibus et functionibus, quae ad solos Presbyteros *communales* pertinent. **1838** *ad* 3.

Canonici habentes usum cappae magnae, in Choro et in Canonicalibus functionibus uti possunt superpelliceo supra rochettum **1586** *ad* 1; sed tantum tempore congruo. *Ibidem ad* 2; etiam in publicis Processionibus. *Ibidem ad* 3. **1608.**

Canonici habentes usum Mitrae, possunt eam deferre Episcopo non celebrante, sed absente aut Sede vacante. **1728** *ad* 1; extra Ecclesiam Canonicis uti singulis invitatis usus Mitrae non licet. *Ibidem ad* 2; Canonico solemniter celebranti non licet uti sandaliis, pulvino, palmatoria, baculo et trinam benedictionem in fine Missae impertiri. *Ibidem ad* 3; licet lavare manus ac thuris honorem accipere cum Mitra, etiam praesente Episcopo, si Canonicus solemniter celebrat. *Ibidem ad* 4; non tamen licet eam capiti imponere, antequam Episcopus Sacris indutus solium ascenderit. *Ibidem ad* 5; Canonico Diacono cantaturo Evangelium non licet uti Mitra. *Ibidem ad* 6 *et* 7; Mitram ministrare Canonico solemniter celebranti spectat ad Diaconum Missae. *Ibidem ad* 8; ad Acolythum vero illam tenere cum holoserico velo ad collum pendente. *Ibidem ad* 9; Mitra esse debet ex tela. *Ibidem ad* 10; Canonicus defunctus nequit efferri et tumulari cum Mitra. *Ibidem ad* 11; neque potest in funerali seu anniversario Mitram super tumulum apponi aut ad tholum supra sepulcrum suspendi. *Ibidem ad* 12 *et* 13.

Canonicus, praesente Episcopo, nequit uti pulvinari. **1753** *ad* 5. **2027** *ad* 1. **2047** *ad* 2; nec extra Cathedralem. **2532** *ad* 2; neque in Choro et in proprio stallo. **3110** *ad* 24.

Canonicus nequit gestare comam fictitiam, deferens processionaliter Sanctissimum Sacramentum **2027** *ad* 4; aut Missam celebrans. *Ibidem ad* 5.

Canonici, attenta immemorabili consuetudine, possunt in Processionibus deferre Pluvialia. **2037** *ad* 1.

Canonici, interessentes concionibus in propriis stallis, debent esse induti habitu Canonicali. **2108.**

Canonici quoad habitum et colorem servare debent formam Apostolicae concessionis. **2144** *ad* 1 *et* 2.

Canonici Cathedralis, adstantes uti singuli in locis Dioecesis, nequeunt assumere habitum Canonicalem. **2239.**

Canonico celebranti apponi non licet ante pedes tapete cum pulvinari, quando descendit, vertendo terga ad altare, etiam pro impositione cinerum, distributione candelarum et palmarum aut alia quacumque functione ecclesiastica. **2289** *ad* 1. **2293.**

Canonici Cathedralis in Convisitatores adhibiti gestare possunt propria Insignia tam

in Collegiatis quam in aliis Ecclesiis. **2371** *ad* 5.

Canonici possunt incedere cappis extensis usque ad talos in adoratione Crucis, Feriae VI in Parasceve. **2389** *ad* 1; non autem in Processionibus poenitentiae et associatione funerum. *Ibidem ad* 2.

Canonici assistentes Episcopo nequeunt induere et deponere sacra paramenta super solio in loco proprii scamni, sed descendere tenentur ad propria stalla Canonicalia, ibique ea assumere et deponere; interim aliis Canonicis eorum munere fungentibus. **2533** *ad* 3.

Canonici Sacerdotes in Communione generali, quae Feria V in Coena Domini fit, imponere possunt stolam e collo pendentem supra almutiam, vel solum supra cottam iuxta locorum consuetudinem. **2552** *ad* 3.

Canonicus, habens pretiosam supellectilem cum propriis Insignibus pro Missa celebranda, debet ab horum usu abstinere, dum solemniter celebrat praesentibus Canonicis. **597.**

Canonicis et Dignitatibus non licet deferre Insignia canonicalia absque Indulto S. Sedis. **2161** *ad* 1.

Canonici tam intra quam extra propriam Ecclesiam in administratione Sacramentorum tenentur deponere cappam et mozzettam, et assumere superpelliceum et stolam. **2578** *ad 1. Dub. addit.* (*Vide Suffragium in IV volumine pag.* **164.**) - **2680.** (*Vide Suffragium in IV volumine pag.* **317.**) - **2684.** *ad* 22. (*Vide Suffragium in IV volumine pag.* **329.**) - **3556. 3784** *ad* 1. Si concionem habent in propria Ecclesia, cappa et mozzetta utantur, non autem extra eamdem. **2578** *ad 2. Dub. addit. Vide Suffragium in IV volumine pag.* **164**; item adhibere possunt cappam et mozzettam in assistentia Sacerdoti primum Sacrum facienti (si Canonicus non assistat in sensu proprio). **2578** *ad* 2. *Dub. addit.*

Canonici nequeunt adhibere Insignia Canonicalia extra propriam Ecclesiam, nisi quando capitulariter incedunt, vel assistunt ut peragant sacras functiones; aut nisi singuli speciali privilegio fruantur. **2579.** *ad* 2.

Canonici, quibus indulta sunt Insignia pontificalia, debent se conformare generali Decreto S. R. C., quo privilegia reducuntur ad formam iuris. Sequitur *Constitutio Apostolica Pii VII,* qua praefatum Decretum approbatur et auctoritate Pontificis confirmatur. **2624**; reservatur ius Capitulis et Canonicis, qui amplioribus privilegiis gaudent, aut legitime gaudere arbitrantur, adeundi S. R. C. pro declaratione. *Ibidem circa finem.*

Canonicis Metropolitanae Ravennatensis quaedam privilegia confirmantur, nimirum uti palmatoria et mitra serico-damascena, dummodo dissimilis sit in textura ab illa Eminent. Cardinalium. **2648.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **274.**

Canonici Collegiatae S. Mariae Novae Oppidi vulgo *Lu* Casalensis Dioecesis possunt tantummodo adhibere in quibuslibet functionibus capparum insignia ormesini violacei coloris. **2736.**

Canonici duo primi Collegiatae, post primam Dignitatem sedentes, assistere Episcopo celebranti debent in casu particulari in habitu Diaconali. **2776** *ad* 1.

Canonicis nullo modo competit usus annuli, caligarum violacei coloris et chordulae sericae violaceae in pileo absque speciali Indulto. **2805.**

Canonicis Cathedralis Pisanae extenditur usus vestis talaris rubri coloris sine cauda in ceteris Ecclesiis Dioecesis. **2817.**

Canonici Cathedralis Mutinensis possunt uti cappa et rochetto in iis tantum functionibus, in quibus aliter non disponitur vel per Caeremoniale Episcoporum vel per Decreta S. R. C. **2847.** *Vid.* **3760.**

Canonici, dum vagantur per civitatem, mozzettam deferre nequeunt. **3052** *ad* 2; illam solum in Choro Cathedralis gestare possunt, non autem in aliis Ecclesiis, in quibus Sacra peragunt. *Ibidem ad* 3.

Canonici et Dignitates Ecclesiae Cathedralis Syracusanae concessis pontificalibus Insignibus uti possunt, quoties ipsis libuerit, tam in Metropolitana, quam in aliis Syracusanae Civitatis Ecclesiis; nonnisi tamen assentiente Archiepiscopo et assistente Capitulo. **3093** *ad* 1; item illis sunt concessa sola Insignia, non vero ritus ad instar Abbatis Montis Cassini. *Ibidem ad* 2; usus Crucis pectoralis eisdem non conceditur. *Ibidem ad* 4.

Canonici et Dignitates Cathedralis Meliten. in diebus solemnibus celebrantes, etiam interveniente et assistente Episcopo, Insignibus a S. Sede concessis uti valent. **3098.**

Canonici duo in Metropolitana Mechliniensi ad Altare ministrantes in Ordinationibus quae fiunt per Missam lectam, induere debent superpelliceum supra rochettum, dum assistunt Archiepiscopo vel Episcopo Suffraganeo sacras peragenti Ordinationes, tam pro maioribus quam pro minoribus Ordinibus. **3203.**

Canonici sine speciali Indulto uti nequeunt rochetto et annulo. **3218.**

Canonici Collegiatae de Saxoferrato, qui a S. Sede privilegium obtinuerunt deferendi hiemali tempore cappam et tempore ae-

stivo cottam super rochetto, nequeunt amplius adhibere mozzettam, cuius usum acceperant anteriore privilegio. **3242.**

Canonici et Beneficiati absque superpelliceo et in habitu communi Choro interesse nequeunt; et abusus est eliminandus. **3250** *ad* 1.

Canonici in Galliarum Dioecesibus ob generalem consuetudinem, quae absque populi admiratione eliminari nequit, uti possunt rochetto et mozzetta, etiam extra Cathedralem. **3361.**

Canonici honorarii aequiparandi sunt Canonicis Titularibus quoad usum Insignium, cum sacris funguntur ministeriis in Choro Cathedralis; omnes tamen moneantur, ut servent praescripta in Constitutione recenter edita de privilegiis Protonotariorum. **3393.**

Canonicis et Vicario Generali non licet recipere thurificationem et pacem capite cooperto pileolo. **1258** *ad* 1. **1324. 3438** *ad* 2.

Canonicis et Mansionariis licet, quando assistunt Missae solemni in Choro, qui est post Altare maius, caput pileolo cooperire; exceptis tamen iis Missae partibus, in quibus iuxta Decreta et probatos auctores, pileoli usus etiam in casu vetitus est. **3438** *ad* 3.

Canonicis Curatis Vicariatus foranei *Intrae* Dioecesis Novariensis non competit Insignium Canonicalium usus. **3453** *ad* 1.

Canonicis Metropolitanae Ecclesiae Salernitanae conceditur ius ex antiqua consuetudine choralibus Insignibus rubri coloris utendi, tam in Festo Annuntiationis B. M. V. quam in Festo S. Ioseph eiusdem B. M. V. Sponsi intra Quadragesimam occurrenti. **3610** *ad* 1.

Canonicus unus ex aliis cappa cum armellino uti nequit, cuius usus iam antea concessus in desuetudinem abiit; quia privilegium Collegio, non singulis concessum est. **3614** *ad* 2.

Canonici nequeunt inservire in Altaris ministerio Celebranti in habitu canonicali. **3614** *ad* 5.

Canonicus Cathedralis Illerdensis, qui nominatus est a catholico Rege Cappellanus ad honorem, nequit uti in Choro indumentis et decorationibus sibi concessis, sed tantum caligis et collari coloris violacei. **3649.** *ad* 1 *et* 2.

Canonicus celebrans Almutias retinere nequit super Altari. **1104. 1275** *ad* 10; imponi tamen eaedem possunt defuncto Canonico supra brachium. **1275** *ad* 10.

Canonicis sacris indumentis indutis Almutias deferre non licet, etiamsi consueverint eam deferre subtus. **1352**; licet tamen eas deferre in associandis funeribus, si Canonici capitulariter incedant, non vero si intersint ut singuli. **1390.**

Canonici Almutiis uti nequeunt, etiamsi habeant usum Cappae magnae et rochetti. **1543** *Dub.* 1.

Canonici Cathedralis, induti cappa magna et stola, nequeunt distribuere Communionem vel patenam deferre seu porrigere, quoties Episcopus solemniter Eucharistiam fidelibus distribuit. **3779** *ad* 9.

Canonici assistentes Missae privatae Episcopi debent adhibere solummodo rochettum cum superpelliceo, non vero Insignia canonicalia. **3804.** *Dub.* 1.

Canonicis solemnioribus diebus Missam celebrantibus uti licet Alba ornata fimbriis seu reticulo a cingulo deorsum. **3804** *Dub.* 12.

Canonici Ecclesiae Collegiatae B. M. V. Vinearum Ianuae diebus communibus induere debent rochettum cum cappino, non vero etiam cappam. **3846.**

Canonici et Dignitates habentes privilegium utendi cappa magna, decet ut tempore aestivo, detractis pelliculis, earum loco sericum rubrum apponant. **3633.**

Canonici Lateranenses Regulares. Vide **Canonici Regulares.**

Canonici quoad Officium et Missam aliasque functiones ecclesiasticas.

Canonici inservire debent Dignitatibus et Canonicis in sacris functionibus; Mansionarii vero Mansionariis. **11.**

Canonici tenentur inservire tam Dignitati quam Canonico celebranti **866** *ad* 3, **2896** *ad* 3; Canonicis tamen non tenentur, nisi Praebendae sint distinctae. **901** *ad* 2.

Canonici tenentur, quoties alter Canonicus celebrat, de Diacono et Subdiacono ministrare, et Epistolam atque Evangelium canere. **837** *ad* 6. **1064. 1597. 1855. 1878** *ad* 1.

Canonico Missarum solemnia peragenti Canonici pariter, et non inferiores, pro Diacono et Subdiacono famulari debent. **1119.**

Canonicis non licet celebrare Capitulum, dum divina Officia in Choro persolvuntur. **19** *ad* 4. **96** *ad* 1. **118. 462. 762.**

Canonici compelli possunt ad Capitulum, etiam proposita mulcta. **19** *ad* 4. **92.**

Canonici non sunt cogendi ab Episcopo ad integrum Officium pro unoquoque defuncto, ubi mos viget unum tantum Nocturnum decantandi. **101.**

ductis convenit in omnibus se conformare ritui Latino. **119.**

Canonici, qui tantum circa Horarum finem adsunt Choro, non lucrantur distributiones respondentes; similiter qui tempore Chori audiunt confessiones, nisi id fiat de expresso Episcopi mandato. **260.**

Canonici, tam exempti a iurisdictione Ordinarii, quam non exempti, debent facere solitam et debitam reverentiam Vicario Generali adsistenti in Choro. **326.**

Canonicus Pro-Vicarius deputatus, si intersit Choro tamquam Canonicus, debet obedire seniori ei iubenti, ut aliquam ex Lectionibus canat. **401.**

Canonici ad Chorum pergentes diebus solemnioribus debent bini processionaliter incedere, praecedente Cruce; in aliis diebus, prout libuerit. **464** *ad* 4.

Canonici, si alia sit Ecclesiae consuetudo, ab Episcopo ad recitandum in Choro Psalmos Graduales, Poenitentiales et Officium Defunctorum adstringi nequeunt. **504.**

Canonici extra Chorum Officium persolventes non tenentur ad Psalmos Graduales, ad Officium Defunctorum et ad Officium parvum B. M. V.; quae quidem sunt onera tantummodo ex praecepto implenda in Choro. **2365** *ad* 4.

Canonicus Poenitentiarius omnesque alii habentes et actu exercentes curam animarum non tenentur nec possunt cogi ad interessendum in Choro; quin immo uti praesentes lucrantur distributiones suarum Praebendarum. **543.**

Canonici ab Episcopo cogi nequeunt, ut descendant ad Lectorile pro canendis Antiphonis et Responsoriis, quando ad hoc munus adsunt alii Presbyteri. **551** *ad* 1; assistente Episcopo, sed non celebrante, debent e stallo descendere ad circulos faciendos. *Ibidem ad* 2.

Canonici, qui dispartiti inserviunt duabus Ecclesiis, et quandoque in una simul conveniunt, anne teneantur in utraque duas celebrare Missas diebus, in quibus secundum Rubricas duae celebrandae sunt, decernitur **831** *ad* 1. Convenientes tantum in alterutra Ecclesia satisfaciunt recitando Officium proprium eiusdem Ecclesiae, in qua conveniunt. *Ibidem ad* 2.

Canonicus facturus Officium debet accedere ad Chorum cum paramentis. **866** *ad* 1.

Canonici tenentur recitare Officium propriae Ecclesiae, etiamsi ab ea absint. **1599** *ad* 2.

Canonicis aliisque Lectiones cantantibus in Choro solus Caeremoniarius assistere debet. **2079** *ad* 2; non eis est ministrandum instrumentum vulgo *Bugia,* sed ingruentibus tenebris apponendum candelabrum prope legile. *Ibidem ad* 3.

Canonicus Theologus tempore Lectionis semper est dispensatus a servitio Chori. **2079** *ad* 11; non debet explicare populo Sacram Scripturam inter Missarum solemnia, ac praecise post Evangelium. **2551.**

Canonici eam partem tenentes, ubi intonantur Antiphonae, omnes surgere debent. **2079** *ad* 13. Vide **3781** *ad* 2.

Canonici debent in Choro recitare Vesperas Defunctorum pro prima die mensis, etiamsi die sequenti ad Chori servitium non teneantur. **2144** *ad* 4.

Canonici Pluvialibus parati in Vesperis semipontificalibus, quibus Episcopus assistit in Pluviali et Mitra, non debent genuflectere in plano Cappellae post Episcopum, sed orare suis locis in Choro; nec sedere debent in scamnis ante Altare, sed in stallis Canonicorum. **2216** *ad* 1 *et* 2: in quibus manebunt, dum ab Episcopo thurificatur Altare. *Ibidem ad* 4.

Canonici non satisfaciunt obligationi Chori recitando submissa voce bini et bini Completorium, dum a Musicis Vesperae decantantur. **2412.**

Canonicus primus Presbyter debet Episcopo Aspersorium ministrare, in ingressu Ecclesiae et naviculam in Missis et Vesperis eidem porrigere, si Praebendae sint distinctae; quatenus vero non sint distinctae, prima Dignitas vel Canonicus qui primum occupat locum, qui proximior Episcopo est, id facere debet. **235** *ad* 5.

Canonici in porrectione Aspersorii et benedictione incensi osculari debent manum Episcopi. **918** *ad* 2.

Canonici in Choro adsistentes stare debent, dum die Dominica fit Aspersio aquae benedictae ante Missam conventualem. **2209** *ad* 2.

Canonicis processionaliter accedentibus ad Monachorum vel aliorum Regularium Ecclesiam danda est per Monachum seu Clericum cotta indutum aqua benedicta per aspersionem cum aspergillo; Sacerdoti vero Pluviali induto per contactum. **2035** *ad* 1.

Canonici praeter Crucem, quae ante Clerum defertur in Processionibus, nequeunt aliam immediate ante seipsos erigere, qua a reliquo Clero quodammodo dividantur. **472.**

Canonici Processioni intervenientes tenentur per se ipsos deferre intortitia. **875** *ad* 2.

Canonicus, qui Pluviali indutus sustinet baculum Episcopi, tenere debet locum in Processionibus iuxta consuetudinem; si con-

traria non vigeat, solus ante Episcopum incedat. **1583** *ad* 2.

Canonici Ecclesiae Parochialis nequeunt ducere extraordinarias Processiones sine licentia Episcopi. **1684** *ad* 8.

Canonici ab Episcopo cogi possunt ad ingrediendum Ecclesias, in quibus Processiones finem habent. **1907** *ad* 1.

Canonici et Capitulum nequeunt occasione Processionum et Festivitatum anticipare horam pro recitatione Matutini de sero post Vesperas, ac campanas ad huiusmodi effectum pulsare absque licentia Episcopi. **2432** *ad* 2.

Canonici non sunt cogendi ad deferendas hastas baldachini, non obstante contraria consuetudine. **705.**

Canonicus Poenitentiarius potest tenere virgam, dum audit confessiones. **777.**

In Canonicis sepeliendis servanda est forma Ritualis Romani quoad preces, caeremonias et luminaria. **1322** *ad* 7.

Ad Canonicos non spectat ministrare Sacramenta Episcopo infirmo, eoque defuncto Officia celebrare, sed ad Dignitates. **2219.** *ad* 3.

Canonici Metropolitanae Capuanae tenentur, celebrante Archiepiscopo, deferre Crucem, et iuxta solitum in die Epiphaniae annuntiare Festa mobilia. **2328** *ad* 6; Canonico celebrante, non tenetur alter ex Canonicis Psalmos intonare tam in Choro quam in Processionibus, cum id competat Hebdomadario. *Ibidem ad* 7; iidem Canonici tenentur canere in Choro ex proprio stallo una cum Hebdomadariis in cantu Gregoriano. *Ibidem ad* 8; si transferatur Festum, in quo teneatur celebrare Canonicus, non tenetur is ad celebrandum in die translationis, nisi haec habeatur pro festiva in Metropolitana. *Ibidem ad* 9.

Canonici Metropolitanae Urbinaten. possunt uti annulo, cruce pectorali, sandaliis, chirotecis etc. iuxta modum; videlicet, in Missis solemnibus solus Presbyter celebrans uti potest enunciatis indumentis auro non ornatis, necnon annulo cum unica gemma et cruce pectorali sine gemmis. **2418** *ad* 1; pontificaliter celebrantes nequeunt uti faldistorio, sed sedere debent in scamno cooperto tapete vel panno currentis coloris. *Ibidem ad* 2 *et* 3; nequeunt uti palmatoria vel in Missis solemnibus vel in privatis. *Ibidem ad* 4; nequeunt populum salutare in Missa pontificali dicendo *Pax vobis* loco *Dominus vobiscum. Ibidem ad* 5; benedictionem in fine Missae unico signo crucis impertiri debent, ut alii Sacerdotes. *Ibidem ad* 6; nequeunt dare trinam benedictionem cum SSmo Sacramento. *Ibidem ad* 7; etiamsi induti sint mitra, aliisque paramentis ad instar Abbatum. *Ibidem ad* 8. Missas pontificaliter celebrare nequeunt in Ecclesiis Monialium absque consensu Episcopi. *Ibidem ad* 9; uti nequeunt Mitra in vestitione et velatione Monialium facienda de commissione Episcopi. *Ibidem ad* 10; neque in Metropolitana possunt uti Mitra et pontificaliter celebrare Missas pro Defunctis. *Ibidem ad* 11; in Insignibus et Armis suae familiae Mitram tantum apponere possunt. *Ibidem ad* 12; in Processionibus SS. Corporis Christi nequeunt incedere capite Mitra cooperto. *Ibidem ad* 13.

Canonicus celebrans habere potest Diaconum et Subdiaconum inferioris ordinis. **2578** *ad* 4. **3159.**

Canonici Cathedralis Alexandrinae tenentur ad Officium parvum B. M. V. et Defunctorum, ad Psalmos Graduales et Poenitentiales, attenta vigente olim consuetudine. **2657.** - *Vide Suffragium in IV volumine* pag. **292.**

Canonicus Subdiaconus post Missam solemnem pontificalem debet Episcopo detrahere sandalia; neque id pertinet ad scutiferos. **2634.** (Sed vide **3228** *ad* 3 *et* **4015** *ad* 2, quibus Decretis praesens aliquantulum emendatur.)

Canonici tenentur ad celebrandam Missam conventualem etiam diebus festivis, in quibus Episcopus pro ovibus suis applicare debet; tunc vero Hebdomadarius, vel is cui inest onus Missae conventualis, hanc celebrabit lectam, ante vel post Missam Pontificalem. **2682** *ad* 20.

Canonicus, qui Canonicatum resignavit, retentis Insignibus et stallo, potest canere Missam conventualem, dummodo ceteri consentiant. **2727.**

Canonici nequeunt sumere paramenta in latere Altaris. **2781.**

Canonicus aut Dignitas in Minoribus Ordinibus constitutus nequit Officium intonare et Orationem dicere. **2786** *ad* 2.

Canonici debent satisfacere in Choro oneribus Capituli. **2790.**

Canonicus gaudens usu Pontificalium stare debet privilegiis. **2794** *ad* 2.

Canonicus, qui in Choro non cantat, in casu non satisfacit suae obligationi. **2828.**

Canonicus Sacerdos, ex Ordine tamen Diaconali, potest peragere officium Hebdomadarii in Choro; dummodo Praebendae non sint fixae, et per antianitatem ascendatur ad Ordinem Presbyteratus. **2897.**

Canonicus benedicturus cum SSmo Sacramento assumere potest stolam et pluviale tam supra rochettum et cottam, quam supra rochettum et albam. **3005.**

Canonici Feria V in Coena Domini plu-

vialibus induti non habere debent stolam e collo pendentem ad s. Communionem suscipiendam. **3029** *ad* 14; id etiam valet pro Canonico assistente, Calicem de manu Episcopi accepturo. **3059** *ad* 22.

Canonicus deferens SS. Sacramentum in Processione pro eo reponendo die octava Corporis Christi debet supra rochettum assumere amictum, albam, cingulum, stolam et pluviale albi coloris. **3029** *ad* 15.

Canonici sacra paramenta pro celebranda Missa ad altare induere nequeunt. **514. 3052** *ad* 1. **1480. 2781.** Vide **Paramenta.**

Canonici assumere debent sacra paramenta, quum Episcopus solemniter celebrat vel facit functiones, in quibus id praestare debent omnes. **3104** *Dub.* V.

Canonici qui in solemnitatibus faciunt Vesperarum officium, nequeunt permanere in habitu chorali usque ad Capitulum et tunc assumere pluviale; nec in Officio solemni Matutini et Laudum sine pluviali assistere et incensare Altare. **3104** *Dub.* X.

Canonicorum aliorumque in Choro praesentium consuetudo nunquam cooperiendi caput, dum divina peraguntur, toleranda est tantum pro iis, qui sacris paramentis non sunt induti. **3104** *Dub.* XI.

Canonicus unusquisque singillatim nequit uti cappa et mozzeta extra Cathedralem et Dioecesim. **3104** *Dub. XII.*

Canonicis non licet in die Nativitatis et Resurrectionis Domini Vesperas post peractum Officium matutinale et ante prandium recitare, ratione lautioris prandii; quod est abusus penitus eliminandus. **3108** *ad* 12.

Canonicus Vesperas et Laudes solemniter celebrans habere potest coram se scamnum vel Lectorile ornatum tapete cum libro, in quo intonet Antiphonas, Hymnum et Capitulum; quocirca servari debet Caeremoniale. **3110** *ad* 19.

Canonici Cathedralis, qui peragunt et Officium canunt in Ecclesia Concathedrali, tenentur celebrare festa Titularis et Dedicationis utriusque Ecclesiae. **3140.**

Canonicus celebrans impositurus cineres Episcopo feria IV Cinerum induere nequit pluviali. **3148** *ad* 1.

Canonicus Subdiaconus debet Calicem deferre e Credentia ad Altare et e converso; et adhibere velum humerale pro patena sustinenda. **3333** *ad* 1. *qu.* 3.

Canonici honorarii caput et humeros ante Episcopum inclinare debent, non vero genuflectere. **3377** *Dub.* 2.

Canonicus primus e senioribus seu dignioribus quartam Antiphonam in Vesperis ab Episcopo solemniter cantatis intonare debet. **3422** *ad* 2.

Canonicus, qui simul est Episcopus Auxiliaris, in casu necessitatis potest alium in sui locum e numero Beneficiatorum vel alium de Clero deputare ad celebrationem Missae cantatae et Vesperarum. **3424.**

Canonicis quatuor deficientibus, qui Vesperarum Antiphonas incipiant, Canonicus Coadiutor ius habet Antiphonam praecinendi, etiamsi Coadiutus Choro intersit et Antiphonam iuxta ordinem intonaverit. **3519.**

Canonici fungentes munere Diaconi et Subdiaconi, dum Episcopus solemniter benedictionem cum SS. Sacramento impertitur, tenentur induere Tunicellam. **3526** *ad* 1; non vero possunt assistere cappa magna, quin a Diacono stola deferatur; et inducta contraria consuetudo omnino eliminanda est tamquam abusus. *Ibidem ad* 2.

Canonici in Processionibus Rogationum bini et bini incedere debent, non vero hinc inde ad latus Episcopi. **3549** *ad* 1.

Canonici Dignitatibus solemniter celebrantibus non tenentur servire pro Diacono, si Praebendae sunt omnes presbyterales; si secus, tenentur qui habent Praebendas Diaconales et Subdiaconales. **3566.**

Canonicus Doctor in celebratione Missae annulo uti non potest. **3580** *ad* 7.

Canonici nequeunt adhibere in Missis privatis ministrum, qui Missale aperit et in fine claudit, Introitum et Orationes indicat, ante Offertorium Calicem e medio Altaris retrahit, discooperit etc.; sed tenentur omnino se conformare Rubricis Missalis. **3647.** *ad* 1. 2 *et* 3.

Canonici pluvialibus induti, qui deferunt cannas argenteas, in Missa de Requie ad Orationes debent genuflectere sicut ceteri. **3722** *ad* 6.

Canonici stare debent ad primam, quartam et septimam Lectionem, dum Hebdomadarius stans benedictionem dat, non vero in aliis, nisi adsit consuetudo, quando Matutinum solemniter cantatur. **3780** *ad* 11.

Canonico vel Episcopo pluviali induto Officium peragente et IX Lectionem canente, omnes in Choro stare debent. **3780** *ad* 12.

Canonicis tempore divinorum Officiorum non licet recedere etiam ad tempus a Choro, nisi ad utilitatem Ecclesiae cum licentia Superioris. **3780** *ad* 13.

Canonici in Missis aliisque functionibus, quae Diaconi ac Subdiaconi ministerium exigunt, Vesperis proinde ac Matutinis exclusis, tenentur Dignitatibus et Canonicis celebrantibus, etsi Coadiutoribus tantum, inservire in ecclesiis, ubi Praebendae omnes presbyterales non sunt, nisi aliter ferat neces-

sitas vel consuetudo; idque in propriis tantum, non vero in alienis Ecclesiis, nisi interveniente Capitulo. **3782**; et ad praefata obeunda munera Canonici compelli possunt sub mulctis, poenis et censuris, auctoritate Episcopi; non obstante quacumque consuetudine. *Ibidem.*

Canonici et Mansionarii consuetudinem sustinere nequeunt in Missis conventualibus et pontificalibus neque canendi neque submissa voce recitandi *Kyrie, Gloria, Credo, Sanctus* et *Agnus Dei,* sed haec omnia ab Organista peragere sinendi; stare enim debent in omnibus Caeremoniali Episcoporum. **3786.**

Canonici feria V in Coena Domini ad S. Synaxim accedere tenentur iisdem tantummodo paramentis induti,quibus utebantur ab initio Missae, i. e. sine stola. **3855** *ad* 4.

Canonici qui in Missa solemni Diaconi et Subdiaconi munere funguntur, adiuvare debent Celebrantem, dum sacras vestes induit, nisi contraria vigeat consuetudo. **3866** *ad* 1.

Canonici, si Praebendae sunt presbyterales, non tenentur ad munus Diaconi et Subdiaconi in solemnioribus festis; si Episcopo impedito a Missa pontificali peragenda, Missa ab aliqua Dignitate solemniter decantetur. **3839** *ad* 2 *et* 3. **3893.**

Canonici Ecclesiae Metropolitanae tenentur osculari manum Episcopo Auxiliari vel non proprio, dum ab eo sacram Communionem accipiunt in Missa Feriae V Maioris Hebdomadae. **3984** *ad* 1.

Canonici et Dignitates Ecclesiae Cathedralis, sive parati sive non, ad benedictionem ab Episcopo impertiendam non genuflectunt. **310. 2049** *ad* 7. 8 et 9. **3035** *ad* 5.

Canonicus Subdiaconus, qui in Vesperis Antiphonas praeintonat, nequit ex consuetudine Tiburtinae Cathedralis sedere in scamno in cornu Epistolae cum ligneo postergali, serico damasceno rubro cooperto, coronide deaurata a parte superiore apparente, et per unum gradum a terra elevato in Vesperis; sed tantum in Missa Diaconus et Subdiaconus pariter Canonici dicto scamno uti possunt. **2631** *ad* 3. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **243.**

Canonici quoad praecedentiam.

Canonicus Vicesgerens in aliqua Urbis Patriarchali Ecclesia, quae Archipresbyterum habet Cardinalem, si iurisdictionem habet, praecedere debet alios omnes: etiam eum Episcopum, qui Suffraganei officio in Urbe fungitur et alios quosque devotionis causa divinis Officiis in Choro interessentes. **47.**

Canonici et Capitulum Ecclesiae Cathedralis semper et ubique quoscumque Curatos, etiam in eorum propriis Ecclesiis, praecedere debent. **142**; quod tamen non habet locum, quando Canonici sine Cruce et consensu Capituli ut singuli incedunt. **150. 1492.**

Canonicus Auditor Episcopi in congregationibus et sessionibus nullam habet praeeminentiam, supra alios Canonicos, sed sedere debet in loco suae receptionis. **178.**

Canonico celebranti seu Officium facienti, sacris paramentis induto, debetur praecedentia etiam supra Dignitates in sessione, intonatione etc. **277. 283. 955.**

Canonici supranumerarii praecedunt Canonicis de numero postea receptis; ita in casu particulari, attenta consuetudine. **459.**

Canonicus Presbyter deserviens pro altero ex Diaconis impedito, praecedentiam dare debet alteri Diacono munus suum exercenti, et sedere a sinistris. **668.**

Canonicis uti singulis in funeribus nulla competit praecedentia; secus, collegialiter interessentibus et sub Cruce Capitulari. **710.** Idipsum valet quoad Processiones cum Sanctissimo Sacramento. **711.**

Canonicis. Presbyteris ubique locorum competit praecedentia supra Diaconos et Subdiaconos antea provisos, in functionibus capitularibus, tam quae fiunt cum habitu canonicali quam quae sine habitu. **961.**

Canonicus ab Episcopo deputatus pro erigendo Seminario, ratione huius deputationis nullam habet praecedentiam supra alios Canonicos. **885.**

Canonicus Hebdomadarius sola cappa Canonicali indutus praecedentiam habet in ea parte Chori, a qua inchoatur Officium, etiam supra Dignitates. **1414.**

Canonici ordinis Diaconalis, ubi Praebendae sunt distinctae, in minoribus ordinibus vel in Diaconatus ordine tantum constituti, debent praecedere Canonicos Presbyteros ordinis Subdiaconalis. **1398** *ad* 2.

Canonico Protonotario incedenti in habitu Protonotarii debetur locus post omnes Canonicos; nec ei debentur distributiones. **1762.**

Canonici Coadiutores Praepositi in cura animarum praecedentiam habent supra Canonicos inferiorum ordinum. **1833.**

Canonici communales non in omnibus actibus et functionibus, quae ad solos Presbyteros *communales* pertinent, praecedere possunt. **1838** *ad* 3.

Canonicis sine habitu Canonicali assistentibus Divinis nulla competit praecedentia supra Magistratum. **557.**

Canonicus, accedens ad Parochiam sitam

in Castro mensae Capitularis, nullam habet praecedentiam supra Vicarium Ecclesiae Parochialis. **616.**

Canonici, ubi Praebendae sunt distinctae, in sedendo et incedendo non debent servare ordinem antianitatis, sed Praebendarum; ita ut vel in habitu sacro vel chorali praecedant Canonici ex ordine Presbyterali, deinde succedant ex ordine Diaconali et tandem ex ordine Subdiaconali. **1878** *ad* 3.

Canonico prius recepto, ubi omnes Praebendae sunt Presbyterales, competit praecedentia, statim ac ipse ad Sacerdotium ascenderit, ante omnes alios post ipsum receptos. **864.**

Canonici, obtinentes Praebendas Presbyterales noviter erectas, praecedunt obtinentes Praebendas Diaconales et Subdiaconales, licet antiquiores. **639.**

Canonici si omnes sint Presbyteri, praecedentia competit prius receptis. **376.**

Canonicis ordinis Presbyteralis danda est praecedentia supra Diaconos et Subdiaconos, etiamsi hi sint constituti in ordine Presbyteratus. **1237.**

Canonici ordinis diaconalis vel subdiaconalis antiquiores Poenitentiario et Curato, qui in ipsa admissione Presbyteris adnumerantur, si aliis advenientibus Canonicis transeant ad ordinem Presbyterorum, praeferendi sunt Poenitentiario et Curato; dummodo tamen, data alias optandi Presbyteratum opportunitate, optare non neglexerint, ne Sacerdotium suscipere cogerentur. **1215.**

Canonici, ubi non sunt distinctae Praebendae, sed omnes habent adnexum ordinem Presbyteralem, debent servare consuetudinem Ecclesiae: modo Canonici infra terminum a Tridentino statutum Presbyteralem ordinem susceperint; at si consuetudo probari nequeat, praeferendus est Canonicus, qui prius post adeptam possessionem ordinatus est Presbyter. **1117.**

Canonici non sacerdotes possessione anteriores, ubi Praebendae non sunt distinctae, non praeferuntur Presbyteris possessione posterioribus. **1136. 1438.**

Canonici, qui dispartiti inserviunt duabus Ecclesiis, et quandoque simul in una conveniunt, debent servare rationem ordinis et receptionis. **857.**

Canonicus Protonotarius, cum aliis Canonicis vulgari sermone appellatus ad obedientiam per manus osculum praestandam Episcopo, nequit nuncupari per titulum *Monsignore;* quin immo omnes Canonici appellabuntur in casu latine, absque distinctione ac tantummodo per haec verba *R̃mus Canonicus N. N.* **3652.**

Canonici vel etiam Beneficiati Sacerdotes in Ecclesiis Collegiatis et Cathedralibus, ubi Praebendae non sunt distinctae, habent in omnibus praecedentiam supra Canonicos vel Beneficiatos, qui sacerdotali charactere non sunt insigniti, quamvis in possessione antiquiores; quae praecedentia retineri debet, postquam praefati Canonici seu Beneficiati ad sacerdotalem gradum ascenderint. Inter constitutos in inferiore ordine habent Canonici Diaconi supra Subdiaconos, Subdiaconi supra reliquos Clericos praecedentiam, dummodo non obstet consuetudo contraria, aut Constitutiones Capitulares. **3783.**

Canonicus Regularis.

Canonicus Regularis professus, qui e monasterio iussu Superioris discessit et ad aliud commigravit, rediens postea ad suae professionis domum, tamquam antianus in suae receptionis locum restituitur. **434.**

Canonici Regulares locum cedere debent Clericis saecularibus in Processionibus. **1244.**

Canonici Regulares concionaturi non debent petere benedictionem ab Episcopo genuflexi. **1768. 1775.**

Canonici Regulares Lateranenses nequeunt exigere praecedentiam supra Clericum Regularem S. Pauli decollati, quando is in Processionibus tamquam Parochus inter alios Curatos loco suo procedit. **116.**

Canonici Regulares Lateranenses S. Petri ad Aram debent deferre in publicis Processionibus Crucem cum velo appenso, ut fit ab aliis Regularibus. **344.**

Canonici Regulares Lateranenses possunt induere pallium nigrum super habitum ordinarium, dum in via processionaliter incedunt et pluvia supervenit, absque ullo prorsus praeiudicio suarum praeeminentiarum. **554.**

Canonici Regulares Lateranenses, quibus indultum est recitare Officia Sanctorum Ecclesiae Lateranensis, celebrantes in propriis Ecclesiis, nequeunt dicere *Credo* ratione Reliquiarum, quae in eadem Basilica asservantur, nec in festo et octava S. Ioannis Baptistae. **1743** *ad* 2.

Canonici Regulares Lateranenses associantes funus praecedunt aliis Regularibus. **1905** *ad* 2; non autem Collegiatis. *Ibidem ad* 3.

Canonici Regulares Lateranenses debent recipere Canonicos Cathedralis, accedentes processionaliter cum cruce, Clero et Decurionibus Civitatis, et tam in ingressu quam in regressu honorifice associari. **2226.** *ad* 1.

Canonici Regulares tenentur canere duas

Missas Conventuales in Feriis et Vigiliis, in quibus ieiunatur; quamvis non ex consuetudine antiqua, neque ex fundatione aut lege, sed tantum ex usu ab aliquot annis introducto ad hoc obligentur. **1245.**

Canonici Regulares et Monachi etiam exempti compelli possunt ab Episcopo ad Processiones indictas pro publico bono vel publico honore. **272.**

Canonici quoad stallum et sessionem.

Canonici antiquiores prope sedem Praepositi graduati assidere debent iuxta consuetudinem. **81.**

Canonicus, qui permutavit Praebendam cum Ecclesia Parochiali, quin tamen permutatio habuerit effectum, ad Canonicatum restitutus, recuperat locum et iura antiquae provisionis, nihilque solvere debet. **149.**

Canonici, ubi Praebendae sunt distinctae, sedere et incedere debent singuli in proprio ordine; et Dignitates gestare Pluvialia, Canonici ordinis Presbyteralis Planetas, Diaconi et Subdiaconi Dalmaticas et Tunicellas. **235** *ad* 1.

Canonicus Theologus primam sedem post Dignitatem occupare debet, si haec ipsi ab initio obtentae Praebendae fuit assignata, **164.**

Canonicus Theologus, qui gaudet Praebenda Subdiaconali, debet occupare locum Praebendae convenientem. **684.**

Canonici digniores convenientius est, ut sedeant in sedibus Episcopali sedi proximioribus. **248** *ad* 12.

Canonici in Choro sedere debent secundum eorum antianitatem seu antiquitatem. **305.**

Canonicus de novo Canonicatu provisus nequit retinere stallum Canonicatus iam dimissi. **468. 2845**; sed occupare debet stallum secundae possessionis. **2073. 2846.**

Canonicus Presbyter, deserviens in Missa Pontificali pro Subdiacono, incedere debet paratus indumento muneri conveniente et sedere in stallo post Canonicos indutos Planetis. **544** *ad* 1.

Canonico ex nova fundatione instituto cum Praebenda Presbyterali sub quibusdam conditionibus, quibus quodammodo secernitur ab aliis Canonicis, perpetuo debetur ultimus locus in ordine Presbyterorum. **811.**

Canonicus provisus de Praebenda Presbyterali, postquam obtinuerat Subdiaconalem, sedere debet in loco novae provisionis post ultimum Presbyterum, quin ei suffragetur anterioritas possessionis Praebendae Subdiaconalis. **1038.**

Canonicus, qui non habebat aetatem idoneam ad suscipiendum Sacerdotium, sed dispositus erat ad Ordinem suscipiendum, cum primum liceret, locum suae possessionis recuperat, statim ac Sacerdos ordinatus fuerit; nisi alia adsit Ecclesiae consuetudo. **1139.**

Canonicis non licet occupare stallum Vicarii Generalis. **1195. 1206**; nec sedem vacuam Dignitatis celebrantis. **1286. 1299** *ad* 1.

Canonici, interveniente Episcopo cum vel sine cappa concionibus seu functionibus extra Cathedralem, uti nequeunt sedibus cameralibus. **1559** *ad* 3. **3804** *ad* 11.

Canonicis et Rationariis qui ordinantur, potest intra ipsam Ordinationem permitti ex aequitate et indulgentia, ut super sellas sedeant, donec alii inferiores ordinentur; dummodo sellae illorum sint inferiores quam sella Episcopi. **1795** *ad* 5.

Canonici, interessentes concionibus in propriis stallis, debent esse induti habitu Canonicali. **2108.**

Canonicis Metropolitanae Turritanae non licet tempore divinorum Officiorum, absente Episcopo, sedere in quadam sede, exstante in antiqua Ecclesia, ad quam duobus gradibus ascenditur. **2135** *ad* 2; neque eis licet Missam solemnem celebrantibus in Cathedrali sedere in sede cum postergali. *Ibidem ad* 3.

Canonici Pluvialibus parati in Vesperis semipontificalibus, quibus Episcopus assistit in Pluviali et Mitra, non debent sedere in scamnis, sed in stallis Canonicorum. **2216** *ad* 1 *et* 2; in quibus manent, dum ab Episcopo thurificatur Altare. *Ibidem ad* 3.

Canonici, praesente vel absente Episcopo, intra vel extra Cathedralem, nequeunt habere sedes cum brachiis et subselliis, sed sedere debent in scabellis seu scamnis. **2289** *ad* 3 *et* 4.

Canonicus in assumptione Canonicatus posterior, in Presbyteratus vero ordine anterior, locum digniorem cedere debet Canonico antea inter Canonicos cooptato, licet in ordine Presbyteratus posteriori. **2527.**

Canonicus, celebrans Vesperas seu Matutinum, sedere debet in primo stallo; sed sedes choralis Episcopi semper vacua remanere debet. **362.**

Canonici Metropolitanae sedere possunt in Synodo in scamno duorum graduum, dummodo sedes Episcopi sit excelsior. **2047** *ad* 4; in sedendo servare debent formam Caeremonialis. *Ibidem ad* 5.

Canonicus celebrans, assistente Episcopo,

nequit sedere in sede cum suppedaneo, Ministris hinc inde adstantibus. **2027** *ad* 2.

Canonicis non licet occupare sedes Dignitatum absentium vel praesentium. **2076** *ad* 5.

Canonici et Beneficiati, ad Hymnum *Pange lingua* occasione benedictionis cum Sanctissimo Sacramento cantandum, remanere possunt in eorum stallis choralibus. **2291.**

Canonici et Capitulum, in Presbyterio assistentes Episcopo Missam aliasque functiones celebranti, iuxta solitum possunt habere sedilia in Presbyterio collocata cum parvulis scamnis aliquo panno coopertis. **2425** *ad* 12.

Canonicus Subdiaconus, qui in Vesperis Antiphonas praeintonat, Episcopo solemniter celebrante, nequit sedere in scamno in cornu Epistolae cum ligneo postergali, necnon serico damasceno rubro cooperto, coronide deaurata a parte superiore et per unum gradum a terra elevato; hoc tamen in Cathedrali Tiburtina quoad Canonicum, Diaconum et Subdiaconum in Missa tolerari potest. **2631** *ad* 3. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **243.**

Canonico de novo Canonicatu proviso in eadem Ecclesia stalli retentio indulta, cum clausula *Dumtaxat,* quasnam secum ferat honorificentias et praeeminentias in casu, declaratur **2645.**

Canonici quoad thurificationem et pacem.

Canonici prius thurificandi sunt et pacem accipere debent ex utraque parte Chori ante Mansionarios, non obstante contraria consuetudine. **235** *ad* 3.

Canonicis ut singulis sine habitu Canonicali extra Cathedralem nulla debetur thurificatio. **622. 1650** *ad* 5.

Canonici parati, vel duo sint vel numero plures, semper praecedere et thurificari debent ante Vicarium Generalem. **1452.**

Canonici, qui gaudent omnibus praerogativis aliorum Canonicorum, sed non habent onus Choro interessendi nec habent vocem in Capitulo, eodem modo sunt thurificandi et recipere debent osculum pacis. **1429. 1464.**

Canonicus Diaconus ministrans Canonico celebranti, dum thus offert, dicere debet: *Benedicite, Reverende Pater.* **2027** *ad* 6.

Canonicus, qui, simul cum Mansionario parato, ex consuetudine assistit primae Dignitati Vesperas celebranti et Chorum incensat, debet etiam incensare Mansionarium paratum. **2144** *ad* 3.

Canonico celebrante, Clerici genuflectere non debent, dum ei ministrant thuribulum et naviculam. **2027** *ad* 8.

Vide **Pax. Thurificatio.**

Canonizatio. Vide Anniversarium Beatificationis. Beati. Beatificatio.

Cantores, Cantilenae, Cantus.

Cantores incedere debent in Processionibus cotta induti **931**; et in loco Episcopo beneviso; unde non infertur praecedentia supra Beneficiatos. **948.**

Cantoris officio competunt quae concernunt regimen Chori. **1619** *ad* 4.

Cantores, dum actu cantant, ad Missam solemnem in Choro stare debent. **2065.**

Cantores Introitum incipere nequeunt, antequam Sacerdos ad Altare pervenerit. **2424** *ad* 7.

Cantores laici, qui defectu Clericorum adhibentur in Choro, nequeunt uti pluvialibus; sed toleratur tantum, ut cottam induant, si Clerici deficiunt. **3248** *ad* 4.

Cantores in Absolutione ad tumulum nequeunt incipere *Libera me Domine,* priusquam Sacerdos pluviali fuerit indutus et Subdiaconus ad pedes tumuli pervenerit, etiamsi castrum doloris adsit in medio Chori. **3108** *ad* 4. **3110** *ad* 17; et Cantoribus dare signum ad incipiendum Responsorium spectat ad Caeremoniarum Magistrum. **3110** *ad* 17.

Cantores Cappellani nequeunt intonare et canere in libro sustentato per Acolythum Antiphonas Sanctorum Titularium in Ecclesiis, per quas processio transit. **3801** *ad* 1.

Cantores in consecratione plurium Altarium fixorum Antiphonas *Sub Altare Dei etc.* et *Sub Altare Dei audivi etc.* toties cantare debent, quot sunt Altaria consecranda. **3613** *Dub.* II *qu.* 2.

Cantores et Musici intra Benedictionem cum SSmo Sacramento nihil canere debent, non obstante quacumque contraria consuetudine. **2464. 2722** *ad* 3, **3058** *ad* 2; sed permittitur, ut aliquod cantetur post Benedictionem. **2698**; etiam lingua vernacula. **2791** *ad* 2.

Cantari potest in Missa solemni ad elevationem SSmi Sacramenti *Tantum ergo etc.* vel aliqua Antiphona tanti Sacramenti propria. **2424** *ad* 6; sed hoc Decretum emendatum est altero generali, quo

Cantores ad elevationem in Missa omnino silere et adorare debent cum ceteris Sanctissimum Sacramentum. Elevatione peracta usque ad Orationem Dominicam aliquid

modulari licet; dummodo de iis, quae ex Liturgia canenda sunt, nihil praetermittatur, Celebrans a Missa continuanda non impediatur, et quod concinitur ad Sacramentum pertineat. **3827** *ad* 3. *Decret. gener.*

Cantum firmum possidere debent Cappellani de massa, ita ut eligi non debeant neque possint imperiti huiusmodi cantus; quare examinentur a deputandis per Ordinarium. **1180** *ad* 1.

Cantilenae omnes, quae scandalum pariunt nec fovent devotionem, ab Ecclesia eliminandae sunt. **1588** *ad* 7.

Cantiones vulgari sermone inter Missarum solemnia prohibitae sunt; et ubi hic usus invaluit, Episcopus prudenter se gerat, ut valeat sensim sine sensu hunc morem removere absque fidelium scandalo. **3230.**

Cantica in idiomate vernaculo in functionibus et Officiis liturgicis solemnibus non sunt toleranda, sed omnino prohibenda; extra functiones liturgicas servetur consuetudo. **3496** *ad* 1.

Cantilenae vernaculae in Missis cantatis tolerari nequeunt **3994** *ad* 1; et in ipsis Missis cantatis sine Ministris sacris, Organarii et Chorus semper exsequi debent cantu vel voce intelligibili cum Organo omnes partes ex Graduali Romano. *Ibidem ad* 2.

Cantiones vel preces vel hymni lingua vernacula cani possunt solummodo in Missa privata cum consensu Ordinarii; in Missa vero solemni sive cantata non licet. **3880.**

Cantiones quaecumque vernaculae sunt omnino prohibitae in omnibus Missis quae vel solemniter vel solum in cantu celebrantur; ita ut modulationibus, quas liturgico idiomate Rubricae praescribunt, nulli liceat alias ab illis addere vel immiscere; et consuetudo contraria tamquam abusus et corruptela prorsus eliminanda est. **3827** *ad* 1. *Decretum generale;* ea, quae Cantorum schola exsequi alternatim debet, nunquam sunt omittenda, sed per integrum cantanda; vel si vocibus iungantur Organa, partim concinenda, partim sub Organis clara voce legenda: Symbolo excepto, quod per integrum semper canendum est. *Ibidem ad* 2.

Cantari nequit a Musicis, praeter cantum ipsius Missae, aliqua laus, vulgo *aria,* sermone vernaculo in Missa solemni. **3113** *Dub.* 1.

Cantare lingua vernacula tam in Missa solemni, dum sacra Communio distribuitur per notabile tempus, quam in solemni Processione cum SSmo Sacramento, alternatim cum Hymnis liturgicis, non licet. **3975** *Dub.* 5.

Cantari possunt carmina idiomate vulgari coram SSmo Sacramento exposito et in Processionibus cum Eodem, attenta consuetudine. **3124** *ad* 7.

Cantari possunt a choro Musicorum Hymni in lingua vernacula coram SSmo Sacramento exposito; dummodo non agatur de Hymno *Te Deum* et aliis quibuscumque liturgicis precibus, quae nonnisi latina lingua decantari debent. **3537** *ad* 3.

Cantari debet in Missa solemni sive cantata *Benedictus, qui venit etc.;* et quidem post calicis elevationem, non vero immediate post primum *Hosanna in excelsis.* **2682** *ad* 31. **3827** *ad* 3. *Decret. gener.* Vide **2424** *ad* 2.

Cantare in Missae celebratione secundum quamdam cantilenam traditionalem nullibi adnotatam, ac non secundum cantum in Missali impressum, uti corruptela exstirpanda arguitur. **3292** *ad* 1. **3891;** sed in Missa cantus Romanus Gregorianus adhiberi debet, et quidem ex editionibus a S. R. C. approbatis vel authentico testimonio Ordinarii cum illis cohaerentibus. **3292** *ad* 2.

Cantandi Missam modo quasi psalmodico vel semitonato usus retineri potest. **3697** *ad* 5.

Cantus in actu Expositionis SSmi Sacramenti permitti tantum potest iudicio Episcopi. **3110** *ad* 14.

Cantari debet integre Tractus in Missa conventuali, quum Organum non pulsatur. **3108** *ad* 14.

Cantari debent in Missa solemni vel cantata, quae cum sonitu Organi celebratur, *Gloria, Credo,* Graduale, Tractus, Sequentia, Offertorium, Benedictus et Communio, Praefatio et *Pater noster.* **2424** *ad* 2. **3365** *ad* 7.

Cantus Gloria, Gradualis, Tractus, Sequentiae et *Credo* omitti nequit in Missis cantatis a fidelibus petitis; et consuetudo contraria veluti abusus prorsus eliminanda est. **3624** *Dub.* 11.

Cantare dimidiate licet Graduale et *Benedictus, qui venit* etc. in Ordinatione generali, quae fit cum cantu; dummodo pars, quae non canitur, clara voce recitetur. **3590.**

Cantari debent in tono feriali Orationes Missae, Praefatio et *Pater noster,* si Expositio SSmi Sacramenti ratione Orationis XL Horarum feria IV Cinerum occurrat. **3574** *Dub.* V *qu.* 5.

Cantari debent in tono B. Mariae V. *Gloria* et *Ite Missa est* in festo et infra octavas Nativitatis Domini et Corporis Christi **3421**, *Seq. Dubia* ad *Dub.* I; etiam in omnibus festis infra dictas Octavas incidentibus. *Ibidem Dub.* II; imo in genere, quoties Praefatio de Nativitate dicenda est. *Ibidem Dub.* III.

In Cantu quaedam verba orationum ra-

tione musici concentus omitti nequeunt. **3448** *ad* 17.

Ob Cantus in Missali Romano praescripti imperitiam vel propriam impotentiam Sacerdotes obligati ad cantandam Missam non sunt dispensati ab hoc onere. **3936** *ad* 3.

Cantare intra vel extra ambitum Chori mulieribus et puellis, praesertim diebus per annum solemnioribus, omnino interdictum est; et invecta consuetudo tamquam abusus prorsus quamprimum eliminanda est. **3964.**

Cantari debent ante Benedictionem cum SSm̃o Sacramento strophae *Tantum ergo* et *Genitori* cum ℣. *Panem de coelo* etc. et Oratione. **3058** *ad* 3. **3513.**

Cantus Orationum in Processionibus et Benedictionibus cum SSm̃o Sacramento non debet esse solemnis; et in aliis functionibus extra Missam, Laudes et Vesperas, adhibeatur cantus minus solemnis. **3528.**

Cantari debent Orationes coram SSm̃o Sacramento exposito extra Missam recto tono cum unica vocis inflexione in fine cuiusque Orationis. **3638** *ad* 4.

Cantari possunt vel cantu feriali vel solemni iuxta consuetudinem Antiphonae maiores *O* in Vesperis ante Nativitatem Domini in Officio feriali. **3054** *ad* 2.

Cantare aliquos versus ex omnibus vel aliquibus Psalmis in Vesperis, ceteris omissis, non licet; et haec praxis omnino eliminanda est. **3539** *ad* 3.

Cantari possunt Vesperae, quae ad populi devotionem Dominicis et festis in Ecclesiis mere parochialibus celebrantur, ubi non est obligatio Chori, etiam de alio Officio; dummodo ii, qui ad Horas Canonicas tenentur, privatim recitent alias de Officio currente. **3624** *ad* 12.

Cantari debent Antiphonae: *Ave Regina coelorum, Alma Redemptoris, Salve Regina etc.* immediate post Litanias Lauretanas cum Oratione B. M. V. congruente; si vero non cantentur Litaniae, dictae Antiph. praemittantur Hymno *Tantum ergo* ante Benedictionem cum SS. Sacramento. **3530** *ad* 1.

Cum Cantu persolvi nequeunt Functiones in Hebdomada sancta, de quibus agitur in Memoriali Rituum Benedicti XIII. **3505** *ad* 6.

Cantari debent ex praecepto *Gloria* ac *Credo* necnon singulae modulationes a Celebrante in Missa cantata exsequendae, videlicet Orationum, Praefationis, Orationis Dominicae etc. cum relativis responsionibus ad Chorum pertinentibus, prout iacent in Missali. **3891.**

Cantari nequeunt in Ecclesiis Parochialibus, ubi non adest obligatio Chori, tempore Quadragesimae, in festo S. Ioseph aliorumve Sanctorum, Vesperae post comestionem seu post meridiem ad populi devotionem fovendam. **3675** *ad* 2.

Cantare potest, si aliter fieri nequeat, Celebrans in Missa cantata sine Ministris sacris partem Passionis, quae sequitur post *Munda cor meum* in tono Evangelii, licet Passionem non cantaverit. **4031** *ad* 2; sed nequit ipsemet exsequi in Passione partem Christi et laici partes Chronistae et Synagogae. *Ibidem ad* 3.

Vide **Lamentationes. Lectiones. Missa cantata.**

Cantandi Missas solemnes iuxta Ecclesiae Toletanae formam in Hispaniarum Regnis ab antiquissimo tempore receptam privilegium a S. Pio V concessum non est abrogatum declarationibus S. R. C. **3900.**

Cantari debet Praefatio in Missis solemnibus votivis in cantu solemni. **3922** *ad* II *n.* 3. *Decret. gener.*

Vide **Antiphona.**

S. Canutus Martyr.

S. Canuti Mart. Officium, licet sit ad libitum, celebrari potest die 19 Ianuarii, etiam quando in hac hebdomada anticipanda sit Dominica III post Epiphaniam, nec alia occurrat dies libera; quo casu, Sabbato ante Dominicam Septuagesimae legenda est in Officio IX Lectio de dicta Dominica cum Commemoratione ad Laudes. **1680;** sed hoc Decretum emendatum est aliis Decretis, quibus Officia ad libitum excludit Officium de Dominica, quando anticipandum est. **2152** *ad* 5. **3636** *ad* 1. **3844** *ad* 1.

In Ordine Benedictino, in quo fit *de S. Canuto Mart.* die 20 Februarii, non est varianda dispositio Martyrologii, sed pridie legendum: S. Canuti Regis et Martyris septimo Idus Ianuarii. **2319** *Alia Dubia ad* 2.

S. Canuti Mart. festum uti Officium ad libitum transferri nequit; sed ubi in perpetuum fixe est translatum, haec consuetudo servari potest cum speciali concessione Summi Pontificis. **3360** *ad* 1.

Capitulares.

Capitulares, Archiepiscopum ad Chorum accedentem cum cappa pontificali associantes, habitum choralem deferre et inter crucem Archiepiscopalem et Archiepiscopum procedere debent. **14** *in fine Declar.* 2.

Capitulares Cathedralis de Arequipa possunt adhibere stolam et Pluviale in concionibus, etiam praesente Episcopo, attenta consuetudine. **3117** *ad* 1 *et* 2.

Vide **Canonici Cathedralis. Capitula.**

Capitula.

Capitula debent ad publicas processiones accedere. **53.**

Capitulo Cathedralis in ducendis funeribus praecedentia debetur supra Parochum defuncti. **142. 151. 643. 3062** *ad* 1; dummodo intersit cum propria cruce **150;** in ecclesia vero ad quam defertur funus, ad Curatum ipsius Ecclesiae pertinet officium facere circa corpus defuncti. **151. 224.** Vide **3854** *Decret. gener.*

Capitulo S. Petri in Vaticano cum Capitulis S. Mariae Transtyberim et S. Laurentii in Damaso Urbis praescribitur quid servandum quoad salutationes exhibendas in ingressu Processionis ad Basilicam S. Petri. **209.**

Capitulum facere tempore divinorum Officiorum non licet. **19** *ad* 4. **96** *ad* 1. **118. 462. 762.**

Ad Capitulum compelli possunt Canonici, etiam proposita mulcta. **19** *ad* 4. **92.**

Capitulo Cathedralis praecedentia debetur in Ecclesiis Collegiatis supra Capitulum Collegiatae, Clerum et quoscumque alios Sacerdotes Ecclesiarum inferiorum. **676;** et semper supra Magistratum. **2045** *ad* 1.

Capitulo Cathedralis licet, absente Episcopo, Processiones facere per omnes vias, nulla habita neque petita licentia Superiorum Ecclesiarum. **677.**

Capitulum totum Collegiatae repraesentant tres Canonici, incedentes sub Cruce capitulari, ad effectum habendi praecedentiam supra alios. **681.**

Capitulum Cathedralis vel Collegiatae ad funeralia venire nequit, nisi vocatum, etiam stante contraria consuetudine. **727. 759.**

Capitulum et Canonici Cathedralis associantes funus nequeunt prohiberi ab ingressu Ecclesiae Regularium cum Cruce elevata. **732. 1389.**

Capitulum, sede vacante, nequit propria auctoritate novum aliquem ritum inducere. **819** *ad* 2.

Capitulum nequit admittere ad distributionem Canonicum interessentem in habitu Protonotarii. **1246.**

Capitulum Collegiatae interesse potest processionibus generalibus etsi non sit invitatum. **1266** *ad* 1.

Capitulum et Canonici, quando in Processionibus deferuntur Reliquiae ad Ecclesiam Regularium, terminata functione ac data benedictione per illas deferentem, tenentur et cogendi sunt exspectare ipsum deferentem, donec sibi mutaverit habitum. **1299** *ad* 2.

Capitulum quando convocatur, invocatio seu Oratio Spiritus Sancti spectat ad digniorem. **1299** *ad* 6.

Capitulo Collegiatae unito Capitulo Cathedralis cum communicatione privilegiorum non suffragatur huiusmodi communicatio, nisi quum ambo coniunctim procedant. **1369.**

Capituli convocatio spectat ad Praepositum **1384** *ad* 1, seu ad primam Dignitatem. **1619** *ad* 1.

Capitulo Cathedralis vocato ad funus et interveniente, tam Parochus quam Regulares, aliique omnes debent ad Cathedralem accedere, etsi defunctus sepeliendus sit in propria Parochia, vel in Ecclesia Regularium. **1413** *ad* 1-3.

Capituli Sigillum conservari debet in capsula, quae duabus clavibus obsignanda est; quarum altera sit penes electum a Capitulo, altera penes digniorem. **1619** *ad* 2.

Capitulum Cathedralis nequit in aliquo casu Officia divina recitare extra Chorum in alia parte ecclesiae sine licentia Episcopi. **1760** *ad* 5.

Capitulum loci non est necessario invitandum ad omnes functiones Communitatum, dummodo non invitentur extranei. **1996** *ad* 2. **2051** *ad* 2.

Capitulo et Clero Cathedralis Gravinen. non licet asportare ad eorum Ecclesiam cadavera Clericorum in civitate decedentium, licet alibi elegerint sepulturam, atque in eadem Cathedrali funus peragere, et postea consignare cadavera Ecclesiae tumulanti cum retentione partis cerae ad funus adhibitae. **2038.**

Capitulum Cathedralis in associatione cadaverum tumulandorum in Ecclesia Regularium potest ingredi eam cum propria Cruce erecta, non autem facere funus supra cadaver. **2206** *ad* 6; (quo Decreto emendatur aliud **1522** *ad* 3). Vide **3854** *Decret. gener.*

Capitulum Collegiatae S. Mariae Terrae Luci Dioecesis Imolen. potest introire, in tribus Processionibus singulis annis celebrandis, Ecclesiam S. Mariae *del Molino* Patrum Dominicanorum, sed non cum Celebrante et assistentibus paratis. **2315** *ad* 1; et Missa solemnis post Processionem celebranda est ibidem a Canonicis, non vero a Religiosis. *Ibidem ad* 2; cui Capitulum assistere potest in loco ab Episcopo designato *Ibidem ad* 3; postquam vero Processio ob impedimentum iniuste praestitum absolvi non potuerit, non iterum peragenda est. *Ibidem ad* 4.

Capitulum et Clerus Ecclesiae Cathedralis, accedentes cum Canonico Curato eiusdem Ecclesiae ad associanda cadavera in Ecclesiis Regularium, possunt ingredi dictas

Ecclesias cum Cruce elevata et sine stola. **2342** *ad* 1; sed ibi Canonicus Curatus non potest Officium explere et Missam de Requie canere, sed solum funeri assistere. *Ibidem ad* 2; ad Parochum autem spectat sola quarta funeralis omnium cerarum, quae deferuntur in associatione cadaveris, et circa illum exponuntur. *Ibidem ad* 3.

Capitulo Cathedralis Amerinae interveniente ad funus, servandum est solitum, ut functio funebris peragatur ab aliquo ex eiusdem Canonicis, non a Parocho defuncti; qui aliique Parochi interessentes deferre nequeunt Stolam. **2469** *ad* 2 *et* 3.

Capitulo Cathedralis Bovensis servitium chorale imminuitur, attenta Ecclesiae humiditate et Praebendarum tenuitate. **2770.**

Capitulo Cathedralis S. Marci et Bisinianen. abusus in divinis Officiis tollendi declarantur. **2782.**

Capitulo Cathedralis Derthonensis servitium Chori immutatur. **2834.**

Capitulo Cathedralis S. Petri et Capitulo S. Mariae de Platea in Civitate Fundana contendentibus super iure deferendi Insignia et praestandi obsequia, praescribitur Decretum editum anno 1821 servandum. **3010.**

Capitulo S. Mariae Civitatis Augustae in Dioecesi Syracusana nulla competit praecedentia supra Parochiam S. Sebastiani eiusdem Civitatis. **2861** *ad* 1.

Capitulo Collegiatae collegialiter incedenti in Processionibus praecedentia competit supra Parochum alterius Ecclesiae. **2861** *ad* **2**: etiam in funeribus ducendis; dummodo sit invitatum vel a Parocho vel ab haeredibus defuncti. *Ibidem ad* 3.

Capitulo Collegiatae parochialis Ecclesiae S. Spiritus Dioecesis Isclanae permittitur consuetudo vigens, ut in publicis supplicationibus incedat sub propria Cruce, quamvis Capitulum Cathedralis interveniat. **3053.**

Capitulum Cathedralis in associatione funerum praecedentiam habens potest etiam erigere Crucem (exclusa Cruce Parochi) eaque elevata ingredi in Ecclesiam parochialem defuncti; sed nequit in illa solemne Sacrum ac reliqua munia super cadaver persolvere, invito Parocho. **3062** *ad* 1.

Capitulum Cathedralis ex dispositione S. Sedis ad aliam Ecclesiam translatum debet celebrare Festum Titularis huius Ecclesiae sub ritu duplici I classis cum Octava, et eiusdem facere commemorationem inter Suffragia. **3107** *ad* 1 *et* 2.

Capitulum Cathedralis, cuius sedes translata fuit ad aliud oppidum, tenetur ad Officia specialia novae Ecclesiae tamquam propriae, utpote ad Officia Dedicationis et Titularis unius Ecclesiae. **3696.**

Capitulum Cathedralis, quod ex dispensatione S. Sedis solis Dominicis Festisque ad servitium Chori tenetur, adesse debet Choro in die anniversaria pro Episcopo proxime defuncto ad tramitem Caeremonialis Episcoporum. **3719** *ad* 1.

Capitulum Cathedralis invigilare debet, ut res sacrae rite expleantur, quamvis custodia et cura SSmi Sacramenti pertineat ad Parochum iuxta consuetudinem Ecclesiarum. **3505** *ad* 2.

Capitulum et Canonici Cathedralis Lucanae, quibus facultas a Benedicto XIII concessa fuit celebrandi Missam et Vesperas in Pontificalibus sub conditione: « quoties processionaliter aut capitulariter ad aliquas Ecclesias Civitatis Lucanae in quibusdam Ecclesiarum ipsarum solemniis accedant », observare debent Decretum *Ex Romanorum Pontificum* diei 27 Aug. 1822 et Constitutionem Pii VII *Decet Romanos Pontifices* IV Nonas Iulias 1823 n. **4008.**

Vide **Canonici Cathedralis. Canonici Collegiatae** et **Collegiata.**

Capitulum in Officio.

In Capitulo Laudum Officii Confessoris non Pontificis legi debet: *in pecunia et thesauris.* **2839** *ad* 8.

Capitulum Vesperarum in festis Ss. VII Fundatorum Ordinis Servorum et S. Catharinae Fliscae Adurnae dicendum est etiam ad Tertiam. **3731** *ad* 3.

Cappa.

Cappam Canonici deferre nequeunt sine expressa et speciali licentia Sedis Apostolicae. **152** *ad* 3.

Cappa magna adhibenda est a Vigilia Festi Omnium Sanctorum usque ad Sabbatum Sanctum; reliquo anni tempore utendum est superpelliceo supra rochettum. **1586** *ad* 2. **1608** *ad* 2.

Cappam magnam Episcopus deferre debet, accedens ad Cathedralem in Solemnitatibus, ad effectum assistendi functionibus Ecclesiasticis. **2135** *ad* 5.

Cappis extensis usque ad talos Canonici incedere possunt in adoratione Crucis Feriae VI in Parasceve. **2389** *ad* 1; hoc autem eis non licet in Processionibus poenitentiae et associatione funerum. *Ibidem ad* 2.

Cappam et mozzettam deponere tenentur Canonici in administratione Sacramentorum tam intra quam extra Ecclesiam propriam, et assumere superpelliceum et stolam. **2578** *ad 1 Dub. addit.* (*Vide Suffragium in IV volumine pag.* **164**). - **2622.**

(*Vide Suffragium in IV volumine pag.* **228**). - **2680** (*Vide Suffragium in IV volumine pag.* **317**). - **2684.** *ad* 22; **3784** *ad* 2. *Decret. gener.* **3556;** si concionem habent in propria Ecclesia, cappa et mozzetta utantur, non tamen extra. **2578** *ad 2. Dub. addit.; Vide Suffragium in IV volumine pag.* **164;** item quoad assistentiam Sacerdoti primum Sacrum facienti (si Canonicus non assistat in sensu proprio). **2578** *ad* 2.

Cappa rubra cum pellibus armellinis, qua ex privilegio utuntur Primates Pisani, conceditur Primati regulari ex Ordine Eremitarum S. Augustini. **3260.**

Cappa et rochetto uti possunt Canonici Cathedralis Mutinensis in iis tantum functionibus, in quibus aliter non disponitur vel per Caeremoniale Episcoporum vel per Decreta S. R. C. **2847.** *Vid.* **3760.**

Cappae, mozzettae vel caputii usus in conficiendis et administrandis Sacramentis seu Sacramentalibus omnino est interdictus Canonicis et Parochis. **3784** *ad* 2; in concionibus vero et in publicis conventibus sacris permittitur iis, qui eiusmodi insignibus gaudent, sed solum in propriis ecclesiis, non vero in alienis, nisi capitulariter conveniant; nunquam autem in aliena Dioecesi. **3784** *ad* 3.

Cappa uti nequit unus Canonicus ex aliis, cuius usus iam antea concessus in desuetudinem abiit; quia privilegium Collegio, non singulis concessum est. **3614** *ad* 2.

Cappae magnae et rochetti usum habentes Canonici Almutiis uti nequeunt. **1543** *ad* 1.

Cappa magna et stola induti Canonici Cathedralis nequeunt distribuere Communionem vel patenam deferre seu porrigere, quoties Episcopus solemniter Eucharistiam fidelibus distribuit. **3779** *ad* 9.

Cappa magna utendi privilegium habentes Canonici et Dignitates decet, ut tempore aestivo detractis pelliculis, earum loco sericam rubram apponant. **3633.**

Cappae magnae usus venit nomine privilegiorum alicuius Ecclesiae ad gradum Basilicae minoris elevatae. **2744.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **357.**

Vide **Mozzetta. Rochettum.**

Cappella.

Cappella Palatii Episcopalis gaudet privilegio, quod in ea celebrari possit Missa etiam absente Episcopo, vel sede vacante, potissimum per Vicarium Generalem, et adstantes satisfaciant praecepto. **1196. 3021.** Vide **3906.**

Cappella, in qua asservatur SS. Sacramentum Feria V in Coena Domini nequit obtegi lugubribus pannis. **1223.**

Vide **Feria V in Coena Domini.**

Cappellae, quae dependent ab Abbate Collegiatae, possunt ab Episcopo visitari, sed iure delegato. **2201** *ad* 5.

Cappella subterranea pro sepeliendis quibusdam cadaveribus et pro Missa in Altari ibidem erecto celebranda non permittitur. **3283. 3294.**

In Cappella seu Ecclesia Seminarii publico cultui destinata cum porta principali in via publica et sub titulo S. Vincentii Mart. consecrata celebrari debet Festum huius Sancti sub ritu duplici I classis cum octava et *Credo* in Missa; et inter Suffragia debet de eo fieri commemoratio. **3279** *ad* 1; et Professores et Seminaristae in Sacris constituti tenentur ad Officium huius Sancti. *Ibidem ad* 2.

In Cappella rurali, quae exstructa est in domo privatae personae et in publicum usum inservit, nequit celebrari Missa ante parochialem, quamvis a Paroecia parum distet, absque licentia Ordinarii. **3801** *ad* 4; in eadem haberi potest campanile cum campana, quae pro Missa celebranda pulsetur, et duae ianuae apertae. *Ibidem ad* 5.

In Cappellis Episcoporum, Seminariorum, Collegiorum, piarum Communitatum, Hospitalium et Carcerum Missa respondere debet Calendario loci, dummodo agatur de Cappella principali (quae instar Oratorii publici ad effectum memorati Decreti habenda est). **3910.**

Cappellas plures sub eadem invocatione in eadem Ecclesia erigere non licet. **712.**

Vide **Oratoria.**

Cappellaniae institutae in Ecclesia Cordubensi a Sixto V pro cantoribus conferri possunt indifferenter cuicumque perito in arte musicae iuxta commodum et necessitatem Ecclesiae. **17.**

Cappellanus.

Cappellani quinam comprehendantur sub illis verbis: *totus Clerus Cathedralis Ecclesiae,* declaratur. **30.**

Cappellani Ecclesiae Cathedrali addicti tenentur praestare officia, quae iisdem ex consuetudine incumbunt. **104.**

Cappellani pluviali induti debent ministrare Canonico, capite detecto. **167.**

Cappellani sive Regulares sive Saeculares, qui cum Episcopo alternis vicibus Officium recitare solent, Episcopo se conformare debent. **181** *ad* 3.

Cappellanis praecedentia debetur ex an-

terioritate suscepti Ordinis; non a possessione Cappellaniae. **183.**

Cappellanus maior cum aliis suis Cappellanis minoribus Ecclesiae Collegiatae incedere debet secundum regulas Caeremonialis. **193.**

Cappellanus Curatus Cathedralis ratione stolae in ducendis funeribus habet praecedentiam supra Canonicos Collegiatae. **258.**

Cappellani Cathedralis intervenientes funeribus aliisque functionibus sine Capitulo cedere debent praecedentiam Canonicis Collegiatae; nisi forte adesset consuetudo immemorabilis in contrarium. **421.**

Cappellani deputati ad aliquam Cappellam Collegiatae nequeunt celebrare Missam de eius Titulari. **535** *ad* 1.

Cappellanis saecularibus unum corpus, ut Collegium, constituentibus praecedentia competit supra Monachos. **1082.**

Cappellano substituto Praepositi in casu speciali non competit delatio stolae in Processionibus praesente Praeposito; eo absente, non ad Archipresbyterum, sed ad Cappellanum dictum spectat munia explere et stolam deferre. **1089.**

Cappellano Confraternitatis in Oratorio sito intra limites Parochiae competit privative quoad Parochum Missarum et Vesperarum solemnia peragere, requisita tamen quoad expositionem SS. Sacramenti licentia Episcopi. **1090.**

Cappellani de massa debent possidere cantum firmum, ita ut eligi non debeant neque possint imperiti huiusmodi cantus; quare examinentur a deputandis per Ordinarium. **1180** *ad* 1. Cappellani de massa non possunt inchoare Horas Canonicas ante alicuius Canonici adventum, sed exspectare debent ad minus per quadrantem pulsum Campanae. *Ibidem ad* 4. Incepto Officio aliquis Cappellanus de massa nequit recedere a Choro absque licentia maioris Canonici praesentis vel dignioris: item exspectare debet Canonicorum recessum, et interim stare detecto capite. *Ibidem ad* 5. Cappellani de massa, quando procedunt in medium Chori ad canendum, deponere debent pileolum, sicut Canonici. *Ibidem ad* 7; et tenentur omnes accedere in medium, non vero tantum aliqui. *Ibidem ad* 8. In casu inobedientiae plecti debent arbitrio Ordinarii. *Ibidem ad* 10.

Cappellani et Sacrista Collegiatae in funeribus, quibus interest Capitulum, praecedunt Parocho defuncti; quia, cum sint de gremio, efficiunt cum eo unum corpus, quod dividi nequit. **1263** *ad* 1.

Cappellani Collegiatae interessentes funeri cum aut sine stola loco Archipresbyteri non praecedunt aliis Parochis, quia sunt substituti. **1263** *ad* 4.

Cappellanus Confraternitatis non potest solemnia celebrare in Cappella Confraternitatis diebus solemnioribus ab Episcopo declarandis. **1305** *ad* 2; nec potest reiterare absolutionem iam factam a Parocho in exsequiis Confratrum. *Ibidem ad* 3.

Cappellani, Sacrista, Clerici addicti servitio Collegiatae tam in Processionibus quam in funeribus incedere debent sub Cruce Capituli. **1359** *ad* 1 *et* 2. **3000.**

Cappellani Ecclesiae S. Annuntiationis in omnibus Processionibus possunt deferre propriam Crucem nec tenentur incedere sub Cruce Capituli Collegiatae. **1409** *ad* 5.

Cappellani de massa eiusdem Ecclesiae nequeunt recitare exsequias occasione mortis Pontificis, Archiepiscopi vel alterius Principis iam expletas a Capitulo, seu alias functiones publicas gerere contra voluntatem Capituli. **1430** *ad* 1; si supplere debent pro Canonicis, non ipsis debentur eaedem honorificentiae. *Ibidem ad* 2; quoties transeunt ante altare maius, genuflectere debent. *Ibidem ad* 3.

Cappellani Societatum seu Confraternitatum SS. Sacramenti et aliarum etc. tenentur cotta induti assistere Celebranti in processionibus solitis, eique thuribulum et incensum ministrare. **1443.**

Cappellano Confraternitatum non licet functiones parochiales peragere. **1696. 1989.**

Cappellani et Collegiales Ecclesiae Valentinae, qui ex fundatione tenentur qualibet Feria V recitare horas de SS. Sacramento cum cantu, in quo septem fere horas insumunt, non eximuntur ab onere Officii currentis. **1961.**

Cappellani, qui in aliqua Ecclesia Sacrum facere solent, recitare nequeunt Officium de eiusdem Dedicatione. **1983.**

Cappellani de Choro parati pluvialibus thurificari debent duplici ductu. **2049** *ad* 20; et praecedunt omnibus non indutis vestibus sacris. *Ibidem ad* 21.

Cappellani et Rectores Ecclesiae Iurispatronatus laicalis sitae intra fines alicuius Parochiae possunt Anniversaria et funebria circa cadavera in eadem Ecclesia tumulanda facere, sine ulla dependentia a Parocho, vel eius interventu, excepto casu, quod Defunctus sit eius Parochiae. **2154** *ad* 1; si Parochus intersit, sedere debet digniore loco, Officium dirigere, stolam deferre, primam canere Antiphonam, Orationes etc.: nec tamen ei et Vicario Foraneo duplex debetur eleemosyna. *Ibidem ad* 2; possunt illi independenter a Parocho Missas votivas solem-

nes celebrare, benedicere palmas, candelas et cineres. *Ibidem ad* 3; et etiam celebrare Festivitates solemniores eorum Ecclesiae. *Ibidem ad* 4; nec potest Parochus in Festo Titularis ad libitum Missam solemnem aut privatam ibi celebrare absque licentia Rectorum et Cappellanorum. *Ibidem ad* 5.

Cappellani Cappellaniarum erectarum in Cathedrali gravandi non sunt onere inserviendi pro Diacono et Subdiacono, si huiusmodi onus non est eis impositum a Fundatore. **2204.**

Cappellani Societatis *a Morte* nuncupatae, erectae Perusiae intra limites Parochiae S. Severi, aliique Sacerdotes ab Episcopo approbati et per Confratres invitati possunt audire Confessiones sacramentales in Ecclesia seu Oratorio Societatis sine consensu Parochi, et possunt Parochum impedire, ne audiat Confessiones in dicta Ecclesia. **2251** *ad* 1 *et* 2; possunt Missas solemniter canere, benedicere et distribuere Candelas, Palmas, Cineres sine licentia Parochi, excepta benedictione ovorum et frugum. *Ibidem ad* 3; possunt sine interventu Parochi Officium funebre peragere super cadaveribus ibi tumulandis, dummodo tamen defunctus sit de aliena Parochia. *Ibidem ad* 4; Parochus tamen, si defunctus sit de Parochia S. Severi, non tenetur deponere stolam. *Ibidem ad* 5; Cappellani, praesente Parocho, nequeunt deferre stolam extra propriam Ecclesiam. *Ibidem ad* 6; interveniente Parocho nequeunt Confratres erigere Crucem. *Ibidem ad* 7; potest retineri in eorum Ecclesia diu noctuque SS. Sacramentum, illud exponi in forma XL Horarum, sive alio modo, sine interventu et licentia Parochi. *Ibidem ad* 8 *et* 9; possunt Confratres Processiones ducere per publicas vias, ibique altaria erigere, ad quae sistat Sacerdos et Sacramentum deponat ac benedictionem impertiat, renuentibus Parochis, de licentia, arbitrio et prudentia Episcopi. *Ibidem ad* 10, 11 *et* 12; nequeunt peragere functiones Hebdomadae maioris. *Ibidem ad* 13; Missas nequeunt celebrare ad libitum, sed arbitrio et prudentia Episcopi quoad horas. *Ibidem ad* 14; Confratres possunt exigere eleemosynas, mediante publica quaestuatione, de quibus rationem reddere tenentur Parocho tamquam ab Episcopo deputato. *Ibidem ad* 15 *et* 16.

Cappellani Metropolitanae Ecclesiae Ianuen. tenentur excipere et comitari Episcopum etc.; et tam in accessu quam in recessu Episcopo genuflectere debent in aula. **2296** *ad* 1, 2 *et* 3; tenentur ministrare librum et palmatoriam Episcopo celebranti; non autem paramenta, nisi deficientibus Acolythis. *Ibidem ad* 4.

Cappellani Ecclesiae Cathedralis, cum in publicis supplicationibus sive defunctorum associatione procedunt, nequeunt absque interessentia Capituli, almutias super brachiis deferre; et hoc Episcopus eisdem prohibeat. Insuper, si interveniant funeribus sine Capitulo, cedere debent praecedentiam presbyteris de Clero Ecclesiae tumulantis. **2478.**

Cappellanus S. Mariae de Populo Terrae Gattei Dioecesis Caesenaten. non debet invitari et inservire tertio loco in sacris publicis functionibus; ideoque danda non est ei manutentio. **2545.**

Cappellano Societatis de Consortio erectae in Ecclesia Collegiata Terrae Massae Fiscaiae Cervien. Dioecesis licet deferre Stolam in omnibus functionibus solitis, et ad ipsam Societatem specialiter spectantibus, etiam in transitu per Ecclesiam. Quo vero ad associationem cadaverum, tenetur incedere cum Societate, adhibita Stola extra Ecclesiam tantum. **2549.**

Cappellani Monialium, qui in earum Ecclesiis quotidie Missam celebrant iuxta earum ritum, nequeunt se conformare iisdem quoad Officium. **2550** *ad* 3.

Cappellani addicti Parochiae et degentes in aliqua Ecclesia Parochiae subiecta, ut in ea Sacramenta administrent, nequeunt recitare Officium Titularis suae respectivae Ecclesiae. **2915** *ad* 4.

Cappellani singuli in Choro Ecclesiae Cathedralis thurificandi sunt ante Clericos. **3003** *ad* 3.

Cappellani Confraternitatum incedere possunt in Processionibus, et in cadaverum associatione, dum processionaliter easdem sequuntur et claudunt, cum stola. **2635** (*Vide Suffragium in IV volumine* p. **254**). - **2652. 2755. 2763. 3051** *ad* 4; (quibus Decretis emendatur **2391**).

Cappellani Sodalitatum stolam deferre nequeunt in Processionibus sub propria Cruce incedentes. **3191** *ad* 2.

Cappellanis Ecclesiae Cathedralis Liburnensis competit usus mozzettae dumtaxat intra Cathedralem in functionibus; et extra Cathedralem in iis tantum functionibus, quibus interesse debent cum universo Cathedralis Capitulo. **3123.**

Cappellanus, qui immediate assistit Episcopo in celebratione Missae privatae, stolam adhibere nequit. **2741** *ad* 1. **3367.**

Cappellani non tenentur ad celebrandum Officium Tituli Cappellae sub ritu duplici I classis. **3431** *Pars* I. *Dub.* VI.

Cappellani Confraternitatum et Collegiatarum nequeunt aspergere cadavera aqua benedicta in domibus ipsorum Defunctorum, priusquam ad eorum Ecclesias corpora De-

functorum efferantur tumulanda. **1643** *ad* 11.

Vide **Clericus. Confessarius. Confraternitas. Moniales.**

Capsula.

Capsulae claves, in qua asservatur sigillum Capituli, a quibus sint retinendae, indicitur **1619** *ad* 2.

In Capsula, quae non ex omni parte clausa est, sed ostiolum crystallo munitum habet, ita ut Calix velo coopertus videri possit, Hostia consecrata feria V in Coena Domini pro Missa Praesanctificatorum exponi nequit; et haec consuetudo eliminanda est. **3660** *ad* 1.

Capsula duplici crystallo munita continens Hostiam consecrandam est aperienda ante oblationem et consecrationem. **3524** *Dub.* 6. Vide **3234** *Dub.* IV.

In Capsula aut in sphaera velo humerali cooperta, non in Ostensorio, deferendum est SSmum Sacramentum, quando occasione Benedictionis portatur ab uno ad alterum Altare. **3576** *ad* 12.

Capuccini.

Capuccini erigere possunt propriam Crucem, sub qua incedant in publicis Processionibus, dummodo tamen teneant locum iuxta praescriptum Bullae Gregorii XIII. **342. 363. 572;** cedere debent digniorem locum iis Regularibus, qui sub propria Cruce et proprio loco in Processionibus incedebant, antequam ipsi Crucem propriam deferrent. **373. 660.**

Capuccini parere debent Episcopo circa aliqua liturgica praescripta; et ad observantiam eorum sub censuris aliisque poenis cogi et compelli possunt et debent. **1296.**

In Capuccinorum Ordine Rubrica a S. R. C. approbata etiam servanda est, qua praescribitur recitatio Symboli in Festis Translationis S. Francisci et S. Bonaventurae pro Conventualibus. **2484.**

Capuccini Assisii commorantes, quando soli sub propria Cruce in Processionibus incedunt, absque interventu Patrum Conventualium, locum cedere debent Fratribus tertii Ordinis S. Francisci eiusdem Civitatis. **3036** *ad* 3.

Capuccini in Civitate Venafrana, utpote antiquiores in loco, habent praecedentiam in Processionibus aliisque sacris functionibus supra Fratres Minores de Observantia. **3076.**

Capuccini observare debent Decreta S. R. C., etiamsi Constitutionibus Ordinis in aliquo adversantur. **3697** *ad* 1; et hoc data opportunitate notari debet in textu auctorum, qui contrariam sententiam docent. *Ibidem ad* 2. Capuccini incensationes Altaris perficere nequeunt in Missis Conventualibus sine Ministris paratis et sine cantu celebrandis; ex gratia tamen permittitur incensatio in Missis aliqua maiori solemnitate celebrari solitis. *Ibidem ad* 3; quoad paramenta sacrorum Ministrorum in Missa solemni servari debent Missalis Rubricae. *Ibidem ad* 4; retineri potest usus Missam cantandi modo quasi psalmodico seu semi-tonato. *Ibidem ad* 5; usus, quod in Missa Conventuali minister cotta non sit indutus, tolerari nequit. *Ibidem ad* 6; Missae Conventuales sine cantu considerari possunt uti solemnes quoad Collectas et Preces in fine Missae dicendas. *Ibidem ad* 7; Diebus Dominicis Sacerdos Missam Conventualem celebraturus potest ad Altare accedere absque casula, si desit pluviale, ad aspersionem aquae benedictae: idemque completa aspersione vertat se ad cornu Epistolae, ibique sumat manipulum et casulam pro Missa celebranda. *Ibidem ad* 8; Capuccini adhibere possunt ad impertiendam benedictionem cum SSmo Sacramento superpelliceum; et induere debent etiam amictum, uti in quacumque alia functione, in qua pluviale adhibeatur, ne superior extremitas caputii summitatem pluvialis excedat. *Ibidem ad* 9; Capuccini retinere possunt tabernaculum ligneum, affabre elaboratum. *Ibidem ad* 13; Apud Capuccinos tolerari possunt thecae sacrarum Reliquiarum ad modum ostensorioli ex simplici et nudo ligno confectae. *Ibidem ad* 14; Capuccini tenentur ad observantiam Decretorum circa materiam paramentorum: facta vero venia utendi paramentis ex gossypio, lino aut lana, bona fide confectis, donec consumantur. *Ibidem ad* 16; Capuccini, si Ecclesiae sufficiens Clerus suppetat, peragant functiones iuxta Missale Romanum; si tres aut quatuor Clericos tantum habeant, utantur Memoriali Rituum Benedicti XIII. *Ibidem ad* 17.

In Capuccinorum particularibus Calendariis prohibitum est diei 1 Decembris, quae libera est in Calendario universi Ordinis, fixe apponere Officium sua die ob occurrentiam perpetuo impeditum. **3919** *ad* 7 *et* 8.

Capuccinorum universo Ordini omnia concessa particularia Officia mobilia, Dominicis aut Festis affixa, quando accidentaliter impediuntur sua die, absque speciali indulto transferri possunt; et idem dicendum est, si agatur non de Breviario, sed de Calendario a S. Sede approbato. **3925** *Dub.* III *qu.* 1.

Capuccini extra Chorum in recitatione privata tenentur die 5 Octobris, qua die Commemoratio omnium Fratrum Defuncto-

rum Ordinis ritu duplici celebratur, ad recitationem Officii Defunctorum; et quidem sub eadem obligatione gravi, qua idem Officium die II Novembris praecipitur in universa Ecclesia. **3925** *Dub.* III *qu.* 2.

Capuccinis S. R. C. concessit, ut Officia, quae privilegio translationis fruuntur et accidentaliter sunt impedita, nec tamen in dies liberos intra annum reponi possunt, deficientibus diebus, transferri possint in dies Festorum semiduplicium, ipsis semiduplicibus ad ritum simplicium redactis, dummodo nulla dies libera omittatur; retenta tamen lege, quod praestantiora Officia, ut aliis praeferantur, in proximioribus diebus reponantur, quamvis in his semiduplicia occurrant; haud obstantibus sedibus liberis postea subsequentibus, in quas alia minus solemnia Officia transferantur. **3925** *Dub.* IV *qu.* 1 *et* 2; sed curandum est, ut quolibet mense una saltem dies libera supersit Festi semiduplicis pro Missis votivis vel de Requie pro Defunctis. *Ibidem qu.* 3. Festum duplicis minoris, quod transferri potest et accidentaliter impeditur sua die, transferri valet in dies II Novembris et V Octobris, in quibus fit solemnis Commemoratio Defunctorum. *Ibidem qu.* 4. Non tamen licet nonnulla festa ritus semiduplicis eum in finem omittere, ut in omnibus Conventibus, quantum fieri potest, eadem die recolantur Officia translata. *Ibidem qu.* 5.

Capuccini quoad festum S. Marci Evang. eiusque translationem servare debent Calendarium Ordinis et Breviarium approbatum. Si autem Decreta particularia comprehendant ex consuetudine Regulares, ab his serventur: secus stetur Rubricis. **3925** *Dub.* VI *qu.* 2.

In Capuccinorum Ecclesiis sepeliri possunt cadavera alicuius pauperis derelicti vel conspicuae personae, sed in loco separato ab illo, in quo tumulantur Religiosi. **1866** *ad* 1.

Vide **Moniales Capuccinae.**

Caput.

Caput repertum in effodiendis lapidibus cuiusdam Ecclesiae cum inscriptione graeco idiomate apposita, quod alicuius Sanctae putabatur, cum nihil certi colligi possit ex scripturis, reponendum esse in coemeterio absque ulla veneratione S. R. C. respondet. **447.**

Caput velare tenentur mulieres sacris functionibus adstantes vel etiam private orantes per fenestram (vulgo *Coretto*), quae intus Ecclesiam, interiectis transennis, inspicit. **3402** *ad* 4.

Caput tegere debent cum amictu Augustiniani celebraturi. **693.**

Capite detecto Celebrans candelas, cineres et palmas distribuere debet. **501.**

Capitis profunda inclinatione Episcopum praesentem Celebrans salutat in eundo ad altare, in quo expositum est SSmum Sacramentum, deinde genuflectit SSmo et procedit in Missa; in redeundo prius genuflectit, deinde salutat Episcopum. **2049** *ad* 1.

Caput inclinare debet Celebrans ad verba *Iesu Christi,* dum se signat cum Hostia et Calice ante sumptionem. **2850** *ad* 1.

Capitis inclinationem facere debet Celebrans coram SSmo Sacramento versus Idem, quotiescumque in lectione Evangelii pronuntiat nomen *Iesu.* **3875** ad 4.

Caput tantum aperiendo respondere debet Chorus, quando Ministri Altaris et Caeremoniarius Chorum salutant in Missa et Officio, iuxta praxim. **3059** *ad* 6.

Capite discooperto Cruci Altaris fit reverentia in fine Missae infra gradus. **1333** *ad* 7.

Ad Caput feretri vel tumuli tempore Missae vel Officii emortualis nequit collocari Crux. **3535** *ad* 6.

Capitis inclinationem a Sacerdotibus celebrantibus Dominus loci exigere nequit in loco suae iurisdictionis. **982.**

Caput non est discooperiendum et inclinandum in Choro in festo Pentecostes ad verba *Spiritus Sancti.* **3867** *ad* 2.

Capite detecto Celebrantes Canonici et Dignitates parati Episcopum salutare debent, dum ante eumdem transeunt. **1402** *ad* 1.

Capite cooperto Celebrans et Ministri sedere debent, dum Episcopus distribuit palmas, cineres et candelas. **2184** *ad* 1.

Capite cooperto incedere debent Canonici assistentes Episcopo parati et illum ad Altare comitantes in Pontificalibus ratione paramentorum. **2184** *ad* 3.

Capite detecto, non cum bireto, Archidiaconus assistens Episcopo in Ordinatione generali debet ministrare. **1416.**

Caput tantum et humeros inclinare debent Canonici honorarii ante Episcopum, non autem genuflectere. **3377** *ad* 2.

Capite detecto assurgere tenentur tam Canonici Collegiatae quam Beneficiati, dum a Canonico praeintonatur Antiphona. **2258** *ad* 3. Vide **3781** *ad* 2.

Caput tantum inclinare, non genuflectere debent Canonici et Dignitates Cathedralis ad benedictionem Episcopi. **310. 832. 2049** *ad* 7. 8 *et* 9. **3459.**

Caput inclinare debet Sacerdos ad nomen Papae in Canone Missae. **2915** *ad* 5.

Caput non debet inclinare Celebrans, recitans in Collecta Missae nomen Episcopi

praesentis, versus eumdem, sed versus librum. **2049** *ad* 3.

Caput tegere nequeunt bireto Episcopi sive Dioecesani sive Titulares, dum lavant manus infra Missam privatam. **4035** *ad* 3.

Caput detegi debet in circulis, quos faciunt Canonici Cathedralis; nec Canonicis tunc licet retinere pileolum, non obstante quacumque consuetudine. **2455.**

Caput aperiens aut inclinationem tantum faciens capite cooperto iuxta consuetudinem Celebrans in Missa solemni, quando sedet, salutationem reddere potest sacris Ministris. **3434** *ad* 5.

Capite semper detecto sese inclinare debent Celebrans et Ministri in Missa solemni ad versiculos infra *Gloria* et *Credo,* qui inclinationem requirunt, sive cum illi a Choro cantantur, sive cum recitantur et ab Organo supplentur. **1563** *ad* 1. **2684** *ad* 13. **3457** *ad* 3; itemque detecto capite procedere debent ad praeparatam sedem et regredi ad Altare. **1563** *ad* 1.

Caput non detegunt sedentes in Choro, quando in fine Lectionum verba *Tu autem Domine miserere nobis* dicuntur, nisi adsit consuetudo. **3434** *ad* 7.

Capite cooperto Episcopus assistens Missae debet legere Evangelium. **1476** *ad* 7; et dum ipse legit Epistolam, Graduale, Evangelium etc., Canonicus assistens caput detegere debet. *Ibidem ad* 8.

Capite cooperto licet Episcopo, Canonicis et toti Clero procedere in Processionibus extra Ecclesiam, etiamsi deferantur Reliquiae Sanctorum; illis vero, qui sacras Reliquias deferunt, non licet usus bireti. **1352.**

Capite cooperto procedere in Processione cum SSm̃o Sacramento nec Clero nec saecularibus licet. **1352. 1841** *ad* 1. **3276** *ad* 2; neque Sodalibus Confraternitatum. **3961**; quod etiam valet in Processionibus cum ligno S. Crucis. **1841** *ad* 1.

Capitis inclinationem facere debet Sacerdos pronuncians in Canone nomen alicuius Sancti, de quo factum est Officium vel saltem Commemoratio. **2572** *ad* 20.

Capitis inclinatio in Missa facienda est in Festis Sanctorum tantum, quoties nomen eorum, de quibus celebratur Missa vel fit Commemoratio, exprimitur, minime vero in initiis Epistolae et Evangelii; et ad nomina B. M. V., aliorum Sanctorum et Summi Pontificis inclinatio dirigenda est versus librum seu nomen in libro expressum, nisi in loco principali Altaris habeatur statua vel imago ipsius B. M. V. aut Sancti, ad quam, quia expressius repraesentat, caput inclinatur. **3767** *ad* 25.

Capitis inclinatio Cruci facienda in fine Missae, antequam Celebrans descendat ad preces recitandas, non praescribitur nec prohibetur; et in recitatione precum genuflectendum est pro lubito sive in suppedaneo sive in infimo gradu Altaris. **3637** *ad* 8.

Caput numquam cooperiendi intra divina Officia consuetudo tolerari potest ab iis, qui sacris paramentis non sunt induti. **3104** *Dub.* XI.

Vide **Inclinatio.**

Caputium.

Cum Caputio non debent tegere caput Augustiniani, prout alii Regulares, si accedant ad celebrandam Missam, sed cum amictu. **693.**

Ad Caputium deferendum in Processionibus Regulares cogi possunt etiam sub censuris, nec pileolo uti possunt. **1298. 1601.**

Cum Caputio cappis subsutis serico rubri coloris uti licet Canonicis Collegiatae S. Michaelis de Plano Surrenti. **2312** *ad* 2.

Ne Caputii superior extremitas summitatem pluvialis excedat, Capuccini in quacumque functione, in qua pluviale adhibeatur, induere debent etiam amictum supra superpelliceum. **3697** *ad* 9.

Cardinalis.

Cardinalis Inquisitor generalis ad actus solemnes procedens solum praeire debet. **8.** In iisdem actibus eiusdem locus et sedes sit dignior, ornatior et eminentior quam Inquisitorum et Episcoporum. *Ibidem.*

Cardinalis Legatus aliquam ingrediens Ecclesiam debet recipere Aspersorium a Digniore eiusdem Ecclesiae. **582.**

Cardinalis ex Ordine Diaconorum, nondum in Sacris constitutus, potest delegari ad aperitionem Portae Sanctae. **927.**

Cardinales Diaconi in suis Diaconiis solemni Missae assistentes possunt populo benedicere, dummodo Celebrans non sit Episcopus. **1373.**

In Cardinalitii Tituli ecclesiis ius consecrandi Altaria spectat respectivis Em̃is Cardinalibus Titularibus, non vero Em̃o Cardinali Vicario. **3478.**

Cardinalis S. R. E. Missam in Pontificalibus celebrans extra Urbem et extra locum suae iurisdictionis habere potest praeter tres sacros Ministros Altaris Diaconos sacris paramentis indutos sibi in Cathedra seu Throno assistentes. **3680** *ad* 1; Clerus quoque, sacra paramenta iuxta Ordinum gradus deferens, illi assistere potest et debet. *Ibidem ad* 2; et Cardinali celebranti aut in Cathedra seu Throno assistenti et habitum cardinalitium induto, debetur ab omnibus genuflexio, sicuti Ordinario in propria Dioe-

cesi; secus autem non, si scilicet non in Cathedra assideat. *Ibidem ad* 3 *et* 4.

Pro Cardinali Presbytero, sed Episcopo, in Oratione Missae de Requie dicendum est: *Deus qui inter... famulum N. Presbyterum Cardinalem pontificali fecisti dignitate vigere.* **3642** *ad* 4.

Cardinales Episcopi Suburbicarii, vel Titulares Ecclesiarum Urbis Purpuratis tantum Patribus Thronum cedere possunt; item Praesules Cardinales aliarum Dioecesium decet, ut suum Thronum nonnisi aliis eadem Cardinalitia dignitate ornatis cedant. **4023.**

Cardinali Titulari aliisque Cardinalibus accedentibus ad Ecclesiam S. Pantaleonis de Urbe aspersorium tradendum est a digniore ex Patribus Matris Dei Scholarum Piarum, qui debent eos excipere; nec id facere debent Canonici Collegiatae S. Eustachii, ibi interessentibus Vesperis et Missae solemni. **2232.**

A Cardinali, etiam loci Ordinario, non convenit ut concionaturus Episcopus ante concionem petat benedictionem. **230.**

Cardinalibus praesentibus Episcopi in Italia mozzettam deponere solent; immo tenentur, praesenti Cardinali Legato. **388.**

A Cardinali deputato pro Regularibus Lectiones propriae Sanctorum non examinentur, nisi S. R. C. eidem revisionem committat; atque ita revisae referri debent ab eadem S. C. approbandae. **1631** *ad* 4.

Cardinalium Caudatariis conceditur, ut subtanis utantur violacei coloris. **262.**

In Cardinalium decessu Caudatariis seu Cappellanis non debentur quaedam suppellectilia de Cappellis Cardinalium. **539.**

Carmelo (de) Monte B. M. V. vide (De) **Monte Carmelo B. M. V.**

Carmelitae.

Carmelitae non possunt ter benedicere populo nec cum SS. Sacramento, nec in fine Missae et in aliis functionibus. **1944.**

Carmelitae in Polonia tenentur ad Officium S. Stanislai Patroni totius Regni sub ritu duplici I classis, quin eis liceat servare ritum inferiorem. **2444** *ad* 1; et quidem ad Officium proprium, prout recitatur ab aliis. *Ibidem ad* 2; tenentur se conformare cum aliis quoad Officium S. Ioachim, quod in Regno Poloniae concessum est recitari Dominica non infra, sed post Octavam Assumptionis B. M. V. recurrente. *Ibidem ad* 3.

Carmelitis Calceatis denegatur facultas recitandi quater in anno Officium SS. Nominis B. M. V., necnon legendi Praefationem propriam S. Eliae Prophetae. **2816** *ad* 1 *et* 2.

Carmelitae Excalceati in Civitate vulgo *Burmula* in insula Melitensi peragere possunt Processionem SS. Sacramenti Dominica infra Octavam Corporis Christi extra claustra et per Paroeciae vias; in eaque aliam religiosam familiam invitare et alteri huius familiae Vesperarum celebrationem et SS. Sacramenti delationem committere possunt absque Episcopi et Parochi venia. **3195.**

Carmelitarum Tertii Ordinis Sodales, collegialiter incedentes proprio habitu et sub Cruce, habent praecedentiam supra Sodalitates, etiam SSmi Sacramenti, in Processionibus. **4012.**

S. Carolus Borromaeus.

S. Caroli Borromaei Ep. Conf., olim Patroni praecipui Oppidi *Voltri* in Archidioecesi Ianuensi, festum non est servandum de praecepto in dicto Oppido. **3143.**

S. Caroli Borromaei festum fixe transferendum est iuxta Rubricas in locis, ubi Ss. Mart. Vitalis et Agricola sunt Patroni principales. **1242.**

Cassinenses Monachi vide **Monachi.**

Castrum doloris vide **Tumulus. Absolutio super Tumulum.**

Casula vide **Planeta.**

Catalogus.

Catalogus pro omnibus Chori functionibus disponendus est a Caeremoniarum Magistro et approbandus a prima Dignitate seu Praefecto Chori. **3108** *ad* 13.

Catalogus Festorum primariorum et secundariorum proponitur. **3810.**

Catechismo Canonici de iure interesse non tenentur, Episcopo in ambone ad erudiendum populum concionante. **2577** *ad* 1. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **159.**

S. Catharina Flisca Adurna.

S. Catharinae Fliscae Adurnae Conversionis Officium reiicitur. **2667.**

S. Catharinae Fliscae Adurnae Commemorationis Officium Capuccinis non conceditur. **3099** *Postul. ad* 2.

Ad S. Catharinae Fliscae Adurnae Officium Regulares in Italia eiusque Insulis adiacentibus non tenentur. **3727.**

In S. Catharinae Fliscae Adurnae festo Capitulum Vesperarum legendum est etiam ad Tertiam. **3731** *ad* 3.

Vide **Conversio.**

Cathedra, vide **Sedes. Thronus.**

Cathedra S. Petri. vide **S. Petri Cathedra.**

Cathedralis.

Cathedralis Ecclesiae Cappellani, si eidem adscripti sint, aut aliquo modo ei uti de gremio inserviant, praeter celebrationem Missae in suis Cappellis, comprehenduntur sub verbis: *Et totus Clerus Cathedralis Ecclesiae.* **30.**

Cathedrali adscripti Clerici, qui non tenentur ad Chorum, nec non Clerici tam saeculares quam regulares Dioecesis non obligantur ad Officia votiva, quae recitantur in Choro. **110** *ad* 1 *et* 2; qui sunt de gremio eiusdem Cathedralis addicti servitio, sed extra Civitatem et Dioecesim degunt, decet ut in iis recitandis perseverent. *Ibidem ad* 3; possunt etiam qui non tenentur se conformare Ecclesiae Cathedrali, si ab ea fructus percipiant. *Ibidem ad* 4; qui ad Chorum tenentur, debent privatim recitare Officium, prout fit in Choro. *Ibidem ad* 5.

Cathedralis Clerus praecedentiam habet in Processionibus super omnes Presbyteros aliarum omnium Ecclesiarum Collegiatarum et Parochialium eiusdem Civitatis. **259.**

Cathedralis et omnium simul Dioeceseos Ecclesiarum Dedicationis Commemoratio fieri nequit a Sacerdotibus, qui eadem die celebrant Anniversarium propriae Ecclesiae. **3583** *ad* 1.

Cathedrali in simplicem Parochiam erecta, et translata Cathedralitate in aliam Ecclesiam, non amplius Dedicationis Anniversarium antiquae Cathedralis, sed solum Dedicationis Anniversarium novae Cathedralis in Dioecesi celebrari debet. **3338** *ad* 1 *et* 2.

Cathedralis Dedicationis Anniversarium celebretur ab universo Clero saeculari sub ritu duplici I classis, in Civitate Episcopali cum Octava, extra vero sine Octava; ab iis vero tantum ex Clero regulari, qui in Civitate Episcopali degunt, sub ritu duplici II classis sine Octava. **3863.** *ad* 4. *Decretum gener.*

In Cathedrali consuetudo cantandi unicam Missam, aliamque legendi iis diebus, quibus a Rubrica duae praecipiuntur Missae, non est toleranda; reservato tamen iure probandi antiquam consuetudinem. **2424** *ad* 1; reprobatur consuetudo non adhibendi incensum in Missa conventuali. *Ibidem ad* 3.

In Cathedrali Conimbricensi peculiares quaedam consuetudines retineri possunt. **2424** *ad* 9. 10. 11. 12. 13 *et* 14.

In Cathedralibus plures Missae conventuales horis statutis iuxta Rubricam cantari debent. **2960** *ad* 4.

Cathedralis Ecclesiae duorum Titularium aeque principalium festa celebrari debent in tota Dioecesi sub ritu duplici I classis cum Octava a Clero saeculari, et sine Octava a Clero Regulari. **3289** *ad* 1.

Cathedralis Ecclesiae Titulo immutato, fieri debet Officium ab utroque Clero de novo Titulo; de antiquo vero satis est, ut fiat sub ritu duplici minori, etsi in Cathedrali fiat sub ritu duplici I classis. **2494** *ad* 2.

Cathedrales saltem et Parochiales Ecclesiae ab Episcopis solemniter consecrentur. **3364** *ad* 1.

Sub Cathedralis Ecclesiae sacrario, in quo exstat Altare portatile, permitti potest, ut habeantur cubicula pro habitatione aeditui laici suaeque familiae. **3978** *ad* 2.

Cathedrali Ecclesiae adscripti quovis modo, sive sint Canonici sive Presbyteri aut Clerici, debent incedere sub Cruce eiusdem Cathedralis; neque ex hoc infertur praeiudicium Canonicis Ecclesiae Collegiatae, qui distinctum corpus efficiunt. **278.** *Vide* **3000.**

In Cathedralis Ecclesiae festo Titularis Symbolum dici debet tantummodo in Ecclesia propria, non vero in aliis Civitatis. **2189.**

Cathedralis Ecclesiae ab Haereticis pollutae festum Titularis, nec non illud Dedicationis, celebrari potest per Dioecesim. **2218** *ad* 1.

Cathedralis Titularis aut Patroni Officium celebrari debet in tota Dioecesi cum Octava. **2365** *ad* 3. **2388** *ad* 1. **3439**; sed Regulares non tenentur ad Octavam. **2829.**

De Cathedralis Titulari, in genere, Commemoratio inter Suffragia solummodo habenda est per illos, qui sunt de gremio illius Ecclesiae. **2388** *ad* 8.

Cathedralis Dedicationis Officium recitari non debet in altera Civitate unita. **2129.**

Cathedralis Dedicationis festum Episcopus nequit transferre ad aliam diem; et translatio pro eius arbitrio facta non sustinetur. **2180** *ad* 1.

Cathedralis Dedicationis festum concurrens cum Titulari Ecclesiae Monialium habet solum Commemorationem in II Vesperis Titularis. **2272.**

Cathedralis benedictae et non consecratae Titularis Commemoratio fieri debet inter Suffragia, sed tantum a Clero servitio Cathedralis addicto. **3255** *Dub.* II *qu.* 1.

Cathedralis novae Titulari rite electo competunt omnia iura Titularium Cathedralium; et eius festum celebrandum est sub ritu duplici I classis cum Octava ab omni-

bus Sacerdotibus in urbe commorantibus, quamvis adhuc exsistat antiqua Cathedralis sub Titulo B. M. V. **3401** *Dub.* 1; sed inter Suffragia Titulus hodiernae Cathedralis non commemoratur. *Ibidem Dub.* 2 *qu.* 3.

Si praeter Cathedralis Titularèm exsistit Contitularis, hic celebrari potest sub ritu duplici I classis vel in tota Dioecesi, vel in Cathedrali tantum iuxta consuetudinem. **3637** *ad* 6.

Cathedralis Titularis festum a Clero extra Civitatem celebrari debet sub ritu duplici I classis cum Octava. **3050** *ad* 2. **3081. 3493. 3714** *ad* 1.

Cathedralis campanae sonitus attendi debet pro nuncianda inchoatione ieiunii quadragesimalis. **949.**

In Cathedrali primus locus in Choro est, qui immediate sequitur Cathedram episcopalem. **3422** *ad* 1.

Vide **Ecclesia.**

Catholicae Ecclesiae Patroni; haec verba nec in Missali nec in Breviario vel Calendario eisdem praefixo, ad festum Natalis aut Patrocinii S. Ioseph, addenda sunt, sed tantum in Ordine Divini Officii recitandi Sacrique peragendi, qui in usum Cleri singulis annis conficitur. **3249** *ad* 2.

Caudatarius.

Caudatariis Cardinalium conceditur, ut subtanis utantur violacei coloris. **262.**

Caudatariis non debentur quaedam suppellectilia de Cappellis Cardinalium in horum decessu. **539.**

Caudatarius Archiepiscopi pontificaliter induti adhibere debet cottam; si vero Episcopus deferat cappam, Caudatarius utatur veste violacea. Idem valet pro Crucifero. **1145** *ad* 2.

Caudatarius Episcopi, licet non sit de gremio Capituli, potest eidem inservire in Choro in habitu Caudatarii. **2049** *ad* 17; sed si assistat Episcopo cum solo pallio nigro, non potest canere Lectiones et Prophetias. *Ibidem ad* 23.

Caudatarius Episcopi debet dimittere caudam cappae aut vestis Episcopalis, ut Assistens ceterique Canonici transire valeant antè ipsum Caudatarium, quando Episcopus in Missa Pontificali et in aliis functionibus stat vel manet genuflexus. **2425** *ad* 13.

Caudatario uti potest Episcopus Administrator pro retinenda fimbria vestis talaris. **2976** *ad* 10.

Celebrans.

Celebrans et Ministri in Missa solemni sedere possunt ad cantum *Kyrie, Gloria* et *Credo.* **9** *ad* 6.

Celebrans in Vesperis solemnibus retinere debet Pluviale a principio usque in finem. **35.**

Celebrans in Missa solemni, cui Episcopus assistit, faciat confessionem versus altare, et quando dicit: *et tibi Pater,* vertat se ad Praelatum. **86** *ad* 5.

Celebrans per chorum tantum a Ministris associatus in Dominicis aquam benedictam aspergat; per ecclesiam vero et ad populum poterunt Ministri ipsi aspergere in sacrificio. **86** *ad* 10.

Celebrans coram Episcopo in Missa solemni in Dominica Palmarum legere debet Passionem in cornu Epistolae, Evangelium vero in cornu Evangelii. **544** *ad* 3.

Celebrans, quando Episcopus Missae solemni assistit, ad confessionem Episcopo respondere debet usque ad *Indulgentiam* inclusive. **1275** *ad* 7.

Celebrans, sed non Episcopus, thurificandus est post Evangelium, dum Episcopus assistit cum cappa. **1275** *ad* 8.

Celebrantes in die Commemorationis omnium Fidelium defunctorum possunt applicare sacrificium ad libitum. **1275** *ad* 9.

Celebrans et Assistentes in Vesperis et Missa solemni sedere debent in scamno, et non in sede coriacea. **1320.**

Celebrans, aspergens populum aqua benedicta, debet servare formam Ritualis. **1322** *ad* 12.

Celebrans et Ministri Canonici et Dignitates parati, dum transeunt ante Episcopum, debent eum salutare, detecto capite. **1402** *ad* 1.

Celebrans et Ministri in Missa solèmni ad versiculos infra *Gloria* et *Credo,* qui inclinationem requirunt, capite detecto inclinare debent, sive illi a Choro cantentur, sive recitentur et ab organo suppleantur. **1563** *ad* 1. **2684** *ad* 13. **3457** *ad* 3; itemque detecto capite procedere debent ad praeparatam sedem et inde regredi ad Altare. **1563** *ad* 1.

Celebranti in Missa solemni non licet teneri facere Pyxidem a Diacono, et a Subdiacono Patenam, dum Communionem administrat. **1572** *ad* 2.

Celebrans in tribus Missis Nativitatis Domini non debet genuflectere post sumptionem Sanguinis, sed servare Rubricas Tit. XI n. 1. **1772** *ad* 7.

Celebrans, Episcopo praesente, accedens ad Altare, in quo expositum est SS. Sacramentum, in eundo salutet Episcopum profunda capitis inclinatione, deinde genuflectat SSm̃o, et procedat in Missa; in redeundo prius genuflectat, deinde salutet Episcopum. **2049** *ad* 1; in Processione Corporis Chri-

sti seu in aliis, non debet se inclinare Episcopo, antequam Orationem recitet. *Ibidem ad* 2; recitans in Collecta Missae nomen Episcopi praesentis, non debet se inclinare versus eum sed tantum versus librum. *Ibidem ad* 3; Missam continuare nequit, nisi postquam Episcopus osculatus fuerit Evangelium ei deferendum a Subdiacono, etsi eius sedes aliquantulum distet. *Ibidem ad* 4.

Celebrans et Ministri sedere debent capitibus coopertis, dum Episcopus distribuit Palmas, Cineres, Candelas. **2184** *ad* 1.

Celebrans Feria VI in Parasceve, praesente Episcopo, nequit accedere ad adorandam Crucem, nisi post Episcopum; contraria consuetudo est abusus omnino tollendus. **2246.**

Celebrans ante Altare SS. Sacramenti sive expositi sive in tabernaculo reconditi genuflectere debet in accessu et recessu in plano; in infimo autem gradu, quoties insuper genuflectere occurrat. **2682** *ad* 47.

Celebrans coram SS. Sacramento exposito, quando thurificatur et manus lavat, consuetudinem servare potest standi in plano Presbyterii aut in supremo Altaris gradu, dummodo caveat, ne terga vertat Sacramento. **2682** *ad* 48.

Celebrans et Ministri coram SS. Sacramento exposito in accessu et recessu genuflectere debent utroque genu; intra Missam unico genu. **2682** *ad* 49.

Celebrans signans se cum Hostia et Calice ante sumptionem debet caput inclinare ad verba *Iesu Christi*. **2850** *ad* 1; post sumptionem Sanguinis non debet parumper immorari in meditatione SS. Sacramenti. *Ibidem ad* 2.

Celebrans coram SS. Sacramento exposito, dum dicit *Flectamus genua,* versus librum genuflectere debet. **2859.**

Celebrans et Ministri, si Sacristia stat post altare, a Sacristia debent egredi e parte Evangelii, et ad illam accedere e parte Epistolae. **3029** *ad* 12.

Celebrans in sacello valetudinarii deferre nequit post Communionem particulas in patena et pergere ad cellulas infirmorum, ut eis Communionem praebeat, sed reservare debet particulas post Missam; et si forte fragmenta remaneant, ea reponat in Pyxide, quae in tabernaculo asservatur. **3099** *Dub.* I.

Celebrans expleta aspersione Aquae benedictae in Dominicis potest vel in ipso Presbyterio in cornu Epistolae vel post Altare deponere pluviale et assumere planetam iuxta consuetudinem. **3108** *ad* 16; nisi adsit Episcopus. **3110** *ad* 4.

Celebrans ante Absolutionem ad tumulum debet se exuere planeta et manipulo atque assumere pluviale in plano ad cornu Epistolae. **3108** *ad* 5.

Celebrans in Missa, cui assistit Episcopus, dicto per Episcopum ℣. *Indulgentiam,* se retrahit Confessionem perficiens cum Diacono et Subdiacono. **3213** *ad* 8.

Celebrans in functionibus funebribus, dum accedit ad Altare, et dum redit in sacristiam Choro reverentiam facere debet. **3399** *ad* 1; quando Celebrans genuflectit ad *Et incarnatus est* et ad *Verbum caro factum est* in ultimo Evangelio, Clerus etiam genuflectere debet. *Ibidem ad* 2.

Celebrans in Missa solemni, quando sedet, sacris Ministris salutationem reddere potest caput aperiens aut inclinationem tantum faciens capite cooperto iuxta consuetudinem. **3434** *ad* 5; concionatorem, qui post Evangelium praedicat, benedicere nequit. *Ibidem ad* 8.

Celebrans, ubi est antiqua consuetudo, concionatorem inter Missarum solemnia benedicendi, id facere potest; tunc vero concionator non immediate post Diaconum Evangelium cantaturum benedictionem petat, sed cantato Evangelio et Celebrante thurificato. **3334** *ad* 1. **3535** *ad* 4.

Celebrans, interveniente Magistratu solemniori Missae, facere nequit pluviali indutus Confessionem cum illo, sed indutus Casula iuxta Rubricam Missalis. **3780** *ad* 9.

Celebrans coram SS. Sacramento exposito inclinationem facere debet versus Idem, quotiescumque in lectione Evangelii pronuntiat nomen *Iesu*. **3875** *ad* 4.

Celebrans in Altari, in quo asservatur SS. Sacramentum, quando defectu ministri ipse transfert Missale a cornu Epistolae ad cornu Evangelii et vicissim, et quando in Maiori Hebdomada transit a cornu Epistolae ad cornu Evangelii ad legendam Passionem, genuflectere non debet. **3975** *Dub.* 2.

Celebranti Missam cantatam sine Ministris licet Passionem legere usque ad *Munda cor meum,* et aliam partem, quae sequitur, canere in tono Evangelii, si aliter fieri nequeat. **4031** *ad* 2.

Celebrans ipsemet nequit exsequi in Passione cantanda partem Christi, demandata laicis parte Chronistae simul et Synagogae. **4031** *ad* 3.

Celebrans et Diaconus in Absolutione ad tumulum, absente cadavere, collocare se debent semper inter tumulum et Altare, et Subdiaconus inter Ecclesiae ianuam et tumulum, sive Absolutio fiat pro laico sive pro Sacerdote; excepto casu, quo cadaver sit moraliter praesens. **4034** *ad* 3.

Celebrans transiens ante Altare, in quo fit Communio populi, non debet permanere

genuflexus, quoadusque terminetur Communio. **2002** *ad* 14.

Celebrans in Missa crucem aspicere debet, dum oculos elevat. **2960** *ad* 3.

A Celebrante in Vesperis Cruces parietum in Anniversario Dedicationis Ecclesiae thurificari possunt, ubi consuetudo viget; dummodo Celebrans thurificationem perficiat stando. **3621** *ad* 1.

Celebrans utrum in Vesperis solus sedere debeat in loco consueto, an potius duos hinc inde habere sedentes cum pluvialibus, declaratur **235** *ad* 15.

Celebrans ad Altare, quod habet plures gradus, non debet necessario pro Missa incipienda descendere usque ad planitiem, sed satis est, ut descendat ab ipsa predella. **1265** *ad* 4.

Celebrans in solemni Benedictione cum SSmo Sacramento post Completorium facienda deferre debet Albam. **3799** *ad* 1.

Celebrans, calicem manu sinistra deferens, pergendo ad Altare Aquam benedictam accipere potest ad ianuam Sacristiae, eaque se signare, si commode fieri potest; secus, abstineat. **2514** *ad* 4.

Per Celebrantem fieri debet Benedictio Candelarum, Cinerum et Palmarum. **1333** *ad* 12. **2783** *ad* 2.

Per Celebrantem facienda est in Sabbato Sancto Benedictio Fontis Baptismalis; et hoc casu Celebrans praecedentiam habet super Dignitates et Canonicos. **613.** **1189.** **1401** *ad* 5. **2783** *ad* 1.

Celebrans in Missa cantata sine Ministris sedere potest dum *Gloria* et *Credo* cantantur, sed in scamno ornato remissiori apparatu prae illo, qui Canonicis exhibetur. **3026.**

Celebrans Missam privatam sine Ministro non debet bis dicere *Confiteor.* **3368** *ad* 1.

Vide **Sacerdos. Missa privata. Missa solemnis.**

S. Celedonius Mart. vide **Hemetherius.**

Cellarium et aliud huiusmodi construere subter Ecclesiae consecratae pavimentum ad servandum vina et alias res mere profanas non licet; quamvis aditus ad praedicta loca sit extra corpus sacri aedificii. **3157** *ad* 5.

Centenaria.

Centenaria commemoratio diei Baptismatis alicuius Sancti vel Beati liturgico ritu vel alio sacrae solemnitatis modo celebrari non potest. **3832** *ad* 1.

De Centenaria solemnitate celebranda Redemptionis humanae Litterae S. R. C. **3857.**

Cereus.

Cereum parvum licet adhibere in Sabbato Sancto ad Praeconium pro commoditate Celebrantis, aliumque maiorem alias benedictum accendere in Dominica Resurrectionis ac toto tempore Paschali. **2425** *ad* 8.

Cereorum numerus in Matutinis tenebrarum conformis esse debet Caeremonialis praescripto. **2684** *ad* 6.

Cereum accensum offerri sufficit Episcopo ab uno ex Ordinatis in quolibet Ordine in Ordinatione generali. **2883** *ad* 4.; et toleratur usus, ut unus tantum Cereus accendatur, qui a singulis Ordinatis Episcopo offeratur. **2682** *ad* 7.

Cereorum fictorum ex metallo usus, in quibus machina quadam introducitur cereus, tolerari potest. **3448** *ad* 13.

Cerei duodecim in Anniversario Ecclesiae consecratae accendi debent per integrum solum diem, incipiendo a primis Vesperis; in die vero octava possunt, sed non debent cerei accendi. **3876** *ad* 6 *et* 7.

Cereum tertium in Missis lectis a consecratione ad sumptionem non accendendi consuetudo servari potest. **4029** *ad* 2.

Vide **Candela.**

Cereus Paschalis.

Cereus Paschalis regulariter accenditur ad Missas et Vesperas in tribus diebus Paschae, Sabbato in Albis et Dominicis usque ad Ascensionem Domini, quo die, Evangelio cantato, extinguitur ad Missam, et quando alicubi adsit consuetudo eum accendendi intra tempus Paschale aliis diebus et solemnitatibus. **235** *ad* 11.

Cereus Paschalis in die Ascensionis Domini exstingui debet ad Evangelium Missae solemnis, non autem post Nonam; et Rubrica Missalis ad amussim servari debet. **2524** *ad* 3.

In Cereo Paschali Sabbato Sancto Diaconus Missae infigere debet quinque grana incensi, non autem cuidam Cruci cerae albae ab eo separatae. **2684** *ad* 9. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **325.**

Praeter Cereum Paschalem duos alios parvos cereos ex eo accensos deferendi in supplicationibus, quae in Ecclesia Pisana fiunt tum in Sabbato Sancto ad obeundam Fontis baptismalis benedictionem, tum quotidie per octo dies ad eumdem Fontem, consuetudo servari potest. **2684** *ad* 10.

Cereus Paschalis poni debet super di-

stincto candelabro, posito in plano a cornu Evangelii, et non super cornucopio. **2890** *ad* 2.

Cereus Paschalis toties accendi non debet, quoties tempore Paschali datur benedictio SS. Sacramenti cum ostensorio. **3479** *ad* 3.

Cereus Paschalis accendi nequit tempore Missae Conventualis diebus non festivis; nisi aliter ferat consuetudo. **3697** *ad* 11.

Cereus Paschalis non est renovandus quotannis ex toto; sed potest et debet renovari tantum, cum pars accendenda non sufficiat pro toto tempore Paschali. **3895** *ad* 1.

Cerei Paschalis loco adhiberi potest alius Cereus in sacello laterali, ubi diebus ferialibus a Canonicis fit Officiatura sine cantu; dummodo hic alius fuerit semel benedictus, in eoque fixa sint quinque grana thuris. **3895** *ad* 2.

Cerei Paschalis loco adhiberi potest Cereus alter minoris molis ad Benedictionem Fontis Baptismalis in Sabbato Sancto et Vigilia Pentecostes; dummodo etiam Cereus iste sit benedictus, in eoque sint infixa quinque grana thuris. **3352** *ad* 1. **3358.**

Cereus Paschalis non debet ardere, dum cantatur Missa in Vigilia Pentecostes; et specialis Rubrica Missalis servanda est. **4048** *ad* 10.

Ceroferarius.

Ceroferarii cum accensis cereis assistere debent ad Evangelium in Missa Conventuali, quando cantatur. **915** *ad* 4. Vide **2890** *ad* 1.

Ceroferarii, qui nec tonsura initiati sunt, Albam et Dalmaticam, etsi non benedictas, induere nequeunt. **3722** *ad* 2.

Ceroferarii intorticia loco candelabrorum ad Evangelium in Missa et ad Orationem in Vesperis sustinere nequeunt. **3333** *Dub.* I *qu.* 2.

S. Chiliani Episc. Mart. festum celebrandum est de Communi unius Martyris. **2319** *Reliqu. Dub. ad* 9. Oratio in hoc festo dicenda est: *Infirmitatem. Ibidem ad* 10.

Chirothecae.

Chirothecis Episcopus uti nequit, nisi in iis functionibus pontificalibus, in quibus Episcopi iis utuntur. **2049** *ad* 14.

Chirothecis uti nequit Episcopus in Benedictione cum SSmo Sacramento loco veli humeralis; neque una cum velo praedicto easdem assumere. **3031** *ad* 4.

Chirothecae non assumuntur ab Episcopo solemniter celebrante, Communione peracta. **3213** *ad* 6.

Chirothecas reassumere debet Episcopus absoluta Missa pontificali, ad impertiendam Benedictionem Papalem. **3605** *ad* 9.

Chirothecae Episcopi debent esse coloris paramentorum. **3729** *ad* 2.

Chirothecis uti nequeunt Archiepiscopi, quum ad Ecclesiam accedunt vel ab ea recedunt ante et post Missam pontificalem. **3873.** *ad* 1.

Chorales.

Chorales in Missa solemni bini et bini recitantes Symbolum genuflectere debent, quando Celebrans et Ministri genuflectunt. **3029** *ad* 2.

Chorales vestes intelligi debent rochettum et mozzetta. **3115.**

Chorus.

Chorus universus ad Primam et Completorium dicere debet *Confiteor* et *Misereatur*, postquam Hebdomadarius ea recitaverit. **235** *ad* 14.

In Choro Dignitates sedere debent successive iuxta maiorem dignitatem. **305.**

Chorus si nimis angustus sit, Canonici sedeant vel in sedibus Chori vel in duobus scamnis (vulgo *banchi*) oblongis iuxta usum introductum, prout Episcopus arbitrabitur. **248** *ad* 10.

Ad Chorum regendum destinati non sunt vocandi ad assistendum Episcopo. **146.**

Chori Rectorem nec Episcopus nec eius Vicarius potest eligere in praeiudicium illius, cui competit; S. Sedes vero consulenda, si abusus irrepserint. **471.**

Chori directio exigenda est ad formam et dispositionem iuris communis. **870**; pertinet ad primam Dignitatem, **1384** *ad* 4, ubi alter non sit cui privative hoc munus incumbat. **981**; eo impedito cui competit, spectat directio ad digniorem de Choro, non autem ad Vicarium generalem. **939. 1976**; nequit Episcopus nominare Censores pro directione Chori, sed hoc ius pertinet ad primam Dignitatem. **1709.**

Extra Chorum Capitulum divina Officia recitare nequit, etiam in speciali casu, sine licentia Episcopi, **1760** *ad* 15.

Chori Sedilia quomodo disponenda sint pro Canonicis paratis et pro Vicario Generali, dum Episcopus sedet in Cathedra sita a latere Evangelii, declaratur. **1848.**

Chori directio spectat privative ad Primicerios in Ecclesia Collegiata S. Eustachii Baren.; qui, si absint, nequeunt subrogare simplicem Presbyterum, sed vices eorum debent supplere Canonici. **2299.** *ad* 1 et 2.

Chori thurificatio in Missa solemni integre facienda est a Diacono. **701.**

Chori thurificatio, aspersio aquae benedictae, pacis osculum sunt, iuxta praescriptum Caeremonialis Episcoporum lib. I. cap. 24, incipienda a dignioribus. **3216**; pars autem dignior est, ubi est appensa tabella Chori, **973**, vel in qua sedet Hebdomadarius **2960** *ad* 1; Hebdomadario tamen non sedente in Choro, thurificatio etc. incipi potest ab ea parte, in qua sedet dignior ex praesentibus (ubi talis consuetudo exsistit). **3059** *ad* 25.

Chorus in Missa cantata sine Ministris thurificari non debet. **937** *ad* 3.

Cum Chorus est divisus in duos ordines stallorum, thurificatio facienda est toti ordini a latere dextero, et deinde toti a latere sinistro. **1773** *ad* 3.

A Chori Magistris, non vero a Caeremoniarum Praefecto, debetur assistentia Canonicis solemniter celebrantibus. **2332** *ad* 19.

Chorus thurificandus est in Missa solemni a thuriferario, si habeatur in loco superiori et ab Altari remoto, dummodo exstet intra ambitum et aream Ecclesiae; non autem si in loco, ad quem accedi nequeat nisi exeundo ab Ecclesia. **2515** *ad* 9; etiam quando Missa cantatur in altari laterali; et idem est intelligendum pro osculo pacis. **3009** *ad* 7.

In Choro servandae sunt Rubricae quoad tempus standi, sedendi et genuflectendi. **2687** *ad* 1.

Chorus sedere debet, dum a Celebrante legitur ℣. *Communio*. **2951** *ad* 4.

In Choro, quando aliquis ex munere suo v. gr. Caeremoniarius vel Subdiaconus ad Sedem Episcopi pergit in Vesperis pro praeintonationibus, omnes de Choro aequalis vel inferioris dignitatis assurgere non debent; sed servandum est Caeremoniale Episcoporum. **3059** *ad* 5; quando Ministri Altaris et Caeremoniarius Chorum salutant in Missa et Officio, Chorus respondere debet caput tantum aperiendo, iuxta praxim. *Ibidem ad* 6.

Chorus debet assurgere, praeter Hebdomadarium paratum, quando a Dignitatibus et Presbyteris participantibus intonantur Antiphonae, nisi adsit consuetudo ut una pars tantum assurgat. **3110** *ad* 2. **3781** *ad* 2 *et* 3; in benedictionibus Lectionum Hebdomadarius debet semper assurgere; alii vero de Choro, quando Officium solemniter cantatur. **3110** *ad* 3.

A Choro aliquis discedere potest, expleta functione, priusquam a Dignitate prima detur finis divini Officii. **3110** *ad* 23.

In Choro praxis ad *Gloria Patri* sedendi retineri potest, etiamsi Horae Canonicae coram SS. Sacramento exposito persolvantur. **3113** *ad* 2 *et* 3.

Chori primus locus in Cathedrali est, qui immediate sequitur Cathedram episcopalem. **3422** *ad* 1.

In Choro licet apponere ornatus ex lana aut alia materia eiusmodi, non vero ex serica. **3801** *ad* 3.

In Choro tamquam praesentes habeantur Dignitates seu Canonici, Beneficiati aliique Chorales omnes, qui sive conficiendis Processibus tum Ordinariis tum Apostolicis operam navant in causis Servorum Dei ac Beatorum, sive ut testes vocati fuerint; et ideo omnia tunc percipiant emolumenta, etiam eventualia. **3812.**

Chori obligationi satisfieri nequit recitatione Sextae et Nonae tempore Missae Conventualis. **2699.**

Ad Chorum qui tenentur, debent privatim recitare Officium, prout fit in Choro. **110** *ad* 5.

A Choro exeundi veniam dare pertinet ad Digniorem Capituli. **1619** *ad* 4; licet ad alteram Dignitatem pertineat dirigere Chorum. **1882.**

Vide **Dignitas prima. Cantus. Obligatio. Pax. Thurificatio.**

Chrisma.

Dum Chrismate frontem inungit, Episcopus in conferendo Confirmationis Sacramento dicere debet: *Signo te signo Crucis*, signum super frontem ipsam pollice producens; quo facto, manu extensa versus Confirmatum incipit: *In nomine Patris etc.* ter signum Crucis efformans, more solito. **3012** *ad* 2.

Chrisma et Olea sacra si non sufficiunt pro Ecclesiarum et Altarium consecratione, Episcopus ea petere debet ab Episcopis vicinioribus. **3125.**

Chrismatis benedictio, quae fieri debet Feria V in Coena Domini, urgentissimis de causis permittitur, ut fiat Feria II vel alia ante V eiusdem Hebdomadae, Episcopo Ramatensi, Vicario Apostolico in Anglia. **2475.**

Christe Sanctorum.

Christe Sanctorum etc. Hymnus in festo S. Gabrielis Archangeli recitandus est, prout legitur in festo Dedicationis S. Michaelis. **3060** *ad* 3.

Christe Sanctorum etc. Hymnus ad Laudes in festo S. Raphaelis Archangeli recitandus est iuxta formam, quae in usu erat ante correctionem Urbani VIII. **3297** *Dub.* 1 *qu.* 1; et in eodem strophae S. Michaelem

et Gabrielem respicientes omittendae sunt. *Ibidem qu.* 2.

S. Christophori festum in Dioecesi Ruremundensi Titularis Ecclesiae Cathedralis a Clero saeculari extra Civitatem recoli debet sub ritu duplici I classis cum Octava. **3714** *ad* 1; in Parochiis, quae patronum habent S. Iacobum, festum S. Christophori die 27 Iulii fixe celebrandum est, ac eiusdem Octava finienda est die 3 Augusti. *Ibidem ad* 3.

Cinerum Feria IV.

Cineres Feria IV Cinerum super capita fidelium imponendi debent esse aridi et in modum pulveris. **130** *ad* 3.

Cineres distribui nequeunt in domibus habitantium. **1367.**

Cinerum Feria IV Canonici nequeunt transferre quandam Processionem et aliquas Commemorationes pro Defunctis, ad quas ex legato tenentur, occasione Orationis XL Horarum; sed Expositio SSmi Sacramenti transferenda est in aliam diem commodiorem arbitrio Episcopi. **2424** *ad* 5.

Cinerum benedictionem peragere et Missam cantare in Feria IV Cinerum, ubi consuetudo viget, potest Canonicus turnarius impedito vel nolente Episcopo. **2424** *ad* 9. (sed hoc Decretum emendatum est Decreto generali **3865**).

Cinerum Feria IV Sacerdos celebrans privatim expleta Missa potest distribuere Cineres adstantibus, non autem sibimetipsi imponere. **2704** *ad* 5.

Cinerum Feria IV a Canonico celebrante impositiuro Cineres Episcopo non est sumendum pluviale. **3148** *ad* 1.

Cinerum Feria IV si occurrat in unam ex tribus diebus Expositionis SSmi Sacramenti ratione Orationis XL Horarum, Orationes, Praefatio et *Pater noster* cantandae sunt in tono feriali et Oratio super populum non est omittenda. **3574** *Dub.* V, *qu.* 5.

Cingulum.

Cingulo lineo congruentius utendum est in sacrificio Missae quam serico. **2067** *ad* 7.

Cingulum potest esse coloris paramentorum. **2194** *ad* 3.

Cingula lanea adhiberi possunt in celebratione Missae. **3118.**

Cingulo ad instar fasciae utendi consuetudo tolerari potest, ubi viget, donec huiusmodi Cingula, hucusque adhibita, consumentur. **4048** *ad* 6.

Circulus.

Circulos ad *Gloria* etc. Episcopus cum suis Canonicis habere potest etiam in Ecclesia exempta. **156** *ad* 1.

Circulos extra Cathedralem, Canonicis absentibus, Episcopus habere nequit cum quibuscumque Presbyteris et Clericis. **406.**

Ad Circulos, qui fiunt coram Episcopo, Canonici Collegiatae non sunt admittendi, quando conveniunt simul cum Capitulo Cathedralis. **456.**

Ad Circulos faciendos debent Canonici Cathedralis e stallo descendere, etiam quando Episcopus solum assistit, sed non celebrat. **551** *ad* 2.

Circulos facere tenentur Canonici, dum Episcopus assumit paramenta etiam in Sacristia. **2425** *ad* 6.

In Circulis, quos faciunt Canonici Cathedralis, caput detegi ab eis debet, nec eis licet retinere pileolum, non obstante quacumque consuetudine. **918** *ad* 1. **2455.**

Post Circulos Episcopus suos Canonicos benedicere debet. **2632** *ad* 19.

Ad Circulos Canonici non tenentur, dum Episcopus Administrator Missae solemni ab alio cantatae assistit. **2274** *ad* 4.

Circuli tempore Episcopus aliquos dispensare potest, ne deficiant Cantores in Choro. **1401** *ad* 4.

Circuli a Canonicis sacris paramentis indutis fieri non debent. **3228** *ad* 2.

Cistercienses.

Cistercienses sunt adstricti ad Officium Defunctorum qualibet Feria per annum recitandum iuxta Breviarium Ordinis a S. R. C. approbatum. **3316** *ad* 1; item debent applicare quotidie Missam de Requie vel de die pro Fratribus Defunctis, Propinquis et Benefactoribus iuxta Rubricas generales Missalis Ordinis Tit. XI. *Ibidem ad* 2; item obligantur ad Missam Defunctorum prima die cuiusque hebdomadae iuxta Tit. V. *Ibidem ad* 3.

Cisterciensis Ordinis Moniales possunt, relicto ordine Ritualis Romani, recipere primo Extremam Unctionem, deinde Viaticum. **3486.**

Cisterciensibus Monialibus S. Susannae in Urbe conceditur de speciali gratia, nullo unquam tempore in exemplum afferenda, ut occasione vestitionis et professionis in Missa de Officio occurrente Commemoratio Spiritus Sancti fieri possit, dummodo non occurrat duplex I vel II classis aut Dominica privilegiata. **2766.**

Cisterciensibus Monialibus Sacerdos saecularis administrans Sacramenta uti debet Rituali Romano, non vero Cisterciensi.

3901 *ad* 1; in Monialium cadaverum translatione e superiore loco Monasterii ad Chorum inferiorem, et in earum Exsequiis servari potest Rituale et Missale Romanum; dummodo lex clausurae in eiusmodi translationibus non violetur. *Ibidem ad* 3.

Cisterciense Calendarium novissime approbatum est praeceptivum pro utriusque sexus Religiosis Cisterciensibus **3655** *ad* 1; Sanctimoniales huius Ordinis recitare possunt et debent, ut antea, Officium Dedicationis Ecclesiae Cathedralis atque Patronorum Regni, Dioeceseos, Civitatis, si constet ea Officia ad ritum Cisterciense a S. R. C. fuisse adaptata et Oratricibus concessa ac pro ipsis approbata; si secus, non. *Ibidem ad* 2; non possunt retineri Officia iam ab ipsis Monachis in Hispania huc usque persoluta absque indulto Apostolico. *Ibidem ad* 3; Officia novissima a Sede Apostolica universali Ecclesiae praescripta non debent sed possunt apponi Calendario, postquam ea ad ritum Cisterciensem fuerint redacta. *Ibidem ad* 4.

Cistercienses Congregationis Trappistarum Belgii retinere possunt ritus ecclesiasticos apud ipsos diuturna consuetudine confirmatos, eosdemque conformes praescriptionibus Missalis, Breviarii et Ritualis, approbatosque consuetudine Ecclesiae Romanae; et laudandi sunt ob obedientiam tam prompte ac tam plene praestitam Decretis S. Sedis pridem emanatis. **3351.**

In Cisterciensium Ordine Congregationis Trappistarum pro quatuor Anniversariis solemnibus quotannis pro Defunctis celebrandis assignari possunt dies festum vel Dominicam immediate sequentes, nec impeditos quovis Festo aut etiam Feria habente Missam propriam, ita ut Vesperae Defunctorum cantentur post Vesperas Festi vel Dominicae. **3378** *ad* 1; in eodem Ordine retineri potest consuetudo, ubi viget, Horas Canonicas terminandi post Antiphonam B. M. V. cum *Pater* et *Ave. Ibidem ad* 2; Sacerdos extraneus in Ecclesiis Cisterciensium Missam Conventualem celebrans adhibere debet Missale Ordinis et dicere Missas dictae Religioni concessas. *Ibidem ad* 3.

Cistercienses Monachi debent omnino uti Missali monastico a Paulo V approbato, et Missam tam solemnem quam privatam celebrare cum ritibus et caeremoniis ibidem praescriptis. **1218.**

Cistercienses Monachi et Cassinenses circa praecedentiam servent Mediolani Decretum Emi Archiepiscopi. **1468.**

Vide **Moniales.**

S. Clara Virg.

S. Clarae Octava pro Monialibus eius Instituti praefertur Octavae S. Laurentii: cedit illi Assumptionis. **1241.**

S. Clarae Ordinis Moniales vide **Moniales S. Clarae.**

Clausuram Regularium, occasione Processionis, ingredi mulieribus non licet. **506. 564. 627. 1364.**

Clavam, vulgo *Mazza d'onore,* Capitulum Cathedralis Melitensis uti potest in functionibus ecclesiasticis tam intra quam extra Ecclesiam. **2282** *ad* 5. Idem licet Capitulo Collegiatae S. Pauli Apostoli Civitatis Vallettae. **2662** *ad* 1. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **299.** Vide **836.**

Vide **Magistratus quoad praeeminentiam.**

Clavis.

Clavis Tabernaculi, in quo SS. Sacramentum feria V in Coena Domini asservatur, non est tradenda laicis et saecularibus cuiuscumque gradus, sed tradi debet Sacerdoti in crastinum celebraturo. **635. 813. 912. 2335. 2830** *ad* 1. **2833. 2873** *ad* 4. **2904.** Quae prohibitio afficit tam Saeculares quam Regulares quovis modo ab Episcopi iurisdictione exemptos. **579.**

Claves capsulae, in qua asservatur sigillum Capituli, a quibus sint retinendae, statuitur. **1619** *ad* 2.

Clavis tabernaculi, in quo SS. Sacramentum feria V in Coena Domini asservatur, servanda est penes Sacerdotem, et alia symbolica clavis tradatur Praefecto Provinciae civilis. **3518.**

Clavis tabernaculi nequit asservari apud Moniales inter septa Monasterii, sed extra apud Cappellanum. **3448** *Dub.* VI.

Cum Clavibus in actu Ordinationis traditis Ostiarius non debet necessario claudere ostium Ecclesiae vel Cappellae. **2682** *ad* 5.

Quoad Claves Ostiariis in eorum Ordinatione tradendas, in praxi servandum est Pontificale Romanum. **4035** *ad* 5.

Clericus.

Clerico coniugato, si in habitu clericali incedit, licet intonare et legere Antiphonas vel Capitula, aliasque similes functiones facere. **13.**

Clericus exterus in Romano Seminario commorans recitare potest Officium secundum Ordinem Romanum. **61.**

Clerici parati praecedentiam habent ratione paramentorum in thurificatione ante Beneficiatos non paratos in Choro sedentes. **97.**

Clerici de gremio vel Cathedrali adscripti,

qui alias non tenentur ad Chorum, et ceteri Clerici tam saeculares quam regulares Dioecesis non obligantur ad Officia votiva, quae recitantur in Choro. **110** *ad* 1 *et* 2; qui sunt de gremio, et praefata Officia recitant, sed extra Civitatem et Dioecesim degunt, decet ut in iis recitandis perseverent. *Ibidem ad* 3; si qui non tenentur, sed volunt se conformare Ecclesiae Cathedrali, possunt id facere, si ab ea fructus percipiant. *Ibidem ad* 4; qui ad Chorum tenentur, debent privatim recitare Officium, prout fit in Choro. *Ibidem ad* 5.

Clericis graecis duobus conceditur licentia recitandi Officium in Choro more latino, dummodo ipsi in omnibus ritui latino se conforment. **177.**

Clerici in Sacris constituti praeferendi sunt aliis, qui posteriores sunt quoad Ordines maiores, etsi anteriores quoad Ordines minores; et quando plures eodem die ordinati sunt, ille praeferendus est, qui prius in ordine nominatus et ordinatus est. **220.**

Clerici funeribus interessentes praeferendi sunt Sodalitatibus laicorum. **152** *ad* 6.

Clerici, ubi non adsunt Beneficiati aliive Presbyteri, possunt in Vesperis sumere pluvialia, ut assistant Canonico celebranti. **248** *ad* 7.

Clericus vel Presbyter qui relinquit servitium Ecclesiae ratione Beneficii incompatibilis obtenti, si de consensu Capitularium iterum receptus sit, non gaudet antiqua antianitate. **817.**

Clerici Regulares Ordinis ministrantium Infirmis Constitutiones suas in vitae actibus servare debent; in funeribus vero Rituale Romanum. **822.**

Clerici ex Seminario et mercenarii inservientes Cathedrali Ecclesiae, quocumque titulo, cum suo Capitulo et sub eius cruce procedere debent. **1264** *ad* 3.

Clerici Civitatis nulla gaudentes in Cathedrali praebenda, neque peculiari servitio illius Choro addicti, nequeunt se conformare cum eadem Cathedrali in recitatione Officiorum. **1805.**

Clerici Seminarii, quatenus Capitulum et Clerus Collegiatae in Processionibus incedat sub propria cruce, debent praecedere; secus, si crucem Cathedralis Capitulum Collegiatae subsequatur. **1230.**

Clerici Seminarii incedere debent immediate post Crucem Capitularem. **2126. 2641** *ad* 2. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **268.**

Clerici, qui non sunt addicti alicui Ecclesiae, tenentur satisfacere praecepto Paschali in propria Parochia. **2275** *ad* 13.

Clerici saeculares, qui non sunt Choro adstricti, recitare possunt Officia de Sanctis Ordinis Carmelitani, si sint eiusdem Ordinis Tertiarii. **2388** *ad* 6; item Clerici saeculares professi in militari Ordine D. N. I. C. possunt recitare de Sanctis, de quibus recitant eiusdem Ordinis Claustrales, dummodo non sint Choro adstricti. *Ibidem ad* 7.

Clericis Beneficiatis Basilicae Lateranensis, tam in servitio altaris quam in functionibus Chori, competit supplere Beneficiatorum vices; non autem Cappellanis, quibus tamen reservatur ius praeintonandi Antiphonas. **2456.**

Clericus Collegiatae in Minoribus constitutus nequit implere in sua Hebdomada munus Hebdomadarii, vertendo versum *Dominus vobiscum* in alterum *Domine exaudi Orationem meam;* sed huiusmodi officium explendum est ab altero ex Sacerdotibus in Choro adsistentibus. **2528** *ad* 6.

Clerici Seminarii praecedentiam habent in Processionibus aliisque similibus actibus supra Clericos in Minoribus constitutos et adventitios. **377. 2570. 3200.**

Clericis Regularibus Matris Dei Lucae degentibus, qui celebrant festum Ss. Cordis B. M. V. Dominica V post Pentecosten, prohibetur, quominus in propria Ecclesia cantent Missam solemnem eiusdem festi, quando in dicta Dominica incidit festum Patroni vel SS. Apostolorum Petri et Pauli. **2738.**

Clerici Regulares Scholarum Piarum in Dioecesi Florentina nequeunt recitare Officium votivum SS. Nominis Mariae in Adventu, Quadragesima et Sabbatis Quatuor Temporum. **2887** *ad* 2; cessante pro iisdem Octava Nativitatis B. M. V. in Sabbato ob festum SS. Nominis Mariae potiori ritu cum Octava celebrandum, in die octava praedictae Nativitatis admittendum est, quatenus adsit, Officium translatum. *Ibidem ad* 3.

Clericus primae Tonsurae initiatus potest in casu necessitatis inservire Missae solemni supplendo vicibus Subdiaconi, (sine manipulo). **2965** *ad* 4. **3525** *ad* 1. **3832** *ad* 7.

Clerici Regulares S. Pauli Barnabitarum vide **Barnabitae.**

Quoad Clerici sepulturam, Ecclesia, cui fuit adscriptus in susceptione primae Tonsurae, nullum acquirit ius. **891.**

Clerici in sacris praesertim functionibus adhibere debent caligas seu calceamenta, quibus publice uti solent probati Clerici loci vel Dioecesis. **3268** *ad* 3.

Clerici et initiandi nequeunt assistere sacris functionibus induti rochetto vel superpelliceo formam rochetti praeseferenti. **3438** *ad* 8.

Clerici nequeunt assistere in presbyterio, partim superpelliceo induti, partim vero non. **3549** *ad Dub.* III.

A Clerico Pluviali induto, si adsit consuetudo, cantari potest in Vesperis Pontificalibus Capitulum, loco Subdiaconi parati. **3228** *ad* 3.

Clericus in Ordinibus sacris constitutus generaliter non satisfit obligationi suae, qui sponte vel invitatus se adiungit Clero, Officium ab Officio ipsius Clerici diversum canenti vel recitanti. **4011** *ad* 3.

Vide **Clerus. Beneficiatus.**

Clerus.

Clerus Cathedralis: quinam sub verbis: « *Et totus Clerus Cathedralis Ecclesiae* » comprehendantur, declaratur **30.**

Clero saeculari non licet Missas et Officium Defunctorum celebrare in Ecclesiis Regularium, iisdem invitis. **98.**

Clerus saecularis in omni loco, etiam in propriis Regularium Ecclesiis, praeferendus est Clero regulari. **145. 324. 341. 547. 1094.** Vide **Regulares.**

Clerus Ecclesiae Cathedralis praecedentiam habet in processionibus supra omnes Presbyteros aliarum omnium Ecclesiarum Collegiatarum et Parochialium eiusdem civitatis. **259.**

Clerus saecularis, qui sub propria Cruce pallio pensili more Regularium suffulta incedere consuevit, nuda Cruce uti nequaquam potest, sed pallium praedictum coloris tempori convenientis adhibere debet. **1167.**

Clerus Collegiatarum convenire debet in Cathedrali, occasione solemnium Processionum generalium. **2306** *ad* 7.

Clerus universus Sublacensis tenetur ad Officium Dedicationis Ecclesiae Abbatialis cum ritu duplici primae classis, in Civitate cum octava, in Dioecesi vero sine octava; Regulares autem sub ritu duplici secundae classis sine octava. **2409.**

Clero saeculari Civitatis Bononiae competit praecedentia super Monachos Cassinenses S. Proculi in Processione SS. Corporis Christi, quae fieri solet Bononiae infra Octavam eiusdem Festi. **2511.**

Clerus Parochiarum Civitatis Barcinonen. in diebus S. Marci et Rogationum non tenetur interesse Processioni, quae fit cum Capitulo Cathedralis et Senatu Civitatis tantum; nec propterea debet facere Processiones particulares in singulis Parochiis, sed obligationi satisfacit, recitando publice Litanias in Choro post Laudes Officii diei. **2540** *ad* 1.

Clerus recitans Horas Canonicas ante SS. Sacramentum expositum in Throno, sed velo tectum, sedere potest tecto capite cum bireto; sed laudandus erit, si sedeat detecto capite. **2552** *ad* 1.

Clerus Principatus Carrariensis subiecti Episcopo Massensi, qui loco superpellicei rochetum adhibet, non est inquietandus. **2935.**

Clerus Civitatis ac Districtus Coloniae Venetiarum sequi debet antiquissimam consuetudinem celebrandi festum Ss. Felicis et Fortunati Patronorum principalium praedictae Civitatis sub ritu duplici primae classis cum octava; festum vero S. Vincentii Mart. totius Dioecesis Patroni sub duplici maiori. **3215** *ad* 1; et festum S. Vincentii coniungendum est cum festo S. Anastasii. *Ibidem ad* 2; festum vero SS. Felicis et Fortunati a Clero et universo Districtu servandum est sub utroque praecepto, non autem festum S. Vincentii. *Ibidem ad* 4 *et* 5. Clerus autem Districtus debet se conformare Calendario Dioecesano, vel in defectu illius, Calendario Cleri praedictae Civitatis. *Ibidem ad* 3.

Clerus sedere potest in Missa solemni durante thurificatione, absoluta Confessione; stare tamen debet, quum recitatur Introitus et *Kyrie.* **3631** *ad* 1.

Clerus, qui exercitia spiritualia peragit sub directione Sacerdotum Societatis Iesu, uti potest Calendario domus Societatis Iesu ex concessione speciali Pii IX. **3955.**

Vide **Clericus.**

Coadiutor.

Coadiutores Episcoporum Suffraganeorum cum futura successione in Synodo Provinciali sedeant iuxta tempus eorum promotionis. **60.**

Coadiutor Archidiaconi secundae Dignitatis, impedito Archipresbytero prima Dignitate, facere debet et exercere functiones, actus, iurisdictiones, quas faceret et exerceret Coadiutus, si praesens esset, vice Archipresbyteri impediti. **328.**

Coadiutor Dignitatis nequit se ingerere in exsecutione Litterarum Apostolicarum, quae diriguntur suo Coadiuto. **476** *ad* 1.

Coadiutor Dignitatis, ad quem spectat Candelas benedicere, absente vel impedito Episcopo, et huic Candelam tradere, dum praesens est, debet utrumque peragere; dummodo ipse Missam cantet, alias non. **476** *ad* 2; quatenus inserviat pro assistente Episcopi, vel solemniter celebret, praecedentiam habet in thurificatione, in Communione solemni feriae V in Coena Domini et in adoratione Crucis feria VI in Parasceve. *Ibidem ad* 3.

Coadiutor debet inservire Choro pro suo Coadiuto; si negligat, rependere debet de proprio. Decretum S. Concilii Tridentini

cum Decretis S. R. C. conciliatur. **709** *ad* 1. Coadiutor inserviens pro suo Coadiuto Canonico semper stare, sedere et incedere debet in ultimo loco post omnes Canonicos; si vero Coadiutor sit Coadiutor Dignitatis, ipse, inserviens pro suo Coadiuto, semper stare, sedere et incedere debet in loco et stallo ipsius Coadiuti. *Ibidem ad* 2.

Coadiutor Archipresbyteri alicuius Collegiatae deferens stolam praecedit in casu Canonicis Collegiatae ratione stolae. **722**.

Coadiutore impedito in ministerio Dignitatis, cuius est Coadiutor, eiusdem Officium exercendum est per Canonicum in ordine proximiorem. **846**.

Coadiutor Dignitatis, cuius est explere functiones pontificales, absente, impedito vel recusante Episcopo, debet easdem peragere, quando abest Coadiutus. **1020**.

Coadiutori etiam primae Dignitatis debetur locus post Dignitates et ante Canonicos in quibuscumque actibus. **1037**.

Coadiutoribus, praesentibus Coadiutis, permittitur, ut Divinis in Choro intersint; sed si sedes non sufficiunt pro veris Canonicis, ipsi discedere debent. **1062**.

Coadiutori Canonici Presbyteri Ecclesiae, in qua Praebendae sunt distinctae, debetur praecedentia super Canonicos Diaconos, etiamsi Coadiutor non sit Sacerdos, sed in minoribus Ordinibus sit constitutus. **1398** *ad* 1.

Coadiutori Canonici Presbyteri Cathedralis, in qua Ordines non sunt adnexi certo et determinato Canonicatui, sed ratio habetur antianitatis, competit post mortem Coadiuti sedes ultima inter Subdiaconos. **1865**.

Coadiutores Parochi tenentur ad recitandum Officium Titularis Ecclesiae parochialis, quamvis ad nutum parochis ab Ordinario dati sint: et quidem sub ritu duplici I classis cum octava. **3431** *Pars* I. *Dub.* 1 *et* 2. **3457** *ad* 2; si vero resident apud ecclesiam filialem, et ibi sacramenta, aut Viaticum et Extremam Unctionem saltem administrant, non tenentur ad Officium Titularis ecclesiae parochialis. **3431** *Pars* I. *Dub.* 3. **3433** *ad* 3; item si adscribuntur non tamquam proprie Coadiutores, sed tantum ad celebrandam Missam et ad Parocho inserviendum, non tenentur ad Titularem celebrandum; quia solummodo ii ad Officia propria alicuius Ecclesiae obligantur, qui revera sunt adscripti stricte servitio Ecclesiae. **2872** *Dub.* I. *qu.* 1. **3431** *Pars* I. *Dub.* 4.

Coadiutor Canonicus, deficientibus quatuor Canonicis, qui Vesperarum Antiphonas incipiunt, ius habet Antiphonam praecinendi, etiamsi Coadiutus Choro intersit et Antiphonam iuxta ordinem intonaverit. **3519**.

Coadiutor Canonicus primae Dignitatis, si eodem tempore cum Coadiuto Choro interest, debet obtinere stallum immediate post alias Dignitates ordinis presbyteralis. **3544** *ad* 1; Coadiutore Altari assistente, Coadiutus debet in suo stallo Choro interesse simpliciter et materialiter, ne exercens quidem secundariam actionem; si vero Coadiutus Altari inservit, Coadiutor se similiter gerere nequit. *Ibidem ad* 2.

Coadiutor Archiepiscopi cum iure successionis non est nominandus in Canone Missae, sed Archiepiscopus ipse tantum **3538**.

Coadiutus.

Pro Coadiuto suo debet inservire Choro Coadiutor; ac si negligat, rependere debet de proprio. Decretum S. Concilii Tridentini conciliatur cum Decretis S. R. C. **709** *ad* 1; pro suo Coadiuto Canonico inserviens, Coadiutor semper stare, sedere et incedere debet in ultimo loco post omnes Canonicos; si vero Coadiutor sit Dignitatis, tunc inserviens pro suo Coadiuto semper stare, sedere et incedere debet in loco et stallo ipsius Coadiuti. *Ibidem ad* 2.

Coadiutus, qui debet in sua hebdomada exercere munus Diaconi, nequit committere hoc Officium suo Coadiutori, ut ipse possit aliud munus exercere. **2322**.

Coadiutus debet in suo stallo Choro interesse simpliciter et materialiter, nullam secundariam actionem exercens, Coadiutore Altari assistente; si vero Coadiutus Altari inservit, Coadiutor similiter se gerere nequit. **3544** *ad* 2.

Cochlearis parvi usus pro aqua in Calicem infundenda non prohibetur. **3064** *ad* 4.

Coelestini Monachi, vide **Monachi.**

Coementum.

Coementum adhibendum in consecratione Altarium cum breviori ritu et formula benedici debet. **3976** *ad* 2; Benedictio tum aquae tum Coementi, nec non facultas consecrandi Altaria, in quibus lapis sepulcri ob omissum coementum movetur, Apostolicae Sedis nomine delegari potest simplici Sacerdoti. *Ibidem ad* 3.

Coementum pro firmando sepulcri lapide in Altaris consecratione benedicendum est ritu pro Altaris fixi consecratione praescripto. **3726** *ad* 1; et ipse Episcopus idem sepulcrum coemento linire et lapide claudere debet, si agatur de unico Altari portatili consecrando; si vero agatur de pluribus Aris portatilibus, satis est, ut Episcopus liniat coemento labium sepulcri unius Arae, et

dum ipse prosequitur in sacrarum Reliquiarum repositione, assistentes Sacerdotes lituram et cuiusque sepulcri clausuram peragant. *Ibidem ad* 2.

Coementum loco lapidis seu operculi pro claudendis Reliquiarum sepulcris in consecratione Altaris adhiberi nequit. **3585** *ad* 1; et Coementum ex singulis Altaribus debet extrahi, et lapides substitui. *Ibidem ad* 2; et integra consecratio repeti debet, sed in casu S. R. C. indulget usum brevioris ritus. Videatur hic ritus. *Ibidem ad* 3.

Coemeterium.

Coemeterii reconciliatio, proprio Episcopo impedito vel absente, committenda est alteri Episcopo. Simplex vero benedictio Coemeterii non consecrati committi potest Presbytero in Dignitate ecclesiastica constituto. **246.**

Coemeterium pro parvulis debet esse separatum. **383.**

In Coemeterio rite benedicto sepulcrum, quod novum foditur, non est benedicendum; sed benedictionis praescriptio respicit tantum cryptam vel sepulcrum lapideum in Coemeterio vel Ecclesia aedificatum. **3400** *Dub.* V.

Coemeterio benedicto, censeri non debet benedicta etiam Ecclesia eidem adnexa, nec vice versa. **3888** *ad* 4.

In Coemeterio subterraneo, ubi Defunctorum cadavera et ossa reperiuntur, Altare extrui, Missam celebrandi causa, non conceditur. **3283. 3294.**

In Coemeteriis vel Ecclesiis cadavera sepulta ab Altari distare debent tribus cubitis: id est uno fere metro longitudinis; atque haec distantia sepulcrorum ab Altari sufficit. **3944** *ad* 2.

Ad Coemeterium statim deferendi cadavera a propriis domibus abusum inductum Episcopus evellere debet. **3291.**

Sive ad Coemeterium sive ad Ecclesiam cadavera fidelium deferantur, semper a Sacerdote sunt associanda. **3405.**

Vide **Cadaver. Exsequiae. Funus.**

Coena Domini vide **Feria V in Coena Domini.**

Cognomina et Patriae Sanctorum ne exprimantur in Orationibus aliisque actibus in divino Officio occurrentibus. **583.** Postea S. R. C. limitavit prohibitionem ad solas Orationes. **2319** *Reliq. Dub. ad* 2.

Collecta.

Collectae, concessae pro Papa, Rege, huius prole et exercitu, nequit adiici nomen Fundatoris, etsi Fundator id iusserit. **197;** neque licet addere in Missarum Collecta verba: *Gubernatorem nostrum.* **1422:** aut nomen Religionis Praesidis vel Magistri. **1740.**

Collectae pro defunctis in Missa privata non admittuntur, nisi in Missis Festorum simplicium et in Ferialibus. **1322** *ad* 8.

Collectae in Missa dicendae occasione belli etc. legi debent, prout iacent in Missali Romano. **1816.**

Collecta a Pontifice vel Episcopo praescripta pro aliqua necessitate debet recitari quarto loco, non omissa Oratione ad libitum. **2198** *ad* 2.

Collecta de Spiritu Sancto addi potest Missae currenti sub unica conclusione, si agatur de re gravi, in duplicibus I classis. **2494** *ad* 4.

Collectam dicendam in Missa Praelati Regulares, etiam locales, nequeunt iniungere pro subditis suis, tam pro necessitate Ordinis quam pro necessitate communi, sine licentia Episcopi. **2514** *ad* 6.

Collecta ab Ordinario imperata non est dicenda in duplicibus primae classis. **3009** *ad* 3.; quoad duplicia vero secundae classis, poterit ad libitum Celebrantis legi vel omitti, in Missis privatis tantum; in conventuali et solemni erit omittenda. **2597** *ad* 2. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **189.**

Collectae ab Ordinario praescriptae etiam in Ecclesiis Regularium aliisque exemptis dicendae sunt. **2613** *ad* 1; nec cessare possunt pro lubito, antequam Ordinarius id iusserit. *Ibidem ad* 2.

Collectae a Superiore praescriptae v. gr. pro pace, pro serenitate etc. in Missa Vigiliae Nativitatis Domini omitti debent. **2461** *ad* 2.

Collecta ab Ordinariis imperata dicenda est etiam in Dominicis Adventus et Quadragesimae, exceptis Dominica Palmarum et Dominica IV Adventus in occursu cum Vigilia Nativitatis Domini. **2618** *ad* 2. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **220.**

Ad Collectam ab Episcopo loci praescriptam etiam Sacerdotes alienae Dioecesis tenentur, ubicumque celebrent. **3985.**

Collecta pro eligendo Episcopo continuari debet usque ad diem electionis, qui est dies Consistorii secreti. **2672** *ad* 3.

Collecta de SS. Sacramento non est dicenda in Missis, quae celebrantur ante expositionem SS. Sacramenti. **2745** *ad* 6. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **363.**

Collecta pro Pace in festo S. Irenaei Ep. et Mart. omittenda est, cum Secreta et Postcommunio eaedem sint, excepto nomine Sancti. **3164.**

Collecta pro Papa ab Ordinario praescripta omittenda est in Anniversario Electionis et Consecrationis Episcopi. **3213** *ad* 1.

In Collecta a S. Sede toti Ditioni Chilensi in Missis tum privatis tum solemnibus indulta, incisum: *et captivos christianos, qui in Saracenorum etc.* est omittendum et nihil eidem substituendum. **3306.**

Collecta praecipi potest ab Episcopo etiam in duplici I classis, si revera sit pro re gravi. **3365** *ad* 3.

Collecta pro Episcopo dicenda est a Clero, tam die consecrationis quam die electionis eiusdem. **3440** *ad* 1. Vide **Anniversarium Electionis et Consecrationis Episcopi.**

In Collecta in Missis pro Episcopo Vicariatus Apostolici Constantinopolitani dicendum est: *Famulum tuum N. quem huic Ecclesiae praeesse voluisti;* item in Secreta et Postcommunione; in Canone vero *Antistite nostro.* **3658.**

In Collecta: Et famulos tuos Papam nostrum N., Antistitem nostrum N. etc. quae ex privilegio Apostolico omnibus Ecclesiis Hispaniae concesso in Missa additur, nomen Summi Pontificis supprimendum est, quoties Oratio *Deus omnium fidelium pastor* etc. in Missa dicitur. **3570** *ad* 2. **3685.**

Collectam pro Imperatore Austriaco, quando ab Ordinario est imperata, Sacerdotes exteri sumere debent, prout iacet. **3764** *Dub.* I. *qu.* 2; haec Collecta in Missis parochialibus lectis in duplicibus II classis omittenda est, in Missis vero privatis est ad libitum Celebrantis. *Ibidem qu.* 3; eadem Collecta etiam dici debet in Missis solemnibus seu cantatis, quando Rubricae eam permittunt. *Ibidem ad* 4.

Collecta in Anniversario electionis vel consecrationis Episcopi dici debet tantum in Missa, non vero in omnibus aliis sacris functionibus. **3949** *ad* 5.

In Collecta Missae recitans Celebrans nomen Episcopi praesentis se inclinare non debet ad eum, sed tantum versus librum. **2049** *ad* 3.

Vide **Commemoratio. Oratio.**

Collegiata.

Collegiatae Canonici in processionibus non debent incedere parati, sicut Canonici Cathedralis. **235** *ad* 18. **706. 707.**

Collegiatae Canonici in publicis processionibus, functionibus, synodis praeferendi sunt Curatis et Presbyteris Ecclesiarum Parochialium et aliarum Ecclesiarum. **317. 664. 1034** *ad* 1. **1198. 1200. 1531.**

Collegiatae noviter erectae competunt omnes praeeminentiae et praerogativae, etiam supra Matricem; huic tamen ius competit ante omnes alias Ecclesias pulsandi campanas in Sabbato Sancto. **370**; tali Collegiatae conveniunt praerogativae aliarum Collegiatarum ac praecedentia supra Plebanos et Rectores aliarum Ecclesiarum, quae tantum Parochiales sunt. **372. 908**; nec obstat clausula a Plebano in illius erectione apposita: *sine praeiudicio* etc., quae limitatur ad iura parochialia. **381.**

Collegiatae immemorabilis consuetudo erigendi crucem in funeribus, vel defunctus ad Collegiatam deferendus sit, vel ad aliam quamcunque Ecclesiam, servanda est. **371**; item Collegiata manutenenda est in possessione, ut Parochi conveniant in eadem, deinde simul cum eiusdem Cruce et Canonicis discedant ad tollendum corpus defuncti. *Ibidem.*

Collegiata debet conservare SS. Sacramentum pro servitio suae Parochiae; nec tenetur Cathedralis illud subministrare. **375** *ad* 4.

Collegiata sic dicta, ab Episcopo erecta sine confirmatione Sedis Apostolicae, non gaudet praerogativis Collegiatarum. **437.** Quod si accedat auctoritas Apostolica, ius praelationis acquiritur a die expeditionis Litterarum Apostolicarum. **1034** *ad* 4.

Collegiata, quae simul est Matrix, plures habet praeeminentias et praerogativas supra alias Collegiatas loci. **634.**

Collegiatae noviter erectae debetur praecedentia in Synodo supra Priorem Canonicorum Regularium. **786.**

Collegiata incedere debet in funeribus sub Cruce Cathedralis, quando huius Capitulum intervenit. **795** *ad* 1; item in publicis Processionibus incedere debet sub Cruce Cathedralis. **953.**

Collegiata, quacumque non obstante consuetudine, tenetur ad duas Missas conventuales in diebus a Rubricis praescriptis. **970** *ad* 4.

Collegiata cogi nequit ad Processionem, quae fit ex devotione in Cathedrali. **1036.**

Collegiata in funeribus potest deferre Crucem usque ad ianuam Ecclesiae Regularis tumulantis; sub qua Cruce omnes associantes funus incedere debent. **1035. 1063**; id vero intelligitur, si capitulariter Canonici conveniant; secus vero, si interveniant uti singuli. **1198.**

Collegiatae Canonici interessentes functionibus Cathedralis praeferendi sunt in casu Beneficiatis eiusdem Cathedralis. **1205** *ad* 1.

Collegiatae in funeribus, quatenus sint aequales, praecedere debent iuxta antianitatem erectionis. **1905** *ad* 4.

Collegiatae Capitulo interessenti functionibus Ecclesiae Cathedralis Episcopus assignare debet locum decentem in Ecclesia; quoad Processionem satis per Caeremoniale provisum. **2070.**

Collegiatae Ecclesiae Oppidi Casalis Archipresbytero et Canonicis non licet celebrare Festum S. Antonii de Padua in Cappella ibidem sita, contradicentibus Patribus S. Francisci **2203** *ad* 1 *et* 2; possunt tamen quotidie recitare Responsorium de eodem Sancto, cum antecedenti signo campanae. *Ibidem ad* 3; sed nequeunt recipere pro dicto Responsorio oblationes et stipendia. *Ibidem ad* 4; nec iisdem licet occasione Responsorii vel aliarum quarumcumque functionum in honore dicti Sancti quaestuare per oppidum. *Ibidem ad* 5.

Collegiata S. Anastasiae Urbis in associatione cadaverum, quae humanda sunt in eius Ecclesia, Crucem erigere debet. **2227** *ad* 1; et Sacrista vel Cappellanus cum stola incedere potest ad sinistram Parochi. *Ibidem ad* 2.

Collegiatae Capitulo, cum incedit sub propria Cruce in Processionibus ceterisque functionibus ecclesiasticis, non debetur praecedentia supra Seminarium. **2233** *ad* 1; debetur tamen, si incedat sub Cruce Cathedralis. *Ibidem ad* 2. **2894.**

Collegiata S. Venantii Civitatis Camerini multis donata est praerogativis vigore Motus proprii Pauli III, quibus quodammodo aequiparatur Canonicis et Capitulo Cathedralis. Hinc S. R. C. respondit quod Episcopo Pontificalia exercenti in Ecclesia Collegiata assistentia debetur a Canonicis Collegiatae, non ab illis Cathedralis. **2285** *ad* 1; quodque in Synodo sedere debent Canonici Collegiatae in scamnis aequalibus, data solummodo dextera Canonicis Cathedralis. *Ibidem ad* 2.

Collegiatae S. Michaelis Archangeli de Plano Surrenti competit titulus. *Insignis.* **2312** *ad* 1.

Collegiatae S. Mariae Lauretanae Terrae Castignani Dioecesis Montis Alti, quae privative conveniant quoad Parochialem eiusdem Terrae, declaratur **2317.**

In Collegiata Festum solemne, quod in parvo Oppido celebrari solet cum apparatu in Ecclesia Regularium, nequit peragi eadem die cum eadem solemnitate. Novemdialia tamen permittuntur in utraque Ecclesia, dummodo fiant horis diversis. **2472.**

Collegiata S. Mariae *Belvederi* Dioecesis Senogallien. praecedere nequit Ecclesiae parochiali eiusdem loci. **2563** *ad* 1; licet tamen in casu Collegiatae exercitium functionum consuetarum, dummodo non turbetur exercitium functionum propriarum Parochiae. *Ibidem ad* 2.

Collegiata S. Iacobi Civitatis Calatayeronen. vigore Litterarum Apostolicarum, quibus declaratur Basilica minor, uti potest conopaeo et tintinnabulo. Ad evitandas tamen contentiones cum Cathedrali quaedam limitationes adiiciuntur. **2575.**

In Collegiata S. Michaelis in Foro Civitatis Lucanae Caeremoniarum Magister porrigere debet aspersorium Canonico Decano. **2867** *ad* 3.

Pro Collegiata Oppidi Valliscursae quaedam Decreta statuuntur. **2825.**

In Collegiata Oppidi Supini Dioecesis Ferentinae Archipresbyter et Abbates, curam animarum habentes, gaudent praecedentia, ac si essent Dignitates. **2922.**

Collegiata S. Nazarii Civitatis Brixien. cessata ob civiles vicissitudines nullum ius habet in Processionibus cum reliquo Clero. **2997** *ad* 3.

In Collegiata benedictio Fontis in Sabbato Sancto et in Vigilia Pentecostes spectat ad Canonicum Hebdomadarium, non vero ad Canonicum Curatum. **3300** *ad* 1; Processiones, quae in dicta Ecclesia fieri solent sive immediate ante sive post Missam solemnem, peragendae sunt per Hebdomadarium. *Ibidem ad* 2; si immediate post Vesperas sequitur Processio, eamdem facere spectat ad Hebdomadarium; si vero Hebdomadarius recessit post Vesperas et in Choro dicitur Completorium, illud spectare poterit vel ad eumdem Hebdomadarium vel (praesertim si Processio sit ex solemnioribus) ad primam Dignitatem iuxta statuta et consuetudinem. *Ibidem ad* 3; Expositio SS. Sacramenti, quae in reditu Processionis aliquando fieri solet, et etiam Vesperae solemnes cum Expositione SS. Sacramenti spectant ad Hebdomadarium, non ad Curatum. *Ibidem ad* 4 *et* 5.

In Collegiatis aspersio aquae benedictae de praecepto praemittenda est Missae Conventuali, quae canitur in Dominicis, sive cum Diacono et Subdiacono, sive absque sacris Ministris; in ecclesiis non Collegiatis eadem aspersio praefatis diebus fieri saltem potest. **4051** *ad* 1.

Vide **Canonici Collegiatae. Ecclesia.**

Color.

Coloris tantum nigri pileolum induant sub mitra Abbates et Praelati inferiores Episcopo. **1131** *ad* 8.

Coloris tempori convenientis pallium su-

pra Crucem adhibere debet Clerus saecularis, qui sub propria Cruce pallio pensili more Regularium suffulta incedere consuevit. **1167.**

Colore albo Consecrandus, colore vero tempori vel officio Missae convenienti Consecrator et Assistentes uti debent in Consecratione Episcoporum. **1265** *ad* 2.

Color paramentorum in Missa votiva de aliquo Sancto respondere debet Missae, quae in eiusdem festo celebratur. **1357** *ad* 3.

Color paramentorum in Processione, quae fit post Missam, cum SSmo Sacramento, idem esse debet, qui convenit Missae: excepto velo humerali, quod semper esse debet coloris albi. **1615** *ad* 6.

Color paramentorum Missae celebrandae in Altari, ubi SSmum Sacramentum expositum est, convenire debet cum Officio diei. **2417** *ad* 3.

Quoad Colorem paramentorum strictim servanda est Rubrica. **2682** *ad* 50. **2675.** **2769** *Dub.* V. n. 1. 2 *et* 3. **2704** *ad* 4. **2788** *ad* 2.

Color paramentorum in Missis Instrumentorum Passionis Domini est rubeus, non vero violaceus. **3352** *ad* 2.

Coloris paramentorum esse debent caligae, sandalia et chirothecae Episcopi. **3729** *ad* 2.

Color paramentorum in Missa de Sacro Corde Iesu tum sub initio *Egredimini* tum sub altero *Miserebitur*, albus esse debet. **3737.**

Coloris paramentorum ipsius Celebrantis esse debent etiam paramenta pro Ordinandis in Sacris, nisi aliud postulet necessitas. **3832** *ad* 6.

Coloris respondentis Officio diei paramenta esse debent in Expositione SSmi Sacramenti; velum vero albi coloris, si eadem immediate fit ante Missam vel Officium, et Repositio immediate postea; quatenus Sacerdos, qui celebravit Missam vel Vesperas, non recedat ab Altari et assistat concioni et precibus. **2562.** **3175** *ad* 3. **3559.** **3949**; quatenus autem Sacerdos recedat ab Altari, et Repositio habeatur tamquam functio omnino separata et distincta ab Officio, paramenta albi coloris adhibenda sunt. **2562.**

Quoad Colorem vestium, Episcopus, quando assistit Exsequiis aut illas peragit, consuetudinem servare potest. **3184.**

Coloris albi semper debent esse pallium et conopaeum Altaris, in quo exspositum est SS. Sacramentum. **1615** *ad* 7, 8 *et* 9. **2673.**

Color conopaei et paramentorum Altaris, quem exigit Officium diei, retineri potest, si Expositio vel Repositio SSmi Sacramenti fiat immediate ante vel post Missam seu Officium, ita ut Celebrans ac Ministri ab Altari non recedant. **3559.**

Color Conopaei et Pallii Altaris, in quo asservatur SSmum Sacramentum, si inibi cantetur Missa de Requie, debet esse violaceus. **3562.**

Color stolae in Processionibus, quae fiunt feriis II, III et IV Hebdomadae maioris accedendo ad Ecclesiam, in qua SSmum Sacramentum expositum est, debet esse violaceus. **1765.**

Color stolae in concionibus, ubi adest immemorabilis consuetudo eam adhibendi, respondeat Officio diei. **3157** *Dub.* 6; etiam die 2 Novembris. **3764** *Dub.* 13.

Color albus adhibendus est in Officio et Missa S. Eliae Prophetae. **2497.**

Color albus adhiberi debet in festo Divisionis Apostolorum. **3400** *Dub.* II. *qu.* 2.

Pro Coloribus tum albo tum rubro tum viridi tela aurea in paramentis admitti potest ratione pretiositatis. **3646** *ad* 2.

Pro Colore albo in paramentis permittitur tela argentea. **3646** *ad* 3.

Coloris rubri paramenta adhibenda sunt in Missa et Officio Commemorationis omnium Sanctorum, quorum Reliquiae in Ecclesiis asservantur. **2492.**

Coloris rubri vel violacei Mitra, quando paramenta sunt eiusmodi Coloris, tolerari nequit. **3729** *ad* 1.

Color rubeus adhibendus est in Processionibus, quae ex voto fiunt in festo S. Sebastiani Mart. immediate ante Missam Conventualem, etiamsi Missa de festo SSmi Nominis Iesu celebrari debeat. **3769** *ad* 1.

Color violaceus veli, adhibendi ad cooperiendam Crucem Feria V in Coena Domini ad Mandatum, non est mutandus. **926** *ad* 4.

Coloris violacei velo Crux Altaris Feria VI in Parasceve cooperiri debet, non vero nigri. **3535** *ad* 8.

Coloris violacei debet esse Pluviale pro cànendo Martyrologio in Vigilia Nativitatis Domini. **2573.**

Coloris violacei esse debent paramenta pro Episcopo Ordines sacros Sabbato Sancto privatim conferente, dum legit Prophetias; eaque mutanda erunt in alia Coloris albi ad ℣. *Peccatores* Litaniarum. **3832** *ad* 5.

Colorem habitus choralis Canonici nequeunt mutare propria auctoritate; quod si id fecerint, tenentur eum deponere. **455.**

Quoad Colorem habitus Canonici servare debent formam Apostolicae concessionis. **2144** *ad* 1 *et* 2.

Coloris violacei bireto cum flosculo et funiculis eiusdem coloris ac formae ordinariae uti possunt indistincte omnes Episcopi iuxta privilegium SS. D. N. Leonis XIII. **3873** *ad* 5.

Coloris eiusdem ac stola sit bursa a Sacerdote deferenda in administranda Communione. **3515** *Dub.* 1.

Coloris violacei Caligarum usus et chordulae sericae violaceae in pileo Canonicis nullimode competit, absque privilegio. **2805.**

Color albus est adhibendus, si tantum preces dicantur, et non Missa pro quacumque tribulatione cantetur, in Expositione et Repositione SSmi Sacramenti; si vero canitur Missa praefata et statim sequuntur Litaniae, Benedictio et Repositio SSmi Sacramenti, omnia in paramentis violaceis sunt peragenda. **3175** *ad* 4.

Color niger nullo modo adhibendus est in Expositione et in Processionibus, quae fiunt cum SSmo Sacramento; in Missa vero et in Officio Defunctorum Expositio SSmi Sacramenti fieri nequit. **1744.** Vide **3949** *ad* 8.

Color in Missis Defunctorum debet esse omnino niger; potest tamen esse violaceus die 2 Novembris, si fiat Expositio SSmi Sacramenti pro Oratione XL Horarum. **3177.** *Decret. gener.* **3864** *ad* 4. *Decret. gener.*

Colore flavo vel caeruleo uti non licet in Missa et Expositione SSmi Sacramenti. **2704** *ad* 4.

Coloris eiusdem stola utatur Sacerdos communicans ac Sacerdos qui ministrat; vel, si libuerit, coloris albi. **3499** *ad* 1.

Coloris Officio respondentis potest esse stola in administranda Communione extra Missam, iuxta Rituale; vel, si libuerit, albi coloris prout valde convenientis Sacramento Eucharistiae. **2740** *ad* 12.

Color paramentorum Celebrantis et Ministrorum sacrorum in solemni Benedictione cum SSmo Sacramento impertienda post Completorium debet esse albus. **3799** *ad* 2.

Coloris nigri Pallium adhiberi nequit in solemni Commemoratione et Exequiis Defunctorum ad Altare SSmi Sacramenti. **3201** *ad* 10.

Coloris aurei Paramenta inservire nequeunt pro albo, viridi et rubro. **2986** *ad* 5.

Color Paramentorum in Missis votivis erit iuxta qualitatem Missae, quae celebratur. **3922** *ad* II. *n.* 3. *Decret. gener.*

Quoad Colorem Paramentorum, necnon quoad Officium et Missam nequit inhaerere proprio iudicio Sacerdos probabilius iudicans, Calendarium errare, sed stare tenetur Calendario. **4031** *ad* 5.

Color Missae votivae de Passione quae feriis VI per annum alicubi celebrari solet, est violaceus. **3922** *ad* IV. *n.* 2; in Missis votivis B. M. V. est albus, non vero caeruleus, nisi ex privilegio. *Ibidem ad* V. *n.* 2.

Coloris rubei esse debent paramenta in Benedictione cum ligno S. Crucis, quando haec functio peragitur separatim a Choro, eoque omnino expleto. **3256.**

Quoad Colorem pluvialis in benedictione cum ligno S. Crucis Feria VI in Parasceve servanda est consuetudo. **2769** *Dub.* X. *qu.* 2.

Vide **Paramenta.**

Columna (de) B. M. V.

De Columna, vulgo del *Pilar,* Bmae Virginis festum celebrare sub ritu duplici I classis Regulares in Hispania tenentur, sed sine Octava. **3436** *ad* 4.

De Columna Bmae Virginis festum sub ritu duplici I classis, quod in Dioecesi Legionensi occurrit simul cum die octava S. Troylani Ep. Conf. Patroni, in perpetuum, celebrandum est cum commemoratione diei octavae S. Patroni. **4050.**

Coma fictitia.

Comam fictitiam Canonicus gestare nequit in Processione deferens SSmum Sacramentum **2027** *ad* 4; aut in Missae celebratione. *Ibidem ad* 5.

Super comam fictitiam Tonsura collata sanatur. **2919.**

Comiti competit thuris incensatio ad Offertorium et pacis oblatio statim post primam Dignitatem; non vero tamquam proventuum baronalium conductori. **57.**

Comitia generalia Cleri convocanda sunt a Praeposito Cathedralis in aula Capitulari. **2306** *ad* 8; ubi Canonico deputato Capituli Cathedralis debetur praecedentia supra Dignitates Collegiatarum. *Ibidem ad* 9; et etiam in aliis congressibus, qui fiunt coram Episcopo occasione Synodi. *Ibidem ad* 10.

Commemoratio (in genere).

Commemoratione illius Sancti, cuius duplex quoddam, ex antiqua obligatione celebrari solebat, in Vesperis de die occurrente oneri satisfieri declaratur in Ecclesia parochiali Deniae Valentinae Dioecesis; dummodo is Sanctus vel in Martyrologio Romano vel in particulari illius Ecclesiae descriptus sit, simulque accedat consensus et approbatio Ordinarii. **38.**

Commemoratio unius Martyris ritus simplicis qualis esse debeat, si fiat in die, qua recitatur Officium alterius S. Martyris ritus duplicis vel semiduplicis, decernitur **1890** *ad* 1.

Si Commemoratio Sancti simplicis occurrat in Feria II Quadragesimae, quando dictum est Nocturnum Defunctorum, non oportet dici in Missa quarto loco Oratio: *Omnipotens sempiterne Deus, qui vivorum* etc. pro Commemoratione Defunctorum, sed sufficit tertia Oratio *A cunctis;* quod si dicatur quarta Oratio: *Omnipotens* etc., quinta erit ad libitum. **2193** *ad* 1; si eadem Commemoratio occurrat in Feria II post Dominicam Passionis, dicenda erit secunda Oratio de Simplici tantum. *Ibidem ad* 2.

Pro Commemoratione Simplicis plurimorum Martyrum Antiphonae variantur, quando ea fieri debet in festo pariter plurimorum Martyrum; sin autem festum transferatur, variatio non fit. **2199.**

Pro Commemoratione facienda alicuius diei infra Octavam in Laudibus, si Antiphona sumenda sit ex eodem Communi, unde sumpta est pro Officio, servari debet Rubrica Tit. IX. num. 8, ut scilicet sumatur ex I Vesperis. **2205** *ad* 2. **2503** *ad* 2.

Commemoratio festi occurrentis non est facienda in Missa votiva, quae ex fundatione cantatur praeter Conventualem. **2323** *ad* 3. **2327** *ad* 2.

Commemoratio Sancti Simplicis in Missa Conventuali non cantata, sed tantum lecta, in duplici II classis omittenda est. **2514** *ad* 8; omittenda est etiam in duplicibus II classis in Missa cantata sine Ministris sacris. **2572** *ad* 4.

Commemorationes in Missa votiva B.M.V. quolibet Sabbato per privilegium cantanda faciendae sunt iuxta Rubricas, et *Credo* est omittendum. **3365** *ad* 6.

Commemoratio de die infra Octavam vel de Simplici non est facienda in Missa solemni votivo-festiva Patroni principalis, ubi illius Solemnitas ad Dominicam insequentem transfertur. **3624** *Dub.* 1.

Commemoratio solum per Orationes de Vigilia occurrente in Sabbato Quatuor Temporum facienda est ab Episcopo Ordines conferente; non vero legendum eiusdem Evangelium in fine Missae. **3638** *ad* 1.

Quoad Commemorationes in Missis cantatis vel lectis, quando de Sancto in die non propria, uti in die festi, agitur ob speciale privilegium, serventur Rubricae. **3833** *ad* 2.

Commemoratio Dominicae in II Vesperis SSmae Trinitatis fieri nequit, concurrente Festo I vel II classis. **2632** *ad* 1. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **244.**

Commemoratio tantummodo diei octavae Corporis Christi in II Vesperis fieri debet, concurrente festo Nativitatis S. Ioannis Bapt. vel Ss. Apostolorum Petri et Pauli vel alio quocumque festo duplici I classis: non vero sequentis festi Sacri Cordis Iesu. **2632** *ad* 2. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **248.**

Commemoratio Feriarum III et IV Rogationum omitti debet in festis I classis, non vero in festis II classis. **3352** *ad* 5.

Commemoratio festorum, quae simplificantur, omitti vel non omitti debent in II Vesperis, quando sequitur festum I vel II classis iuxta regulas Tabellae Concurrentiae; non secus ac si de ipsis factum esset Officium. **3352** *ad* 8.

Commemoratio Officii votivi de SSmo Sacramento fieri nequit in Vesperis Officiorum Passionis Dominicae intra Quadragesimam occurrentium. **3612** *ad* 2.

Commemoratio sequentis festi, etiam ad modum simplicis redacti, non est facienda in II Vesperis diei Octavae Corporis Christi. **3712. 3731** *ad* 2.

Commemorationum ordo in Vesperis faciendarum praefertur **3843.**

Commemoratio feriae VI post Octavam Ascensionis in II Vesperis non est omittenda, si eadem feria occurrat duplex II classis. **3844** *ad* 4.

Pro Commemoratione in Suffragiis, si Titularis sit B. M. V. Assumpta, sufficit Antiphona *Sancta Maria succurre* cum supposita Oratione. **1354** *ad* 2. **3401** *Dub.* II. *qu.* 2. Vide **4043** *Decret. gener.*

Pro Commemoratione in Suffragiis, si Titulares sint Ss. Apostoli Petrus et Paulus, sufficit eadem, quae fit post Commemorationem B. M. V. **2374.**

Commemoratio inter Suffragia de Titulari Ecclesiae Cathedralis, in genere, solummodo facienda est per illos, qui sunt de gremio Ecclesiae. **2388** *ad* 8.

Commemoratio S. Ioseph inter Suffragia Sanctorum apponi debet. **3252** *Decret. gener.;* et debet peragi ab Alumnis Seminarii Missionum ad Exteros iuxta formam Brevis Apostolici; item Commemoratio Sancti Francisci Xaverii prout infra Octavam eiusdem Sancti. **3314.**

Commemoratio S. Ioseph in Officio parvo B. M. V. addi potest longissimae consuetudinis causa. **3572** *ad* 3.

Commemoratio de Cruce, quae dicitur tempore Paschali loco Suffragiorum, recitari nequit, quando fit Officium votivum de Passione. **3675** *ad* 3. **4043** *ad* 2; aut de SSmo Sacramento. **3792** *ad* 8. **3844** *ad* 5.

Commemoratio de Sancto Titulari Ecclesiae, per quam transit Processio, stando fieri debet. **1358** *ad* 3.

Commemoratio Nativitatis B. M. V. fieri nequit in Officio SSmi Nominis eiusdem; neque facienda est in II Vesperis Nativitatis B. M. V. Commemoratio dicti SSmi Nominis, si prius festum cadat in Sabbato. **1739** *ad* 1 *et* 2.

Commemoratio solemnis S. Benedicti in mense Iulio non est celebranda cum Octava sine speciali concessione. **2319** *Tit.* VII.

Commemoratio S. Benedicti a Monachis eius Instituti fit in Officio S. Mariae in Sabbato, in Semiduplici, Simplici et Feriis. **2319** *Reliq. Dub. ad* 21 *et* 23; verum in eiusdem Officio votivo Commemoratio S. Scholasticae fieri nequit. *Ibidem ad* 22.

Commemoratio S. Ioseph in festo Desponsationis B. M. V. non est facienda absque speciali concessione. **2319** *Tit.* IX.

Commemoratio Rogationum facienda est in Missa pro Sponso et Sponsa illarum diebus dicenda. **2693** *ad* 4.

Commemoratio de Spiritu Sancto in Missa de Officio currenti facienda, de speciali gratia, nullo unquam tempore in exemplum afferenda, conceditur Monialibus Ordinis Cisterciensis S. Susannae in Urbe occasione vestitionis vel professionis; dummodo non occurrat festum duplex I vel II classis nec Dominica privilegiata. **2766.**

Commemoratio S. Pauli in illis Ecclesiis, in quibus Conversio S. Pauli colitur tamquam Titulus, habet ritum solum duplicis maioris, nisi constet de speciali Indulto quoad ritus elevationem. **2872** *Dub.* IV.

Commemoratio S. Pauli ad ritum duplicis maioris elevatur pro universa Ecclesia. **3581** *ad* 2.

Commemoratio S. Pauli, ubi est impedita, non gaudet privilegio translationis super aliis Officiis duplicis maioris antea translatis, sive primariis sive secundariis. **3919** *ad* 12. Vide **S. Paulus.**

Commemoratio Festi Ss. Apostolorum Petri et Pauli, die 29 Iunii, Romae agatur singulis Octavae diebus, quocumque festo occurrente. **3581** *ad* 3.

Commemorationes omnium Ss. Apostolorum die 29 Iunii, et omnium Ss. Martyrum die 26 Decembris, illae sunt, quae olim praescriptae fuerunt pro statu Romano, occasione reductionis festorum. **2591** *ad* 11; et ubi haec commemoratio fuit concessa, in Missa facienda est sub distincta conclusione. **2914** *ad* 1; et non immediate post Orationem Festi, sed suo loco. **3157** *ad* 12. Haec Commemoratio etiam Regulares in territorio Reipublicae Gallicanae respicit, quamvis utantur Calendario Urbis. *Ibidem.*

Commemoratio Octavae S. Michaelis Archangeli, ubi fit sub ritu duplicis I classis cum Octava, facienda est in festo Ss. Angelorum Custodum die 2 Octobris. **3406.**

Commemorationis SS. Summorum Pontificum S. R. E. festum ritus duplicis, quando occurrit cum altero festo ritus duplicis, sed affixo diei mensis, huic locum cedit. **3607** *ad* 4.

Commemoratio Dedicationis Cathedralis Dioecesis, in qua Anniversarium omnium Ecclesiarum simul celebratur, fieri nequit a Sacerdotibus, qui eadem die celebrant Anniversarium propriae Ecclesiae. **3583** *ad* 1 *et* 2.

Commemoratio Ss. Tiburtii et Soc. Mart. facienda est in I Vesperis festi S. Iustini Mart. die 14 Aprilis, prouti exhibetur in editione typica Breviarii Romani. **3747** *ad.* 4.

Commemoratio pro Summo Pontifice in Anniversario Creationis et Coronationis eiusdem est praeceptiva in omnibus Missis cantatis et lectis in toto Orbe catholico. **3078** *ad* 8.

Commemoratio pro Episcopo in Anniversario Electionis et Consecrationis est praeceptiva in Missis cantatis et lectis tam pro saecularibus quam pro regularibus Sacerdotibus totius Dioecesis. **3078** *ad* 3. **3824** *ad* 5; et etiam in Anniversario Translationis. **3078** *ad* 6.

Commemoratio Anniversarii Electionis et Consecrationis Episcopi, si Missa votiva ab Episcopo vel coram ipso celebranda per accidens impediatur, coniungenda est sub una conclusione cum Oratione diei. **3824** *ad* 4.

Commemorationes plures quando occurrunt faciendae de eodem Communi; *ad Vesperas,* dictis Antiphona et ℣. de 1 et 2 Vesperis, altera Commemoratio fit per Antiphonam de Laudibus et ℣. ex 2 Nocturno, ultima vero per primam Antiphonam et ℣. ex 3 Nocturno; — *ad Laudes* vero, dictis Antiphona et ℣. de Laudibus, prima Commemoratio fit per Antiphonam et ℣. de 1 Vesperis, altera per Antiphonam de 2 Vesperis et ℣. ex 2 Nocturno, tertia tandem per primam Antiphonam et ℣. 3 Nocturni. **4042** *ad* 5.

Commemorationes agendas ad Laudes et Vesperas in Suffragiis Sanctorum statuit Decretum generale. **4043.**

Commemoratio Dedicationis Cathedralis fit solum in II Vesperis Titularis Ecclesiae Monialium, quando hoc festum concurrit cum dicta Dedicatione. **2272.**

Pro Commemoratione Officii votivi Ss. Apostolorum, quando in II Vesperis Ss. Ap. Simonis et Iudae die 28 Octobris fieri debet, sumatur Oratio ex Appendice Breviarii pro

aliquibus locis die 29 Iunii; nimirum *Deus, qui nos beatorum*. **3597** *Dub.* 5.

Commemoratio de Ss. Ap. Petro et Paulo in Suffragiis non est omittenda in Officio votivo omnium Ss. Apostolorum. **3597** *Dub.* 7.

Commemorationem de sanctis Titularibus Beneficii simplicis Beneficiati non tenentur quotidie facere. **1354** *ad* 1.

Vide **Collecta. Oratio. Officia votiva** (in particulari).

Commemoratio Omnium Fidelium Defunctorum.

In Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum die Celebrantes possunt applicare sacrificium ad libitum. **1275** *ad* 9.

In Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum die tres Missas celebrare non licet sine Apostolico Indulto. **1554. 1617.**

In Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum die si cadaver sit tumulandum, cani debet Missa ut in die obitus praeter aliam pro defunctis omnibus; Missae vero privatae omnes dici debent de communi Defunctorum. **893** *ad* 4. **1788. 3864** *ad* 5. *Decret. gener.*

In Commemoratione omnium Fidelium Defunctorum Oratio post Absolutionem breviter concludenda est. **2002** *ad* 4.

In Commemoratione omnium Fidelium Defunctorum, si quotannis coincidat cum die octava Dedicationis Ecclesiae, duae dicendae sunt Missae conventuales, una de octava, altera de Requie: Missae vero privatae omnes sint de Requie. Quando vero dies octava incidat in Dominica, omnes Missae esse debent de die octava, quum Commemoratio omnium Fidelium Defunctorum transferatur in diem sequentem. **2014.**

In Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum die Abbates Regulares in functione, quae fit in ambitu monasterii, nequeunt uti mitra. **2060.**

Commemoratio generalis Defunctorum non est facienda in die Dominica. **192.**

In Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum die, si celebranda sit Missa pro unico particulari Defuncto, poterunt illi, qui gaudent privilegio dicendi ea die tres Missas, qualemcumque celebrare ex illis a Benedicto XIV praescriptis. **2524** *ad* 2.

In Commemoratione omnium Fidelium Defunctorum canendum est Responsorium *Libera me Domine,* et non aliud in Absolutione. **2915** *ad* 12.

In Commemoratione omnium Fidelium Defunctorum et per eius Octavam servari potest consuetudo benedicendi populum cum SSmo Sacramento ad pias fundationes vel simplices devotiones adimplendas; quae semel acceptatae, si excreverint, non sunt minuendae aut commutandae absque facultate. **3017.**

In Commemoratione omnium Fidelium Defunctorum Sacerdos, qui cantat Missam Conventualem, potest iuxta usum in Hispania vigentem, alias duas Missas pro Defunctis celebrare, observando ordinem Missarum iuxta Indultum. **3692. 3855** *ad* 1.

In Commemoratione omnium Fidelium Defunctorum, ubi per Indultum tres Missas celebrare licet, Sacerdos qui unam Missam celebrare vult, debet dicere primam Missam, ut in die Commemorationis Defunctorum; qui vero duas tantum, alteram e reliquis ad libitum eligere potest. **3767** *ad* 27.

In Commemoratione omnium Fidelium Defunctorum, occurrente prima feria VI Novembris, Missa votiva de SSmo Corde Iesu celebrari nequit. **3855** *ad* 2.

In Commemoratione omnium Fidelium Defunctorum dicendum Matutinum pro Defunctis, non solum privatim, sed etiam publice in Choro anticipari potest die 1 Novembris post Completorium, in omnibus tam Cathedralibus quam Collegiatis Ecclesiis, sive praesens sive absens sit Episcopus. **3864** *ad* 1. *Decret. general.* **2002** *ad* 15.

Commemoratio omnium Fidelium Defunctorum, quando die 2 Novembris occurrat dies Dominica, vel alicubi festum aliquod cum feriatione celebrandum, aut duplex I classis, quamvis sine feriatione, transferatur in sequentem diem tertiam eiusdem mensis similiter non impeditam: cuius pridie Matutini recitationem pariter anticipari S. R. C. indulget. **3864** *ad* 2. *Decret. general.*

Commemoratio omnium Fidelium Defunctorum si transferenda sit in diem 3 Novembris et in aliqua Ecclesia eadem die festum duplex II classis occurrat, hoc festum transferatur in primam diem liberam iuxta Rubricas. De die vero octava, aut de festo duplici maiori, minori vel semiduplici occurrentibus, sicut de alio festo translato, cui in Calendario locus pro eo anno non suppetat, in praefata Commemoratione generali Defunctorum Officium fiat; sed Missae omnes, sola (ubi dicenda est) Conventuali excepta, sint de Requie. **3864** *ad* 3. *Decret. gener.*

In Commemoratione omnium Fidelium Defunctorum, si habenda sit Expositio SSmi Sacramenti pro Oratione XL Horarum, Missa unica de eo non omittatur; sed reliquae omnes sint pro Defunctis, ad Altare Expositionis non dicantur et celebrentur in colore violaceo. **3864** *ad* 4. *Decret. gener.* Vid. **3177.** *Decret. gener.*

In Commemoratione omnium Fidelium Defunctorum, si Expositio SSmi Sacramenti facienda sit, Missa coram SSmo Sacramento dici potest de Sancto occurrente, si ritu duplici celebratur; secus, dici potest de Octava vel votiva de SSmo Sacramento cum Orationibus tempori congruentibus. **3302** *ad* 1.

Commemoratio Sanctissimi Sacramenti.

Commemoratio SSmi Sacramenti fieri potest in Missis privatis in Expositione XL Horarum, exclusis Duplicibus I vel II classis. **1743** *ad* 4. **2365** *ad* 1.

Commemoratio SSmi Sacramenti in Missa, quae coram Eodem exposito cantatur, facienda est post alias omnes Orationes de praecepto. **2515** *ad* 1. **3365** *ad* 5; et in Missis solemnibus in festis I et II classis fieri debet sub unica conclusione. **2323** *ad* 1; **2327** *ad* 1. **3436** *Dub.* 3; si haec Missa cantatur in festis I et II classis occurrentibus in Dominica, Commemoratio SSmi Sacramenti coniungenda est Commemorationi Dominicae. **2461** *ad* 3; item in Dominicis privilegiatis I et II classis facienda est sub unica conclusione cum Oratione Dominicae. **2509** *ad* 1.

Commemoratio SSmi Sacramenti in Missis privatis poterit fieri durante eius Expositione, quando haec fiat in Pyxide ex publica causa. **2390** *ad* 4 et 5.

Commemoratio SSmi Sacramenti fieri debet in Missa, quae celebratur pro eo exponendo, quamvis non sequatur Processio. **2598** *ad* 2. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **191.**

Commemoratio SSmi Sacramenti omittenda est in Missa Sacratissimi Cordis Iesu celebrata ante SSmum Sacramentum solemniter expositum. **2717.**

Quoad Commemorationem SSmi Sacramenti in Missa solemni coram SSmo exposito in solemnitatibus Nativitatis, Paschae et Ascensionis Domini, servanda est Instructio Clementina pro Oratione XL Horarum. **3112** *ad* 3.

Commemoratio SSmi Sacramenti facienda est post alias omnes Orationes de praecepto, et ante omnes Collectas etiam imperatas. **3328** *ad* 2.

Commemoratio SSmi Sacramenti praemittenda est Orationi de Spiritu Sancto in casu **3245** *ad* 1; atque in festis duplicibus I classis Oratio SSmi Sacramenti coniungenda est cum Oratione festi, et Oratio de Spiritu Sancto dicenda est sub distincta conclusione. *Ibidem ad* 2.

Commemoratio SSmi Sacramenti in Missis privatis fieri potest in Ecclesiis, ubi SSmum Sacramentum expositum manet, in festis Domini; dummodo Missa non versetur in eodem mysterio. **3426** *ad* 1.

Commemoratio SSmi Sacramenti ratione Expositionis in Vigiliis privilegiatis et festis duplicibus I et II classis in Missis solemnibus est facienda, non vero in Missis privatis. **3517.**

Commemoratio SSmi Sacramenti fieri nequit in Missa Pretiosissimi Sanguinis coram Eodem Sacramento exposito celebrata. **3613** *ad* 1.

Commemoratio SSmi Sacramenti in Missa coram Eodem exposito omittenda est ob identitatem mysterii in festis dumtaxat Passionis, Crucis, SSmi Redemptoris, Sacri Cordis Iesu et Pretiosissimi Sanguinis. **3924** *ad* 4.

Commemoratio SSmi Sacramenti fieri nequit in Missa Conventuali, si haec celebretur, postquam SSmum Sacramentum reconditum iam fuerat. **2528** *ad* 5.

Commemoratio de SSmo Sacramento tempore Expositionis Eiusdem dicenda est; sed non in Missis ante Expositionem celebratis. **2745** *ad* 6.

Commentaria ad Instructionem Clementinam pro Expositione SSmi Sacramenti in forma XL Horarum ab Aloisio Gardellini descripta. *Vide in IV volumine pag.* **1-138.**

Commissionis particularis virorum ecclesiastici cantus peritorum opera probatur et laudatur quoad novam librorum liturgicorum Ratisbonensem editionem Brevi Apostolico. **3830.**

Communicantes.

Communicantes de Ascensione non omittitur in festis I et II classis, quae occurrunt infra Octavam Ascensionis, licet de ea non fiat commemoratio. **1333** *ad* 8.

Communicantes de infra Octavam dici debet, quamvis Missa votiva ex urgenti causa infra Octavam celebranda Praefationem propriam habeat. **1265** *ad* 3.

Communicatio Privilegiorum.

Communicatio Privilegiorum aliarum Religionum non sufficit, ut Regulares addere possint nomen S. Fundatoris in Litaniis et *Confiteor*, vel ut recitare valeant Officia et Missas concessas aliis Religionibus. **2166** *ad* 2.

Communicatio Privilegiorum non extenditur ad Officia. **2034.**

Communicationis Privilegiorum vi Abbas Fuldensis Ordinis S. Benedicti habet facultatem benedicendi et consecrandi in

locis suae iurisdictionis. **2119** *ad* 1; sed ad haec nequit delegare suum Vicarium. *Ibidem ad* 2.

Communicatio Privilegiorum non suffragatur Capitulo Collegiatae unito Capitulo Cathedralis cum huiusmodi communicatione, nisi cum ambo Capitula coniunctim procedant. **1369.**

Communio (in genere).

Communio Fidelium in Nocte Nativitatis Domini prohibetur. **752. 781;** sed attentis peculiaribus circumstantiis Monialibus Ursulinis Goritiae degentibus indulta est. **2267.**

Communio prius administranda est ministro sacrificii quam aliis, quamvis dignioribus, non ratione praeeminentiae sed ministerii. **1074.**

Communionem administrans non debet manum porrigere osculandam; contraria consuetudo est eliminanda. **1134.**

Communionem administranti Episcopo, etiam extra Dioecesim, conveniens est ut annulum praebeat osculandum. **1342** *ad* 4.

Communionem Fidelibus distribuere nequit extra casum necessitatis Minister in Ordine Diaconatus tantum constitutus. **2504.**

Communio Fidelibus occasione Iubilaei vel magni concursus ministrari permittitur a tempore ad tempus, quo in illa Ecclesia celebrantur Missae; vel ad formam Rubricae, vel ad formam Indulti eidem Ecclesiae concessi. **2572** *ad* 23.

In Communionis distributione, si adsit necessitas, dividi possunt particulae consecratae. **2704** *ad* 1.

In Communionis distributione, quando occasione Indulgentiarum vel simili Fideles magna cum frequentia ad sacram Synaxim accedere solent, plura genuflexoria sive scamna linteo mundo contecta hinc inde a cancellis circulatim seu in quadrum intra Ecclesiam ordinentur, et in extremitatibus interiecti spatii duo saltem candelabra disponantur, quae perpetuo colluceant, dum Fidelibus circum adgeniculatis sacra Communio distribuitur. **3086** *ad* 2.

Communione Fidelium peracta, a Sacerdote redeunte ad Altare genuflectendum est antequam cooperiat sacram Pyxidem; et iterum genuflectendum antequam, Pyxide in tabernaculo reposita, ipsius tabernaculi ostiolum claudat. **3116. 3975** *Dub.* 3 *qu.* 2.

Communio distribui nequit in Missis, quae celebrantur in Altari Expositionis neque intra neque extra Missam; nisi adsit necessitas vel gravis causa vel speciale indultum. **3448** *ad* 1. **3482;** quod etiam valet pro Ecclesiis parochialibus ruralibus, in quibus, licet secundarium adsit Altare, nimis incommodum et indecens videtur ob earum angustiam inibi S. Synaxim administrare. Verum in hisce Ecclesiis praestat Altari laterali apponere parvum Ciborium amovibile, et quatenus oporteat, loco transennae, vulgo *Balaustra*, scamna circumponere. **3525** *ad* 4.

In Communione distribuenda si quantitas Hostiarum non suffecerit multitudini, in subsequenti Missa statim post consecrationem reassumi nequit eiusdem distributio; cuiusmodi abusus est interdicendus. **3448** *Dub.* 7.

Communionis primae puerorum occasione, Altaria ornari possunt floribus et pulsari Organa, etiam tempore Quadragesimae, et statua S. Ioseph relinqui potest discooperta tempore Passionis. **3448** *ad* 11.

Communionem accipiens Sacerdos utatur stola eiusdem coloris ac Sacerdos, qui eam administrat, vel etiam coloris albi. **3499** *ad* 1; Diaconi accedentes privatim ad sacram Communionem deferre debent stolam transversam super cotta. *Ibidem ad* 2.

Communionem necessario recipere non debent Sponsi in Missa Nuptiali; Parochi tamen curent et Rectores animarum adhortentur fideles nupturos, ut in Missa, in qua benedictiones nuptiales impertiuntur, communicent. **3329. 3531** *ad* 7.

Communionem quotidie recipiendi consuetudo laudanda est; ac promovendus est usus frequenter suscipiendi SSmam Eucharistiam, iuxta Concilii Tridentini sess. XIII cap. 8 dispositionem. **3648** *ad* 2.

Communionem dum Episcopus fidelibus administrat, adhibere nequit formulam in Pontificali pro Ordinatis praescriptam. **3012** *ad* 3.

Ad Communionem distribuendam et populo Benedictionem impertiendam, occasione alicuius Festi, Tridui etc., SSmum Sacramentum ab Altari maiori transferri potest ad Altare in Ecclesiae lateribus erectum; dummodo tamen SS. Sacramentum in duobus Altaribus continuo non asservetur. **3576** *ad* 6. **3728** *ad* 1.

Communio populi usque dum terminetur, Celebrans transiens ante Altare, in quo fit Communio, genuflexus permanere non tenetur. **2002** *ad* 14.

Communio extra Missam.

Communionem extra Missam administrans Sacerdos non osculatur Altare, antequam populo benedicat. **2704** *ad* 6.

Communione distributa, Sacerdos debet benedicere populo manu dextera, non vero

cum sacra Pyxide. **2543.** **2725** *ad* 1 *et* 2; et formulae *Ecce Agnus Dei* et *Domine non sum dignus* recitari nequeunt lingua vernacula. **2725** *ad* 5.

Communio in casu necessitatis ministrari potest transeundo ad Altare, in quo SS. Sacramentum asservatur, a Sacerdote vestibus Missae induto qui in alio Altari Missam celebrat vel celebravit. **2740** *ad* 11.

In Communione administranda extra Missam decet, ut Sacerdos ipse bursam cum corporali deferat ad Altare. **2850** *ad* 3; bursa cum corporali est semper adhibenda. **2932** *ad* 1 *et* 2; et Rubrica Ritualis Romani in hoc casu est praeceptiva. *Ibidem ad* 3; nec sufficit palla super Altare posita loco corporalis. *Ibidem ad* 4; debet autem bursa esse eiusdem coloris ac stola a Sacerdote deferenda. **3515** *Dub.* 1.

Communio si administranda sit tempore Paschali ante vel post Missam de Requie, Oratio et versiculi debent esse de tempore, omisso *Alleluia.* **3465.**

Post Communionem distributam Oratio *Deus qui nobis etc.* concludenda est ut in Rituali Romano longiori conclusione. **3515** *Dub.* 2.

Communione distributa tempore Paschali addendum est *Alleluia* tum Antiphonae *O sacrum convivium,* tum ℣. et ℟. **3576** *ad* 11.

Post Communionem extra Missam distributam Episcopus in benedicendo populo tres cruces efformare debet. **3731** *ad* 5.

In Communione administranda extra Missam Sacerdos nequit recitare *Confiteor,* nisi omnino deficiente idoneo ministro. **3488** *ad* 3.

In Communione administranda extra Missam stola potest esse coloris Officio convenientis iuxta Rituale, vel etiam coloris albi, prout valde convenientis Sacramento Eucharistiae. **2740** *ad* 12.

Communionem accipiens Sacerdos utatur stola eiusdem coloris ac Sacerdos, qui eam ministrat; vel, si libuerit, coloris albi. **3499** *ad* 1.

Communio dari potest tum ante tum post Missam Defunctorum, omissa in utroque casu benedictione. **1711** *ad* 2. **3177.** *Decr. gener.*

Communionem quando Sacerdos immediate ante vel post Missam, sacris paramentis indutus, vel omnino extra Missam cum superpelliceo et stola Monialibus distribuit, quae habent Chorum retro post Altare, debet post recitatum *Confiteor* deponere Ciborium ad fenestellam Chori, et ibi ad Moniales conversus dicere *Misereatur etc.* **3764** *ad* 14. *Declaratio huius Decreti.* **3800.**

Communione distributa extra Missam, versiculi et Oratio *Deus qui nobis etc.* sunt de praecepto; benedictio autem semper danda est (excepto casu, quando datur immediate ante vel post Missam Defunctorum) cum formula *Benedictio Dei etc.* **3792** *ad* 10.

Communionem distribuere, iusta de causa, immediate ante vel post Missam non est prohibitum. **3832** *ad* 3.

Post Communionem distributam preces dicendae recitari debent infra ablutionem et extersionem digitorum. **3975** *Dub.* 3 *qu.* 1.

Communio administrari nequit extra Missam in Altari, ubi SSmum Sacramentum expositum est, etiamsi adsit consuetudo. **3448** *ad* 1.

Communio generalis Feria V in Coena Domini.

Communionem sumentes Sacerdotes Feria V in Coena Domini stolam aptare possunt in modum crucis vel deferre a collo hinc inde pendentem. **1637** *ad* 4.

In Communione generali Feria V in Coena Domini administranda formulae *Ecce Agnus Dei* etc. *et Domine non sum dignus* dici debent. **2089** *ad* 4.

In Communione generali Feria V in Coena Domini Canonici Sacerdotes imponere possunt stolam a collo pendentem super almutiam, vel solum super cottam iuxta locorum consuetudinem. **2552** *ad* 3.

Communionem Feria V in Coena Domini accipere potest Magistratus ad gradus Altaris. **2753** *ad* 6.

Communionem distribuere potest Superior Regularis suis subditis Feria V in Coena Domini ad praeceptum Paschale adimplendum, in Missa in Oratorio privato vel in Ecclesia ianuis clausis celebranda. **2799** *ad* 2; id tamen non valet in Oratoriis, quae ad Seminaria et Pias Communitates pertinent, nisi habeatur Apostolicum Indultum. **4049** *ad* 2.

Ad Communionem suscipiendam Feria V in Coena Domini Canonici pluvialibus induti nequeunt insuper imponere stolam. **3029** *ad* 14.

Ad S. Communionem suscipiendam Feria V in Coena Domini Canonici tenentur accedere cum iisdem tantum paramentis, quibus utebantur ab initio Missae. **3855** *ad* 4.

Communionem Feria V in Coena Domini ab Episcopo Auxiliari Canonici Ecclesiae Metropolitanae accipientes tenentur osculari eiusdem annulum Communionem administrantis. **3984** *ad* 1.

Ad Communionem Feria V in Coena Do-

mini Magistratus accedere nequit ante Sacerdotes paratos. **1559** *ad* 4; et tantum admittendus est post universum Clerum. **3024.**

Communionis administratio et Missae celebratio Feria V in Coena Domini in Collegiata S. Petri Corinaldi Dioecesis Senogallien., absente Archipresbytero, spectat ad Dignitates seu Canonicos, non autem ad Mansionarium Curatum, qui tamen assistere debet pro distribuendis schedulis. **2406** *ad* 4.

Praeter ius circa Communionem administrandi Feria V in Coena Domini ad praeceptum Paschale adimplendum, Parochi sibi alia iura vindicare nequeunt quoad Ecclesias exteras inter parochialem iurisdictionem exsistentes. **3608** *ad* 2.

Communio Infirmorum.

Communio in Parochiis ruralibus, licet iter longum habendum sit, administrari nequit infirmis cum stola absque superpelliceo. **2650** *Secunda facti species ad* 1. — *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **281.**

Communio licite administrari potest intra Missam in Xenodochiis, dummodo Altare e conspectu suo Celebrans non amittat, neque Psalmum interea recitet. **2672** *ad* 1. *Vide Suffr. in IV volumine pag.* **313-3448** *Dub.* 8; etiamsi celebret in paramentis nigris. **2672** *ad* 2.

Communionem non licet Celebranti in Oratorio privato deferre intra Missam ad infirmum in eadem domo decumbentem; at si urgeat necessitas, hoc fiat expleta Missa. **2885.**

Communione intra Missam peracta, Celebrans in sacello valetudinarii nequit deferre particulas in patena et pergere ad cellulas infirmorum, ut eis Communionem praebeat; sed particulas reservare debet distribuendas post Missam: fragmenta denique reponantur in Pyxide, quae in tabernaculo asservatur. **3099** *Dub.* I.

Communionem Missionarii in Dania administrare possunt occulte sine sacris vestibus et lumine, si ab haereticis aut infidelibus proveniat periculum sacrilegii. **3234** *Dub.* I. *qu.* 1; etiam iis, qui in carceribus acatholicis longo tempore detinentur, si immineat idem periculum et adsint causae prudenti iudicio Missionarii graves pro S. Eucharistia administranda. *Ibidem qu.* 3; in hisce casibus Sacerdos in cubiculo infirmi aut captivi se induere debet veste talari et stola, quotiescumque fieri potest. *Ibidem qu.* 4; Missionarius commorans in locis ab Ecclesia longe dissitis aliquas sacras Hostias pro Communione Infirmorum servare potest in loco decenti. *Ibidem qu.* 5.

In Communione deferenda ad infirmos conceditur Episcopo Oriolensi iuxta arbitrium et prudentiam suam a Summo Pontifice facultas, ut presbyteri ob aeris inclementiam aut nimium solis calorem cum pileolo incedant. **3246.**

Communionem in sacra Pyxide deferre potest Sacerdos in valetudinario ad infirmos sine velo humerali, et a duobus tantum candelas accensas deferentibus comitatus, etiam ad infirmos in aliquibus cubiculis, ex quibus, etsi Altare non videatur, tamen vox Sacerdotis celebrantis audiri potest; dummodo tamen in delatione SSmi Sacramenti umbella omnino adhibeatur. **3322** *ad* 1 *et* 2; et adstantes recitare possunt aliquas preces, dum distribuitur sacra Eucharistia. *Ibidem ad* 3.

Post Communionem administratam vel Viaticum distributum Oratio *Deus qui nobis etc.* concludenda est ut in Rituali Romano, cum longiori conclusione. **3515** *Dub.* 2.

In Communione infirmis administranda non per modum Viatici servandae sunt tam extra quam intra cubiculum infirmi omnes caeremoniae a Rituali Romano praescriptae pro administratione Viatici, exceptis excipiendis. **3767** *Dub. addition. Dub.* 3.

In Communione infirmis deferenda non per modum Viatici, recitari debent Ps. *Miserere* per viam; deinde ℣. *Pax huic domui* et Antiphona *Asperges etc.* cum ℣℣. et Oratione *Exaudi* in cubiculo infirmi, et data Communione alia Oratio *Domine sancte etc.* **3769** *ad* 2.

Vide **Viaticum.**

Communio intra Missam.

Communionem administranti Celebranti in Missa solemni Pyxis a Diacono et Patena a Subdiacono teneri nequeunt. **1572** *ad* 2.

In Communione, quae confertur ab Episcopo in Ordinum collatione, quoad presbyteros ordinatos tum *Ecce Agnus Dei etc.* tum *Domine non sum dignus* non dicitur; dici tamen debet in Communione aliis ministris praebenda: prout etiam in Communione generali Feriae V in Coena Domini. **2089** *ad* 4.

Post Communionem Presbyteris distributam in Ordinum collatione Diaconi et Subdiaconi dicere debent *Confiteor.* **2682** *ad* 10. **3721** *ad* 2.

In Communione Ordinandorum, si communicentur etiam Ordinati in Minoribus, Episcopus uti debet formula: *Corpus D.N.I.C. custodiat te etc.* **2682** *ad* 16. (Pone in Resp. Ad I Negative. Ad II Affirmative).

In Communione Ordinatis (tam ad Mino-

res quam ad Maiores) distribuenda utendum est formula Pontificalis; alias autem formula Ritualis Romani. **3186. 3012** *ad* 3.

In Communione Ordinandorum administranda Presbyteris servanda est Rubrica Pontificalis. **3105** *ad* 2.

In Communione Neo-Presbyteris praebenda in Ordinationis Missa formula *Corpus D. N. I. C. etc.* omittenda est. **2089** *ad* 4. **3274** *ad* 2. **3721** *ad* 1.

Communio quando a Celebrante post sumptionem Corporis et Sanguinis Clericis administratur, Canonici in Choro stantes genuflectere debent. **2209** *ad* 3.

In Communione prima adolescentium in Missa post sumptionem haberi possunt breves sermones, vulgo dicti *Fervorini;* vel alia quacumque ex causa. **3009** *ad* 4.

Ante Communionem distribuendam Celebrans sermonem ad populum habere potest, sed ab Altari et cum consensu Ordinarii, postquam se communicaverit. **3059** *Dub.* 10. **3529.**

Communio Fidelium intra Missam in nocte Nativitatis Domini prohibita est. **752. 781**; sed attentis circumstantiis peculiaribus, Monialibus Ursulinis Goritiae degentibus indulta est. **2267.**

Communionem administranti Episcopo, etiam extra Dioecesim, annulum praebere ad osculandum convenit. **1342** *ad* 4.

Communio dum in Missa solemni per notabile tempus distribuitur, cantari lingua vernacula non licet. **3975** *Dub.* V. *qu.* 1.

Communio in Sabbato Sancto inter Missarum solemnia distribui licet; et per eamdem praeceptum Paschale adimpleri potest. **2561.**

Communionem in Nocte Nativitatis Domini infra Missam Moniales suscipere possunt, si Regulae id praescribunt et approbatae sunt a S. Sede. **3254** *ad* 9.

Communionem infra Missam nuptialem Sponsi necessario recipere non debent; curent tamen Parochi et animarum Rectores adhortentur fideles nupturos, ut in Missa, in qua benedictiones nuptiales impertiuntur, communicent. **3329. 3531** *ad* 7.

Communitas.

Communitas nequit indicere festa de praecepto, quae nec in loco observantur de consuetudine, nec ab Ecclesia Romana praescribuntur. **535** *ad* 2.

Communitatum homines non tenentur in omnibus functionibus semper invitare Capitulum; dummodo non sint invitandi extranei. **1996** *ad* 2; Parochi dictarum Communitatum functionem funebrem peragere, aut alia quaecumque Officia celebrare possunt, tantum permittente Ordinario. *Ibidem ad* 3. Communitatum homines compellere possunt ad processionaliter accedendum ad Ecclesiam matricem in solemnitate Corporis Christi. *Ibidem ad* 4; possunt tamen infra Octavam Processionem facere in districtu suarum Parochiarum cum interventu Sacerdotum, non vocato Capitulo. *Ibidem ad* 5.

Communitatis Ecclesiae debent praestare cereum Ecclesiae matrici. **1996** *ad* 8.

Completorium.

Completorium cani a Canonicis Episcopus praescribere nequit, exceptis solemnioribus festis in Quadragesima occurrentibus; sed eisdem licet idem recitare modo chorali, non vero cani facere a musicis Cappellae Capitularis. **2425** *ad* 18.

In Completorio post ℣. *Deus in adiutorium etc.* addi debet *Alleluia* vel *Laus tibi Domine,* sicut in aliis Horis. **3213** *ad* 3.

Vide **Conclusio Hymnorum.**

Ad Completorium Chorus universus subiungere debet *Confiteor* et *Misereatur,* postquam Hebdomadarius dixerit *Confiteor.* **235** *ad* 14.

Post Completorium non licet recitare in Choro Matutinum pro die sequenti, **64. 67. 71**; neque in Quadragesima **2331** *ad* 10; neque occasione Processionum et Festivitatum, absque licentia Episcopi. **2432** *ad* 2.

Ad Completorium in recitatione Lectionis brevis Moniales dicere debent: *Iube Domne benedicere* et *Fratres sobrii estote;* et contrarius usus tamquam abusus omnino abolendus est. **1490** *ad* 7.

In Completorio ad Psalmi quarti recitationem surgere non est in more Ecclesiae Romanae. **1322** *ad* 14.

Post Completorium Officium parvum B. M. V. et Psalmi Graduales recitari nequeunt. **1962** *ad* 1.

Completorii recitationem Canonici non tenentur suspendere ac differre, usque dum Pyxis maioris Altaris tabernaculo collocetur, catechismus vel concio ab Episcopo habita absolvetur, quaedam orationes recitentur, et cum benedictione plebs dimittatur. **2577.** *ad* 2. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **160.**

In Completorii principio ad ℣. *Converte nos* signum Crucis ad pectus faciendi consuetudo servanda est. **3156.**

Completorio in Choro assistentes Canonici nequeunt uti pallio et pileo, loco habitus canonicalis. **440** *ad* 2.

Concede Oratio ad poscenda Suffragia

Sanctorum dicenda est loco: *A cunctis*, si celebretur Missa de Titulari; vel omittendum est nomen Titularis in Oratione *A cunctis*. **2597** *ad* 3. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **189.**

Concentui musico ab Episcopo locus in Processionibus assignandus est, ante utrumque Clerum. **2869.**

Conceptio Immaculata B.M.V. vide **Immaculata Conceptio Beatae Mariae Virginis.**

Concessiones particulares quoad Missas, Lectiones in Officio etc. servandae sunt. **3254** *ad* 1.

Concio.

Concione in Missa solemni peracta, *Credo* dici debet. **9** *ad* 8.

Concionem habituro Episcopo coram loci Ordinario, etsi Cardinali, non convenit ut ante concionem petat benedictionem. **230.**

Concio in Ecclesia, ubi expositum est SSñum Sacramentum, fieri debet detecto capite. **488** *ad* 4; quamvis SSñum Sacramentum sit velo serico obductum. **2769** *ad* 2.

Conciones habere nequeunt Regulares, non petita benedictione ab Episcopo. **641** *Dub.* 2.

Concionem actu habente Episcopo, nemini licet in aliis Ecclesiis vel saecularium vel regularium concionari. **1360.**

Intra Concionem consuetudo sedendi super gradibus Altaris maioris, terga vertendo SSño Sacramento, sive sit istud sive non sit expositum, tamquam corruptela reprobatur. **2564** *ad* 3.

In Concionibus Episcopi et Presbyteri possunt adhibere stolam, si adsit immemorabilis consuetudo. **2682** *ad* 21. **3157** *Dub.* 6; et color eiusdem respondeat Officio diei. **3157** *Dub.* 6; etiam die 2 Novembris. **3764** *Dub.* 13.

In Concionibus Capitulares Ecclesiae Cathedralis de Arequipa adhibere possunt stolam et pluviale, attenta consuetudine, etiam praesente Episcopo. **3117** *ad 1 et* 2.

Concionis alicuius habendae occasione, benedictio SSñi Sacramenti potest praemitti concioni iuxta Ordinarii concessionem et iusta de causa. **3448** *ad* 4.

Concio ex lege synodali facienda in Dominicis et Festis, etiam solemnioribus, fieri potest functionibus choralibus absolutis, vel inter Missarum solemnia, vel ante vespertinam Benedictionem cum SSño Sacramento iuxta consuetudinem. **3614** *ad* 1.

In Concionibus et in publicis conventibus sacris usus cappae, mozzettae vel caputii iis permittitur, qui eisdem insignibus gaudent, in propriis tamen Ecclesiis, non vero in alienis, secluso privilegio, nisi in his capitulariter conveniant; nunquam autem in aliena Dioecesi. **3784** *ad* 3. *Decret. gener.*

Concioni assistere tenentur Canonici cum habitu Canonicali in aliena Ecclesia, quando Episcopus cum cappa eidem interest. **944**; et non interessentes concioni in Ecclesia subrogata Cathedrali, eadem poena plectendi sunt, ac si concionibus in Cathedrali habendis non interessent. **978.**

Concionibus assistentes Canonici et Praebendati in propria Ecclesia sedere debent in decenti separato scamno cum habitu chorali, et non mixtim cum populo; idque iubere potest Episcopus sub poenis sibi visis. **1217.**

Ad Conciones in Cathedrali audiendas si Canonici Collegiatae accedant, laudandi sunt, sed non cogendi. **1155.**

Concionibus interessentes Canonici in propriis stallis debent esse induti habitu Canonicali. **2108.**

Concionem si habent Canonici in propria Ecclesia, cappa et mozzetta utantur; non item extra. **2578** *ad* 2. *Dub. addit. Vide Suffragium in IV volumine pag.* **164.**

Concio dum habetur in Expositione SSñi Sacramenti, ante Idem velamen apponi debet. **3728** *ad* 2.

Vide **Concionator. Sermo.**

Concionator.

Concionator in Ecclesia, ubi expositum est SSñum Sacramentum, detecto capite sermonem habere debet. **488** *ad* 4; quamvis SSñum Sacramentum sit velo serico obductum. **2769** *ad* 2.

Concionator servare debet decretum Episcopi, quo iste iubet neque Capitulum neque Magistratum salutari. **941.**

Concionatori non licet salutare Magistratum, sive praesente sive absente Episcopo, cum titulo *Illustrissimi*. **1621. 2045** *ad* 3.

Concionatori salutanti Celebrans et Ministri correspondere possunt. **1772** *ad* 5.

Concionator, sive praesente sive absente Episcopo, debet salutare prius Canonicos quam Gubernatorem. **1851. 1892**; et prius Capitulum quam Magistratum. **2045** *ad* 2. **2288**; et prius et distincte Episcopum, quam Gubernatorem Provinciae. **1941.**

Concionator Canonicus Cathedralis in

Conclusio Hymnorum.

Conclusio Orationum.

Conclusio Orationis in Absolutione ad tumulum die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum est brevis. **2002** *ad* 4.

Conclusio Orationis : Deus, qui nobis sub Sacramento in fine Expositionis SSmi Sacramenti est brevis scil. *Qui vivis et regnas in saecula saeculorum.* **2252. 2986** *ad* 6; longior autem, ut in Rituali Romano, adhibenda est post administrationem Communionis vel Viatici. **3515** *Dub. II.*

Conclusio Orationum S. Iuliani, S. Fidelis a Sigmaringa et Postcommunionis S. Ioannis Nepomuceni, S. Bernardini Senensis, S. Hieronymi Aemiliani, S. Ioannae Franciscae, S. Ianuarii, Octavae Passionis D. N. I. C., Feriae IV post Dominicam II Quadragesimae facienda est per verba tantum *in unitate Spiritus Sancti.* **2682** *ad* 45.

In Conclusione Orationum, quando plures in Missa vel Officio dicendae sunt sub unica conclusione, et in prima vel secunda, non autem in ultima, Spiritus Sanctus nominatur, dici tantum debet: *in unitate Spiritus etc.* omisso verbo *eiusdem.* **2724** *ad* 1; item quoties Filius non in ultima Oratione nominatus fuerit, conclusio fiat: *Per Dominum,* omisso verbo *eumdem. Ibidem ad* 2.

Conclusio Orationis in festo Sanctorum Innocentium est: *Per Dominum nostrum.* **3054** *ad* 1. a)

Conclusio Postcommunionis in collatione sacrorum Ordinum facienda est verbis: *Qui vivis et regnas.* **3103** *Dub.* 13.

Conclusio Secretae Missae propriae in festo Purissimi Cordis B. M. V. fieri ita debet: *Per eumdem Dominum.* **3103** *Dub.* 15.

Conclusio Orationum ante Benedictionem cum SSmo Sacramento debet esse brevis et concordare cum ultima Oratione, iuxta Rubricas. **2252. 3134.**

Conclusio Orationis in festo SSmi Nominis Iesu debet esse: *Per eumdem Dominum nostrum.* **3244.**

Conclusio Orationis in festo S. Ignatii de Loiola est: *Per Dominum nostrum.* **3448** *Dub.* XVIII.

Conclusio Orationis in festo Pretiosissimi Sanguinis erit: *Per eumdem Dominum.* **3642** *ad* 2.

Concordia.

Concordia inita inter Priorem et Monachos S. Catharinae Coelestinorum Terrenovae et Rectorem ac Clerum dictae Terrae circa processionem cum SS. Sacramento in eius festo approbatur. **79.**

Concordia inita inter Episcopum et Civitatem Papiensem seu Magistratum, approbatur. **1166.**

Concordia inita inter Capitulum Cathedralis Thelesinae et Capitulum Collegiatae Ecclesiae S. Martini Oppidi Cerreti servanda est. **1230.**

Concordia inita inter Clerum Abbatialis Collegiatae S. Ruffilli Nullius Fori Pompilii et Clerum Parochialis S. Petri circa Processiones etc. reprobatur; et certa regula statuitur in posterum servanda. **2284.**

Concordiam initam inter Ducem Segobricae et Capitulum Cathedralis approbat S. R. C. **1441.**

Concordiam initam inter Capitulum et Canonicos Ecclesiae Metropolitanae Surrenti ex una, atque Capitulum et Canonicos Collegiatae Ecclesiae *Carrotti Plani* eiusdem Civitatis ex altera parte, S. R. C. benigne approbat. **2350.**

Concordia inita inter Primicerium et Canonicos Collegiatae S. Petronii Bononiae probatur et confirmatur. **2601.**

Concurrentia.

In Concurrentia translationis festi S. Philippi Ap., ubi separatur a S. Iacobo Minore, cum S. Marco Evangelista servandae sunt Rubricae Breviarii Romani Tit. X, n. 7. **1756.**

In Concurrentia duorum Officiorum in Vesperis Dignitas personarum attendenda est in solis Sanctorum Festis quae expressa sunt in Rubrica Concurrentiae n. 2, vers. *Inter Festa;* **1774** *ad* 1; itaque Vesperae dividendae sunt, quando Officia eiusdem ritus, sive Martyrum, sive Confessorum, sive Virginum etc. concurrant. *Ibidem ad* 2.

Concurrentia Festa *Fori* cum Festis *Chori* tantum, sed eiusdem ritus, utrasque huius Vesperas habere non debent. **2218** *ad* 2.

Concurrens festum Titularis Ecclesiae Monialium cum festo Dedicationis Ecclesiae Cathedralis habet integras Vesperas cum commemoratione Dedicationis. **2272.**

In Concursu Officii VII Dolorum B. M. V. cum eius Annuntiationis Festo, nulla in huius Vesperis fit commemoratio VII Dolorum. **2365** *ad* 5.

In Concursu duorum Festorum secundariorum B. M. V. eiusdem ritus totum fit de praecedenti et nihil de sequenti. **2514** *ad* 2.

Concurrentibus duobus Officiis, quae idem mysterium respiciunt, faciendum est de primo sine commemoratione sequentis, dummodo non fuerit potioris ritus; tunc enim totum de secundo ac nihil de primo. **2802** *ad* 5.

Concurrente festo Patroni minus principalis, quod celebratur ritu duplici II classis, cum festo alicuius Apostoli, Vesperae dicendae sunt de S. Apostolo cum commemoratione Patroni. **3056** *ad* 1.

Concurrentibus II Vesperis Officii votivi Immaculatae Conceptionis cum Vesperis Dominicae I Adventus, fit a Capitulo de Dominica cum commemoratione Immaculatae Conceptionis. **3059** *ad* 13.

Concurrente festo S. Annae, quod in Ecclesia parochiali in Civitate Elda Dioecesis Oriolen. magna cum devotione et solemni pompa agi solet, cum festo S. Iacobi, pro gratia conceditur, ut primae Vesperae de S. Anna persolvi valeant, cum Commemoratione S. Iacobi. **3232.**

Concurrente festo S. M. Magdalenae Poenit. ritus duplicis maioris ob insignem eius Reliquiam, cum festo S. Liborii Ep. Conf. duplicis maioris pariter ob insignem eius Reliquiam, Vesperae sunt dimidiandae iuxta Rubricas Tit. XI, n. 2: **3563.** Videatur etiam **3603.**

Concurrente Festo SS. Redemptoris cum Officio votivo SS. Sacramenti, commemoratio huius Officii votivi in Vesperis fieri nequit. **3624** *ad* 9.

Concurrente Officio votivo de SS. Sacramento cum Officio votivo de Passione Domini, fit totum de praecedenti, nihil de sequenti. **3597** *Dub.* IV *qu.* 2. **3604** *ad* 2.

Concurrente Officio votivo de SS. Sacramento cum Officio votivo de Sacr. Corde Iesu, ubi est concessa, fit totum de praecedenti, nihil de sequenti. **3710.**

In Concurrentia Officii votivi Immaculatae Conceptionis B. M. V. aut festi semiduplicis secundarii cum Dominica sequenti Vesperae dividuntur a Capitulo. **3867** *ad* 1. **3871.**

In Concurrentia Officiorum Votivorum inter se, Vesperae semper dividi debent. **3908** *ad* 1.

Quod in Concursu, dies Octavae festorum Domini cedant tantum duplicibus II classis, dies vero Octavae B. M. V. solis duplicibus maioribus, intelligendum est de solis octavis ad festa primaria pertinentibus. **3908** *ad* 2.

In Concursu cum aliis duplicibus minoribus dies Octavae festorum primariorum Archangelorum, S. Ioannis Baptistae, S. Ioseph et Ss. Apostolorum praecedentiam habent. **3908** *ad* 3. **3919** *ad* 9.

In Concursu cedunt dies infra quamcumque Octavam, qui tamquam secundarii habendi sunt, cuicumque semiduplici. **3886** *ad* 1.

In Concursu cum festo duplici minori dies Octava SSmae Trinitatis habet integras Vesperas. **1918** *ad* 2; etiam in concursu cum duplici maiori, ubi festum SS. Trinitatis celebratur sub ritu dupl. I classis. **2145.**

In Concurrentia Officii votivi Commemorationis SSmi Sacramenti, quod sub ritu duplici maiori celebratur, cum festo secundario eiusdem ritus et dignitatis, totum Officium fit de festo cum Commemoratione Officii votivi. **3875** *Dub.* II *qu.* 2.

Concurrens Dedicationis festum in I Vesperis cum II Assumptionis B. M. V., fit totum de Assumptione cum Commemoratione Dedicationis. **2053.**

In Concurrentibus II Vesperis Dominicae SSmae Trinitatis cum festo I vel II classis omitti debet Commemoratio Dominicae. **2632** *ad* 1. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **244.**

In Concursu diei octavae festi primarii S. Ioannis Ap. et Ev. cum die octava S. Stephani Protomartyris Rubrica specialis Breviarii Romani servanda est. **4006** *ad* 1.

In Concurrentia Officii votivi SSmi Sacramenti cum festo secundario Mysteriorum et Instrumentorum Passionis Domini sub ritu duplici maiori, Commemoratio praecedentis in I Vesperis sequentis fieri nequit. **4006** *ad* 2.

In Concursu festi VII Dolorum B. M. V. sub ritu duplici maiori cum Officio votivo Immaculatae Conceptionis in II Vesperis praecedentis fieri nequit Commemoratio sequentis. **4006** *ad* 2.

In Concursu I Vesperarum Pretios. Sanguinis D. N. I. C. cum II Vesperis Commemorationis S. Pauli Ap. sumendae sunt pro commemorationibus Antiphona propria S. Pauli et altera propria S. Petri. **4022.**

Quoad Concursum et occursum festorum primariorum et secundariorum observetur *Decretum generale* **3808.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **376**; quod respicit etiam duplicia minora et semiduplicia tam in concursu quam in occursu et in repositione. **3837.** *Vide Suffragium in IV Volumine pag.* **402.**

In Concurrentia dignitas personalis in festis secundariis est attendenda; quando eiusmodi festa quoad ritum et reliqua aequalia sunt inter se. **3919** *ad* 2.

In Concurrentia festa per annum duplicia, quae solemniter celebrantur a Choro et in populo sunt feriata, cum aequalibus quoad ritum et dignitatem, habere possunt integras Vesperas ad sensum Rubricae Tit. XI Breviarii Romani num. 2. **2378** *ad* 2.

Vide **Vesperae. Festa. Officium.**

Pro Concursu populi ad festum celebrandum is intelligitur qui sit extraordi-

narius; et relate ad festa servari debent Rubricae de Translatione Festorum; et quoad addendum Symbolum pariter serventur Rubricae Missalis. **2769** VIII *ad* 4.

Confessarius.

Confessario Monialium competit ius benedicendi et distribuendi Candelas, Cineres et Palmas pro Monialibus. **1281.**

Ad Confessarios Monialium spectat ius agendi exsequias defunctarum Monialium; non autem ad Capitulum Cathedralis. **751**; vel Collegiatae. **2559.**

Confessario seu Cappellano Monialium diebus Dominicis et Festis non licet praeesse cum stola et pluviali in Choro Ecclesiae Monialium, dum istae Vesperas cantant. **3180.**

Confessarii quoad stolam et superpelliceum adhibendum servare debent Rituale Romanum. **3542** *ad* 3.

Confessarii et Cappellani Monialium Ordinis S. Benedicti nequeunt in Missa Commemorationis Omnium Sanctorum Ordinis addere in Introitu, Orationibus et Collectis: « sub honore Sanctorum omnium *Ordinis nostri* ». **1994.**

Confessariis Monialium permittendum non est, ut Feria III maioris Hebdomadae ingrediantur Monasterii septa ad aspergendum aqua benedicta Monialium cubicula. **2026.**

A Confessariis non est danda benedictio cum S. Pyxide Monialibus post Communionem; et consuetudo contraria abolenda. **2543.**

Vide **Moniales. Confraternitas.**

Confessio.

Confessio, quae fit post concionem, cantanda est a Diacono Evangelii sive Episcopus celebret, sive non celebret, (sed praesens est). **9** *ad* 13; decet, ut cantetur memoriter: quod si id Diaconus nequeat, permittitur ut ei alter ex ministris inferioribus librum sustineat. **248** *ad* 5.

Confessiones audientes Canonici tempore Chori non lucrantur distributiones, nisi id fiat de expresso Episcopi mandato. **260.**

Ad Confessionem in Missa Canonici debent stare, reliqui vero genuflectere. **1122.**

Confessionem facere debet Episcopus, quando assistit cum cappa vel pluviali, a dexteris Celebrantis non Episcopi. **1583** *ad* 6.

Confessiones fidelium audire ante Missam in Feria VI Parasceve et Sabbato Sancto in Cathedrali aliisque Ecclesiis parochialibus licet; et consuetudo contraria omnino abdicanda est. **3383.**

In Confessionis sacramenti administratione in ecclesiis servandum est Rituale Romanum. **3426** *ad* 4.

Pro Confessionibus audiendis in Oratorio Confraternitatis Parocho nihil persolvendum est. **2208** *ad* 9.

Vide **Poenitentiae Sacramentum.**

Confessionem facturus ad Missam solemniorem simul cum interveniente Magistratu nequit Celebrans pluviale induere; sed Casulam iuxta Rubricam Missalis. **3780** *Dub.* 9.

Confessionem faciat Celebrans in Missa solemni, cui Episcopus assistit, versus Altare; et quando dicit: *et tibi Pater,* vertat se ad Praelatum. **86** *ad* 5.

Ad Confessionem Celebrans Episcopo, quando Missae solemni assistit, respondere debet usque ad *Indulgentiam* inclusive. **1275** *ad* 7.

Confessionem perficiet Celebrans cum Diacono et Subdiacono in Missa, cui assistit Episcopus, retrahens se, dicto per Episcopum: *Indulgentiam etc.* **3213** *ad* 8.

Confessionem cum Celebrante facere non debet Episcopus, quando assistit sine cappa. **86** *ad* 4.

Confessio dum cantatur inter Missarum solemnia, Diaconus eamdem cantans stare debet ante gradum solii, celebrante Episcopo; ante gradum autem Altaris, assistente tantum Episcopo. **2682** *ad* 14 *qu.* 1; Episcopus vero illis assistens cum cappa stare debet capite cooperto. *Ibidem qu.* 3.

Confirmatio.

In Confirmationis Sacramento conferendo licet Episcopo observari facere caeremoniam candelae accensae, utpote ab Ecclesia receptam, fidei protestativam et meritoriam. **2385.**

Confirmandus, quando Episcopus dicturus est *N. signo te signo crucis etc.,* potest rogare, ut sibi aliud nomen imponatur, praeter baptismale. **2404** *ad* 7.

In Confirmationis Sacramento sat est, ut Patrinus ponat manum suam dexteram super humerum dexterum Confirmandi, etsi adulti. **2404** *ad* 6.

In Confirmationis Sacramento conferendo Episcopus, dum frontem Chrismate inungit, dicere debet: *Signo te signo Crucis,* signum super frontem ipsam pollice producens; quo facto, manu extensa versus Confirmatum incipit *In nomine Patris etc.* ter signum Crucis efformans more solito. **3012** *ad* 2.

In Confirmationis Sacramento, quando

Episcopus confirmans est simul Patrinus, ipse officium Patrini gerat per Procuratorem. **3305** *ad* 3.

Confirmationis Sacramentum administrandi facultas non conceditur Vicario Capitulari Nullius S. Luciae, quamvis in eiusdem territorio infra septem annos non fuerit administratum; ipse vero debet invitare aliquem Episcopum ad illud conferendum. **3416.**

In Confirmatione administranda consuetudo recitandi *Credo, Pater, Ave* ab Episcopo simul et ab adstantibus, utpote laudabilis, servanda est. **3582** *ad* 3.

Confiteor.

Confiteor variari nequit; sed etiam a Monialibus recitandum est prout in Breviario Romano. **512. 1334** *ad* 4.

Confiteor in Missa dicendum est pure et simpliciter, absque additione alicuius Sancti, etiam Patroni. **1332** *ad* 5. **2142.**

In Confiteor et Litaniis nomen Fundatoris iuxta morem regionis addi, aliquando tolerari potest. **1518**; sed nequit addi vi communicationis privilegiorum. **2166** *ad* 2.

Confiteor in Horis Canonicis, etiam assistente Episcopo, dici debet ut in Breviario. **1787** *ad* 3.

Ad Confiteor addi nomina Ss. Benedicti et Bernardi conceditur Monialibus Ordinis S. Benedicti Monasterii S. Donati Florentiae. **2297.**

In Confiteor ad Primam, Completorium, Missam ac in Orationibus addi potest ab utentibus Breviario trium Ordinum nomen Sancti Francisci iuxta eiusdem Rubricas. **2587** *ad* 2. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **178.**

Confiteor recitare debent Diaconi et Subdiaconi in Ordinatione post Communionem Presbyterorum. **2682** *ad* 10. **3721** *ad* 2.

Confiteor Sacerdos celebrans sine ministro bis dicere non debet. **3368** *ad* 1.

Quoad Confiteor recitandum ab Hebdomadario et a Choro praesente Ordinario, nec non ab ipso Ordinario, servandum est Caeremoniale Episcoporum. **3452.**

Confiteor recitare nequit Sacerdos in Communione administranda extra Missam, nisi omnino deficiente idoneo ministro. **3488** *ad* 3.

Ad Confiteor ab Alumnis Ordinis Servorum B. M. V. addi potest: *Septem beatis Patribus nostris* et *Septem beatos Patres nostros.* **3749.**

Confiteor cantare debet Diaconus Episcopo celebrante post homiliam stans ante gradum solii; ante gradum autem Altaris, quando Episcopus tantum assistit. **2682** *ad* 14 *qu.* 1; Episcopus vero assistens stare debet capite cooperto. *Ibidem qu.* 3.

Ad Confiteor verba *vobis fratres* et *vos fratres* omitti possunt, sed non debent, in Officii divini privata recitatione, quando duo vel plures idem recitant. **2682** *ad* 39.

Confiteor et *Misereatur* dicere debet Chorus universus ad Primam et Completorium. **235** *ad* 14.

Ad Confiteor Monialibus S. Clarae Civitatis Ravennae nomen S. Clarae addere permittitur. **2972**; idem conceditur iisdem Monialibus Civitatis Massiliensis. **2983** *ad* 5.

Confraternitas.

Confraternitates a nemine erigi possunt inconsulto loci Episcopo. **357.**

Confraternitas sine habitu nequit deferre Crucem, nec habere praecedentiam supra alias Societates, quae antea habuerunt habitum, nec potest accedere ad funeralia mortuorum, nisi expresse vocetur. **359.**

Confraternitati illi praecedentia debetur quae prius saccis usa est, etiam in concursu cum Confraternitate SS. Sacramenti; cui tamen debetur praecedentia in processionibus SS. Sacramenti, dummodo accedat etiam ad alias processiones et in loco sibi debito incedat. **682. 2628. 2708**; et hoc privilegium extenditur ad omnes Processiones, in quibus defertur SS. Sacramentum. **986.**

Confraternitates quoad praecedentiam debent servare Constitutionem Gregorii XIII. **3. 291. 653.**

Confraternitatis habitu induti confratres defuncti a sodalibus associari debent. **6.**

Confraternitati SSmi Corporis Christi Oppidi de Fuenta Nobella inhibetur differre in Dominicam infra Octavam Corporis Christi Processionem, quam facere debent feria VI eiusdem Octavae. **37.**

Confraternitatis (seu Societatis) *SS. Sacramenti* Sodalibus nequit ab Episcopo prohiberi, quominus deferant intorticia in processione Corporis Christi. **125.**

Confraternitates Laicorum non habent praecedentiam super Clerum, non obstante quacumque consuetudine. **152** *ad* 6.

Confraternitati Disciplinantium permittitur Processio nocturna Feria V maioris Hebdomadae: prohibetur tamen mulieribus ne nocte ecclesiam ingrediantur, vel per Civitatem discurrant. **174** *ad* 1.

Confraternitati SS. Sacramenti, si sumptus facit, permittitur, ut non obstante Constitutione Gregorii XIII, in festo Corporis Christi ad Processionem aliquos Sodales mit-

Quae Confraternitatibus licent et quae non, decernit Decretum generale **2123**; scilicet: Confraternitates legitime erectae in Ecclesiis parochialibus dependent a Parocho etiam quoad functiones non Parochiales. *Ibidem ad* 1, prout etiam illae, quae habent Oratoria adnexa Ecclesiis Parochialibus. *Ibidem ad* 2, non autem si erectae sint in Ecclesiis publicis, licet sitis intra limites Parochiae. *Ibidem ad* 3, vel in Oratoriis disiunctis a Parochia. *Ibidem ad* 4; Missarum solemnium celebratio licet eis dumtaxat in festivitatibus solemnioribus eorum Ecclesiae vel Oratorii. *Ibidem ad* 10; possunt statis horis, cum vel sine cantu, persolvere horas Canonicas sine licentia Parochi, nisi Ordinarius ex causa rationabili aliter statuat. *Ibidem ad* 14; licet in eorum Oratoriis Missam privatam celebrari, assentiente Ordinario, etiam contradicente Parocho. *Ibidem ad* 15; possunt earum Cappellani sine licentia Parochi denunciare populo Festivitates et Vigilias in hebdomada occurrentes. *Ibidem ad* 16; nequit Parochus, invitis sodalibus, docere doctrinam christianam in earum Ecclesiis sive Oratoriis a Parochia separatis. *Ibidem ad* 17, in quibus haberi possunt conciones, etiam in Quadragesima, assentiente Episcopo, contradicente Parocho. *Ibidem ad* 18; nequit tamen celebrari Missa sive lecta sive cantata ante Parochialem, nisi aliter Episcopus disponat. *Ibidem ad* 19; ad Parochum spectat Officium funebre super cadaveribus in praefatis Ecclesiis sepeliendis, dummodo tamen defunctus sit subiectus Parocho, intra cuius fines extat Ecclesia sive Oratorium. *Ibidem ad* 20. **3423. 3645** *ad* 4; sine licentia Parochi fieri possunt Processiones convenientes Instituto, sed infra ambitum, non extra, nisi adsit licentia Episcopi. **2123** *ad* 21 *et* 22; Cappellani vero extra propriam Ecclesiam nequeunt deferre stolam. *Ibidem ad* 23; accedente Episcopo ad aliquam Confraternitatis Ecclesiam, non est ei porrigendum aspersorium a Parocho. *Ibidem ad* 24. Cappellani et Rectores Confraternitatum nequeunt compelli a Parocho ad assistendum functionibus Parochialibus. *Ibidem ad* 25. Confraternitates nequeunt in suis Oratoriis sive Ecclesiis retinere SS. Sacramentum sine speciali Indulto. *Ibidem ad* 26, stante vero Indulto, nequit illud exponi sine licentia Ordinarii. *Ibidem ad* 27; in Ecclesia Parochiali neque Sodales, neque eorum Cappellani debent se ingerere, invito Parocho, in functionibus sive Parochialibus, sive non. *Ibidem ad* 29; possunt Sodales congregationes facere sine consensu et interventu Parochi, dummodo non impediant functiones et divina Officia. *Ibidem ad* 30; ita etiam possunt administrare propria bona, ac de illis disponere, sine dependentia a Parocho. *Ibidem ad* 31; si Parochus congregationibus Confraternitatum intersit de mandato Episcopi, non habet suffragium. *Ibidem ad* 32 *et* 33.

Quoad Confraternitatem: Licet Parocho celebrare primas et secundas Vesperas in solitis festivitatibus Oratorii S. Ioseph Terrae Curtis maioris Dioecesis Placentinae, non autem Oratorii Cappellano. **2208** *ad* 1 *et* 2; item facere Officium et Missam cantare super cadaveribus sepeliendis in dicto Oratorio. *Ibidem ad* 3; nec licet Cappellano celebrare in dicto Oratorio Anniversaria. *Ibidem ad* 4 *et* 5; eidem tamen licet exponere SS. Sacramentum arbitrio Episcopi sine licentia Parochi: item retineri potest Confessionale pro Cappellano ad confessiones approbato. *Ibid. ad* 6, 7 *et* 8; si Parochus Missas solemnes occasione expositionis celebrare velit et Confessionali assistere, ei persolvenda est consueta eleemosyna pro Missa celebrata, nihil pro auditis confessionibus. *Ibidem ad* 9. Confratres et Sorores possunt eligere sepulturam in dicto Oratorio, reservatis Parochialibus emolumentis ad formam Constitutionum Synodalium et iuxta solitum; in associatione vero Parochus interesse debet. *Ibidem ad* 11 *et* 12; possunt Confratres facere Processiones inter ambitum Oratorii sine licentia Parochi, et cum interventu eorum Cappellani: neutiquam tamen extra, nisi auctoritate Ordinarii. *Ibidem ad* 12 *et* 13. Videri possunt alia Decreta quoad alias Confraternitates in similibus quaestionibus. **2210. 2224. 2243.**

Confraternitati SS. Sacramenti Civitatis Baren. non licet in Processionibus incedere post Crucem Capituli, iunctim seu intermedie cum Canonicis Metropolitanae, non obstante quacumque consuetudine. **2220** *ad* 1, neque in associatione cadaverum. *Ibidem ad* 2; neque ei licet Capitulum non invitare in praedictis Processionibus. *Ibidem ad* 3; eidem tamen licet Processiones peragere de licentia Episcopi sine consensu Capituli. *Ibidem ad* 4; non debent in Anniversariis pro animabus Confratrum, praesente Capitulo, sedere Sodales in scamno posito in medio Chori, non obstante consuetudine. *Ibidem ad* 5, prout etiam non licet Feriis V et VI maioris Hebdomadae assistere functionibus, sedendo in stallis Canonicorum. *Ibidem ad* 6; aut in Festo Corporis Christi sedem et locum habere retro Altare maius *Ibidem ad* 7.

Confraternitatibus non licet sive in earum Ecclesiis, sive in Ecclesiis aliarum Confraternitatum et Regularium elevare sedile Magistratus. **2222** *ad* 1 *et* 2.

Confraternitas SSmi Rosarii potest retinere plures Campanas in suae Ecclesiae seu Oratorii turri. **2250** *ad* 1; peragere Processiones extra ambitum de licentia Epi-

scopi. *Ibidem ad* 2, quin tamen Cappellanus deferat stolam. *Ibidem ad* 3; potest ministrari in Oratorio Eucharistia Confratribus, sed non retineri custodia cum SS. Sacramento. *Ibidem ad* 4 *et* 5; potest ibi peragi Novemdiale ante festum Nativitatis Domini cum expositione SS. Sacramenti de licentia Episcopi.-*Ibidem ad* 6; potest recitari diebus festivis Rosarium, sed horis ab Episcopo permissis. *Ibidem ad* 9; et similiter celebrari possunt Missae lectae et cantatae cum signo Campanarum ante celebrationem Missae parochialis. *Ibidem ad* 10; possunt celebrari Anniversaria et Officia tam ex obligatione, quam etiam manualia, cum assistentia aliorum Sacerdotum sine Parocho. *Ibidem ad* 11 *et* 12. Confraternitas potest quaestuare per parochiam de licentia Episcopi, irrequisito Parocho. *Ibidem ad* 13. In Processionibus solemnibus, in quibus intervenire solet Parochus, licet Confraternitati incedere sub suo Cappellano, seorsim a Parocho. *Ibidem ad* 14.

Confraternitati S. Iacobi Minoris sitae intra limites Parochiae S. Iacobi Maioris Placentiae licet exponere Reliquiam S. Crucis **2254** *ad* 1; nec tamen licet illius Cappellano cum ea benedictionem impertiri sine licentia Episcopi, cum id spectet ad Parochum. *Ibidem ad* 2; Confratres nequeunt in Oratorio peragere functiones Hebdomadae sanctae, exceptis Officiis tenebrarum. *Ibidem ad* 3 *et* 4; nequit Cappellanus independenter a Parocho celebrare Missam solemnem in festo Titularis etc. ad formam Constitutionum synodalium. *Ibidem ad* 5; nequeunt Confessionalia retineri, aut extra ambitum Processiones peragi, nisi de licentia Ordinarii. *Ibidem ad* 6 *et* 7.

Confraternitas B. M. V. de Planctu Civitatis Perusinae plura obtinet ad sui favorem Decreta in contumacia Parochi. **2263.**

Confraternitatis SS. Sacramenti Sodalibus non licet in solemni Processione incedere post Clerum cum intortitiis hinc inde, ante baldachinum: iidem enim tenentur incedere a latere eiusdem. **2320** *ad* 1 *et* 2; gestantibus eis intortitia, occasione sacrarum Processionum, debetur praecedentia super famulos Magistratus similia intortitia deferentes. **2372**; debetur praecedentia in omnibus Processionibus, in quibus defertur SS. Sacramentum, supra alias Confraternitates; dummodo ceteris Processionibus Sodales SSmi Sacramenti intersint et incedant iuxta ordinem antianitatis. **2421** *ad* 1. **2708. 3668. 3935** *ad* 2.

Confraternitatis S. Ioannis Civitatis Ripanae Officiales maiores in Processione cum Sacra Imagine B. M. V. incedere debent a latere eiusdem Imaginis, quae deferri nequit sub baldachino; et decet ut deferatur a Confratribus sacco indutis. **2379** *ad* 1, 2 *et* 3.

Confraternitatum Sodalibus, quacumque veste indutis, non licet assistere Vesperis et Missae solemni intra Presbyterium, ibique thurificationem aliosque obsequii actus excipere, etiam consentiente Parocho. **2536.**

Confraternitati S. Sepulcri in Ecclesia Barnabitarum Maceratae canonice erectae licet deferre ante Crucem in Processionibus quinque intortitia in Sacr. V Vulnerum symbolum. **2610.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **200.**

Confraternitatum Cappellani incedere possunt in Processionibus et in Cadaverum associatione, dum processionaliter easdem sequuntur et claudunt, cum stola. **2635.** (*Vide Suffragium in IV volumine pag.* **254**). **2652. 2653. 2755. 2763. 3051.** *ad* 4.; (quibus Decretis aliud **2391** emendatur).

Confraternitati Bonae Mortis erectae in Ecclesia S. Bartholomaei a *Gagliano* Florentinae Archidioecesis permittitur Collecta pro infirmo morti proximo in Missa diei. **2804.**

Confraternitates in Processionibus debent ducere vexillum velo obductum, non autem hastatam Crucem. **2811.**

Confraternitas S. Ioseph erecta in Ecclesia Ordinis Minorum Suburbii Civitatis Notabilis Dioecesis Melitensis habet privilegium sepulcri, si in eius Ecclesia Sodales sepulturam elegerint. **3018** *ad* 1; ius habet associandi cadavera Sodalium, etsi deferantur ad aliam Ecclesiam, dummodo sit vocata. *Ibidem ad* 2; et interveniendo praecedit Confraternitatem SS. Sacramenti erectam in Ecclesia parochiali S. Pauli; quamvis defunctus huic etiam fuerit adscriptus, et ibi sit sepeliendus. *Ibidem ad* 3. Confraternitas autem S. Pauli non tenetur accedere ad funera communium Confratrum, qui in ea sibi sepulcrum elegerint; et interveniendo cedere debet alteri S. Ioseph. *Ibidem ad* 4.

Confraternitates duae, si distinctae sint et nomine et scopo, in eadem civitate exsistere possunt; neque quoad earum exsistentiam aliquod officit Constitutio Clementis VIII, quae incipit: *Quaecumque.* **3038.**

Inter Confraternitatem Clericorum Divini Spiritus Sancti et Rectorem Parochialis Ecclesiae Assumptionis B. M. V. Caminiae Archidioec. Bracharen. Archiepiscopus conciliationem ineat de bono et aequo. **3231.**

Confraternitatum Rectores seu Cappellani nequeunt vi Bullae Clementis VIII a. 1530 datae celebrare Missam in privatis aedibus Sodalium; et hi, si adsistant, praecepto Missam audiendi non satisfaciunt. **3443.**

Confraternitati erectae in Ecclesia parochiali, quoad ius in administratione eleemosynarum in ditione parochiae collectarum, Episcopus pro sua prudentia consulere debet ad tramitem Institutionum Benedicti XIV, Cap. V, § 5. **3464.**

Confraternitatis SSmi Sacramenti Sodales incedere nequeunt post baldachinum vel hinc inde ad latus Cleri in Processionibus cum SSmo Sacramento. **3549** *ad* 3.

Confraternitas B. M. V. de Monte Carmelo praecedentiam habet super Confraternitatem a SSmo Crucifixo in casu; quare illa ante Clerum in Processionibus incedere potest. **3561.**

Confraternitatum Sodales in Processionibus cum SSmo Sacramento nudo omnino capite procedere debent. **3961.**

Confraternitatis Sacr. Rosarii erectio vel restitutio spectat ad Generalem Ordinis Praedicatorum. **3295.**

In Confraternitatum Sacr. Rosarii Ecclesiis non est substituenda antiquae Imagini B. M. V. de Rosario Imago Pompeiana; nec licet in eodem Altari illi supponere Imaginem parvam Pompeianam, nec dedicare Imagini Pompeianae aliud Altare, nec Imaginem B. M. V. Pompeianam publicae venerationi exponere; neque in casu visitantes lucrantur Indulgentias concessas. **3723. 3732.**

Congregatio.

Congregatio Sacerdotum S. Philippi Nerii, vide **S. Philippi Nerii Congregatio.**

Congregationi seu Unioni Presbyterorum Saecularium sub invocatione *SS. Ioannis et Pauli* in associatione cadaverum aliisque functionibus ecclesiasticis competit praecedentia supra Regulares. **2500.**

Congregationis Missionis domui tyrocinii in civitate Neapolitana indulta quaedam conceduntur: ut in Nocte Nativitatis Domini intra Missarum solemnia sacra Synaxis ministretur Clericis etc. **2752** *ad* 1; ut cani possint Vesperae Dominica infra octavam Corporis Christi uti infra octavam eiusdem festi, dummodo privatim recitentur Vesperae diei. *Ibidem ad* 2; ut celebrari possit ante solemnem, unica Missa lecta Feria V in Coena Domini in qua ministretur Communio Confratribus, ministeriis temporalibus domus addictis. *Ibidem ad* 3. Denegatur, S. Vincentium a Paulo assumi in Contitularem novae Ecclesiae. *Ibidem ad* 4. Denegatur Iconem Immaculatae Conceptionis in ara principe collocari; et apponi praecipitur Imaginem S. Nicolai Titularis. *Ibidem ad* 5. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **365.** Conceditur, ut dies octava S. Vincentii celebretur sub ritu duplici II classis, in eaque primae Vesperae recitentur de hoc festo, licet concurrant cum II Vesperis S. Iacobi Apostoli. *Ibidem ad* 6. Permittitur, ut in uno altari laterali collocetur Icon S. Vincentii a Paulo et in altero Imago Conceptionis B. M. V.; dummodo in iisdem altaribus collocetur in ovali figura super gradus candelabrorum etiam Imago illius Sancti, sub cuius titulo constat Altare iam fuisse consecratum. *Ibidem ad* 7. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **367.** Denegatur fieri Anniversarium Dedicationis propriae Ecclesiae eadem die, qua peragitur in altera Ecclesia veteris domus. *Ibidem ad* 8.

Congregationi Agonizantium Civitatis Conspicuae indulgetur in propria Ecclesia Collecta in Missa pro Confratribus infirmis vel morti proximis, dum graviter laborant. **2771.**

Congregationis SSmi Redemptoris Alumni in Suffragiis Sanctorum tenentur apponere tantum commemorationem S. Alphonsi Fundatoris, non vero illam SS. Redemptoris. **3011** *ad* 1.

Congregationis SSmi Redemptoris Alumni festum S. Ioannis Damasceni Conf. Doct. debent celebrare die 13 Maii; sed Officium et Missam recitare iuxta Decretum Generale. **3774.**

Congregationis Sacr. Cordis Iesu Alumni possunt uti pallio nigri coloris *(mantello)* et ex lana confecto ad tradendum fidelium verbum divinum ex pulpito vel ante Altare vel ex mensa Communionis. **3940** *ad* 1; ad S. Communionem recipiendam Fratres laici pallio uti possunt, non vero Clerici. *Ibidem ad* 2; illo uti nequeunt ad assistendum Missae solemni in Choro, ita ut sic vestiti incensari possint, nec extra Chorum tempore eiusdem Missae solemnis. *Ibidem ad* 3. Possunt tamen illo uti ad assistendum in Choro vel extra Chorum Benedictioni Sanctissimi Sacramenti, necnon ad adorandum SSmum Sacramentum, dummodo Altari non inserviant aut adorationi SSmi Sacramenti in presbyterio non vacent. *Ibidem ad* 4.

In Congregationibus, quae fiunt coram Gubernatore pro negotiis publicis, Deputati Ecclesiastici tam saeculares quam regulares praecedentiam habere debent supra laicos. **2028.**

Congregati laici.

Congregati laici se associare possunt cum luminaribus, quando Clerus a sacristia procedit ad Altare ad exponendum SS. Sacramentum, et procedere debent ante Clerum. **3388** *ad* 1; sed ingredi presbyterium ne-

queunt, ibique per aliquod tempus orationi vacare; sed. extra presbyterium parandum est aliquod scamnum, ubi se sistere possint tempore Orationis. *Ibidem ad* 3 *et* 4; quando cum luminibus intersunt Processionibus cum SS. Sacramento, procedere debent ante Clerum saecularem et regularem, atque etiam ante Confraternitates, si adsunt sacco indutae. *Ibidem ad* 2.

Congregati laici tempore Missae solemnis et Vesperarum thurificari nequeunt. **3395** *ad* 1; permitti potest, ut sex vel octo Sodales e Congregatis in Processionibus cum intorticiis accensis incedant e lateribus baldachini, sub quo SSm̃um Sacramentum defertur; reliqui vero ipsum SSm̃um Sacramentum sequantur. *Ibidem ad* 2; Inserviens, indutus rubra veste nuncupata *gramaglia,* manuque clavam gestans, vulgo *mazza,* comitari potest Congregatos, stationes et genuflexiones indicandi causa. *Ibidem ad* 3.

Conopaeum.

Conopaeo et tintinnabulo uti potest Collegiata S. Iacobi Civitatis Calatayeronen. vigore Litterarum Apostolicarum, quibus declaratur Basilica minor. **2575.**

Conopaeo, quod potest confici ex panno contexto ex gossypio, vel lana, vel canabe, et esse coloris albi vel coloris convenientis Officio, tegendum est tabernaculum, in quo reconditur SSm̃um Sacramentum. **3035** *ad* 10. **3150.**

Conopaeo tegere tabernaculum in regionibus Guinearum prudenti arbitrio Ordinarii remittitur, cum insecta varii generis conopaeum polluunt et in tabernaculum ipsum penetrant. **3456.**

Conopaeo coloris violacei tabernaculum tegi debet in Altari, in quo asservatur Sanctissimum Sacramentum, si inibi cantetur Missa de Requie. **3562.**

Conopaei et paramentorum Altaris color, qui respondet Officio diei currentis, retineri potest in Expositione et Repositione SSm̃i Sacramenti, si fiat immediate ante vel post Missam seu Officium, et Celebrans ac Ministri ab Altari non recedant. **3559.**

Conopaei loco ad ostium tabernaculi, in quo asservatur SSm̃um Sacramentum, tabula ex metallo vel ex tela acu picta vel ex moderni temporis charta dicta oleographia, in qua apparent symbola SSm̃ae Eucharistiae, vel SSm̃um Nomen Iesu, vel B. M. V. imago, tolerari nequit. **4000** *ad* 1.

Conopaeum, omni tamen auri et argenti ornatu ab eo excluso, tintinnabulum et usus cappae magnae veniunt nomine privilegiorum alicuius Ecclesiae ad gradum Basilicae minoris elevatae. **2744.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **357.**

Conopaeum et pallium Altaris in Expositione SSm̃i Sacramenti semper esse debent coloris albi. **1615** *ad* 7. 8 *et* 9. **2673.**

Consecratio Altaris.

Consecratio nova Altarium dispensatur pro Ecclesia Rhedonensi peculiaribus de causis. **2777**; et pro Dioecesi S. Flori. **2918.**

Consecratione nova indiget *Altare* sive fixum sive portatile, quod Reliquias amisit. **2876** *ad* 1. **2880** *ad* 1 *et* 2; neque valet appositio aliarum Reliquiarum facta ab Episcopo vel eius auctoritate. **2911.**

Consecrari denuo debet *Altare* fixum pluribus lapidibus constans, apposito novo lapide integro. **2862** *ad* 1.

Consecratione nova indigent *Altaria* consecrata a simplicibus Sacerdotibus absque appositione Reliquiarum. **2876** *ad* 2.

Consecrari potest *Altare* in Ecclesia tantummodo benedicta, quin prius ipsa Ecclesia consecretur. **3059** *ad* 15.

Ut consecrandum Altare sit lapideum, oportet ut etiam in eius stipite saltem latera seu columellae, quibus mensa sustentatur, sint ex lapide. **3364** *ad* 2.

Consecrandi Altaria ius in Ecclesiis Tituli Cardinalitii spectat respectivis Em̃is Cardinalibus Titularibus, non vero Em̃o Cardinali Urbis Vicario. **3478.**

In Consecratione Altaris nequit adhiberi caementum loco lapidis seu operculi pro claudendis Reliquiarum sepulcris. **3585** *ad* 1; et ex singulis Altaribus caementum extrahi et lapides substitui debent in casu. *Ibid. ad* 2; et integra consecratio repeti; pro qua S. R. C. indulget usum brevioris ritus. *Videatur hic ritus. Ibidem ad* 3.

Consecratione nova indiget Altare, cuius lapis sepulcri firmus non invenitur, si dubitatur num idem amotus fuerit; Altare autem consecretur forma consueta, vel breviori, si haec a S. Sede impetrata fuerit. **3575** *ad* 11.

Si Consecratio facienda sit Altaris pervetusti, sub quo requiescunt exuviae S. Ubaldi Ep. Conf. in Cathedrali Eugubina, illud tamquam fixum rite construi debet cum tota mensa ex uno et integro lapide, iuxta canonicas praescriptiones. **3640.**

Consecratio Altaris maioris simul cum Consecratione Ecclesiae omnino facienda est; nam illud est principale. **1321** *ad* 2.

In Consecratione Altaris tum fixi tum portatilis unctio in medio tabulae numquam omitti debet, quamvis Crux ibidem sculpta non sit; si tamen unctio ista omissa fuerit, valida est Consecratio. **3771.**

Consecratio Altarium Ecclesiarum olim ad monasticos Ordines pertinentium, quae habentur passim consecrata, non est reiteranda; sed solum ea consecranda sunt quae certo constat numquam consecrata fuisse: et S. R. C. dat potestatem ea consecrandi per breviorem formulam. **3779** *Dub. ad* 6.

In Consecratione Altarium, adhibendo breviorem ritum ac formulam, aqua, cum qua fit maltha seu coementum ad firmandam tabulam seu lapidem super sepulcrum Reliquiarum, benedici debet formula, quae habetur in ipso Pontificali Romano. **3976** *ad* 1; caementum ipsum benedicendum est. *Ibidem ad* 2; Benedictio tam aquae quam caementi, necnon facultas consecrandi Altaria, in quibus lapis sepulcri ob omissum caementum movetur, Apostolicae Sedis nomine delegari potest simplici Sacerdoti. *Ibidem ad* 3.

Vide **Altare fixum. Altare portatile.**

Consecratio Calicis et Patenae vide **Calix.**

Consecratio Ecclesiae.

Consecratio Ecclesiae ab uno Episcopo incepta, qui improviso accidenti correptus eam perficere non potuit, ab altero Episcopo de novo est inchoanda, si prior defecit, priusquam sacro Chrismate linierit duodecim Cruces, et ea verba protulerit: *Sanctificetur et consecretur hoc Templum* etc.; in his enim unctionibus praecipue Ecclesiae consecratio consistit. **319.**

Consecratio Ecclesiae probatur concludenter ex signis deductis, et signa probantur per testes deponentes de visu. **611** *ad* 1; si incerta sit Consecrationis dies, Episcopus eam determinet perpetuo servandam. **611** *ad ultimum;* dummodo tamen non assignetur dies in Adventu et Quadragesima. **1161.**

Consecratio Ecclesiae fieri potest; quamvis non possit circumdari tota ab extra per Episcopum. **1321** *ad* 1.

Consecratio novae Ecclesiae facienda est ab Episcopo Dioecesano, non ab Abbate eius Fundatore; nisi is habeat speciale Indultum Episcopo exhibendum. **1505.**

Consecratione nova Cathedralem Ferentini non indigere respondit S. R. C., etsi nullum Consecrationis signum aut monumentum exstabat, sed anniversarium semper celebrari consueverat. **2174.**

In Consecratione Ecclesiae ieiunium est strictae obligationis pro Episcopo consecrante, iisque tantum qui petunt, ut Ecclesia sibi consecretur: idemque ieiunium indicendum est die praecedente Consecrationem **2519** *ad* 1 *et* 2. **2821;** si dies Consecrationis est ferialis, non est servanda a populo de praecepto. **2519** *ad* 3; Officium inchoandum est absoluta Consecratione. *Ibidem ad* 4; Vesperae, Matutinum, Laudes et Horae, Consecrationem praecedentes, recitari debent de Feria vel de Sancto, prout praescriptum fuerit in Calendario. *Ibidem ad* 5; si nulla alia Ecclesia adsit in loco, Parochus aut alius Sacerdos, in ipsa consecranda Ecclesia summo mane celebrat pro populi commoditate; Missam vero celebrare debet non de Dedicatione, sed de Feria vel de Sancto, prout descriptum fuerit in Calendario. *Ibidem ad* 6.

Consecratio Ecclesiae est valida, quamvis consecratio Altaris fixi invalida fuerit. **2862** *ad* 2. **3286.**

Consecratione nova non indiget Ecclesia, cuius tota frons destructa et novus murus pro maxima parte erectus est; quamvis in dicta fronte duae cruces oleo sancto inunctae reperiebantur, quae tamen in muro noviter exstructo iterum collocatae fuerunt. **3240.**

Consecrationem non amisit Ecclesia ob demolitionem suae frontis. **3326** *ad* 1.

In Consecratione Ecclesiae necessario consecrandum est unum ex altaribus iuxta regulam Pontificalis; alia vero die quacumque consecrari poterunt cetera Altaria, strictim servatis omnibus a Pontificali Romano praescriptis. **2866. 3025.**

Consecratione Ecclesiae et Altaris maioris uno eodemque die ab ipso Episcopo peracta, Sanctitas Sua de speciali gratia concedit Episcopo Oppiden. ob gravem suam aetatem, ut per alium Sacerdotem Missa celebrari possit; qua finita Episcopus solemniter populum benedicet, Indulgentiam publicabit et diem anniversariam ad recolendam Consecrationem assignabit. **2866.**

In Consecratione Ecclesiae celebrandae sunt Vigiliae iuxta Pontificale. **2868. 2886;** Officium vero Dedicationis Ecclesiae, non Altaris, solum inchoandum est peracta consecratione ab Hora minori Tertia. **2868.**

Consecratione nova non indiget Ecclesia, quae interius ex omni parte instaurata est, et duae tantum Cruces dimotae et alibi collocatae fuerunt. **3091.**

Ad Consecrationem Ecclesiae procedi nequit, in qua omnia Altaria sunt consecrata. **3142** *ad* 1.

Ad Consecrationem Ecclesiae procedi nequit a duobus Episcopis, quorum unus Ecclesiam, alter Altare consecret. **3142** *ad* 2.

Consecratione nova indiget Ecclesia, quae ex integro constructa et solum benedicta fuit, quamvis duo Altaria tantummodo consecrata fuerint, Altare maius et alterum Cap-

pellae B. M. V.; et consecratio perfici potest consecrando una cum Ecclesia aliquod ex minoribus altaribus loco Altaris maioris iam consecrati. **3269** *ad* 1; altera Ecclesia consecrata, in qua successive et diversis temporibus maxima fuerunt facta additamenta, et antiqui parietes omnino demoliti et sublati fuerunt, non amisit suam consecrationem; nec indiget nova reconciliatione, quamvis ex culpabili humani sanguinis effusione Sacerdos delegatus sine Apostolica venia reconciliationem perfecerit. **3269** *ad* 2.

Consecrentur solemniter ab Episcopis Ecclesiae saltem Cathedrales et Parochiales. Quoad minores Ecclesias, si Episcopi nolint uti iure suo illas solemniter consecrandi, facultatem tribuant sacerdotibus eas benedicendi. **3364** *ad* 1.

In Consecratione Ecclesiae non est improbanda consuetudo passim recepta deferendi Crucem hastatam ab initio sacrae functionis. **3364** *ad* 3.

In Consecratione Ecclesiae aspersorium factum de herba hyssopi adhibendum est etiam in aspergendo exteriores Ecclesiae partes. **3364** *ad* 4.

In Consecratione Ecclesiae Sacerdotes, qui deferunt feretrum Reliquiarum, induti sint sacris vestibus ex usu passim recepto. **3364** *ad* 5.

In Consecratione Ecclesiae Episcopus, antequam Ecclesiam cum feretro Reliquiarum ingrediatur, inungere debet duos stipites lapideos vel lateritios, non vero portam ipsam. **3364** *ad* 6.

Consecratione nova non indiget Ecclesia iam consecrata et postea in sepulcretum mutata, si iterum reducatur ad usum Ecclesiae; ad maiorem tamen decentiam et reverentiam debet benedici. **3372** *ad* 1; Ecclesia vero, in cuius instauratione factus fuit murus integer et absis ac tectus etc., iterum consecrari debet. *Ibidem ad* 2.

Consecratione nova indigent tam Ecclesia, in qua ex instauratione solum nonnulla consecrationis signa apparent, quam Altare maius, in quo nulla vestigia Consecrationis inveniuntur nec adest sepulcrum pro Reliquiis condendis. **3385** *ad* 1, 2 *et* 3.

In Consecratione Ecclesiae Episcopus, qui in Altari consecrato Missam sine cantu celebrat, nequit induere omnia pontificalia paramenta. **3437.**

Consecratione nova indiget Ecclesia Cathedralis non tantum ob reparationem novissime ibidem peractam, sed etiam ob defectum alicuius monumenti, quo indubie constet in sua prima dedicatione ritum praescriptum fuisse servatum; nulla tamen facta immutatione diei pro eiusdem Dedicationis anniversario peragendo. **3462.**

Consecrationis Ecclesiae occasione recitatum Officium Vigiliae non dispensat a recitatione Officii diei currentis; et consuetudo contraria non est sequenda. **3532** *ad* 2 *et* 3.

In Consecratione Ecclesiae pro Vigiliis celebrandis ante Reliquias in Altari recondendas sufficit cantare Matutinum cum Laudibus in honorem Sanctorum, quorum Reliquiae sunt recondendae. **3686** *ad* 3.

Consecratione non indiget Ecclesia, in qua nova incrustatio interna ex materia marmorea superinducta est, et prior incrustatio, in qua depictae erant Cruces, per totum internum Ecclesiae spatium decussa fuit; sed iterum depingantur et apponantur Cruces in parietibus in testimonium peractae consecrationis. **3545.**

Consecrare non licet Ecclesiam, in cuius parte subterranea spectacula, theatri more, ad iuventutem exercendam peragenda essent; Ecclesia enim cum sua parte subterranea consecratur per modum unius. **3546** *ad* 1.

Consecrare non licet Ecclesiam, quae pertinet ad laicam familiam, et per vigentes civiles leges potest haereditaria ratione transmitti aut vendi aut in usum profanum converti; nisi habeantur sufficientes cautiones. **3546** *ad* 2.

Consecratione nova non indiget Ecclesia consecrata, in qua in sua restauratione duae Cruces amotae et aliae inalbatae et pictae fuerunt; sed tantummodo reintegrandae sunt Cruces deletae. **3584** *ad* 1 *et* 2.

Consecratione nova non indiget Ecclesia, de cuius Consecratione pervetustum documentum et in parietibus Cruces depictae testantur, quamvis amplificata fuerit, intactis tamen parietibus lateralibus, qui solum politi et *stucco* cooperti sunt; sed iterum depingantur et apponantur Cruces in parietibus. **3651** *ad* 1 *et* 2; novum autem Altare maius fixum et lapideum erigendum et consecrandum est. *Ibidem ad* 3.

In Consecratione Ecclesiae quando nec preces nec murorum aspersiones extra Ecclesiam fieri possunt, recurrendum est ad S. Sedem; sin minus, quoties urgeat tempus, neque Consecratio Ecclesiae differri valeat, solemnis caeremonia in sacrario sive in atrio vel alio in loco et cubiculis eidem Ecclesiae adnexis, incipienda est; murorum vero aspersiones, eo quo potest modo, sunt peragendae; servatis etiam Decretis pluries datis. **3687** *ad* 1 *et* 2; populus vero in casu ab initio functionis intra Ecclesiam admitti nequit. *Ibidem ad* 3; et si plura Altaria singula consecrantur a singulis Pontificibus, in fine Consecrationis satis est, ut celebre-

tur Missa solemnis in Altari principali. *Ibidem* ad 4.

In Consecratione Ecclesiae Cruces in parietibus extergendae sunt a Diacono, quatenus Oleum sanctum per murum defluat, et statim ac Episcopus cuiusque Crucis unctionem peregerit. Si tamen cum Episcopo locus non esset Ministris sacris ascendendi scalam, ascendat cum eo saltem Caeremoniarius, a quo, hoc in casu, Cruces abstergantur. **3729** *ad* 4; Crucium unctio incipere debet a parte Evangelii. *Ibidem ad* 5.

In Consecratione Ecclesiae quando plura Altaria consecrantur, in Litaniis bis sunt invocandi respectivo ordine Sancti illi, quorum nomini dedicantur Altaria; et sancti Martyres, quorum Reliquiae in ipsis Altaribus reponuntur, si eorum nomina innotescant. **3729** *ad* 6.

In Consecratione Ecclesiae, quando plura Altaria consecrantur, post inunctas duodecim Cruces, omnia Altaria thurificanda sunt. **3729** *ad* 7.

In Consecratione Ecclesiae Responsorium *Erit mihi Dominus* omitti nequit; quamvis nunc temporis sermo et lectio Decretorum ante foras Ecclesiae omittantur. **3729** *ad* 8.

Post Consecrationem Ecclesiae finita Missa Episcopus debet impertiri solemniter benedictionem pontificalem, etiamsi ipsemet eam privatim celebraverit. **3729** *ad* 9.

Consecrationem Ecclesiae Episcopus incipiens, ter eamdem circumeat, aspergendo interim forinsecus parietes. Si ob aliquod loci impedimentum eiusmodi circuitio fieri nequeat, Episcopus se gerat meliori modo quo possit; nihil tamen de reliquis caeremoniis et ritibus praescriptis omittendo. **3852.**

Consecratio Ecclesiae, in qua omittitur consecratio Altaris, est valida, sed non licita, nisi habeatur Apostolica dispensatio; quamvis aliqua vel omnia Altaria iam consecrata reperiantur. **3907** *ad* 1. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **416.**

Consecrata manet Ecclesia, quamvis in eius parietibus opus tectorium sit renovatum. **3907** *ad* 2. **3962** *ad* 1.

Consecratione Ecclesiae peracta, Missa in Pontificali praescripta potest celebrari iuxta Rubricas et Decreta omnibus diebus permissis; diebus vero prohibitis fieri debet Commemoratio Dedicationis sub una conclusione; aliis diebus fiunt Commemorationes, quae etiam in Duplicibus I classis omitti nequeunt; in Consecratione vero Altaris hae Commemorationes fieri non debent. **3605** *Dub. III.*

In Consecratis Ecclesiis, in quibus nullum exstat Altare fixum consecratum, quam primum fieri potest, consecretur Altare fixum, praesertim Altare maius, in forma consueta, iuxta Pontificale Romanum. **3978** *ad* 6.

Vide **Dedicatio Ecclesiae. Ecclesia.**

Consecratio Episcoporum.

De Consecratione Episcoporum in Urbe peragenda quaedam praescribuntur. **5**; et statuitur, ut ista facienda sit vel in aliqua Ecclesia consecrata vel in Cappella Pontificia. *Ibidem.*

Consecratio Episcopi ex speciali gratia, attenta necessitate et impossibilitate accersendi tres Episcopos, permittitur, ut ab uno fiat cum assistentia duarum Dignitatum loco duorum Episcoporum. **186.**

In Consecratione Episcopi interrogatio: *Scitis eum esse dignum?* omittenda est iuxta Pontificale. **426.**

Consecratio Episcopi peracta a duobus Episcopis et Dignitate Ecclesiae Cathedralis, una cum omnibus inde sequutis, convalidatur auctoritate Pontificis. **820.**

In Consecratione Episcopi Consecrandus uti debet colore albo, Consecrator et Assistentes colore tempori vel officio Missae convenienti. **1265** *ad* 2.

Consecrationis Episcopi anniversarium non est celebrandum cum Missa in tota Dioecesi. **2168.**

Pro Consecratione Episcopi Oratio dici debet sub unica conclusione post Orationem diei. **2194** *ad* 6.

In Consecratione Episcopi Consecrandus quoad actiones in Missa, quam concelebrat cum Consecrante, se conformare debet Pontificali Romano. **2404** *ad* 4.

In Consecratione Episcopi, dum Consecrator communicat Consecratum, nihil dicere debet iuxta Pontificale. **3006** *ad* 6.

In Consecratione Episcopi, quando facultas concessa fuit ut assistant duo Sacerdotes loco Episcoporum, in impositione manuum et in osculo pacis eodem modo Rubrica Pontificalis Romani servanda est. **3014** *ad* 3.

In Consecratione Episcopi simplices Sacerdotes, qui, Sancta Sede annuente, assistunt Episcopo consecranti, mitra uti nequeunt, quamvis in aliquibus Dioecesibus hic usus sit consuetudo. **3834.**

Vide **Anniversarium Consecrationis Episcopi.**

Constitutio.

Constitutio Urbani VIII de sacris Imaginibus. **810**; altera de observatione Festorum. **812.**

Consuetudo.

probatur. **970** *ad* 2; neque toleranda est consuetudo Symbolum sub Organo alternatim modulandi: sed idem debet decantari integre et voce intelligibili. **1023** *ad* 3.

Consuetudo, quod in Ecclesia Cathedrali Dignitates Missas canant diebus solemnibus, Canonici vero in reliquis duplicibus, servanda est. **1137. 1143.**

Consuetudines servandae sunt a Vice-Gubernatore, Ecclesiasticis functionibus interessente, et in associatione Episcopi. **1207.** *ad* 1-3.

Consuetudo vigens in aliquo loco, quod proprius Parochus non associet defunctum in aliena Ecclesia sepeliendum, sed facta per ipsum absolutione in propria domo defuncti, consignato cadavere recedat, non reprobatur. **1300.**

Consuetudo quod in solemnitatibus, in quibus Episcopus Pontificalia non peragit, Missas et Vesperas celebrentur ab Hebdomadariis per turnum vel etiam ab aliis Canonicis, servari potest. **1559** *ad* 2.

Consuetudines quaedam Ecclesiae Cathedralis Gadicen. non omnino reprobantur, sed cum aliqua modificatione permittuntur. **1609** *ad* 1, 2 *et* 3.

Consuetudo immemorabilis probanda est quoad aliquas functiones controversas inter Praepositum et Archidiaconum Cathedralis Dertonen. **1915.**

Consuetudo dandi pacem et thus Principissae Dominae loci non est servanda. **2105.**

Consuetudo quod Diaconus, etiam Episcopo celebrante, thurificet post Magistratum omnes alios ex omni gradu sedentes in scamnis inferioribus, vel prope vel e conspectu Magistratus, reprobatur, etsi sit immemorabilis. **2175.**

Consuetudo celebrandi de praecepto Festa Titularium Ecclesiarum Dioecesis Ianuensis, sive sit anterior, sive posterior Constitutione Urbani VIII, non obligat. **2261.**

Consuetudo, quod simplicibus Sacerdotibus Missas solemnes celebrantibus praeter Diaconum et Subdiaconum Presbyter cum Pluviali assistat, non permittenda, sed omnino tamquam abusus prohibenda est. **2271.**

Consuetudo particularis Ecclesiae Quitensis aliarumque Ecclesiarum in Indiis, ut Canonici, qui utuntur superpelliceis cum manicis oblongis, maioris reverentiae causa, quandoque manicas deponant et circa brachia devolvant, non reprobatur. **2187** *ad* 1, 2 *et* 3.

Consuetudo cantandi unicam Missam in Cathedrali, aliamque legendi iis diebus, quibus a Rubrica duae praecipiuntur Missae, toleranda non est; reservato tamen iure probandi antiquam consuetudinem. **2424** *ad* 1; reprobatur consuetudo non adhibendi incensum in Missa conventuali; servari tamen potest consuetudo, qua diebus non festivis non assistat Magister Caeremoniarum. *Ibidem ad* 3.

Consuetudo pulsandi Organum tempore Quadragesimae, Adventus et Vigiliarum in Missis votivis B. M. V., quae singulis Sabbatis solemniter celebrantur, et in eiusdem Litaniis, quae post Vesperas cantantur, servari potest. **2424** *ad* 4.

Consuetudines quaedam particulares in Cathedrali Conimbricensi retineri possunt. **2424** *ad* 9. 10. 11. 12. 13 *et* 14.

Consuetudo, quae viget in Collegiata S. Ioannis Baptistae Terrae Angriae Dioecesis Nuceriae Paganorum, celebrandi solemniter Officium Defunctorum qualibet Feria II cuiuslibet mensis cum expositione SS. Sacramenti, et castro doloris accensis luminibus circumdato, reprobatur tamquam Rubricis et Ecclesiae ritibus contraria. **2513.**

Consuetudo sedendi in gradibus Altaris maioris, terga vertendo SS. Sacramento, sive sit vel non sit expositum, ad effectum audiendi concionem, tamquam corruptela reprobatur. **2564** *ad* 3.

Quoad consuetudines contrarias Caeremoniali Episcoporum in casibus particularibus recurrendum est ad S. R. C. **2646** *ad* 2. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **272.**

Consuetudo, quae viget in Ecclesia Pisana, deferendi alios duos parvos Cereos praeter Cereum Paschalem in Processione ad Fontem baptismalem, servanda est. **2684** *ad* 10.

Consuetudines, quae in Cathedrali Laudensi vigent in Processionibus, eliminandae sunt veluti abusus. **2989.**

Consuetudo, quae invaluit in Ecclesiis S. Sepulcri et S. Iacobi *Barioli* Archidioec. Tranen., ut earum Rectoribus celebrantibus Missas et Vesperas solemnes assistant sex Presbyteri Pluvialibus induti, permittitur tantum quoad Vesperas. **2996.**

Consuetudo vigens in Collegiata S. Mariae de Remedio Civitatis Ianuen. reverentiam exhibendi Praefecto Chori ad initium Matutini et aliarum Horarum, tamquam laudabilis, servanda est. **2998.**

Consuetudo salutandi Chorum in Officiis Defunctorum et in Matutinis tenebrarum ac per integram Feriam VI in Parasceve usque ad Missam Sabbati Sancti, ab eo qui superveniat vel egrediatur, Officio iam inchoato, servari potest. **3029** *ad* 11.

Consuetudo vetusta Dioecesis SS. Nominis Iesu apponendi in Calendario omnes Sanctos in fine Breviarii pro Regnis Hispaniae

positos cum Officio proprio et ritu ibi designato retineri potest, quousque Calendarium perpetuum examini et approbationi S. R. C. subiiciatur. **3044** *ad* 5.

Consuetudo recitandi in Choro Officium parvum B. M. V., Psalmos Graduales et Poenitentiales non est omittenda. **2657. 3129.**

Consuetudo, qua Matutini Lectiones cantaturi non designantur a primo Caeremoniarum Magistro, sed ab alio deputato Chori Magistro servari potest. **3445.**

Consuetudo quaedam in Vesperis tempore Quadragesimae in Metropolitana S. Iacobi de Chile introducta retineri nequit; sed servandum est Caeremoniale Episcoporum. **3490.**

Consuetudines peculiares in Basilica S. Mariae trans Tiberim exsistentes approbantur. **3491.**

Consuetudo tolerari potest, qua in Dominicis et Festis B. M. V. ad finem Completorii immediate post *Benedicat et custodiat* etc. Chorus intonat Hymnum *O gloriosa Virginum* et processionaliter accedit ad Altare B. M. V. ad canendam Antiphonam *Ave Regina coelorum etc.* et post huius Antiphonae cantum immediate intonat Litanias Lauretanas; dummodo Officium integre recitetur, comprehensis *Pater, Ave* et *Credo.* **3580** *ad* 3.

Consuetudo Communionem quotidie recipiendi laudanda est; ac promovendus est usus frequenter suscipiendi SSmam Eucharistiam, iuxta Concilii Tridentini sess. XIII cap. 8 dispositionem. **3648** *ad* 2.

Consuetudines perplures in Cathedrali Calaguritana invectae tamquam abusus et corruptelae reprobantur. **3767** *ad* 29.

Consuetudines in pluribus Ecclesiis exsistentes partim approbantur, partim reprobantur. **4029** *ad* 1-5.

Consuetudo, in Parochiali Ecclesia Castriveterani Dioecesis Mazarien., simulacrum S. Ioannis Baptistae tempore expositionis detegendi servari potest, excepto tempore Expositionis XL Horarum. **2664.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **300.**

Vide **Abusus.**

Consules.

Consules et Assessor Civitatis Avenionensis thurificandi sunt immediate post Canonicos. **1648. 1675. 1724.**

Consules et Gubernator thurificandi sunt post omnes Presbyteros Chori per eumdem Diaconum. **1415.**

Controversiae.

Controversia ex parte duorum Parochorum circa iurisdictionem et praeeminentiam diiudicatur. **2156.**

Controversiae exortae inter Patres Ordinis Praedicatorum Civitatis Andrien. et Capitulum Ecclesiae Cathedralis dictae Civitatis dirimuntur. **2206.**

Controversiae exortae inter Capitulum et Canonicos Ecclesiae Collegiatae S. Mariae Terrae Mathelicae Dioecesis Camerinensis et Parochum seu Abbatem Ecclesiae S. Antonii eiusdem Terrae circa nonnullas praeeminentias tolluntur. **2429.**

Controversia exorta inter Sodalitatem S. Ioseph erectam in Ecclesia Minorum Observantium in suburbiis Civitatis Notabilis Insulae Melitae et alteram SSmi Sacramenti in Paroecia S. Pauli eiusdem Civitatis componitur; quatenus Sodalitati S. Ioseph in supplicationibus publicis praecedentia debeatur, praeterquam in Processionibus SSmi Sacramenti. **2606.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **197.**

Conventio facta inter Officiales Civitatis et Capitulum Ecclesiae Brixien. servanda est. **187.**

Conventuales.

Conventuales S. Francisci manutenendi sunt in possessione Novenam et Processionem faciendi in celebratione festi S. Antonii etiam extra proprium recinctum et per Parochiam; et quaestuandi in Quadragesima post habitam concionem de animabus Purgatorii; et celebrandi Officium generale pro eisdem animabus. **1353.**

Conventuales S. Francisci Oppidi Valentiae ad Padum Dioecesis Papien. occasione Processionis in Festo Conceptionis B. M. V. habere debent locum in Choro et stallis Collegiatae a cornu Epistolae, ibique solitas honorationes recipere post Canonicos. **2301** *ad* 2.

Conventuales S. Francisci Balneacaballi, occasione Processionis, in qua defertur sacra Imago B. M. V., etiamsi intersit Capitulum Ecclesiae matricis cum suo Caeremoniario, possunt superpelliceo induti vagari ad effectum dirigendi Processionem et deferendi S. Imaginem. **2546.**

Conventuales S. Francisci in civitate Theatina manutenendi sunt in possessione celebrandi festum Sancti Antonii Patavini. **2715.**

Conventualibus S. Francisci oppidi vulgo *Bettone* Dioecesis Assisien. non competit usus Pluvialis in Processionibus generalibus. **2807.**

S. Ioannis cum Commemoratione sequentis. **3792** *ad* 12. (In hoc Decreto expungantur verba: « iuxta Decretum in una Dubii die 5 Sept. 1891 »).

Sacr. Cordis Iesu illud Officium et Missa sive in corpore sive inter festa pro aliquibus locis contentum, recitari debet, quod propriae Dioecesi concessum est. **3201** *ad* 2.

In Sacr. Cordis Iesu officio, quod inter officia pro aliquibus locis invenitur, non sunt addenda *Alleluia* ad Responsoria brevia. **3488** *ad* 4.

Si Sacr. Cordis Iesu Officium votivum, ubi est concessum feria VI non impedita, concurrit cum Officio votivo de SSmo Sacramento, fit totum de SSmo Sacramento; nihil de Sacr. Corde. **3710.**

In Sacr. Cordis Iesu festo ad finem Lectionis VI specialis additio praescribitur. **3734**; quae additio adhibenda est tam in Officio pro universa Ecclesia in corpore Breviarii contento, quam in altero pro aliquibus locis indulto. **3742.**

In Sacr. Cordis Iesu Missa, sive sub initio *Egredimini,* sive sub altero *Miserebitur,* color albus adhibendus est. **3737.**

In Sacr. Cordis Iesu festo Hymni concludendi sunt in Officio, cui respondet Missa *Egredimini,* per verba *Iesu tibi sit gloria:* in altero, cui respondet Missa *Miserebitur,* minime varianda est conclusio. **3060** *ad* 2. **3767** *Dub.* IV.

In Sacr. Cordis Iesu festo Officium Defunctorum praesente cadavere recitari potest. **3788** *ad* 2.

Sacr. Cordis Iesu festum in Regno Lusitaniae est *per accidens* festum primarium, attento speciali privilegio. **3855** *ad* 5.

Sacr. Cordis Iesu Solemnitas non potest peragi iuxta regulas ceteris Solemnitatibus communes, nisi sit festum de praecepto. **3876** *ad* 10.

Sacr. Cordis Iesu festi externa solemnitas in aliam diem a Rmis Ordinariis locorum designatam potest in unoquoque anno transferri, etiam cum privilegio celebrationis Missae propriae de ipsomet SS. Corde Iesu: hoc autem privilegium excluditur quoad Missam solemnem a duplicibus I classis et a Dominicis privilegiatis item I classis, et quoad Missas lectas etiam a duplicibus II classis necnon a Dominicis, Feriis, Vigiliis Octavisque privilegiatis: non omittenda tamen Missa conventualis vel Parochialis Officio diei respondens, ubi eam celebrandi adsit obligatio. **3960.**

SS. Cordis Iesu Litanias approbat S.R.C. et indulget tum Dioecesibus Massiliensi et Augustodunensi, tum universo Ordini Visitationis B. M. V., ut eaedem in Ecclesiis et Oratoriis publice recitari et decantari possint. **3996.**

Cordis Iesu appellatio communis *sacratissimum Cor* servanda est; appellatio autem *misericors Cor* non admittenda. **3346.**

Cor suum sacratissimum Iesu ostendentis B. Margaritae Alacoque ad eius pedes provolutae, statuae seu simulacra exponi nequeunt publicae venerationi, inconsulta Sede Apostolica. **3420.**

Sacr. Cordis Iesu imago, ornati insignibus, quibus ex B. Margarita Alacoque revelatione depingendum exhibetur, nec non Cordis Immaculati B. M. V. redimiti rosea corona et gladio perforati, privata ex devotione permittitur, dummodo Altaribus non apponatur. **3492.**

Sacr. Cordis Iesu et Purissimi Cordis B. M. V. statuas seu effigies locare licet ad utrumque latus introitus Sanctuarii, ita ut sibi invicem adversentur. **3673** *ad* 1; sed effigies Sacr. Cordis Iesu nequit collocari in medio Altaris maioris loco tabernaculi; neque, si adest tabernaculum, in quo asservatur SSmum Sacramentum, in huius posteriore parte. *Ibidem ad* 2. Vide **3625** ad 2.

Sacr. Cordis Iesu Congregatio vide **Congregatio Sacr. Cordis Iesu.**

Quoad Cordis Iesu et B. M. V. Imaginum expositionem in Ecclesiis servanda est forma Decretorum Concilii Tridentini et Urbani VIII. **3059** *ad* 24.

De Sacr. Corde Iesu Litaniae pro universa Ecclesia approbantur et Indulgentia 300 dierum ditantur. **4017.**

De Sacr. Cordis Iesu cultu amplificando Litterae Sacr. Rituum Congregationis. **4045.**

In Sacr. Cordis Iesu Missa celebrata ante SSmum Sacramentum solemniter expositum Commemoratio SSmi Sacramenti omittenda est. **2717. 3924** *Dub.* IV.

Cordis S. Ioseph cultus a Sede Apostolica non approbatur. **3304.**

Cor Purissimum B. M. V.

Cordis B. M. V. festum Dominica V post Pentecosten celebrantibus Clericis Regularibus Matris Dei, qui Lucae degent, prohibetur, quominus in propria Ecclesia cantent Missam solemnem eiusdem festi, quando in dicta Dominica incidit festum Patroni vel Ss. Apostolorum Petri et Pauli. **2738.**

In Cordis Puriss. B. M. V. Missa propria, concludenda est Secreta: *Per eumdem Dominum.* **3103** *Dub.* 15.

Cordis B. M. V. statua vel simulacrum conforme esse debet typo approbato per

Decretum S. Inquisitionis d. d. 26 Aprilis 1875. - **3470.**

Cordis B. M. V. imago seu effigies - Vide **Cordis Sacr. Iesu statua seu imago.**

In Cordis Purissimi B. M. V. honorem consecratio quotannis fieri potest in singulis Italiae Ecclesiis die 31 Maii, si haec incidat in Dominicam, vel proximiore eidem diei Dominica, adhibita formula a Sanctitate Sua approbata; et eadem Dominica in Ecclesiis et Oratoriis Dioecesium Ordinariorum singillatim petentium unica Missa solemnis seu cantata, et altera lecta pro fidelibus ad sacram Synaxim accedentibus celebrari conceditur: dummodo non occurrat festum duplex I classis vel Dominica item I classis, neque omittatur Missa Conventualis vel Parochialis Officio diei respondens, ubi eiusdem celebrandae adsit onus. **4004.**

Cordi Purissimo B. M. V. faciendae consecrationis in aliqua Dioecesi actus praefertur. **4004.**

S. Cordulae Virg. Mart. festum celebrandum est sub die, in quo cadit et a Martyrologio Romano signatur. **847** *ad* 2.

Ss. Cornelii et Cypriani Pont. Mart. festum si transferatur, pro Commemoratione Ss. Euphemiae et Soc. non fit variatio in Antiphonis. **2199.**

Corona.

Corona noviter inventa et ab aliis discordans reprobata est. **886. 1289. 1306. 2213.**

Corona nuncupata Defunctorum a Sanctissimo D. N. Pio PP. IX approbata et Indulgentiis ditata est. **3290.**

Coronae mortuariae in parietibus Ecclesiae vel Oratorii publici suspendi nequeunt. **3909.**

Corporale.

Corporale nequit retineri extensum super Altare toto tempore Missae usque ad finem, sed tantum ad praescriptum Rubricae; nec convenit illud extra bursam deferre. **2146** *ad* 1 *et* 2.

Corporalia, Pallae, Purificatoria, quae sint ex gossypio, non vero ex lino vel cannabe, omnino prohibentur. **2600.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **192.**

Corporalibus rubenti Sanguine D. N. I. C. miraculose tinctis illae venerationis et cultus significationes debentur, quae conveniunt Reliquiis de Cruce D. N. I. C. **3176.**

Corporalis anterior pars explicari debet ab initio Missae iuxta Rubricas. **3448** *Dub.* 12.

Corporalia non leniter imbuendi amylo usus communis retineri potest. **3767.** *Dub. addition. Dub.* 9.

Corporalia et Pallae ex tela sive panno vulgo *Nipis,* confici nequeunt. **3868** *ad* **1.**

Corporalia, Pallas et Purificatoria Moniales seu piae feminae vitam communem sub regula degentes, non possunt abluere, etiam si habeant licentiam Ordinarii. **3059** *Dub.* 26.

Corporalis loco in administranda Communione extra Missam non sufficit palla super Altare posita. **2932** *ad* 4; Corporale cum bursa in casu semper deferendum et adhibendum est. *Ibidem ad* 1 *et* 2; et Sacerdos ipse Corporale cum bursa ad Altare deferat. **2850** *ad* 3.

Vide **Alba, Palla, Tobalea.**

Corpus.

Corpus B. Petri a Molleano Ordinis Minorum de Observantia S. Francisci iure suo spectat ad Ecclesiam dicti Ordinis Civitatis Camertium; interim vero, perdurante sacrilega praefatae Ecclesiae invasione, removendum non est ab Ecclesia Cathedrali. **3318.**

Corpus D. N. I. C. etc. Haec verba in Ordinationis Missa ad Communionem Neo-Presbyteris praebendam, sunt omittenda. **2089** *ad* 4. **3274** *ad* 2. **3721** *ad* 1.

Corpus D. N. I. C. custodiat te etc. dicere debet Episcopus in Communione Ordinandorum, si communicentur etiam Ordinati in Minoribus. **2682** *ad* 16. (Pone in Resp. Ad I Negative. Ad II Affirmative.); quam formulam Episcopus adhibere debet in Communione Ordinatis (tam ad Minores quam ad Maiores) distribuenda: alias autem uti debet formula Ritualis Romani. **3012** *ad* 3. **3186.**

SS. Corporis Christi Festivitas.

In Corporis Christi Festivitate et octava fieri nequeunt in Ecclesia Cathedrali saltus seu *danze* a mulieribus et viris personatis pileo coopertis ante SS. Sacramentum; quam consuetudinem Archiepiscopus potest et debet prohibere. **1821** *ad* 5. **1919** *ad* 5.

In Corporis Christi festo Missa solemnis celebranda est ante Processionem. **1232.**

In Corporis Christi festo, ubi extra octavam celebratur, Missa esse debet de Officio occurrente, nisi adsit peculiare Indultum. **2951** *ad* 11.

SS. Corporis Christi festum, ubi gaudet Octava privilegiata ad instar Epiphaniae, ex-

cludit ceteras Octavas ante festum inchoatas. **2954**; in die octava habet tantum Commemorationem, si in eam incidat festum SS. Ap. Petri et Pauli. **2969** *ad* 2.

Infra Corporis Christi Octavam SS. Sacramentum tempore divinorum Officiorum super Altare expositum nequit ad libitum cooperiri et discooperiri. **3110** *ad* 13.

In Corporis Christi die et per Octavam in Regularium Ecclesiis celebrare licet Missas lectas, ante completam Missam solemnem et consuetam Processionem. **1811.**

In Corporis Christi festo Regulares tenentur accedere ad Processionem, non autem in die octava. **661.**

In Corporis Christi festo Sodalibus Confraternitatis SSmi Sacramenti non licet habere sedem et locum retro Altare maius. **2220** *ad* 7.

In Corporis Christi festo Missa Pontificalis fieri potest cum Expositione SSmi Sacramenti. **3604** *ad* 1.

Vide **SSmum Sacramentum. Processio cum SSmo Sacramento in festo Corporis Christi. Octava Corporis Christi.**

Ss. Cosmas et Damianus.

Ss. Cosmae et Damiani Mart. Festum, iam alias a propria die perpetuo amotum, celebrari deinceps poterit tam in Cathedrali quam in Dioecesi Cracoviensi die 3 Octobris; die autem prima agatur in Dioecesi de S. Remigio ad libitum, de quo in Cathedrali haberi poterit commemoratio tamquam de simplici in Officio de quarta die infra octavam S. Wenceslai inibi tantum occurrente. **2378** *ad* 6.

Ss. Cosmas et Damianus Mart. colendi sunt ut Patroni oppidi et districtus Essendiensis sub ritu duplici I classis cum octava. **3973** *ad* 1; et conceditur, ut haec festivitas semper peragi valeat ultima Dominica Septembris. *Ibidem ad* 2.

Credo.

Credo cantari debet in Missa solemni vel cantata, quando a Rubricis praescribitur. **2424** *ad* 2.

Credo cantus omitti nequit in Missis cantatis a fidelibus petitis; et consuetudo contraria veluti abusus prorsus eliminanda est. **3624** *ad* 11.

Credo et *Gloria* non alternatim a Celebrante et Ministris recitari debent, sed totum ab omnibus est dicendum, non praeveniendo nec sequendo, sed concomitanter. **3248** *ad* 5. **3507** *ad* 1.

Credo per integrum in Missa solemni seu cantata, si recurrat, canendum est. **3108** *ad* 15. **3827** *ad* 2. *Decret. gener.*

Credo integre et intelligibili voce decantandum est, non autem sub Organo tantum sine vocibus modulandum. **1023** *ad* 3.

Dum Credo cantatur a Choro, Celebrans et Ministri sacri sedere possunt. **9** *ad* 6. **290.**

Credo in Missa solemni dici debet post concionem, non ante. **9** *ad* 8.

Credo non dicitur in Missa votiva solemni, in qua paramenta violacea adhibentur (nisi celebretur in Dominica). **1333** *ad* 4.

Credo Canonici Missam solemnem celebrantes intonare tenentur sine praeintonatione. **2114.**

Credo non est dicendum in Missa Rogationum, quando festum S. Marci incidit in Dominicam; in Vigiliae vero Nativitatis Domini Missa occurrente in Dominica Symbolum recitari debet. **2572** *ad* 16.

Vide **Gloria. Symbolum.**

Ss. Crispini et Crispiniani Mart. festum in Ecclesiis Dioecesis Cadurcensis, quarum Titulares vel loci Patroni sunt, celebretur die propria, scil. die 25 Octobris, licet ipsi pro tota Dioecesi dies 27 Octobris assignata sit. **3848** *ad* 2.

Crucifer.

Crucifer, amictus Tunicella aut Planeta plicata, prout exigit sacrae actionis qualitas, diversus a Subdiacono Missae, debet deferre Crucem in die Purificationis, Dominica Palmarum, Feria V in Coena Domini et Feria VI in Parasceve; die vero Commemorationis omnium Fidelium defunctorum eamdem deferre debet Subdiaconus Missae. **2646** *ad* 1. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **272.**

Crucifer in Processionibus consuetus debet esse indutus superpelliceo vel tunicella, nullo autem modo Pluviali. **9** *ad* 18.

Crucifer cottam induere debet, dum Archiepiscopus pontificaliter est indutus; violaceam vero vestem, si Episcopus utatur cappa. **1145** *ad* 2; dum Archiepiscopus concioni assistit, potest crucem dimittere ad parietem. *Ibidem ad* 3.

Vide **Crux in Funeribus et Processionibus deferenda. Subdiaconus. Processio.**

Crux (in genere).

Crux argentea, etiam sine manica, conceditur regiis Cappellanis Ecclesiae S. Marci

Salamant.; delatio enim manicae neque tribuit iurisdictionem aut praeeminentiam, neque eam adimit. **90.**

Crux parva cum Imagine Crucifixi posita supra tabernaculum SSm̄i Sacramenti non est sufficiens tempore sacrificii, sed poni tunc debet alia Crux in medio candelabrorum. **1270** *ad* 1; sufficit tamen magna statua Crucifixi in Altari locata. *Ibidem ad* 2.

Crux in medio Altaris est collocanda, sed visibilis tam Celebranti quam populo. Mandatur Episcopis, ut iuris et facti remediis id servandum curent, simulque provideant pro casuum exigentia, ne Crux visibilis desit. **2621** *ad* 7. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **226.**

Crux in Altari, ubi est publice expositum SSm̄um Sacramentum, tempore Missae Sacrificii collocari potest: hoc tamen non est de praecepto; et quaelibet Ecclesia relinquenda est in sua praxi. **2365** *ad* 1.

Crux Altaris tempore Missae et Officiorum aliquo panno vel tela involvi nequit, posita alia Cruce minore loco Crucis obtectae. **3059** *Dub.* XI.

Crux Altaris collocari nequit super throno, et praecise in loco super quo SSm̄um Sacramentum publicae adorationi in Ostensorio exponitur, nec super corporale, quod Expositioni inservit. **3576** *Dub.* III.

Crux Altaris in Feria VI in Parasceve velo violaceo cooperiri debet, non vero nigro. **3535** *ad* 8.

Quoad Crucem detegendam et adorandam in Feria VI in Parasceve, servanda est Rubrica Missalis vel laudabilis consuetudo. **2682** *ad* 53.

Cruces et Imagines tegi debent a primis Vesperis Dominicae Passionis, non vero in Dominica post Evangelium Missae solemnis. **1158. 1275** *ad* 2. **2682** *ad* 34; nec interea detegi possunt, etiamsi occurrat festum Titularis, Patroni vel Dedicationis Ecclesiae. **926** *ad* 2 *et* 3. **3396.**

Cruci genuflectendum est ab initio adorationis Feriae VI in Parasceve usque ad Nonam Sabbati Sancti inclusive. **3049** *Dub.* V. **3059** *Dub.* IV.

Cruci Altaris reverentia fit in fine Missae infra gradus capite discooperto. **1333** *ad* 7.

Ante Crucem Altaris omnes, exceptis Canonicis Cathedralis, unico genu genuflectere debent, etiam in aliis Ecclesiis et Cappellis, ubi in Altari maiori non asservatur SSm̄um Sacramentum, sed in actu functionis tantum. **3792** *ad* 11.

Crux Altaris est adspicienda, dum a Rubrica Celebranti iniungitur in Missa oculorum elevatio. **2960** *ad* 3.

Crux thurificanda non est, dum incensatur Altare, in quo Venerabile publicae adorationi expositum est. **2340** *ad* 4.

Crux visibilis in summitate Ostensorii apponi debet. **2957.**

Crux in funere Sacerdotum, praesente corpore, locanda est ad caput Defuncti inter feretrum et Altare. **2392** *ad* 2.

Crux nequit collocari ad caput feretri vel tumuli tempore Missae et Officii emortualis. **3535** *ad* 6.

Crux Ecclesiae tumulantis in funeribus explendis digniore in loco ponenda est; etiamsi haec sit Ecclesiae Regularium, et altera adsit Ecclesiae Abbatialis. **2523.**

Crux Capituli nequit collocari in cornu Evangelii in Missa Rogationum, quae canitur a Beneficiatis sive Cappellanis. **3568.**

Cruces Altarium seu Processionum non sunt benedicendae de praecepto; sed simplex Sacerdos eas privatim benedicere potest. **2143** *ad* 1 *et* 2.

Cruces benedicere, processionaliter deferre, plantare extra claustra in eorum fundo, Regularibus non licet sine licentia Episcopi. **1340.**

Pro Crucis novae Benedictione in formula Benedictionis secunda Oratio et adoratio Crucis a Sacerdote benedicente non est omittenda. **3524** *Dub.* IV *qu.* 1.

Crux parva cum Imagine Crucifixi benedici debet formula Benedictionis Imaginum D. N. I. C. **3524** *Dub.* IV *qu.* 2.

Cruces et Numismata, tamquam peculiaria Insignia alicui Collegio Canonicorum vel Beneficiatorum concessa, non sunt palam deferenda in paramentis sacris et in administratione Sacramentorum. **2621** *ad* 13. **2639.**

Crux pectoralis nequit ab Episcopo e Planeta extrahi et in aperto poni, ita ut supra omnes sacras vestes appareat; sed dispositio Caeremonialis lib. II. cap. 8. § 14 servanda est. **3301** *ad* 1. **3873** *ad* 2.

Crucis oblatio ad osculandum Episcopo vel alicui Principi spectat ad digniorem e Dignitatibus: hinc, impedito vel absente Praeposito, prima Dignitate, spectat ad Archidiaconum, secundam Dignitatem. **1394.**

Cruces duodecim, quae in Ecclesiae Consecratione sacro Chrismate liniuntur, nequeunt evelli expleta Consecratione, sed perpetuis temporibus remanere debent. **1939;** debent incensari a Celebrante stante, non flexis genibus, neque a circumstantibus adorari flexis genibus. **3175** *ad* 1.

Cruces duae ex quatuordecim, quae in parietibus Ecclesiae SSm̄ae Trinitatis ad Montem Pincium Urbis depictae apparebant, expungendae sunt, salvis manentibus cruci-

bus positis in Presbyterio et prope portam principalem. **3004.**

Cruces ad sacras unctiones in Consecratione Ecclesiae non rite dispositae secundum Pontificale, iterum omissa unctionis caeremonia depingi debent, quarum sex in parte dextera, aliae in sinistra appareant; ita tamen ut duae sint prope Altare maius et duae prope Ecclesiae ianuam. **3157** *Dub.* IV.

Crux hastata in Consecratione Ecclesiae ab initio sacrae functionis deferri potest. **3364** *ad* 3.

Cruces, quae in Ecclesia rite consecrata in parietibus deletae sunt, iterum depingantur vel sculpantur, omissa unctionis caeremonia. **3498.**

Cruces parietum in Anniversario Dedicationis Ecclesiae a Diacono in Missa solemni et a Celebrante in Vesperis thurificari possunt, ubi consuetudo viget; dummodo sive Diaconus sive Celebrans thurificationem stando perficiat. **3621** *ad* 1.

Cruces in parietibus in Dedicatione Ecclesiae extergendae sunt a Diacono, quatenus Oleum sanctum per murum defluat, et statim ac Episcopus cuiusque Crucis unctionem peregerit. Si tamen cum Episcopo locus non esset Ministris sacris ascendendi scalam, ascendat cum eo saltem Caeremoniarius, a quo, hoc in casu, Cruces abstergantur. **3729** *ad* 4; Crucium unctionem incipere debet Episcopus ex parte Evangelii. *Ibidem ad* 5.

Crucis Commemoratio ordinaria facienda est a Beneficiatis. **386.**

Crucis Commemoratio, quae dicitur tempore Paschali loco Suffragiorum, recitari nequit, quando fit Officium votivum de Passione. **3675** *ad* 3, aut de SSmo Sacramento. **3792** *ad* 8. **3844** *ad* 5.

S. Crucis Inventionis Festum cadens in Dominica, in qua celebratur Festum Dedicationis Ecclesiae, transferendum est in primam diem Festo duplici vel semiduplici non impeditam. **2319.** *Reliq. Dub. ad* 8; at si transferatur post tempus Paschale, subit nonnullas variationes quoad Officium et Missam. **2430.**

S. Crucis Missam votivam celebrare non licet feria VI infra Octavam Nativitatis Domini, quacumque obligatione et consuetudine non obstante. **1377.**

Crucem pectoralem extra functiones sacras Praepositus Ecclesiae Passaviensis gestare nequit, nisi doceat de speciali Indulto. **1517.**

Crucem pectoralem deferre debent Canonici Meliten., decorati hoc privilegio, ad praescriptum Caeremonialis, nempe imposita Cruce super Albam; eamdem vero tegere celebrante Episcopo. **2662** *ad* 2. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **300.**

Crucem pectoralem detectam gestare possunt Episcopi sive Dioecesani sive Titulares, ubicumque degunt. **4035** *ad* 1; sed non possunt gestare eamdem Crucem super sacras vestes, nec illius flocculum, in sacris functionibus. *Ibidem ad* 2.

In S. Crucis festis in Missa coram Sanctissimo Sacramento exposito Commemoratio eiusdem SSmi omittenda est. **3924** *ad* 4.

Crucem thurificare incipiens Celebrans in Missa solemni dicat: *Dirigatur Domine etc.* **3213** *ad* 2.

Post Crucem Imago divini Infantis, Nativitatis tempore principe loco super Altari exposita, thurificanda est triplici ductu, eodem prorsus modo, quo incensatur Crux cum Imagine Crucifixi. **3288.**

Crucem ante se deferri facere potest Archiepiscopus per monasteria et loca exempta suae Provinciae. **312**; et cum cruce elevata ingredi Ecclesias Regularium. **1550.**

Crucem ante se deferri facere potest Archiepiscopus ubique in sua Provincia, dummodo non sit in curru. **1342** *ad* 1. **2153.**

Crucem erigere et dare benedictionem potest Archiepiscopus visitationis causa transiens per Dioeceses Suffraganeorum, praesente Episcopo Suffraganeo. **1459.**

Post Cruces duodecim inunctas in parietibus, in Dedicatione Ecclesiae, quando plura Altaria consecrantur, omnia Altaria thurificanda sunt. **3729** *ad* 7.

Crux in Funeribus et Processionibus deferenda.

Crux a quo sit deferenda iuxta diversas actiones et Processiones declaratur. **9** *ad* 18.

Crucem deferre nequeunt post Clerum Feria VI in Parasceve de sero Confraternitatis Sodales. **600.**

Crux cum velo appenso deferenda est in publicis Processionibus etiam a Canonicis Regularibus Lateranensibus, ut fit ab omnibus aliis Regularibus. **344.**

Crucem deferre nequit Confraternitas sine habitu. **359.**

Crux unica tantum in funeribus est deferenda, quae debet esse illius Ecclesiae, ad quam funus defertur. **515. 585** *ad* 2. **699. 1482. 1618. 1825** *ad* 2. **1905** *ad* 1. **2275** *ad* 5. **2644. 2685** *ad* 1. **3144** *ad* 1. **3854** *ad* 1. *Decret. gener.;* interveniente tamen Capitulo Cathedralis, Crux debet esse Cathedralis. **1647. 1742. 3144** *ad* 2; vel Collegiatae, si eiusdem Capitulum solum interveniat. **2861** *ad* 4. **3311.**

Crucem deferendi ius in funeribus nequit a Canonicis Cathedralis delegari Regularibus in praeiudicium Collegiatae. **1009.**

Crux Cleri saecularis deferenda est omnino a Clerico cotta induto; et contraria consuetudo est abusus. **1170.**

Crucis Imago in Processione deferenda converti debet ad populum, non vero ad deferentem. **1538** *ad* 1.

Crux Archiepiscopalis, dum Archiepiscopus solemniter celebraturus Sacris indutus e sacrario pergit ad Altare, deferenda est ante Canonicos paratos. **1712** *ad* 7; in solemni Processione Corporis Christi deferri debet per Subdiaconum paratum ante Beneficiatos similiter paratos. *Ibidem ad* 9.

Cruces Processionum non sunt benedicendae de praecepto; sed simplex Sacerdos eas privatim benedicere potest. **2143** *ad* 1 *et* 2.

Quoad Crucem Archiepiscopalem deferendam, servanda est dispositio Caeremonialis Episcoporum lib. II cap. 8 § 24 et 27: eo modo ut Subdiaconus deferens Crucem Archiepiscopalem sit paratus, medius tamen inter duos Ceroferarios cum luminaribus; quoad Crucem Capituli, Acolythus deferens Crucem Capituli sit cotta indutus. **2684** *ad* 16.

Crucem deferendi in Processionibus facultatem, cuidam Collegiatae concessam ab Episcopo, S. R. C. adprobare recusat. **1982. 1997.**

Crux in Processionibus deferenda est in die Purificationis, Dominica Palmarum, Feria V in Coena Domini et Feria VI in Parasceve a Subdiacono diverso a ministrante et amicto Tunicella aut Planeta plicata, prout exigit sacrae actionis qualitas; die vero Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum a Subdiacono Missae. **2646** *ad* 1. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **272.**

Sub Cruce Cathedralis in Processionibus omnes Parochi incedere debent, si accedat Capitulum Cathedralis; si vero non accedat, elevanda est unica Crux Ecclesiae, in qua fit Processio, quam sequuntur omnes, qui sunt de Clero saeculari. **3144** *ad* 3.

Crux deferri nequit in Processionibus ab Acolytho, Subdiacono prope hunc inter Ceroferarios incedente; sed in singulis casibus dispositio Caeremonialis Episcoporum servanda est. **3691** *ad* 4.

Crucem cum vexillo bifurcato erigere nequit Abbas in Processionibus. **789** *ad* 3.

Cum Cruce propria Canonici Cathedralis, capitulariter associantes funus ad Ecclesiam Regularium, possunt hanc ingredi, ibique cum Cruce erecta usque ad humationem assistere; ita tamen ut in absolutione funeris sola adhibeatur Crux Ecclesiae tumulantis. **1957** *ad* 1 *et* 2.

Praeter Crucem, quae ante Clerum defertur in Processionibus, Canonici nequeunt alteram immediate ante seipsos erigere, qua a reliquo Clero quodammodo dividantur. **472.**

Sub Cruce Cathedralis incedere debent eidem Cathedrali adscripti, sive sint Canonici sive Clerici etc.; neque ex hoc infertur praeiudicium Canonicis Ecclesiae Collegiatae, qui distinctum corpus efficiunt. **278.** *Vide* **3000.**

Ultra Crucem Parochi, Confraternitati vetitum est in funeribus deferre proprium Crucifixum, qui in magna est veneratione, non obstante consuetudine. **1019.**

Crucem propriam erigere nequeunt Confraternitates laicales Urbis, quando cadaver defertur ad ipsarum Ecclesias. **1641** *ad* 1; nullo modo eisdem licet erigere Crucem, si cadaver sit tumulandum in Ecclesia Parochiali. *Ibidem ad* 2.

Crucem hastatam in Processionibus deferre nequeunt Confraternitates, sed tantum vexillum velo obductum. **2811.**

Crucem propriam erigere in associatione cadaverum contra formam Decretorum S. R. Cong. Confraternitati non licet. **1302. 1643** *ad* 9.

Ante Crucem in Processionibus quinque intortitia in Sacr. V Vulnerum symbolum deferre licet Confraternitati S. Sepulchri in Ecclesia Barnabitarum canonice erectae. **2610.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **200.**

Crucem tripartitam seu Patriarchalem in Processionibus deferre non licet Canonicis Collegiatae S. Mariae Carignani. **2103.**

Vide **Funus. Exsequiae. Processio quoad Ordinem et Ritum.**

S. Crucis lignum seu Reliquia.

S. Crucis et Sanctorum Reliquiae nullo praetextu licet immergere in aquam aut madefacere ad impetrandam pluviam. **369.**

S. Crucis et Sacrae Spineae Coronae Reliquias ius deferendi spectat ad digniorem Canonicum in casu speciali. **1299** *ad* 4.

Cum S. Crucis Reliquia, post Expositionem vel Processionem cum eadem, priusquam reponatur, populus benedicendus est. **2324** *ad* 1; quicumque habeatur Hebdomadarius sive Canonicus sive Beneficiatus qui benedicturus sit. **2578** *ad* 11. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **162.**

S. Crucis Reliquia thurificanda est a Celebrante non genuflexo. **2324** *ad* 2; Capitulum et Clerus transeundo processiona-

liter ante Altare, in quo illa recondita est, genuflectere non debent. *Ibidem ad* 3.

S. Crucis Reliquia patenter exposita exigit a transeuntibus genuflexionem unico genu usque ad terram; solam vero capitis inclinationem, si recondita est in custodia. **2390** *ad* 7. **2747.** Vid. **2854.** **3201** *ad* 7.

S. Crucis Reliquia retinenda est separatim a Reliquiis Sanctorum. **2647.** *Decret. gener.*

S. Crucis lignum et Instrumenta Passionis Domini in Processionibus sub baldachino deferri permittitur; dummodo id fiat seorsim et disiunctim a Sanctorum Reliquiis. **2647.** *Decret. gener.*

Coram S. Crucis Reliquia exposita super Altare, in quo Missa celebratur, solum genuflectendum est in accessu et recessu, et quoties opus sit transire ante medium Altaris, seu a latere ad latus ut in incensatione. **2722** *ad* 1. **3966**; in transitu omnes in Choro unicum genu flectere debent. **2722** *ad* 2; in impertienda Benedictione cum hac Reliquia cani nequit: *Benedicat vos omnipotens Deus etc. Ibidem ad* 3.

Cum S. Crucis Reliquia benedicens populo Episcopus deponere debet Mitram et pileolum. **2769** IV *ad* 1 *et* 2.

S. Crucis Reliquia a Sacerdote non genuflexo triplici ductu incensanda est, etiam Feria VI in Parasceve. **2769** *ad* X *qu.* 1. **3201** *ad* 7; in ritibus vero, qui alicubi servari solent in benedicendo populo cum eadem Reliquia Feria VI in Parasceve, servetur consuetudo. **2769** *ad* X *qu.* 2. 3. *et* 4.

In S. Crucis ligni Benedictione, quando haec functio peragitur separatim a servitio Chori, eoque omnino expleto, paramenta esse debent coloris rubei. **3256.**

S. Crucis Reliquia exponi potest Feria VI in Parasceve, ubi adest consuetudo; dummodo Reliquia inclusa sit Cruci talis mensurae, ut poni possit inter candelabra Altaris maioris. **2887** *ad* 4.

Crux, in qua inclusa est Reliquia S. Crucis, non est deferenda processionaliter a sacristia ad Altare in festis solemnioribus. **3569** *ad* 1; et ad removendum omne scandalum, ab Episcopo seu a Parochis instruantur Fideles de speciali atque altiori cultu, qui salutiferae Crucis D. N. I C. ligno debetur. **3579** *ad* 2.

S. Crucis Reliquia quando super Altari est exposita, praeter istius Altaris Crucem, Celebrans in Missa et Vesperis solemnibus utramque simul thurificare debet. **4026** *ad* 1.

Cum S. Crucis Reliquia populum benedicens Sacerdos uti potest supra rochettum, si huius habeat usum, amictu, stola et pluviali, quatenus Ministri sacri non adsint; secus vero, non. **3201** *ad* 6.

Crucis signum.

Cruces, quae fiunt super Oblata, fieri debent manu recta. **1275** *ad* 4.

Quoad Crucis signum in fine *Gloria, Credo* et *Sanctus,* Rubricae servandae sunt. **2682** *ad* 29.

Crucis signum ad *Magnificat* et ad *Benedictus* ab omnibus faciendum est, tam in Choro quam extra, iuxta laudabilem praxim, praesertim in alma Urbe servatam. **3127.**

Quoad Crucis signum ad *Deus in adiutorium* initio omnium Horarum, *Adiutorium nostrum, Indulgentiam etc.,* ad Benedictionem in fine Primae et Completorii, ad *Nunc dimittis,* ac quoad pollice signandum os ad *Domine labia mea* vel pectus ad *Converte nos,* servanda est consuetudo. **3156.**

Cruces tres efformare debet Episcopus in benedicendo populo post Communionem extra Missam distributam et in absolvendis fidelibus in Sacramento Poenitentiae. **3731** *ad* 5.

Crucis signum super populum a Celebrante in fine Missae solemnis semel produci debet. **9** *ad* 3.

Crucis signum solum Episcopus producat super Canonicum Hebdomadarium, qui Missa celebrata ad Chorum regreditur, Horas Canonicas persolvendi causa. **2050** *ad* 24.

Crucis, signum faciens Celebrans ad Evangelium cum dextera manu super Missale, sinistram ponere debet super ipsum. **2572** *ad* 11; et super Altare in Missa de Requie, dum facit dextera signum Crucis ad Introitum. *Ibidem ad* 25.

Sine Crucis signo immittitur particula in Calice feria VI in Parasceve. **1333** *ad* 11.

Crucis signum manu non est producendum ad instar benedictionis, dum dicitur *Fidelium animae* in fine Officii. **4048** *ad* 8.

Crucis signum super frontem ipsam pollice producere debet Episcopus in conferendo Confirmationis Sacramento, dum frontem Chrismate inungit, interim dicens: *Signo te signo Crucis;* quo facto manu extensa versus Confirmatum incipit *In nomine Patris etc.* ter signum Crucis efformans more solito. **3012** *ad* 2.

Cubicularii secreti et honorarii Sanctitatis Suae assumere possunt subtanam violaceam subtus habitum Canonicalem, quamvis statutum Capituli Cathedralis obstet. **3222.**

Cubiculum.

In Cubiculis exstructis supra Cappellas dexterae navis Ecclesiae Cathedralis, in quibus quotidie celebratur, Clericis Seminarii non licet habitare die noctuque, ibique etiam dormire, quod omnino prohiberi debet. **756.**

A Cubiculi Praefecto Rmi Archiepiscopi intra presbyterium Archiepiscopo ipsi, Divina peragenti vel publice iisdem assistenti, nullum obsequium nullaque assistentia praestari debet; sed praedicta eo casu spectant ad Magistrum Caeremoniarum. **1145** *ad* 1.

Ad Cubiculum Episcopi accedere tenentur Canonici pro associatione, condicta hora cum Episcopo ad inchoandum Officium et dato signo cum campana. **900** *ad* 7.

Ad Cubiculum Episcopi, ubi ipse induitur cappa, accedere tenentur Canonici et Dignitates Cathedralis, eumque comitari ad Ecclesiam, et in reditu saltem ad ostium domus ipsum associare; si vero Episcopus privatim veniat, nonnulli ex Dignitatibus et Canonicis tam in ingressu quam in regressu ipsum usque ad ostium Ecclesiae comitentur. **14** *ad* 3. **138. 139. 152** *ad* 1. **153. 525** *ad* 3. **900** *ad* 7. **915** *ad* 5. **1585. 1735. 1903. 2310** *ad* 5 *et* 6. **2471** *ad* 1. 2. 3 *et* 4. **3748** *ad* 4. **3828** *Decret. gen.* **3888** *ad* 2. **3953**; sed non tenentur ad Episcopi Cubiculum accedere nec ipsum associare, si sine cappa pontificali ad Ecclesiam accedat. **86** *ad* 9. **892** *ad* 2. **900** *ad* 4. **906. 3110** *ad* 1.

Ad Cubicula Monialium aspergenda aqua benedicta Confessariis Monialium non est permittendum, ut Feria III maioris Hebdomadae ingrediantur Monasterii septa. **2026.**

Cubicula pro habitatione aeditui laici suaeque familiae haberi permittitur sub sacrario Ecclesiae Cathedralis, in quo exstat Altare portatile. **3978** *ad* 2.

Vide **Communio Infirmorum.**

Cultus.

Cultus Cordis S. Ioseph non est approbatus a S. Sede. **3304.**

Cultus B. M. V. titulo de Cruce in sensu liturgico tolerari nequit. **3818** *ad* 1.

Cuppa Calicis si adeo alta sit, ut ad eius fundum in consecratione Episcopus pollice pertingere nequeat, servari debet quantum fieri potest Pontificale Romanum. **3620.**

Curatus.

Curatis et Presbyteris Ecclesiarum Parochialium et aliarum Ecclesiarum Canonici Collegiatae, in publicis processionibus, functionibus et synodis, praeferendi sunt. **317. 664. 1034** *ad* 1. **1198. 1200. 1531.**

Non ad Curatum Canonicum, sed ad Canonicum Hebdomadarium spectat in Collegiata benedictio Fontis in Sabbato Sancto et in Vigilia Pentecostes. **3300** *ad* 1.

Curatus et Sacrista Cathedralis, etiam si sint amovibiles, quando funeribus intervenit Capitulum eiusdem Cathedralis, debent praecedere proprio Parocho Defuncti. **561.**

Curatis Canonicis Vicariatus foranei *Intrae* Dioecesis Novariensis non competit Insignium canonicalium usus. **3453** *ad* 1.

Curatos quoscumque semper et ubique, etiam in horum propriis Ecclesiis, praecedere debent Canonici et Capitulum Ecclesiae Cathedralis. **142**; quod tamen non habet locum, quando Canonici sine Cruce et consensu Capituli ut singuli incedunt. **150. 1492.**

Curato et Poenitentiario qui in ipsa admissione Presbyteris adnumerantur, praeferendi sunt Canonici antiquiores illis possessione, quatenus aliis advenientibus Canonicis transeant ad ordinem Presbyterorum; dummodo tamen, data alias optandi Presbyteratum opportunitate, optare non neglexerint, ne Sacerdotium suscipere cogerentur. **1215.**

Ad Curatum Ecclesiae defuncti pertinet officium facere circa corpus eiusdem in alia ecclesia, ad quam defertur funus. **151. 224.** Vide **3854.** *Decret. gener.*

Curatus Canonicus, si Capitulum Cathedralis accedat ad associanda cadavera in Ecclesiis Regularium, nequit ibi Officium explere et Missam de Requie canere, sed solum funeri assistere. **2342** *ad* 2.

Ad Curatum Mansionarium non spectat Missae celebratio et Communionis administratio Feria V in Coena Domini in Collegiata S. Petri Corinaldi Dioecesis Senogallien. absente Archipresbytero, sed ad Dignitates et Canonicos; Curatus tamen assistere debet pro distribuendis schedulis. **2406** *ad* 4.

Curatus Cappellanus Cathedralis ratione stolae in ducendis funeribus habet praecedentiam super Canonicos Collegiatae. **258.**

Curatus Abbas in Processione SS. Corporis Christi incedere debet Pluviali indutus cum alio Presbytero antiquiore similiter Pluviali induto. **1998.**

Curatos tam urbanos quam rurales praecedere debent Beneficiati seu Mansionarii Cathedralis. **686.**

Super Curatum Archipresbyterum Canonicus Cathedralis non gaudet praecedentia in Processionibus et Vesperis, nisi in Ecclesia propria. **928.**

Curato cuique, ubi plures sunt, qui hoc munus in Ecclesia exercent, Horasque canonicas in Choro persolvunt, quando Hebdomadarii munere fungitur, debetur primus locus, sive hoc munus exerceat cum paramentis sive absque eis; licet illorum alter sit Decanus, aliique in Choro sedeant iuxta antianitatem. **2237.**

Non ad Curatum Canonicum in Ecclesia Collegiata, sed ad Canonicum Hebdomadarium spectant tam Expositio SSm̃i Sacramenti, quae in reditu Processionis aliquando fieri solet, quam Vesperae solemnes cum Expositione SSm̃i Sacramenti. **3300** *ad* 4 *et* 5.

Vide **Parochus.**

Currus usus pro feretro in funeribus ducendis tolerari potest; et tunc Parochus et Clerus funus ducere possunt sacris vestibus induti et Cruce erecta. **3212.**

Custodia et cura SSm̃i Sacramenti in Ecclesia Cathedrali pertinet ad Parochum iuxta consuetudinem Ecclesiarum; attamen Capitulum invigilet, ut res sacrae rite expleantur. **3505** *ad* 2.

D

Dalmatica et Tunicella.

Dalmaticis induti Ministri sacri in Processionibus incedere nequeunt unus post alium ante Celebrantem, ut duo Canonici seu Parochi superpelliceis induti assistant Celebranti pluviali induto; sed Ministri sacri incedere debent hinc inde ad eiusdem latus. **2482** *ad* 3.

Dalmaticae et Tunicellae, si fieri potest, pretiositate conformes sint Planetae Celebrantis; quia haec sacra indumenta non Ministrorum ornatui, sed ecclesiasticae functionis decori inserviunt. **2578** *ad* 4. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **161.**

Dalmaticis Ministri sacri uti nequeunt in Dominicis Adventus et Quadragesimae in Ecclesiis, ubi exponitur SSm̃um Sacramentum. **3161** *ad* 2.

Dalmatica supplet stolam pro Diacono assistente Calicem de manu Episcopi accepturo in Processione Feriae V in Coena Domini. **3059** *ad* 22.

Dalmaticam et Tunicellam sumere nequit uterque Diaconus et Subdiaconus in Consecratione Ecclesiae. **3729** *ad* 3.

Dalmatica et Tunicella super Albam indui debent Ministri sacri in solemni Benedictione cum SSm̃o Sacramento impertienda post Completorium. **3799** *ad* 1; et color praefatorum paramentorum esse debet semper albus. *Ibidem ad* 2.

Dalmaticas et Tunicellas induere possunt in Processione Corporis Christi Diaconi et Subdiaconi; et Crux processionalis processionaliter deferri potest ante Clerum per Subdiaconum Tunicella paratum. **2362.**

A Dalmatica et Tunicella indutis duobus mediis Canonicis seu Tertianariis in Processione Corporis Christi thuribula deferendi et Venerabile Sacramentum incensandi consuetudo in Cathedrali Conimbricensi vigens servanda est. **2424** *ad* 13.

Dalmaticam et Tunicellam albas assumpturi accedere debent Diaconus et Subdiaconus ad Sacristiam Sabbato Sancto et Vigilia Pentecostes, statim ac dictum fuerit in Litaniis *Sancta Maria,* ut praesto sint ad induendum Episcopum, depositis prius Planetis violaceis; nec revertantur ad Altare, nisi quum, absolutis Litaniis, solemnis inchoanda sit Missa. **2684** *ad* 20.

Dalmaticam et Tunicellam induere tenentur Canonici munere Diaconi et Subdiaconi fungentes, dum Episcopus solemniter benedictionem cum SSm̃o Sacramento impertitur. **3526** *ad* 1; non vero possunt assistere cum cappa magna, quin a Diacono stola deferatur; et inducta contraria consuetudo omnino eliminanda est tamquam abusus. *Ibidem ad* 2.

Dalmaticas et Tunicellas gestare debent Canonici ordinis Diaconalis et Subdiaconalis, ubi Praebendae sunt distinctae; et sedere atque incedere debent singuli in proprio ordine. **235** *ad* 1.

Dalmaticam et Albam, etsi non benedictas, Ceroferarii, qui nec tonsura initiati sunt, induere nequeunt. **3722** *ad* 2.

Decanus.

Decani et Cantoris Lisbonen. praeeminentia in Chori regimine. **89.**

Decanus Canonicus non deputatus audientiis Gubernatorum, qui Sede vacante ad regendam Dioecesim electi sunt, assistere et in primo loco sedere nequit; quamvis in Choro et dum omnes simul capitulariter conveniunt, iuxta solitum praecedentiam habeat. **136.**

Decanus et Dignitates, Canonicis seu Portionariis celebrantibus, neque Evangelium, neque Epistolam cantare debent; assistere vero et inservire tenentur celebranti Episcopo. **41.**

Decreta tum generalia tum particularia.

nisi facultate in scriptis accepta et approbatione a Secretario S. R. C. obtenta de concordantia cum originali. **1852.**

Decretum generale de Officiis recitandis ratione alicuius Reliquiae insignis. **1853.**

Decretum generale de Festo S. Ioseph occurrente Feria V in Coena Domini. **1883.**

Decretum generale de Officio SS. Apostolorum Philippi et Iacobi transferendo post tempus Paschale. **2117.**

Decretum generale, quo plures controversiae componuntur inter Parochos et Confraternitates. **2123.**

Decreta generalia circa Rubricas. **2166.**

Decretum generale de Officiis S. Marci Evangelistae et Ss. Apostolorum Philippi et Iacobi aeque transferendis; quatenus praeferendum esse Officium S. Marci statuitur. **2171.**

Decreta generalia, quae praecipue versantur circa Anniversaria et Missas de Requie et Reliquias Sanctorum, apponenda sunt in principio Missalis. **2228.**

Decretum generale de Praefatione SS. Trinitatis. **2449.**

Decretum generale, quo prohibetur duplex benedictio SS. Sacramenti in Ecclesiis Monialium. **2499.**

Decretum generale quo Festum Decollationis S. Ioannis Baptistae elevatur ad ritum duplicis maioris. **2531.**

Decretum Pii VII, quo Festum B. M. V. titulo Auxilium Christianorum pro Clero Romano et in toto Statu Ecclesiastico instituitur, et Litaniis Lauretanis elogium: *Auxilium Christianorum* inseritur. **2566.**

Decretum generale de Palmatoria non adhibenda, nisi ab iis, quibus de iure competit, vel eius usus concessus est ex privilegio; et de Canonicalibus Insignibus non adhibendis extra propriam Ecclesiam, nisi quando Canonici capitulariter incedunt, aut nisi singuli speciali privilegio fruuntur. **2579.**

Decretum generale de Missa votiva pro Sponso et Sponsa, quae celebrari debet sine *Gloria* et sine *Credo,* cum tribus Orationibus, *Benedicamus Domino* et ultimo Evangelio S. Ioannis. **2582.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **166.**

Decretum generale, quo Amictus, Albae, Tobaleae, Corporalia, Pallae, Purificatoria ex lino vel cannabe conficienda esse declaratur, et ex gossipio confecta prohibentur. **2600.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **192.**

Decretum generale ad tollendos quosdam abusus, praesertim in Ecclesiis exemptis. **2613.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **203.**

Decretum generale de non imprimendis libris de vita, rebus gestis ac miraculis Servorum Dei, inconsulta S. R. C. **2617.**

Decretum generale, quo declarantur privilegia Pontificalium quibusdam Capitulis concessa, et ad formam iuris reducuntur. **2624.** *Constitutio Apostolica,* qua idem Decretum approbatur et confirmatur. *Ibidem.*

Decretum, quo S. R. C. mandat, ut Beneficiati cappae usum habentes etiam tempore aestivo, pellibus tamen depositis, substituant sericum operimentum eiusdem omnino coloris pellium dimissarum. **2629.**

Decretum generale, quo declaratur licere legi in Orationibus nomina *S. Ioannis Chrysostomi* et *S. Petri Chrysologi.* **2637.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **263.**

Decretum generale prohibens, quominus Reliquiae Sanctorum sub Baldachino deferantur. **2647.**

Decretum generale, quo praescribitur methodus in proponendis causis Servorum Dei, qui cultu immemorabili fruuntur. **2651.**

Decretum generale, quo S. Petrus Damianus in Doctorum Albo recensetur, eiusque festum ad universam Ecclesiam extenditur. **2663.**

Decretum generale pro conditionibus servandis in editione Librorum liturgicorum iuxta Pontificias Constitutiones. **2716.**

Decreta S. R. C. et responsiones ab Ipsa scripto formiter editae eamdem habent auctoritatem ac si immediate a Summo Pontifice emanaverint. **2916**; explicatur quid intelligendum sit illis verbis: *dummodo formiter scripto edita fuerint.* **3023.**

Decreta particularia, quibus dantur Indulta specialia pro Missae celebratione Sacerdotibus infirmis etc., requirantur sub num. **2920. 2921. 2924. 2926. 2947. 2948. 2977**; item celebrandi Missam in medio mari. **2945.**

Decreta S. R. C. derogant consuetudini contrariae et obligant conscientiam; sed recurrendum in particulari. **2951** *ad* 13.

Decretum generale circa Missale Romanum. **3103.**

Decretum generale circa novum Officium et Missam festi Immaculatae Conceptionis B. M. V. **3119.**

Decretum generale, quo declaratur phialas vitreas aut figulinas sanguine tinctas, quae ad loculos sepultorum in sacris Coemeteriis vel intus vel extra ipsos reperiuntur, censeri debere Martyrii signum. **3120.**

Decretum generale circa Communionem administrandam ante et post Missam Defunctorum. **3177.**

Decreta generalia causas Servorum Dei respicientia. **3233.**

Decretum generale circa Symbolum in festo natali et Patrocinii S. Ioseph dicendum; et circa eiusdem additionem in Oratione *A cunctis* atque eius Commemorationem inter Suffragia Sanctorum. **3252.**

Decretum diei 9 Aprilis 1802 factum ab Emo Cardinali Caprara pro territorio Gallicanae Reipublicae circa Anniversarium Dedicationis Ecclesiarum intelligi debet tam de Ecclesiis ante dictum annum consecratis, quam de iis, quae in posterum consecratae vel consecrandae sunt. **3275.**

Decretum Urbis et Orbis, quo festa duplicia et semiduplicia a translatione excluduntur: et Officia Ss. Benedicti Abbatis, Dominici et Francisci Confessorum, Commemorationis S. Pauli Apostoli et Ss. Angelorum Custodum ad ritum duplicem maiorem elevantur; Commemoratio octavae Ss. Apostolorum Petri et Pauli singulis diebus infra octavam pro Roma praescribitur, quocumque festo occurrente; et Officia votiva pro singulis hebdomadis diebus assignantur. **3581.**

Decretum generale Urbis et Orbis circa additionem praeconii *Regina Sacratissimi Rosarii* in fine Litaniarum Lauretanarum. **3598.**

Decretum Urbis et Orbis, quo S. Camilli et S. Ioannis de Deo nomina Litaniis agonizantium inseruntur. **3663.**

Decretum Urbis et Orbis, quo pro mense Octobri Mariale Rosarium cum Litaniis Lauretanis praescribitur et Expositio SS. Sacramenti in Ostensorio vel pro pauperibus Ecclesiis etiam in Pyxide conceditur. **3666.**

Decretum Urbis et Orbis, quo festum Sacr. Rosarii B. M. V. Dominica I Octobris celebrandum ad ritum duplicem II classis pro universali Ecclesia elevatur. **3681.**

Decretum Urbis et Orbis circa festum SS. Cordis Iesu. **3712. 3734.**

Decretum generale quoad Anniversaria pro Defunctis. **3753.**

Decretum declarationis Indulti pro solemnitate Festorum transferenda. **3754.**

Decretum generale Missae exsequialis pro die obitus. **3755.**

Decretum generale pro Indulto duplicia II classis in dies impeditos transferendi. **3756.**

Decretum generale circa Missam conventualem apud Regulares. **3757.**

Decretum quoad nominationem Fundatoris Regularium in Oratione *A cunctis.* **3758.**

Decretum quoad intonandas Antiphonas in Choro. **3781.**

Decretum generale quoad praecedentiam Canonicorum et Beneficiatorum in Ecclesiis Collegiatis et Cathedralibus, ubi Praebendae non sunt distinctae. **3783.**

Decretum generale circa usum superpellicei et stolae in administratione Sacramentorum et in concionibus. **3784.**

Decretum Urbis et Orbis circa translationem festi S. Ioseph. **3789. 3807. 3838.**

Decretum, quo festum Sacrae Familiae cum novo Officio et Missa sub ritu duplici maiori Dominicae III post Epiphaniam assignatur. **3802.**

Decretum generale circa translationem festi Annuntiationis B. M. V. **3807. 3838. 3850.**

Decretum generale circa festa primaria et secundaria. **3808.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **376.** - **3837.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **402.**

Decretum generale, quo approbatur Catalogus festorum, quae uti primaria vel secundaria retinenda sunt. **3810.**

Decretum generale super duobus festis vel Officiis eadem die occurrentibus. **3811.**

Decretum de concessione Scapularis B. M. V. Genestani, quae vocatur Mater Boni Consilii. **3815.**

Decretum generale, quo prohibetur, quin nativitas temporalis alicuius Sancti vel Beati celebrari possit liturgico ritu vel alio sacrae solemnitatis modo. **3816.**

Decretum, quo prohibentur omnes Litaniae extra Breviarium et Rituale exsistentes in Ecclesiis et publicis Oratoriis. **3820.**

Decretum, quo conceditur, ut privilegium coram cadavere Episcopi Missas in suffragium eius animae per totum mane celebrandi, etiam ad Vicarios Apostolicos, Abbates et Praelatos *Nullius Dioeceseos* et Episcopos Titulares extendatur. **3822.**

Decretum generale, quo Octavae intra Quadragesimam prohibentur. **3826.**

Decretum generale circa prohibitionem cantionum vernacularum in Missis solemnibus seu cantatis; nec non circa cantum infra Missam et ad elevationem specierum. **3827.**

Decretum generale quoad associationem Dignitatum et Canonicorum, quoties Episcopus pontificaliter celebrat. **3828.**

Decreta circa Musicam sacram. **3830.**

Decretum pro moderando cultu Servorum Dei, qui nondum ab Apostolica Sede relati sunt inter Beatos. **3835.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **401.**

Decretum generale circa professionem et votorum renovationem intra Missam peragendam. **3836. 3912.**

Decretum Urbis et Orbis, quo festum An-

nuntiationis B. M. V. ad ritum duplicis I classis evehitur. **3850.**

Decreta generalia circa festa Dolorum B. M. V. **3851.**

Decretum statuens quomodo Episcopus se gerere debeat, quando in consecratione Ecclesiae eamdem circuire nequit. **3852.**

Decretum circa translationem festorum, quae habent Octavam. **3853.**

Decretum super Exsequiis. **3854.**

Decretum circa lucem electricam. **3859.**

Decretum Urbis et Orbis circa celebrationem in Ecclesia aliena. **3862.**

Decretum generale celebrationis Festorum Patroni loci, Dedicationis ac Tituli Ecclesiae. **3863.**

Decretum generale Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum. **3864.**

Decretum functionum episcopalium. **3865.**

Decretum Anniversarii Dedicationis Ecclesiae. **3881.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **408.**

Decretum, quo festum S. Thomae Ep. Cantuariens. sub ritu duplici pro universa Ecclesia decernitur. **3889.**

Decretum circa Missas de Requie in Sacellis sepulchreti et in Ecclesiis atque Oratoriis tam publicis quam privatis. **3903.**

Decretum Urbis et Orbis, quo omnes Episcopi privilegio condecorantur, ut non solum ipsi in propriae habitationis Oratorio aut super Ara portatili, ubicumque degant, Missam facere aliamque in sui commodum permittere valeant, sed etiam fideles adstantes praeceptum Ecclesiae impleant. **3906.**

Decretum circa consecrationem Altarium. **3907.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **416.**

Decretum generale circa Orationem et Sequentiam in Missis Defunctorum. **3920.**

Decretum quoad Missas canendas in eadem Ecclesia, eadem die et de eodem officio. **3921.**

Decretum generale de Officiis votivis. **3922.**

Decretum quo ad impetranda nova Sanctorum Officia novasque Missas ab hac S. R. C. normae sequendae praescribuntur. **3926.**

Decretum quo declaratur in Altari, in quo Feria V et IV maioris Hebdomadae publicae adorationi exponitur et asservatur SS. Eucharistiae Sacramentum, repraesentari tam sepulturam Domini quam Institutionem SS. Sacramenti. **3939** *ad* 1; ad praedictum Altare exornandum non licet adhibere statuas aut picturas, nempe B. M. V., S. Ioannis Evangelistae, S. M. Magdalenae et militum custodum; poterunt tamen Episcopi, ubi antiqua consuetudo vigeat, huiusmodi repraesentationes tolerare; caveant autem ne novae consuetudines hac in re introducantur. **3939** *ad* 2. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **419.**

Decretum seu Litterae S. R. C. ad Archiepiscopos, Episcopos et Ordinarios Provinciarum Goritien. Iadren. et Zagabrien. de usu linguae Slavicae in sacra Liturgia. **3999.** *Vide* **3768.**

Decretum super Oratoriis semipublicis. **4007.**

Decretum quoad Organorum pulsationem, quando canitur Praefatio et Oratio Dominicalis. **4009.**

Decretum Urbis et Orbis circa Litanias de Sacro Corde Iesu. **4017.**

Decretum super iure Episcoporum Dioecesanorum cedendi Thronum alteri Episcopo. **4023.**

Decretum, quo conceditur pro pauperibus facultas celebrandi Missam de Requie sine cantu, loco Missae exequialis cum cantu. **4024.**

Decretum generale super festo Titularium in Ecclesiis et Oratoriis publicis celebrando. **4025.**

Decretum quoad conclusionem Hymni *Veni Creator Spiritus.* **4036.**

Decretum circa Commemorationes agendas ad Laudes et Vesperas in Suffragiis Sanctorum. **4043.**

Decretum Urbis et Orbis circa celebrationem Missae media nocte die 31 Decembris elapsi saeculi. **4046.**

Decretum Urbis et Orbis, quo festum S. Bedae Venerabilis, addita Doctoris qualitate, pro universa Ecclesia praescribitur. **4047.**

Vide **Breve Apostolicum. Constitutio. Litterae. Epistolae.**

Decuriones.

Decuriones Civitatis thurificandi sunt post Clerum. **1011.**

Decuriones et Gubernator Civitatis Dertusensis non habent locum in Presbyterio, dum Missa solemnis cantatur; neque eisdem reverentia a Canonico celebrante et Ministris sacris ante initium et post finem Missae, tam praesente quam absente Episcopo, fieri debet. **2471** *ad* 12.

Dedicatio Ecclesiae.

Dedicationis Ecclesiae Anniversarium vide **Anniversarium Dedicationis Ecclesiae.**

Dedicationis Ecclesiae peractae si incerta

sit dies, Anniversarium tamen celebrari debet cum Octava ea die qua probabiliter ex circumstantiis peracta censetur. **261.**

Dedicationis Ecclesiarum festum, quas certo constat non fuisse consecratas, vel de quarum consecratione iure dubitatur, celebrari nequit. **511** *ad* 1; si certus dies Dedicationis, de qua minime dubitatur, ignoratur, Episcopus potest statuere diem pro eius Anniversario; *Ibidem ad* 2; vel potius ad S. R. C. recurrendum. **1358** *ad* 5; festum autem (nisi sit de Cathedrali) celebrari debet in ea tantum Ecclesia, de cuius consecratione Anniversarium peragitur. **511** *ad* 2.

Dedicationis Festum fieri debet propria die, etiamsi occurrat cum Festo Titularis, quod erit transferendum in diem sequentem. **598.**

Dedicationis Ecclesiae propriae festum, iuxta Rubricas solemnius et primarium; aliis quibuscumque locorum festis, etiam Patroni et Titularis, est per se praeferendum tam in occursu quam in concursu; permittitur tamen, ut Patroni festum, ratione feriationis, praedicto festo Dedicationis praeferatur. **3881** *ad* 2. *Decret. gener.*

Dedicationis Festum cadens in diebus privilegiatis transferendum est iuxta Rubricas. **636.**

In Dedicationis Ecclesiae die octava Lectiones I Nocturni repetendae sunt de ipso festo. **2319** *Alia Dub. ad* 5. **2365** *ad* 7.

In Dedicationis die octava Lectiones III Nocturni legendae sunt, quae primae post recitatas infra octavam omissae fuerint; quando vero omnes lectae sunt, in die octava erunt ut in festo. **3576** *ad* 14.

Dedicatione propriae Ecclesiae dicatae SS. Salvatori occurrente cum festo Dedicationis Basilicae Lateranensis, fieri debet de propria Ecclesia, et prima die non impedita infra Octavam de Basilica Lateranensi. **972.**

In festo Dedicationis Ecclesiae nequit alia Missa celebrari praeter propriam huius festi; licet consueverit dici Missa de B. Maria, quia Ecclesia in honorem B. M. V. erat dedicata. **1149.**

Dedicationis Festum non licet celebrari Dominica in Albis, nec potest transferri ab Episcopo in aliam Dominicam; sed in hoc casu dies assignanda est a S. Sede. **1362.**

Dedicationis certa dies si ignoratur, Episcopus poterit assignare diem pro eius Anniversario suo arbitrio, qua semel electa, huiusmodi festum amplius non est immutandum. **511** *ad* 2. **1498. 2174. 2313.**

Dedicationis Festum si transferri contingat, lumina ad Cruces accendi debent ea die, ad quam transfertur Officium. **1686.**

Dedicationis Officium alicuius Ecclesiae nequit recitari a Cappellanis, qui in eadem Sacrum facere solent. **1983.**

Dedicationis Ecclesiae Octava minus digna declaratur quam Octava Omnium Sanctorum. **1922** *ad* 1.

Dedicationis festum concurrens in primis Vesperis cum secundis Assumptionis B. M. V., fit totum de Assumptione cum Commemoratione Dedicationis. **2053.**

Dedicationis festum, quod celebratur die 10 Iunii, occurrens cum festo SS. Trinitatis, transferri debet iuxta Rubricas, et non reponi in Feria II impedita ab Officio S. Barnabae Apostoli. **2128** *ad* 2.

Dedicationis Cathedralis Officium recitari non debet in altera Civitate unita. **2129.**

Dedicationis Cathedralis Festum Episcopus nequit transferre in aliam diem; et translatio pro eius arbitrio facta non sustinetur. **2180** *ad* 1.

Dedicatio Ecclesiae Festis solemnioribus adnumeratur; et solemnia Officiorum sunt peragenda a prima Dignitate. **2181.**

Dedicationis Ecclesiae Cathedralis ab Haereticis pollutae Festum, ac etiam illud Titularis, peragi potest per Dioecesim. **2218** *ad* 1.

Dedicationis Cathedralis festum concurrens cum Titulari Ecclesiae Monialium habet solum commemorationem in secundis Vesperis Titularis. **2272.**

Dedicationis Basilicae Lateranensis Festum celebrandum est ab universo Clero Saeculari Urbis eiusque districtus sub ritu duplici I classis cum Octava. **2278.**

Dedicationis Cathedralis festum a Regularibus celebrandum est ritu duplici secundae classis sine octava; sed Regulares degentes extra Civitatem non tenentur ad hoc Officium. **2319.** *Alia Dubia ad* 1. **2417** *ad* 1.

Dedicationis Officium, quod in ipso die Consecrationis recitandum est a Clero Ecclesiae, quae consecratur, dici potest ab Episcopo non Ordinario loci consecrante, non ex praecepto, sed ex congruentia. **2390** *ad* 3.

Ad Dedicationis Officium Ecclesiae Abbatialis tenetur Clerus saecularis universus Sublacensis cum ritu duplici primae classis, in Civitate cum octava, in Dioecesi vero sine octava; Regulares autem sub ritu duplici secundae classis sine octava. **2409.**

Dedicationis Ecclesiae Festum quoad Congregationis Vallisoletanae Ecclesias, certe non consecratas, celebrandum non est; sed in iis celebrari debet de consecratione Monasterii primarii. Quod si dubitetur, et huсusque ex antiqua consuetudine hoc Festum

celebratum fuerit, continuari debet. **2516. 2517.**

Dedicatio Ecclesiae Matricis cum octava a Clero Oppidi Balneariae non est celebranda, cum dicta Ecclesia diruta et solo aequata fuerit. **2567** *ad* 1.

Dedicationis Ecclesiae diem anniversarium Episcopus immutare nequit extra actum Consecrationis. **2719** *ad* 1.

Dedicationis Officium, si concessum sit celebrari una die de omnibus Ecclesiis Ordinis seu Congregationis, non potest iterari de singulis. **2726.**

Dedicationis Ecclesiae dirutae Festum celebrari nequit; pro qua postea in eodem loco alia Ecclesia fuit aedificata. **2934** *ad* **1**, *qu.* 1 *et* 2.

Dedicationis Ecclesiae Parochialis Officium recitandum est solum a Clero eiusdem Ecclesiae. **2986** *ad* 3.

In Dedicationis Basilicae SSmi Salvatoris Festo die 9 Novembris in Missali addenda sunt haec verba: *Et dicitur Credo.* **3421** *ad* 4.

Dedicationis et Titularis Officium Oratorii principalis Seminarii celebrandum est; dummodo Oratorium reapse fuerit consecratum et non simpliciter benedictum. **3471.** Vide **4025** *ad* **1.** *Decret. gener.*

Dedicationis Ecclesiarum si duo festa simul occurrunt, in secunda Postcommunione verba: *Quem nomini tuo indigni dedicavimus* servanda sunt. **3479** *ad* 1.

In Dedicationis propriae Ecclesiae festo nullibi licet decantare Missam de Requie, ne praesente quidem cadavere. **3541.** *Decret. gener.*

In Dedicationis Ecclesiae Cathedralis et omnium simul Ecclesiarum Dioecesis Anniversario a Sacerdotibus, qui hac ipsa die celebrant Anniversarium Dedicationis propriae Ecclesiae, Commemoratio Dedicationis Cathedralis fieri nequit. **3583** *ad* 1 *et* 2.

In Dedicatione Ecclesiae uterque Diaconus et Subdiaconus sumere nequit Dalmaticam et Tunicellam. **3729** *ad* 3.

In Dedicatione Ecclesiae Cruces in parietibus extergendae sunt a Diacono, quatenus Oleum sanctum per murum defluat, et statim ac Episcopus cuiusque Crucis unctionem peregerit. Si tamen cum Episcopo locus non esset Ministris sacris ascendendi scalam, ascendat cum eo saltem Caeremoniarius, a quo, hoc in casu, Cruces abstergantur. **3729** *ad* 4; Crucium unctionem Episcopus incipere debet ex parte Evangelii. *Ibidem ad* 5.

In Dedicatione Ecclesiae quando plura Altaria consecrantur, in Litaniis bis sunt invocandi respectivo ordine Sancti illi, quorum nomini dedicantur Altaria; nec non sancti Martyres, quorum Reliquiae in ipsis Altaribus reponuntur, si eorum nomina innotescant. **3729** *ad* 6.

In Dedicatione Ecclesiae, quando plura Altaria consecrantur, post inunctas duodecim Cruces in parietibus, omnia Altaria thurificanda sunt. **3729** *ad* 7.

In Dedicatione Ecclesiae omitti nequit Responsorium *Erit mihi Dominus;* quamvis nunc temporis sermo et lectio Decretorum ante fores Ecclesiae omittantur. **3729** *ad* 8.

Post Dedicationem Ecclesiae finita Missa Episcopus debet impertiri solemniter benedictionem pontificalem, etiamsi ipsemet eam privatim celebraverit. **3729** *ad* 9.

Dedicationis Officium tenentur persolvere omnes Missionarii Vicariatus Apostolici Senegambiae eadem die, qua in Gallia Festum recolitur Dedicationis omnium Ecclesiarum. **3752** *ad* 3 *et* 4.

Dedicationis, Tituli Ecclesiae ac Patroni loci festorum celebrationis Decretum generale. **3863.**

Dedicationis Ecclesiae festum est festum Domini. **3881** *ad* 1. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **408.**

Dedicationis Ecclesiae dies octava, occurrens cum festo Patrocinii S. Ioseph sub ritu duplici II classis recolendo, ad ritum simplicem redigenda est. **3993** *ad* 3.

Dedicationis propriae Ecclesiae Anniversarium ut fiat eadem die, qua peragitur in altera Ecclesia veteris domus, novae domui tyrocinii Congregationis Missionis denegatur. **2752** *ad* 8.

Vide **Anniversarium Dedicationis Ecclesiae. Consecratio Ecclesiae. Ecclesia.**

Defende Oratio pro Congregatione et Familia, in Missa eligi nequit tertio loco, cum dicitur 2 Oratio *A cunctis.* **3767** *ad* 24.

Defuncti.

Defunctorum omnium fidelium Commemoratio: vide **Commemoratio omnium Fidelium Defunctorum.**

Defunctorum corpora non sunt deferenda ad Ecclesiam matricem, sed deferri possunt, ad Ecclesiam ubi sepelienda sunt; dummodo Curato iura et emolumenta solita sepulturae solvantur. **202.**

Defunctorum Vesperae decantandae sunt post Vesperas Dominicae vel alterius Festivitatis, si die sequenti iuxta Rubricas dici debeat Officium Defunctorum. **130** *ad* 2. **1334** *ad* 7.

In Defuncti associatione quoad Psalmos, qui iuxta Rituale Romanum sunt canendi per viam, alternatim, a Sacerdotibus recitandos, servetur, quantum fieri potest, Rituale Romanum. **4029** *ad* 5.

Pro Defuncto unoquoque Canonici non sunt cogendi ab Episcopo ad integrum Officium, ubi mos viget unum tantum Nocturnum decantandi. **101.**

Defunctorum Officium et Missas celebrare in Ecclesiis Regularium iisdem invitis non licet Clero saeculari. **98.**

In Defunctorum Officio et Missa Expositio SSm̃i Sacramenti fieri nequit. **1744. 3949** *ad* 8.

In Defunctorum Missis color debet esse omnino niger; potest tamen esse violaceus die 2 Novembris, si fiat Expositio SSm̃i Sacramenti pro Oratione XL Horarum. **3177** *Decret. gener.* **3864** *ad* 4 *Decret. gener.*

Super Defunctis Officium faciendi in casu per proprium Parochum et Clerum saecularem in aliqua Regularium Ecclesia consuetudo immemorabilis servari potest. **334.**

Defunctorum Officium qualibet feria II cuiuslibet mensis cum Expositione SSm̃i Sacramenti et castro doloris accensis luminibus circumdato celebrandi consuetudo reprobatur tamquam Rubricis et Ecclesiae ritibus contraria. **2513.**

In Defunctorum ipsorum domibus Regulares, Cappellani Confraternitatum et Collegiatarum nequeunt aspergere cadavera aqua benedicta, priusquam ad eorum Ecclesias efferantur tumulanda. **1643** *ad* 11.

Pro Defunctis Collectae in Missa privata non admittuntur, nisi in Missis Festorum Simplicium et in Ferialibus. **1322** *ad* 8.

Vide **Missa de Requie. Officium Defunctorum. Vesperae Defunctorum. Exequiae. Funus.**

Deinde: circa hanc vocem in forma Absolutionis Sacramenti Poenitentiae nihil est innovandum, quamvis imprimatur rubro charactere; ideoque omitti non debet. **2764.** *Vid.* **2745** *ad* 5.

Delegatus.

Delegatus Sedis Apostolicae sive Episcopi ad immittendum in possessionem novum Canonicum incedere debet in habitu talari cum Insignibus propriae Dignitatis. **2448** *ad* 1; post assignatum stallum in Choro vel locum in Capitulo, interesse nequit Choro ad gratiarum actionem, nisi sit de gremio Capituli. *Ibidem ad* 2.

Delegari potest simplici Sacerdoti nomine Apostolicae Sedis benedictio tam aquae quam caementi, necnon facultas consecrandi Altaria, in quibus lapis sepulcri ob amissum caementum movetur, adhibendo breviorem ritum et formulam. **3976** *ad* 3.

Delegandi Sacerdotes facultatem habens Episcopus pro Benedictione sacrae supellectilis, potest etiam eosdem subdelegare pro Benedictione Vasorum, dummodo sacra unctio non sit iisdem adhibenda. **3533** *ad* 2.

Delegati Sacerdotes pro Benedictione Paramentorum sacerdotalium utantur formula Benedictionis, quae legitur in Rituali **3392,** vel in Missali Romano praescripta. **3524** *Dub.* II. **3533** *ad* 1.

Delegati Sacerdotes ab Episcopo impertiri nequeunt absque Apostolico Indulto Benedictiones in recentioribus Ritualibus contentas, quae propriae sunt diversorum Religiosorum Ordinum. **3533** *ad* 3.

Delegare possunt Ordinarii Sacerdotem ad libitum pro Benedictione agrorum, et non tenentur ad eligendum digniorem. **806.**

Delegare nequit per se Episcopus alterum dignitate Episcopali non insignitum pro Benedictione Campanarum, omissa unctione. **1781.**

Delegatus Sacerdos ab Episcopo, ex apostolico indulto, pro Benedictione Campanarum debet unctiones facere et omnia servare, quae in Pontificali praescribuntur. **3015** *ad* 1. 2. 3 et 4; non omisso Evangelio per Diaconum cantando. *Ibidem ad* 5 *et* 6.

Delegatus ad benedicendam Campanam, etsi litterae Delegationis loquuntur tantum de una Campana, Delegationem intelligere poterit factam pro tot Campanis, quot sunt benedicendae: expedit tamen, si fieri potest, ut in casu declaratio petatur ab Ordinario. **3630** *ad* 5.

Delegatus, si facultatem benedicendi aquam non acceperit, a Campanarum benedictione abstinere debet; in casu tamen, praesumi potest, attenta necessitate, facultas etiam ad benedicendam aquam. **3630** *ad* 7.

Delegare nequit Abbas Fuldensis suo Vicario facultatem benedicendi et consecrandi in locis suae iurisdictionis. **2119** *ad* 2.

Vide **Episcopus quoad Iurisdictionem.**

Denudatio Altarium Feria V in Coena Domini.

Denudandi Altaria usus post mandatum hora quarta pomeridiana servari nequit. **2684** *ad* 7.

Denudandi Altaria consuetudo a Sacerdote cotta et stola induto servari potest. **2959** *ad* 3.

Pro Denudatione Altarium sufficit mappas seu tobaleas ita complicare, ut maior mensae pars nudata remaneat, quin ipsae mappae ab Altaribus amoveantur. **3842** *ad* 4.

Depositio Defunctorum, vide **Cadavera. Defuncti. Missa de Requie in die obitus.**

De profundis.

De profundis Psalmus in Officio defunctorum post Laudes omitti nequit, etsi integrum recitetur extra diem 2 Novembris. **2002** *ad* 10. **2319** *Reliq. Dub. ad* 24. **2344** *ad* 1. **3877.** Sed vide infra **4029** *ad* 3.

De profundis Psalmus recitari ad preces est laudabilius, cum in Officio Defunctorum unicum tantum Nocturnum absque Laudibus dicitur. **3035** *ad* 4.

De profundis Psalmus cum ℣. *Requiem aeternam* in Expositione SSmi Sacramenti pro Defunctis ante Benedictionem recitari potest, si adsit consuetudo vel specialis gratia, et dictus Psalmus non est concludendus cum *Gloria Patri.* **3748** *ad* 2.

De profundis Psalmus cum Antiphona *Si iniquitates* dici debet, Absolutione ad tumulum expleta, in Officiis et Missis cum cantu pro uno vel pluribus Defunctis die 7, 30 et anniversaria, aut etiam extra hos dies celebratis. **4014.**

De profundis Psalmu ad Laudes et Ps. *Lauda* ad Vesperas in Officio Defunctorum (etsi cum uno tantum Nocturno) sub ritu duplici recitato omittendi usus, in pluribus Ecclesiis etiam Urbis exsistens, probatur. **4029** *ad* 3.

De profundis Psalmus cum Antiphona *Si iniquitates,* Absolutione super tumulum expleta, recitari, non vero cantari debet, dum regreditur ad sacristiam. **2696** *ad* 2; sed omittitur in die Commemorationis omnium fidelium Defunctorum. **2694.**

Deputatus.

Deputatus ab Episcopo Canonicus pro erigendo Seminario, ratione huius deputationis, nullam habet praecedentiam supra alios Canonicos. **885.**

Deputati Ecclesiastici tam saeculares quam regulares praecedentiam habere debent supra laicos in Congregationibus, quae fiunt coram Gubernatore pro negotiis publicis. **2028.**

Deputatus fabricae administrationi Canonicus tenetur ad servitium Ecclesiae; quod si contemnit, mulctandus est, sicut alii non servientes mulctantur. **113** *ad* 5.

Desponsatio B. M. V.

In Desponsatione B. M. V. non est facienda Commemoratio S. Ioseph sine speciali concessione. **2319** *Tit.* IX.

In Desponsatione B. M. V. addi potest in Dioecesi Tudensi ex speciali facultate Commemoratio S. Ioseph. **2915** *ad* 14.

Destinatus ad regendum Chorum non est vocandus ad assistendum Episcopo. **146.**

Deus in adiutorium etc.

Deus in adiutorium etc. versiculo in Completorio addendum est *Alleluia* vel *Laus tibi Domine* etc. sicut in aliis Horis. **3213** *ad* 3.

Ut Deus in adiutorium etc. incipiatur in Choro, competit Archidiacono seu primae Dignitati nutu indicere. **3110** *Dub.* XXIII.

Ad Deus in adiutorium etc. initio omnium Horarum Crucis signum faciendi consuetudo servanda est. **3156.**

Deus indulgentiarum etc. haec Oratio non est dicenda post Responsorium pro Defunctis, quod cantatur mane et vespere, quando Rubrica non obstat; sed alia subroganda ex diversis ut in Rituali Romano. **3722** *ad* 8.

Deus, qui inter Apostolicos.

Deus, qui inter Apostolicos etc. Haec Oratio in sepultura cadaverum vel in Anniversario defuncti Sacerdotis omnino adhibenda est; quamvis prima vel secunda Missa de Requie dici possit. **2417** *ad* 8.

Deus, qui inter Apostolicos etc. Oratio in Officio Defunctorum non est semper dicenda pro defuncto Sacerdote, sed iuxta dispositionem Ritualis Romani Oratio dicitur de die depositionis, 3, 7, 30 et anniversario. **3764** *Dub.* III.

Deus, qui inter Apostolicos.... famulum N. Presbyterum Cardinalem pontificali fecisti dignitate vigere dicendum est in Oratione Missae de Requie pro Cardinali Presbytero, sed Episcopo. **3642** *ad* 4.

Deus, qui nobis sub Sacramento.

Deus, qui nobis etc. de SSmo Sacramento Oratio in fine Expositionis concludenda est verbis: *Qui vivis et regnas in saecula saeculorum.* **2252. 2986** *ad* 6; longior autem conclusio adhibenda est post administrationem Communionis vel Viatici. **3515** *ad* 2.

Deus, qui nobis etc. haec Oratio et versiculi post Communionis distributionem

extra Missam sunt de praecepto. **3792** *ad* 1O.

Deus, qui nobis etc. dicta Oratione, immediate ante aut post benedictionem cum SSmo Sacramento preces *Dio sia benedetto* sermone vulgari coram Eodem exposito recitari possunt. **3237** *ad* 1.

Diaconus.

Diaconus et Subdiaconus in Adventu et Quadragesima uti debent planetis plicatis. **9** *ad* 9.

Diaconus et Subdiaconus sedere possunt una cum Celebrante, dum cantatur a Choro *Kyrie eleison, Gloria* et *Credo* **9** *ad* 6. **290.**

Diaconus et Celebrans sedere possunt, dum Epistola a Subdiacono cantatur, et Graduale a cantoribus, si dabitur tempus. **9** *ad* 6.

Diaconus et Subdiaconus et assistentes sedendo ita se gerant, ut inferiores ministros Episcopi se ostendant. **9** *ad* 15.

Diaconi assistentes Episcopo, et non Presbyter assistens, debent elevare fimbrias Pluvialis, dum Episcopus progreditur et thurificat altare. **235** *ad* 7.

Diaconus Evangelii non excusatur, quin Chorum thurificet, praetextu consuetudinis. **248** *ad* 9.

Diaconus Evangelii, licet sit Canonicus, non debet Episcopum Missae assistentem thurificare, sed Presbyter assistens. **235** *ad* 9.

Diaconus procedens ad altare vel solus vel cum Celebrante nequit osculari altare in accessu et recessu. **423.**

Diaconus assistens a dexteris Episcopo, tradere ei debet, et ab eo vicissim recipere SS. Sacramentum in solemni Processione Festivitatis Corporis Christi. **1664** *ad* 3.

Diaconi assistentia praestanda Episcopo solemniter peragenti functiones et celebranti in Sabbato Sancto declaratur. **1665** *ad* 1.

Diaconus et Subdiaconus Dalmaticis induti nequeunt incedere in Processionibus unus post alium ante Celebrantem, ut duo Canonici seu Parochi superpelliceis induti assistant Celebranti pluviali induto; sed ipsi Diaconus et Subdiaconus incedere debent hinc inde ad eiusdem latus. **2482** *ad* 3.

Diaconus, in Ordine Diaconatus tantum constitutus, nequit extra casum necessitatis distribuere fidelibus Communionem. **2504.**

Diaconus et Subdiaconus non tenentur genuflectere, quando Celebrans facit reverentiam Cruci in Sacristia. **2515** *ad* 7.

Diaconus, qui in Sabbato Sancto cantat *Exsultet,* nequit esse alter ab eo, qui assistit ad benedictionem Ignis. **2684** *ad* 8; *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **323**; sed peculiarium circumstantiarum causa Summus Pontifex pro Cathedrali Tiburtina consuetudinem contrariam concessit. **2631** *ad* 2. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **243.**

Diaconus Feria VI in Parasceve calicem cum SSmo Sacramento extrahere e capsula et deponere debet. **2669** *ad* 1. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **309.**

Diaconus et Subdiaconus Evangelium aut Epistolam legere debent cum Episcopo in Ordinatione, quae fit sine cantu. **2682** *ad* 9; **3368** *ad* 5. Iidem dicere debent *Confiteor* post Communionem Presbyterorum ordinatorum. **2682** *ad* 10. **3721** *ad* 2.

Diaconus Episcopo celebrante *Confiteor* cantare debet post homiliam stans ante gradum Solii. **2682** *ad* 14 *qu.* 1; sed Episcopo assistente stans ante gradum Altaris. *Ibidem.*

Quoad Diaconorum assistentium vestes dispositiones Caeremonialis Episcoporum serventur. **2684** *ad* 18.

Diaconus et Subdiaconus ut praesto sint ad induendum Episcopum Sabbato Sancto et Vigilia Pentecostes, quum dictum fuerit in Litaniis *Sancta Maria,* surgentes recedant ad Sacristiam, ubi depositis violaceis Planetis, assumant Dalmaticam et Tunicellam albas, nec revertantur ad Altare nisi quum absolutis Litaniis, solemnis inchoanda est Missa. **2684** *ad* 20.

Diaconus nequit benedicere domos Sabbato Sancto, etiam de consensu Parochi. **2729.**

Diaconus potest exponere et recondere SS. Sacramentum, non vero cum Eodem populo benedicere. **2951** *ad* 9.

Diaconus nequit cum Pluviali associare cadavera loco Parochi et sepulturam benedicere de licentia Parochi. **2951** *ad* 10.

Diaconus, et non Sacrista, debet ministrare Celebranti, dum SS. Sacramentum in Ostensorio reponitur. **2951** *ad* 14.

Diacono et Subdiacono deficientibus, in Missa solemni nequeunt duo Laici uxorati sacris vestibus induti, licet sine manipulo et stola, assistere Sacerdoti celebranti; cuiusmodi abusus omnino eliminandus est. **2952.**

Diaconus in Missa solemni coram Episcopo cantata quoad oscula manus Celebrantis observare debet dispositionem Caeremonialis Episcoporum. **3059** *ad* 2.

Pro Diacono et Subdiacono assistentes Canonici debent genuflectere, dum Episcopus actu cum SSmo Sacramento populum benedicit. **2352.**

Diaconus, quando deficiente Presbytero

et de consensu Ordinarii, Viaticum defert ad infirmos, potest facere aspersionem aquae benedictae, dicere *Misereatur, Indulgentiam,* signare infirmum vel seipsum, dicere *Dominus vobiscum* cum Oratione, et benedicere infirmum et assistentes cum SS. Sacramento. **3074** *ad* 1.

Diaconus, deficiente Presbytero et de consensu Ordinarii, potest explere exequias pro Defuncto iuxta Rituale Romanum. **3074** *ad* 2.

Diaconus et Subdiaconus in Missa assistentes non debent petere benedictionem ad canendum Evangelium seu legendam Epistolam ab Episcopo in habitu camerali et privatim Missae solemni assistente, nec tunc ei deferre Evangelium ad osculandum. **3110** ad 22.

Diaconus et Subdiaconus in Missa pontificali ob Clericorum defectum possunt supplere locum Diaconorum assistentium, in casu, attenta necessitate. **3114** *ad* 3; et etiam Presbyteri assistentis. **3315** *ad* 2.

Diaconus, finito cantu Evangelii in pulpito, tradendo librum Subdiacono, qui illum portat Celebranti osculandum, servare debet solitum. **3151. 3160.**

Diaconus et Subdiaconus in Missa Pontificali Feria V in Coena Domini ministrantes, possunt, recedentibus qui erant assistentes ad Sedem, in Ecclesia Metropolitana Ianuensi remanere ministraturi Archiepiscopo in Processione. **3163.**

Pro Diacono et Subdiacono inserviendi onere non sunt gravandi Cappellani Cappellaniarum erectarum in Cathedrali, si huiusmodi onus non fuit eis impositum a Fundatore. **2204.**

Diaconus et Subdiaconus pergentes ad locum, ubi canitur Epistola et Evangelium, portare nequeunt velum humerale iuxta colorem diei, quo suum respective librum cooperiant. **3236** *ad* 2.

In Diaconi et Subdiaconi Ordinatione eisdem tradi potest Missale pro libro Epistolarum et Evangeliorum. **3315** *ad* 7.

Diaconus nequit canere Evangelium in Missa solemni etiam pontificali super praedella Altaris, in qua se sistant etiam Subdiaconus, Acolythi et Thuriferarius; et huiusmodi consuetudo est abusus omnino eliminandus. **3337.**

Diaconus quoad elevationem fimbriarum posteriorum planetae Celebrantis in Missa solemni servare debet Rubricas Missalis et Caeremonialis Episcoporum. **3535** *ad* 2.

Diaconus et Subdiaconus (quando Patenam non sustinet) non debent se conformare Celebranti, quotiescumque hic caput inclinat vel seipsum signat; nec tenentur pectus sibi percutere, nisi ad *Agnus Dei.* **3535** *ad* 3.

Diaconus, cum aliquando ex necessitate ei committitur solemnis Baptismi administratio, salem et aquam benedicere nequit. **3684.**

Diaconus uterque et Subdiaconus Dalmaticam et Tunicellam sumere nequeunt in Dedicatione Ecclesiae. **3729** *ad* 3.

A Diacono in Consecratione Ecclesiae Cruces in parietibus extergendae sunt, quatenus Oleum sanctum per murum defluat, et statim ac Episcopus cuiusque Crucis unctionem peregerit. Si tamen cum Episcopo locus non esset Ministris sacris ascendendi scalam, ascendat cum eo saltem Caeremoniarius, a quo hoc in casu Cruces abstergantur. **3729** *ad* 4.

Super Diaconos Canonicos praecedentia debetur Coadiutori Canonici Presbyteri Ecclesiae, in qua Praebendae sunt distinctae; etiamsi Coadiutor non sit Sacerdos, sed in minoribus Ordinibus sit constitutus. **1398** *ad* 1.

Diacono Evangelium cantante, Subdiaconus librum Evangeliorum sustinere tenetur sive ante pectus, sive in Lectorili existentem. **2425** *ad* 3.

Diaconus, cui soli confertur Ordo Diaconatus, Evangelium cantare nequit in Missa Ordinationis. **2179** *ad* 3.

Vide **Ordinatio.**

Diaconi munus exercens Canonicus Patriarchalium Urbis seu alicuius Cathedralis (extra Urbem) tenetur osculari manum Celebrantis post petitam benedictionem ad Evangelium, etiamsi Celebrans non sit Canonicus nec in Dignitate constitutus. **1835**; idem decernitur quoad porrigendum cochlear, patenam, calicem etc. **2578** *ad* 5. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **161.**

A Diacono Pyxis et a Subdiacono Patena teneri nequeunt Communionem ministranti Celebranti in Missa solemni. **1572** *ad* 2.

Quod Diaconus, etiam praesente Episcopo, thurificet post Magistratum omnes alios ex omni gradu sedentes in scamnis inferioribus, vel prope vel e conspectu Magistratus, consuetudo reprobatur, etsi sit immemorabilis. **2175.**

Diaconi accedentes privatim ad S. Communionem debent deferre super cottam stolam transversam. **3499** *ad* 2.

Diaconus et Subdiaconus, in Missa pontificali inservientes, non possunt Altare osculari cum Pacem recipiunt. **4015** *ad* 3.

A Diacono et Subdiacono genuflexiones in Altari peragendae, dum ab uno latere ad aliud transeunt, aut dum ab uno latere in

medium pergunt aut dum e medio ascendunt ad Altare vel viceversa, declarantur. **4027** *ad* 1-3.

Diaconus ad exponendum et reponendum SSmum Sacramentum semper adhibere debet stolam: duobus tantum casibus exceptis, prout in Caeremoniali Episcoporum lib. II, cap. 23 § 12 et cap. 33 § 20. **4030.**

Diaconi et Subdiaconi munus propriis expensis committendi exteris Sacerdotibus facultate facta Canonicis ex gratia S. R. C., non tenentur ad contributionem Dignitates, quae canonici non esse censentur. **2100** *ad* 1. 2. 3 et 4.

Diacono et Subdiacono Aspersorium offerre nequit Celebrans; sed ipsos aspergere debet, non obstante contrario usu. **2013** *ad* 2.

Diaconi et Subdiaconi munus exercentes Beneficiati indui possunt ac debent paramentis sacris in eadem mensa, in qua induitur Celebrans, sive sit Canonicus sive sit Dignitas. **2703. 3937.**

A Diacono in Missa solemni Cruces parietum in Anniversario Dedicationis Ecclesiae thurificari possunt, ubi consuetudo viget; dummodo Diaconus thurificationem perficiat stando. **3621** *ad* 1.

Ex Diaconorum numero eligantur Canonici assistentes, quando Praebendae sunt distinctae. **129.**

Tam Diaconalis quam Subdiaconalis Ordinis Canonici per turnum tenentur ad assistentiam Praepositi tum in solemnioribus Festis tum in Dominicis, quando ipsemet celebrat. **1391** *ad* 1. **1395.**

Vide **Canonici quoad assistentiam.**

Diaconus et Subdiaconus Missae, non vero duo Diaconi assistentes, Episcopo Olea consecranti Feria V in Coena Domini assistere debent. **3580** *ad* 5.

Diaconus tantum, alba et stola indutus, absque Subdiacono, nequit assistere Celebranti in Missa et Processione Feriae V in Coena Domini; sed deficiente Clero, sacra functio peragi potest iuxta Memoriale Rituum. **3697** *ad* 10.

Diaconi Canonici assistentes Episcopo, Missae per alium cantatae assistenti, stare debent a tergo Episcopi et Celebrantis, dum Episcopus facit Confessionem cum Celebrante. **2682** *ad* 15.

Diaconi et Subdiaconi munus exercere convenit Canonicis Cathedralis, si in Ecclesia Cathedrali aliqua Dignitas Missam solemnem celebrare debet. **3159.**

Ad Diaconi et Subdiaconi munus Dignitates cogi nequeunt, celebrante Canonico vel Portionario. **2037** *ad* 2 et 3. **2219** *ad* 5.

Diacono munus suum exercenti praecedentiam dare debet Canonicus Presbyter deserviens pro altero ex Diaconis impedito, et sedere a sinistris illius. **668.**

Supra Diaconos et Subdiaconos canonicatu antea provisos Canonicis Presbyteris ubique locorum competit praecedentia in functionibus capitularibus, tam quae fiunt cum habitu canonicali quam quae sine habitu. **961.**

Diaconalis Ordinis Canonici, ubi Praebendae sunt distinctae, in minoribus Ordinibus vel in Diaconatus Ordine tantum constituti, debent praecedere Canonicos Presbyteros Ordinis Subdiaconalis. **1398** *ad* 2.

Supra Diaconalis et Subdiaconalis Ordinis Canonicos etiamsi hi sint constituti in Ordine Presbyteratus, Canonicis praebendae Presbyteralis danda est praecedentia. **1237.**

Diaconi et Subdiaconi Canonici, ubi Praebendae sunt distinctae, sedere et incedere debent singuli in proprio Ordine, et gestare Dalmaticas et Tunicellas. **235** *ad* 1.

Praeter Diaconum et Subdiaconum diebus festivis et Dominicis, Canonicis non licet habere Presbyterum assistentem cum candela accensa ad instar Episcoporum. **475.**

Diaconi et Subdiaconi assistentiam Canonici Concanonico celebranti praestantes laudandi sunt; sed ob paucitatem numeri non sunt cogendi. **1184.**

Diaconi Canonici non debent procedere a dextris et sinistris Episcopi quasi assistentes, quando ipse cum cappa ad Ecclesiam accedit, sed solum quando paratus cum Mitra ad eamdem progreditur. **103. 109.**

Ad Diaconi et Subdiaconi munus obeundum cogi nequit Canonicus Poenitentiarius, licet ultimo loco provisus, consuetudine seu constitutione in contrarium non obstante. **1462.** Vide **3154.**

Diaconi Canonici Cathedralis iuxta Caeremoniale praestare debent assistentiam Episcopo. **2481** *ad* 1.

Diaconus et Subdiaconus in adoratione Crucis Feria VI in Parasceve deponere possunt calceamenta, si adsit consuetudo. **2769** X *ad* 5.

In Diaconi et Subdiaconi Officio ministrare et Epistolam atque Evangelium canere Canonici tenentur, quoties alter Canonicus celebrat. **837** *ad* 6. **1064. 1597. 1855. 1878** *ad* 1.

Pro Diacono et Subdiacono Canonici pariter, et non inferiores, Canonico Missarum solemnia peragenti inservire debent. **1119.**

Diacono Canonico cantaturo Evangelium non licet uti Mitra. **1728** *ad* 6 *et* 7; ad Diaconum Missae spectat ministrare Mitram Canonico celebranti. *Ibidem ad* 8.

Ex Diaconali et Subdiaconali Ordine assumendi sunt Canonici, ubi Praebendae sunt distinctae, pro Evangelio et Epistola, dum Episcopus solemniter celebrat. **1878** *ad* 2.

Diaconali et Presbyterali duplici Praebenda gaudens Canonicus inservire debet in utroque Officio. **713. 923.**

Pro Diacono ministrandi onus habens Canonicus non excusatur, eo quod organum pulset. **848.**

Diaconum et Subdiaconum inferioris Ordinis Canonicus celebrans habere potest. **2578** *ad* 4. **3159.**

Diaconi et Subdiaconi munere fungentes Canonici, dum Episcopus solemniter benedictionem cum SSmo Sacramento impertitur, tenentur induere Dalmaticam et Tunicellam. **3526** *ad* 1; non vero possunt assistere cappa magna, quin a Diacono stola deferatur; et inducta contraria consuetudo omnino eliminanda est tamquam abusus. *Ibidem ad* 2.

Pro Diacono servire Dignitatibus solemniter celebrantibus Canonici non tenentur, si Praebendae sunt omnes presbyterales; si secus, tenentur qui habent Praebendas Diaconales et Subdiaconales. **3566.**

Diaconi et Subdiaconi munere fungentes in Missa solemni Canonici adiuvare debent Celebrantem, dum sacras vestes induit; nisi contraria vigeat consuetudo. **3866** *ad* 1.

Ad Diaconi et Subdiaconi munus non tenentur Canonici, ubi Praebendae sunt presbyterales, in solemnioribus Festis, si Episcopo impedito a Missa pontificali peragenda, Missa ab aliqua Dignitate solemniter decantetur. **3839** *ad* 2 *et* 3. **3893.**

Vide **Ministri sacri. Subdiaconus.**

Dies.

Dies duo, qui proxime sequuntur Dominicam Paschatis et Pentecostes, solemnes declarantur. **764. 2507.**

Die obitus impedita, nequit cantari Missa de occurrenti Festo vel Feria privilegiata, applicando fructus Sacrificii Defunctorum animabus. **2427** *ad* 1.

Vide **Missa de Requie in die obitus.**

Diebus III, VII et XXX Missa de Requie celebrari potest, etiamsi fiat de duplici per annum; non tamen diebus festivis de praecepto, si quaestio sit de Missa cantata; praedictae dies numerari possunt sive a die obitus sive a die sepulturae, iuxta diversam Ecclesiae consuetudinem. **2482** *ad* 2. **3753** *ad* 4. *Decret. gener.*

Dies liberi pro translatione Sanctorum sive fixa sive accidentali ii tantum censendi sunt, quibus nullus Sanctus, etiam fixe translatus, est assignatus. **3248** *ad* 6.

Diei 26 Martii assignari potest sedes fixa Festi perpetuo translati. **3531** *ad* 3.

Diebus 24, 25, 26, 27 et 28 Februarii assignata Festa in anno bissextili transferuntur singula ad sequentem diem. **1663** *ad* 3. **3604** *ad* 3. **3611** *ad* 5.

Ad dies 3, 7 et 30 ab obitu, sive quoad Missam de Requie cum cantu, sive quoad translationem si impediatur, extendendum est quod S. R. C. de diebus anniversariis pro Defunctis statuit. **3753** *ad* 3. *Decret. gener.*

Die 30 Decembris tunc tantum reponi potest Officium aliquod translatum, quando hac die fieri deberet Officium de die infra octavam Nativitatis Domini. **3866** *ad* 2. **3919** *ad* 15.

Dies infra octavam quamcumque tamquam secundarii habendi sunt, et cedunt cuicumque semiduplici occurrenti. **3886** *ad* 1.

Dies octava est primaria vel secundaria prout festum, ad quod illa pertinet, primarium vel secundarium est. **3886** *ad* 2.

Vide **Octava.**

Si Dies liberi pro reponendis festis duplicibus II classis, diebus suis impeditis, in decursu anni non suppetant, praefata festa licite possunt et debent reponi in aliis diebus proximioribus, quamvis in his festa semiduplicia, aut in eorum defectu, duplicia minora (non tamen Doctorum Ecclesiae) occurrant; quae pro eo anno commemoranda tantum erunt iuxta Rubricas. **3756** *ad* 1 *Decret. gener.*

Dies nonnullos liberos, quantum fieri potest, Calendariorum Ordinatores relinquere debent pro Missis de Requie celebrandis. **3756** *ad* 3. *Decret. gener.*

Dies natalitia Sanctorum est intelligenda illa, qua iidem Sancti aeternam ingrediuntur vitam, atque illa quam pro quasi-natalitia, S. Sedes eligit extra natalitiam ad liturgica festa recolenda. **3811** *ad* 5. *Decret. gener.*

Diebus 13 et 14 Augusti, ex concessione Pii VII Dioecesi Senensi facta, nequit affigi aliquod festum novem Lectionum; quare festum S. Alfonsi de Ligorio, usque ad praesens assignatum diei 13 Augusti, reponi debet die prima libera post Assumptionem B. M. V. **3938** *ad* 3.

Die 2 Ianuarii quoad II Vesperas servanda est Rubrica specialis Breviarii. **3957** *ad* 4. **4006** *ad* 1.

Diebus 3, 7 et 30 in Officio Defunctorum pro Sacerdote Oratio dicenda est iuxta dispositionem Ritualis Romani Tit. VI, cap. 5, n 3. - **3764** *Dub.* III.

Diebus 3, 7 et 30 Parochus, simul Canonicus supranumerarius, in funeribus ius habet Missam canendi praesente cadavere, non vero in Anniversariis aliisque functionibus; quod in casu spectat ad Hebdomadarium. **2971** *ad* 2.

Diebus 3, 7 et 30 privilegiatis, etiam in Missis lectis, Sequentia *Dies irae* dicenda est. **3956.**

Dies irae.

Dies irae Sequentia in Missa de Requie cum cantu praetermitti nequit; quia omnia, quae precationem Suffragii respiciunt, cantari debent. **2959** *ad* 2; et verba *precatio Suffragii* includunt etiam Sequentiam *Dies irae.* **3051** *ad* 1.

Dies irae Sequentiae ad stropham: *Rex tremendae maiestatis* legendum est: *qui salvandos salvas gratis.* **3054** *ad* 1. d.

Circa Sequentiam Dies irae in Missis Defunctorum vide *Decretum generale.* **3920.**

Dies irae in Missis de Requie semper dicendum est, quandocumque hae fiant in cantu; atque etiam in Missis lectis, quae sunt de diebus privilegiatis, hoc est diebus obitus, III, VII, XXX et anniversario; in reliquis autem ad libitum. **3956.**

Digiti vide Ablutio Digitorum.

Dignior.

Digniori ipsius Ecclesiae, quando Episcopus illam ingreditur, competit huic aspersorium offerre. **14** *ad* 5; et illo legitime impedito, competit primo ex praesentibus. *Ibidem in fine* § 6.

Dignioribus danda est praecedentia debitusque locus in Processionibus, etsi tardius veniant. **238.**

Ad Digniorem spectat in speciali casu ius deferendi Reliquias S. Crucis et S. Spinae. **1299** *ad* 4; item Absolutio ad tumulum, quae qualibet Feria secunda non impedita fieri solet. *Ibidem ad* 5; et invocatio seu Oratio Spiritus Sancti, quando convocatur Capitulum. *Ibidem ad* 6.

Digniores in Ordine assistere debent Episcopo tam celebranti quam Divinis cum cappa assistenti, ubi Praebendae non sunt distinctae. **1437.**

Dignior Capituli debet facere tabellas Missarum et assignare Presbyteros per turnum. **1619** *ad* 3; prout etiam ad eum pertinet veniam dare exeundi e Choro. *Ibidem ad* 4.

Dignior Ecclesiae tradere debet Celebranti ac vicissim ab eo accipere Candelam, cineres et palmam; non autem Vicarius Generalis. **715. 718. 1671.**

Ad Digniorem, etiam in Collegiatis, pertinet canere Missam solemnem in praecipuis Festivitatibus. **1829.**

Digniori de Choro debetur praeeminentia praescribendi et ordinandi pro directione Chori. **1976.**

Dignior de Clero (si non sit Canonicus) porrigere debet Celebranti palmam, candelam et cineres sine stola, et vicissim recipere genuflexus et cum osculo manus. **2148** *ad* 5; nec tamen Celebrans descendere debet e suppedaneo, candelam, palmam et cineres suscepturus. **2426.**

Vide **Dignitas prima.**

Dignitas prima.

Dignitas prima in Ordine Presbyterali pluviali induta fungi debet munere Assistentis, quando Episcopus solemniter celebrat; eaque impedita, Dignior de Capitulo. **14** *ad* 6. **655** *ad* 1. **915** *ad* 6.

Dignitate prima absente, functiones pertinent ad eum, qui proxime succedit. **112. 837** *ad* 2; vel ad seniorem. **1384** *ad* 3. **2088** *ad* 2. **2120**; non vero ad Substitutum. **120. 2147** *ad* 1 *et* 2.

Ad Dignitatem primam pertinet solemnes Vesperas et Missas celebrare, aliasque functiones peragere, quae fieri solent ab Episcopo, eodem absente vel impedito. **241. 837** *ad* 1. **1384** *ad* 2. **3865** *Decret. gener.*

Dignitas prima distributionem Missarum infra annum vel Archipresbyter vel alius ordinet, ad quem de iure vel de consuetudine spectat. **241.**

Dignitas prima non debet genuflexa Episcopum thurificare. **310.**

Dignitas prima, ubi non distinguuntur Praebendae, vel Canonicus qui primum locum in Choro et in Processionibus obtinet, Episcopo aspersorium et naviculam ministret; quando vero illae sunt distinctae, id a primo Presbytero omnino erit agendum. **235** *ad* 5.

Dignitas prima, quae celebrare debet pro Episcopo absente vel impedito, debet etiam celebrare I et II Vesperas, Matutinum et Laudes. **633.**

Dignitas prima per seipsam, non per Substitutum, Episcopo celebranti vel Divinis interessenti assistere debet. **655** *ad* 2.

Dignitati primae e Collegiata solemniter celebranti non licet habere Presbyterum assistentem cum pluviali, praeter Diaconum et Subdiaconum. **805** *ad* 1; neque eadem thurificanda est triplici, sed tantum duplici ductu. *Ibidem ad* 2; neque sola incedere debet in Processionibus, nisi cum habitu sacro. *Ibidem ad* 3.

Dignitati primae primum stallum debetur in Choro. **866** *ad* 4.

Dignitati primae, quae est unica Cathedralis, conceditur, quatenus sit Protonotarius, habitus Praelatitius in Choro, ita ut etiam distributiones lucretur. **930**.

Dignitas prima Missarum solemnia in Dominicis peractura tenetur Chorum aspergere; imo ad hoc etiam cogenda est. **1044**.

Dignitate prima absente, in Choro eius stallum debet esse vacuum, nec ab alio Canonico occupari potest. **1384** *ad* 7.

Dignitas prima assistere debet Episcopo cum cappa interessenti functionibus; et in illius absentia, Dignior qui succedit, non obstante contraria consuetudine. **1385**. **2125** *ad* 1. **2659** *ad* 1.

Dignitati primae competit dicere in Choro *Actiones nostras* etc. et exigere reverentiam ab aliis, qui e Choro discedunt: non vero Vicario foraneo. **1590**.

Dignitas prima debet dare signum inchoandi divinum Officium et a Choro exeundi; licet ad alteram Dignitatem pertineat dirigere Chorum. **1882**.

Dignitas prima in Collegiata celebrare debet in festis solemnioribus. **2188** *ad* 1; si sit absens vel impedita, nequit alium ad sui placitum substituere, quia celebratio tunc de iure spectat ad illum, qui proxime succedit. *Ibidem ad* 2; Missae diebus minus solemnibus, ut die secunda Paschatis vel Pentecostes, festo S. Stephani, Dominica infra Octavam Corporis Christi, spectant ad secundam Dignitatem, non ad Hebdomadarium. *Ibidem ad* 3. Vide *Decret. gener.* **3865** *ad* II.

Dignitas prima in Cathedrali non tenetur, sed decet, Episcopo non celebrante, in solemnioribus festivitatibus celebrare Missam et utrasque Vesperas. **2196** *ad* 1 *et* 2; Vide *Decret. gener.* **3865** *ad* I; eidem tamen non debentur quaedam honorificentiae, quibus quodammodo in paramentis et assistentibus distinguatur super aliis Dignitatibus et Canonicis. **2235** *ad* 2, 3 *et* 4.

Dignitati primae competunt Missae solemnes et intonatio *Te Deum* in Cathedrali, occasione natalis Regis, publicationis pacis etc., Episcopo non celebrante. **2235** *ad* 1.

Dignitati primae in Ordine, et hac impedita, illi quae proxime succedit, competit convocare Capitulum. **2337** *ad* 23; et Canonici Syndici tenentur ei designare materias proponendas in genere, et non in specie. *Ibidem ad* 24; facta vero materiarum designatione et renuente Dignitate impertiri licentiam pro convocando Capitulo, licet Canonicis Syndicis illud intimare per affixionem schedulae. *Ibidem ad* 25.

Dignitas prima tenetur sustinere librum Episcopo cantanti in Missis et Vesperis pontificalibus ad formam Caeremonialis Episcoporum. **2425** *ad* 1; tenetur item assistentiam praestare Episcopo in omnibus pontificalibus functionibus. *Ibidem ad* 2.

Dignitas prima si celebret solemniter Matutinum, et alii digniores non adsint, nequit Clericus, etsi primus ratione dignitatis, benedictionem ad IX Lectionem impertiri. **2498** *ad* 2.

Dignitas prima, etsi non sit in ordine Presbyteratus, debet ministrare Celebranti candelam et palmam in die Purificationis et Dominica Palmarum. **2552** *ad* 2.

Dignitas prima fungi semper debet Officio Presbyteri assistentis, quando Episcopus Missam et Vesperas solemniter celebrat. **2659** *ad* 1; etiam in Benedictione candelarum, cinerum et palmarum. *Ibidem ad* 2. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **293**.

Dignitas prima in Capitulo, praeter Missas Conventuales celebrandas in anni curriculo, non tenetur ad turnum pro Missis, uti ceteri Canonici. **2896** *ad* 2.

Dignitas prima Cathedralis Senensis seu Decanus, quamvis vestem peculiarem gestet, nequit in Processionibus solus incedere post alias Dignitates. **2955**.

Dignitas prima in Capitulo, quoad baculum pastoralem gestandum, stricte observare debet privilegium, si adest, et Litteras Apostolicas Pii VII incip. *Decet Romanos Pontifices* d. d. 4 Iulii 1823. - **3042** *ad* 3 *et* 5.

Dignitati primae competit in Choro intimare *Pater noster* et indicere nutu, ut incipiatur *Domine labia mea aperies* vel *Deus in adiutorium,* quando Hebdomadarius non est Canonicus, sed inferior de Clero. **3110** *Dub.* XXIII; quoad autem Responsoria aut versus, ad Primam *Dies et actus nostros,* et ad Completorium: *Noctem quietam* et *Benedicat et custodiat,* atque in fine Horarum *Dominus det nobis,* servanda est consuetudo. *Ibidem;* antequam per Dignitatem primam detur signum finis divini Officii, potest aliquis, expleta functione, a Choro egredi. *Ibidem.*

Dignitatem primam in habitu canonicali incedentem Beneficiati, uti Ministri sacri induti paramentis sacris, nequeunt comitari post Missam cantatam ad aulam Capitularem. **3248** *ad* 2.

Vide **Dignior. Canonici et Dignitates. Canonici Cathedralis.**

Dignitates.

Dignitates, Canonici et Capitulum debent accedere ad cubiculum, ubi Episcopus induitur cappa, eumque ad Ecclesiam comitari, et in reditu saltem usque ad ostium

domus ipsum associare; si vero Episcopus privatim veniat, nonnulli ex Dignitatibus et Canonicis tam in ingressu quam in reditu ipsum usque ad ostium Ecclesiae comitentur. **14** *ad* 3. **3828** *Decr. gener.*

Vide **Canonici quoad associationem.** -

Dignitates quoad obsequia erga Episcopum. **20** *ad* 1-5.

Dignitates et Decanus, Canonicis seu Portionariis celebrantibus, neque Evangelium neque Epistolam cantare debent; sed debent Episcopo pontificaliter celebranti assistere et inservire. **41.**

Dignitatis assistentis Episcopo sedes debet esse lignea; permittitur tamen, quod sit picta vel aliqua pulchra forma fabrefacta. **14** *in fine* § *Declarat quoque.*

Dignitas et Canonicus possunt per alium adimplere munia ministrandi in Divinis, cantando Epistolam et Evangelium, si licentia adsit Episcopi; dummodo ipse Canonicus vel Dignitas provideat de ministrante pro eo. **155.**

Dignitas sive Canonicus, qui simul sit Episcopus titularis, praecedere debet omnes, etsi in Canonicatu digniores et antiquiores. **189.**

Dignitas, a qua Episcopus recepit Candelam, Palmas et Cineres, accipiendo postea easdem, praecedere debet omnibus aliis, etiam Episcopi Vicario. **256** *ad* 3.

Dignitates nequeunt uti strato, sed sedere debent sine eodem, uti alii Canonici; at permittitur in casu particulari pulvinar ex corio. **295.**

Dignitates in Choro sedere debent successive iuxta maiorem dignitatem. **305.**

Dignitates et Canonici ad benedictionem Episcopi non debent genuflectere, sed tantum inclinare caput. **310. 832. 2049** *ad* 7-9; etiamsi non sint induti sacris vestibus. **3459.**

Dignitas Cathedralis praecedit omnes alias Dignitates et Canonicos Collegiatarum in omnibus locis, praeterquam in ipsis propriis Ecclesiis Collegiatis. **325.**

Dignitas vel Presbyter Canonicus, qui ministrat naviculam Episcopo, debet semper illum thurificare, quando assistit ad Missas; non vero Diaconus Evangelii, licet sit Canonicus. **235** *ad* 9.

Dignitas, cui competit, tenetur assistere Episcopo pontificaliter celebranti; et iuris remediis ac censuris ad hoc compelli potest. **382.**

Dignitatis ratione non est inconveniens, quod quis praecedat eos, qui sunt in Ordine maiores. **407.**

Dignitas celebrans vice Episcopi debet distribuere Candelas, Cineres et Palmas capite detecto. **501**; eidem celebranti pro Episcopo in casu speciali ex antiquissima consuetudine permittitur assistens cum pluviali. **548.**

Dignitates et Canonici solemniter celebrantes coram Episcopo nequeunt uti sede cum postergali. **743.**

Dignitatibus pro Diacono et Subdiacono inservire debent pariter Canonici, et non alii inferiores, non obstante contraria consuetudine. **750.**

Dignitates et Canonici nequeunt sumere paramenta de altari. **765.**

Dignitates, quae habent Praebendam diaconalem perpetuo unitam, non apponantur in turno Diaconorum. **945.**

Dignitate impedita in Ecclesiis, in quibus unica ipsa exsistit, debet Hebdomadarius in functionibus solemnibus illius Dignitatis vices subire. **837** *ad* 3.

Dignitates et Canonici debent Episcopo solemniter celebranti assistere, et sacris vestibus induti inservire; si renuant, sunt cogendi. **838. 916.**

Dignitates et Canonici a digniore parte Chori prius sunt thurificandi, postea Dignitates et Canonici ex altera parte. **915** *ad* 1; assistentes Episcopo advenientibus dignioribus locum cedere debent. *Ibidem ad* 2.

Dignitas thurificari debet duplici ductu, etiam absente Episcopo, ad formam Caeremonialis, non obstante contraria consuetudine. **965.**

Dignitates supplere debent vices Canonicorum, si nullus adsit, qui in assistentia Episcopi fungatur Officio Diaconi. **966.**

Dignitates et Canonici ante Missam conventualem Dominicae in aspersione aquae benedictae a Celebrante singillatim sunt aspergendi. **1180** *ad* 11. **2013** *ad* 4.

Dignitatibus et Canonicis ordine successivo (non autem Vicario Generali) ius competit porrigendi Aspersorium Episcopo, eidem assistendi, canendi Missas in diebus solemnioribus, deferendi SS. Sacramentum in die Corporis Christi, absente Episcopo. **984.**

Dignitates tenentur intonare Antiphonas, ut Canonici. **983.**

Dignitates et Canonici in Processionibus bini incedere debent; et quatenus Canonici sint numero dispares, senior a sinistris ultimae vel etiam primae Dignitatis, si alia non aderit, incedere debet. **975. 1004. 1668. 2072.**

Dignitas loco Episcopi legens nonam Lectionem ad petendam benedictionem dicere debet: *Iube Domne.* **1050.**

Dignitas assistens Episcopo tenetur sustinere librum, dum Episcopus aliquid ca-

nit; dum vero aliquid legit, pertinet sustinere librum ad Cappellanum. **1055.**

Dignitates Collegiatarum nequeunt in Synodis interponi inter Dignitates et Canonicos Cathedralis. **1080.**

Dignitas assistens Episcopo in sacris paramentis incedere debet immediate ante eum et non post eumdem. **1084.**

Dignitates et Canonici Metropolitanae, si non sunt parati, praeeminentiam dare debent Episcopis Suffraganeis aut exteris, nec non Vicario Generali. **1109.**

Dignitates in Ecclesia Cathedrali Missas canere possunt diebus solemnibus; Canonici vero in reliquis duplicibus. **1137. 1143.**

Dignitatibus solemniter celebrantibus tolerari potest ut assistat Presbyter Pluviali indutus, dummodo consuetudo sit legitime praescripta. **1111** *ad* 3. **3580** *ad* 1; alias non licet. **1771** *ad* 2.

Dignitas, etsi prima non sit, ius habet benedicendi et distribuendi Candelas in die Purificationis, si id ei fuit attributum in Decreto erectionis. **1121.**

Dignitas secunda, si velit immediate thurificari post primam, sedere debet in eadem Chori parte secundo loco; vel si alias eligat digniorem sedem in parte sinistra, thurificanda est post Canonicos in dextera stantes. **1144.**

Dignitas, quocumque honore praefulgeat, Missam privatam celebrans, nequit adhibere quatuor Candelas, Bugiam, Canonem, ministrum Sacerdotem praeter Clericum, duo intortitia ad elevationem. **1125. 1148. 2262. 2268. 3647.** *ad* 1 *et* 2. Vide **1530. 1771.**

Dignitatibus solemniter celebrantibus, praesente vel absente Episcopo, tolerari potest ut per Clericum cotta indutum elevetur Missale, ita tamen ut pars inferior haereat altari; id pariter valet quoad Breviarium in Vesperis et Laudibus. Licet etiam pannum laneum viridis coloris sericeis ornatibus eiusdem coloris circumductum adhiberi ad scamnum Dignitatis solemniter celebrantis cum tapete suppedaneo; ita etiam Abacus superimponendis Candelabris aliisque ad Sacrificium opportunis. **1210.**

Dignitatibus non licet assumere in Choro Stolam et Pluviale; quae omnino in Sacristia indui debent. **1210.**

Dignitate celebrante et canente nonam Lectionem, benedictio danda est a digniore Canonico, si aliae Dignitates absint. **1210.**

Dignitati, et non Vicario generali, competit in Hebdomada sancta dicere Orationem *Respice etc.,* absente Episcopo. **1345.**

Dignitatibus habentibus usum Mitrae ex privilegio Apostolico non licet in Processionibus penes se Mitram deferri facere cum velo appenso. **1374** *ad* 1.; non tamen eis interdicitur in Processionibus usus Mitrae. *Ibidem ad* 2.; ea uti nequeunt accedentes ad alias Ecclesias exemptas vel non exemptas, capitulariter vel seiunctim. *Ibidem ad* 3.; neque ea uti possunt in Officiis et Missis Defunctorum aut in diebus feriatis, sed tantum in solemnioribus et ubique de praecepto. *Ibidem ad* 4, et quidem non obstante consuetudine. *Ibidem ad* 5. Mitrae usum habentes debent per se eam sibi imponere et auferre. **1546.**

Dignitatibus et Canonicis transeuntibus ad alteram Chori partem pro audienda concione, alii Canonici Dignioribus locum cedere debent. **1532.**

Dignitates et Canonici thurificandi sunt in speciali casu stantes in parte Hebdomadae, et deinde stantes in altera parte. **1664** *ad* 1. Si Dignitates Ecclesiae Collegiatae conveniant in Cathedrali et simul cum huius Capitulo occasione solemnitatis assistant, Dignitates Collegiatae post Canonicos Cathedralis thurificandi sunt. *Ibidem ad* 2. Dignitates thurificari debent duplici ductu; secus, si adesset consuetudo de triplici ductu, absente Episcopo, quae autem debet esse immemorabilis et formiter probanda. *Ibidem ad* 4. Dignitates thurificari debent ante Canonicos. *Ibidem ad* 5.

Dignitatibus et Canonicis non licet in Missis privatis ministrum inservientem habere, qui Missali assistat, calicem mundet, palla cooperiat etc. **1771** *ad* 1.

Dignitates et Canonici, debita obsequia Episcopo praestare renuentes, compelli debent. **1146.**

Dignitatibus, assistentibus cum Pluviali Episcopo, non licet Pluviale deponere, ut interim Missam celebrent. **1236.**

Dignitates et Canonici Archipresbyterum *Nullius Altaemurae* non tenentur processionaliter associare detecto capite. **1458.**

Dignitates et Canonici supplentes vices eorum, ad quos spectat assistere Episcopo, his postea advenientibus, quo casu locum cedere debeant, declaratur. **1583** *ad* 1.

Dignitas, si legitime impedita munera sibi incumbentia per se ipsam adimplere nequit, neminem alium substituere potest, nisi eum, qui immediate ei succedit. **1619** *ad* 5.

Dignitates et Canonici Missam conventualem diebus Dominicis celebraturi aspersionem aquae benedictae per se ipsos facere debent. **1679. 2425** *ad* 11.

Dignitates nequeunt adhibere pulvinaria in suis sedibus, praesertim praesente Episcopo. **1753** *ad* 5.

Dignitatibus assistentibus in habitu cho-

rali nulla debetur praeeminentia supra Celebrantem et Ministros sacros in die Purificationis, Feria IV Cinerum, Dominica Palmarum, Communione generali Feria V in Coena Domini, **1773** *ad* 5; non licet se induere cotta et almutia in stallis Chori, sed eas sumere debent in Sacristia. *Ibidem ad* 6; non licet eis Dominicis et Festis pro Canonicis et Cappellanis, qui pro ea hebdomada diebus ferialibus obligati non sunt, condonare punctaturas. *Ibidem ad* 7.

Dignitatibus et Canonicis Cathedralis in Synodo debetur praeeminentia super Abbates mitratos. **1783** *ad* 1.

Dignitates et Canonici nequeunt cogi ad munus Diaconi et Subdiaconi, celebrante Canonico vel Portionario. **2037** *ad* 2 *et* 3. **2219** *ad* 5.

Dignitates et Canonici pro Sacro faciendo parati in principio Missae non debent genuflectere, quando Episcopus in Choro stat Cappa indutus. **2049** *ad* 10; dum cantare debent Lectiones et Prophetias, accedere debent ad Legile. *Ibidem ad* 22.

Dignitati vel Canonico celebranti indistincte debetur primus locus in Choro et aequalis numerus Clericorum. **2068.**

Dignitates et Canonici in intonandis Antiphonis, Versibus etc. servare debent Caeremoniale. **2076** *ad* 3 *et* 4.

Dignitates, quando Canonici ex gratia S. R. C. facultatem obtinuerunt ut propriis expensis exteris Sacerdotibus committerent munus Diaconi et Subdiaconi, non tenentur et ipsae ad contributionem. **2100** *ad* 1, 2, 3 *et* 4, nec tenentur descendere et assistere ad legile. *Ibidem ad* 5.

Dignitates et Canonici Cathedralis distingui debent a Sacerdotibus inferioris ordinis, quoad paramenta et similia. **2165** *ad* 1.

Dignitates Ecclesiae Cathedralis Maioricen., quae non sunt Canonici, locum et vocem non habent in Capitulo, nisi quoad ea quae concernunt fructus mensae. **2219** *ad* 1 *et* 2. Dignitati, quae simul sit Canonicus, competit, mortuo Episcopo, convocare Capitulum pro eligendo Vicario Capitulari. *Ibidem ad* 6; functiones tamen solemnes pertinent etiam ordine successivo ad alias Dignitates, etsi non Canonicos, neutiquam vero ad Vicarium Capitularem. *Ibidem ad* 7.

Dignitate ultima, ubi plures sunt, deficiente, celebratio Missarum ac divinorum Officiorum ab ipsa peragenda suppleri debet ab altera ex iisdem Dignitatibus, non vero a Canonico Presbytero antiquiore. **2332** *ad* 4.

Dignitas in Sacris non constituta potest in Processionibus aliisque solemnitatibus sacras vestes deferre, et praecedere Canonicos Presbyteros. **2337** *ad* 21; non habens aetatem idoneam ad sacros Ordines, etiamsi fuerit dispensata super defectu aetatis, nequit habere vocem in Capitulo. *Ibidem ad* 22.

Dignitates, quae in Officio maioris Hebdomadae intonant Antiphonas, quoad cantum Lamentationum, servare debent Caeremoniale. **2337** *ad* 26.

Dignitati, etiamsi eam obtineat Clericus simplex, praecedentia competit supra omnes Canonicos, etiam Presbyteros. **2498** *ad* 1.

Dignitates et Canonici, qui delegantur in Iudices pro confectione processuum in Causis Beatificationum et Canonizationum, frui debent distributionibus quotidianis, quicumque sit earum titulus, non obstantibus clausulis et exceptionibus positis et particula taxae Benedicti XIV declarata. **2581.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **166. 2754.**

Dignitates Capituli excludi nequeunt ab assistentia Episcopi Sacramentum deferentis in Coena Domini; et in casu servanda est Caeremonialis dispositio. **2646** *ad* 3. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **273.**

Dignitati seu Primicerio Collegiatae tenentur Canonici ministrare in Missa solemni. **2654.**

Dignitates et Canonici Cathedralis Meliten. in diebus solemnibus celebrantes, interveniente vel assistente Episcopo, uti valent insignibus ab Apostolica Sede concessis. **3098.**

Dignitates et Canonici Magistro Caeremoniarum ab Episcopo electo tenentur obedire quoad ea quae circa divinum cultum versantur. **2307** *ad* 5. **3201** *ad* 4.

Dignitates et Canonici parati incedere debent ad benedictionem candelarum, cinerum et palmarum iuxta Rubricam Missalis; in Processionibus Sacerdos, qui SS. Sacramentum portat, quacumque Dignitate insignitus, incedere debet paratus amictu, alba, stola et pluviali. In benedictionibus, quae dantur cum SSmo Sacramento sive cum Ligno SS. Crucis, ipse uti potest supra rochettum, si eius habeat usum, amictu, stola et pluviali, quatenus Ministri sacri non adsint; secus vero, non. **3201** *ad* 6.

Dignitatibus quatuor Ecclesiae Metropolitanae Sipontinae privilegium concessum, mitra et baculo utendi, taxative intelligendum est, ita ut usus mitrae et baculi tantummodo in Missis solemnibus permittatur, non vero in ceteris functionibus vel Processionibus a Capitulo peragendis. Insuper vetatur praefatus usus in solemnibus Pontificalibus Archiepiscopi vel Episcopi, necnon dum ipsae Dignitates in enuntiatis Missis so-

lemnibus thurificationem accipiunt. **3765** *ad* 4.

Dignitates seu Canonici, Beneficiati aliique Chorales omnes, qui sive conficiendis Processibus tum Ordinariis tum Apostolicis in Servorum Dei ac Beatorum causis operam navant, sive ut testes vocati fuerint, habeantur tamquam praesentes in Choro, mutato Officio, et ideo omnia percipiant emolumenta. **3812** *Decret. gener.*

Vide **Canonici et Dignitates.**

Dioecesis.

Pro Dioecesi Mechliniensi declaratur qua ratione instituenda sint festa SS. Apostolorum Petri et Pauli et S. Romualdi Patroni Ecclesiae Mechliniensis, si occurrant eadem die. **2784** *ad* I; dein praescribitur modus celebrandi Dedicationem Cathedralis aliarumque Ecclesiarum Dioecesis. *Ibidem ad* II.

In Dioecesi Brugen. eadem die celebrari indulgetur Anniversarium Dedicationis omnium Ecclesiarum. **2814** *ad* 2.

Dioecesi Tudensi conceditur facultas, ut in festo Desponsationis B. M. V. addatur Commemoratio S. Ioseph. **2915** *ad* 14.

In Dioecesi Brugensi, ubi ex peculiari concessione festum S. Marci incidens infra Octavam Paschae transfertur ad feriam IV post Dominicam in Albis, si hac feria occurrat Festum Ss. Ap. Philippi et Iacobi vel Inventionis S. Crucis, Processio et abstinentia a carnibus protrahatur ad feriam V sequentem. Sin autem hac feria V occurrat festum Patroni praecipui, abstinentia et Processio transferatur ad feriam VI sequentem; festum S. Marci vero in primam diem liberam. **2958.**

In Dioecesi aliena Episcopus Ordinarius celebrans debet semetipsum nominare in Canone Missae. **3764** *ad* 10.

Dioecesis alienae Sacerdotes ad Collectam ab Episcopo loci praescriptam tenentur, ubicumque celebrent. **3985.**

Dio sia benedetto sermone vulgari coram SSmo Sacramento exposito recitari potest immediate ante benedictionem post Orationem *Deus, qui nobis etc.* aut post benedictionem cum Eodem. **3237** *ad* 1.

Directio Chori.

A Directione Chori non sunt amovendi Canonici digniores, absentibus Dignitatibus vel impeditis. **1068.**

Quae Directionem Chori concernunt, competunt officio Cantoris. **1619** *ad* 4.

Ad dirigendum Chorum destinati non sunt vocandi ad assistendum Episcopo. **146.**

Directorem Chori nec Episcopus nec eius Vicarius potest eligere in praeiudicium illius, cui competit; S. Sedes vero consulenda est, si abusus irrepserint. **471.**

Directio Chori exigenda est ad formam et dispositionem iuris communis. **870**; pertinet ad primam Dignitatem. **1384** *ad* 4; ubi alter non sit cui privative hoc munus incumbat. **981**; ea impedita, spectat directio ad digniorem de Choro, non autem ad Vicarium generalem. **939. 1976**; nequit Episcopus nominare Censores pro directione Chori; sed hoc ius pertinet ad primam Dignitatem. **1709.**

Directio Chori spectat privative ad Primicerios in Ecclesia Collegiata S. Eustachii Baren.; qui si absint, nequeunt subrogare simplicem Sacerdotem, sed vices eorum debent supplere Canonici. **2299** *ad* 1 *et* 2.

Dirigatur Domine etc. verba in Missa solemni proferenda sunt a Celebrante, quando incipit thurificare Crucem. **3213** *ad* 2.

Distributio.

Distributio Candelarum, Cinerum et Palmarum facienda est a Celebrante, non a Vicario Generali. **715. 718.** Si haec distributio fiat a Canonico cum Mitra, Presbyter assistens, Diaconus et Subdiaconus ministrare debent stantes detecto capite. **1021.** In hac distributione servandum est Caeremoniale Episcoporum lib. 2. cap. 17 et 19. - **1274.**

Distributio Candelarum in die Purificationis fiat tantum interessentibus processioni; nec candelae transmittendae sunt per domus **585** *ad* 1.

Distributio Candelarum ad Magistratum fit post omnes de Choro. **729.**

Distributio Antiphonarum et Lectionum, non ad Magistrum Caeremoniarum, sed ad Primicerium in casu proposito spectat. **730.**

In Distributione Antiphonarum et reliquorum omnium, quae cantari debent a Canonicis, semper servandus est ordo antianitatis, non habilitatis. **1091.**

In Distributione Antiphonarum in Vesperis Pontificalibus servandum est Caeremoniale Episcoporum lib. II cap. 1 § 2. **2049** *ad* 18. Vide **Antiphona.**

Distributio Candelarum, Cinerum et Palmarum fieri debet a Priore Matricis, dummodo Missam celebret; nec non delatio SS. Sacramenti Feria V in Coena Domini; et Absolutio in Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum, si ipse celebraverit: secus vero, ab Hebdomadario. **1247.**

Distributio Candelarum, Cinerum et Pal-

marum pro Monialibus pertinet ad earum Confessarium. **1281.**

In Distributione Candelarum, Cinerum et Palmarum Sacerdos dignior, qui tradit Celebranti Candelam, Cineres et Palmam, debet eosdem vicissim stando ab illo recipere. **1303.**

Distributio Candelarum, Cinerum et Palmarum a Celebrante fit capite detecto. **1333** *ad* 13.

Distributio Cinerum feria IV Cinerum per domus habitantium non licet. **1367.**

In Distributione Palmarum, Cinerum et Candelarum Celebrans et Ministri sedeant cooperto capite, dum Episcopus easdem distribuit. **2184** *ad* 1.

In Distributione Palmarum etc. Dignior de Clero porrigere debet Celebranti Palmam, Candelam et Cineres sine stola: et vicissim eos recipere genuflexus, si non est Canonicus, et cum osculo manus. **2148** *ad* 5; nec tamen Celebrans descendere debet e suppedaneo Candelam, Palmam et Cineres suscepturus. **2426.**

Vide **Benedictio Candelarum.**

Distributionem Missarum infra annum prima Dignitas Capituli vel Archipresbyter vel alius ordinet, ad quem de iure vel de consuetudine spectat. **241.**

Distributiones respondentes non lucrantur Canonici, qui tantum circa Horarum finem adsunt in Choro; similiter qui tempore Chori audiunt confessiones, nisi id fiat de expresso Episcopi mandato. **260.**

Distributiones lucrari potest Prior Cathedralis Assisien., cum sit prima Dignitas, quamvis in habitu Praelatitio Protonotarii Choro assistat. **930.**

In Distributione Candelarum, Palmarum et Cinerum Beneficiati et Portionarii, dum accipiunt candelas etc, debent genuflectere et manum Celebrantis osculari. **2111. 2433** *ad* 2 *et* 3.

Distributio Candelarum, Cinerum et Palmarum Celebranti fiat per digniorem Sacerdotem de Capitulo; non vero per Vicarium Generalem, qui non est de gremio. **1671.**

In Distributione Candelarum vel Cinerum Canonici, etsi non parati, dum eos accipiunt, debent dumtaxat se inclinare. **2052.**

Distributiones suarum Praebendarum lucrantur uti praesentes Canonicus Poenitentiarius omnesque alii habentes et actu exercentes curam animarum; qui nec tenentur nec possunt cogi ad interessendum Choro. **543.**

Distributiones amittit Doctor vel Magister Theologus, si in Choro adhibeat biretum cum quatuor apicibus; siquidem biretum doctorale non est chorale indumentum. **2877.**

Distributiones quotidianas et fructus suae Praebendae non lucratur Canonicus Protonotarius, quando assistit Choro in habitu Praelatitio. **1560. 1565** *ad* 1. **1762.**

Ad Distributionem Capitulum nequit admittere Canonicum interessentem in habitu Protonotarii. **1246.**

Distributionibus quotidianis non gaudet Archidiaconus, licet etiam sit Vicarius, interveniens in Choro cum habitu Protonotarii, **1299** *ad* 3; nec potest se abstinere a Choro et gaudere distributionibus quotidianis. *Ibidem ad* 8; sed debet divinis Officiis interesse in habitu chorali sub poena privationis distributionum. **903** *ad* 1.

Distributiones quotidianas non lucrantur Examinatores synodales tempore, quo in examine sunt occupati; quia examen potest fieri ad libitum, et hora commoda extra tempus, quo tenentur assistere in choro. **226** *ad* 2.

Vide **Communio** (in genere).

In Divisionis SS. Apostolorum

Festo, ubi celebratur die 4 Iulii, commemoratio octavae SS. Apost. Petri et Pauli facienda est; color autem albus adhiberi debet. **3400** *ad* 2.

Doctor.

Doctoratus qualitas non dat praecedentiam supra Canonicos. **2.148. 242. 397** *ad* 1. **1211. 1551** *ad* 1 *et* 2. **3435.**

Doctor vel Magister Theologus nequit adhibere in Choro biretum doctorale. **2877.**

Doctori Theologiae non licet in Choro super mozzetta deferre decorationem variis coloribus confectam, ab Universitate Sorbonica collatam, sed a S. Sede non approbatam. **3454.**

Doctor Canonicus in celebratione Missae annulo uti non potest. **3580** *ad* 7.

Ad Doctoris gradum promotis civibus in patriam redeuntibus nequeunt obviam ire Clerici et Presbyteri cum superpelliceis, Cruce et baldachino eosque excipere; quod omnino prohibendum est. **692.**

Ss. Doctorum Ecclesiae festa, si impediantur altero ritus altioris, transferri possunt in primam diem liberam, quamvis sint tantum ritus duplicis minoris. **3581.** *Decret. gener.*

Dolorum VII B. M. V. festum.

Circa Dolorum VII B. M. V. Officium et Missam S. R. C. plura declarat. **1490** *ad* 1. 2. 3 *et* 4.

Dolorum VII B. M. V. festum in Congregatione Galliarum Discalceatorum Ordinis S. Augustini, in qua tamquam Patrona principalis sub hoc titulo veneratur, celebrari nequit eadem die, qua coincidit cum festo Annuntiationis. **1960.**

In Dolorum VII B. M. V. Missa ad Graduale legendum est: *Hoc Crucis fert supplicium Auctor vitae factus homo.* **3059** *ad* 1.

Dolorum VII B. M. V. in feria VI post Dominicam Passionis, occurrens cum festo maioris vel aequalis sed primarii ritus, transfertur in Sabbatum sequens: translato festo aequalis ritus, si occurrat. **3080.** (Quoad hoc servetur recens Rubrica).

Infra Dolorum VII B. M. V. Octavam, quae recolitur Dominica III Septembris, ubi est privilegiata uti Octava Corporis Christi, in feriis Quatuor Temporum et Vigilia S. Matthaei Missa est celebranda de Octava cum Commemoratione feriae vel Vigiliae. **3169.**

In Dolorum VII B. M. V. Missae Secreta legendum est: *suo suorumque sub cruce Sanctorum etc.* loco *suae suorumque etc.* **3421** *ad* 2.

In Dolorum VII B. M. V. Missa votiva, ubi ex privilegio quolibet Sabbato Officium eiusdem votivum celebratur, Oratio respondere debet Orationi ipsius Officii. **3607** *ad* 1.

Dolorum VII B. M. V. festum feria VI post Dominicam Passionis quando primis Vesperis caret, quoad hymnorum coniunctionem Rubrica specialis Breviarii servanda est. **3764** *ad* 17.

Dolorum VII B. M. V. festum Dominica III Septembris in universa Ecclesia est celebrandum. **3851;** dispositio quoad eius translationem, si cum alio festo occurrat. *Ibidem;* Decreta generalia circa hoc festum d. d. 18 Sept. 1814 et 19 Aug. 1818. *Ibidem.*

Dolorum VII B. M. V. festo concurrente cum Officio votivo Immaculatae Conceptionis, in II Vesperis praecedentis fieri nequit Commemoratio sequentis. **4006** *ad* 2.

Dolorum VII B. M. V. festo concurrente cum eiusdem Annuntiationis festo, nulla in Vesperis fit Commemoratio VII Dolorum. **2365** *ad* 5.

Quoad Dolorum VII B. M. V. statuam vide **824. 2375** *ad* 4, **2682** *ad* 52, **3818** *ad* 2.

Domine labia mea aperies.

Ut Domine labia mea aperies incipiatur in Choro, competit Archidiacono seu primae Dignitati nutu indicere. **3110** *Dub.* XXIII.

Ad Domine labia mea aperies signo Crucis os pollice signandi consuetudo servanda est. **3156.**

Si a Domine labia mea etc. incipiendo Episcopus intonet Officium, debet absolutiones et benedictiones impertiri; secus vero, si tantum assistat Divinis Officiis. **3259** *ad* 2.

Domine non sum dignus.

Domine non sum dignus dici nequit ab Episcopo, dum distribuit Communionem Presbyteris ab eo ordinatis; dici tamen debet in Communione aliis praebenda. **2089** *ad* 4.

Domine non sum dignus etc. in administratione Communionis recitari nequit lingua vernacula. **2725** *ad* 5.

Domine praevenisti: hoc Responsorium semper dicendum est in Officio Martyris, qui sanguinem non fudit. **1890** *ad* 2.

Dominica.

Dominica venit sub appellatione Festi novem Lectionum. **361** *ad* 1.

In Dominica non est facienda Commemoratio generalis Defunctorum. **192.**

Dominica prima mensis publicatum, ad quindecim dies duraturum, et finiendum iuxta concessionem in tertia Dominica, Iubilaeum includit hanc integram tertiam Dominicam. **478.**

Dominica, quae superest post Epiphaniam, nec habet locum post Pentecosten, quando et quomodo reponenda sit, declaratur **1890** *ad* 8.

In Dominicis Adventus et Quadragesimae, si occurrat duplex I classis, non sunt cantandae duae Missae. **2002** *ad* 9.

In Dominica in Albis Lectio IX de Sancto simplici legi debet. **2319** *ad Tit.* XXV *Dub.* 3. *circ. Lect. III Noct.*

In Dominica Septuagesimae cadens Duplex secundae classis cum octava, si forte transferatur ad Sabbatum sequens, habet integras secundas Vesperas cum commemoratione Dominicae Sexagesimae; et quatenus dies octava habeat Orationem propriam, haec erit recitanda. **2326** *ad* 1.

In Dominicae Officio, quando anticipatur, leguntur Lectiones de illa Dominica anticipata, et dicenda sunt plura Initia ad formam Rubricarum, quatenus opus sit. **2387.**

Dominica, etsi occurrat Festum duplex I classis, numquam amittit Commemorationem atque Homiliam; idem obtinet etiam si occurrat anticipari Officium Dominicae in Sabbato, in quo fit de Festo I classis. **2387**; ita etiam fiet quoad Ferias Adventus, Quadragesimae, Quatuor Temporum et Feriam secundam Rogationum. *Ibidem.*

Dominica infra Octavam Missae privatae

dici nequeunt de Festo, cuius celebratur Octava, sed illae, quae respondent Officio diei cum commemoratione Octavae; constito tamen de concursu populi, permittitur unica tantum Missa solemnis de Octava cum *Gloria* et *Credo* absque ulla commemoratione. **2392** *ad* 1.

In Dominicis infra Octavas vel aliis a Festo duplici impeditis Missa tantum unica cantanda est: Missa scilicet de Dominica cum commemoratione Octavae; in aliis vero Dominicis non privilegiatis, et in quibus fit de occurrente festo duplici, Missa unica erit de Festo cum commemoratione et Evangelio Dominicae in fine. **2427** *ad* 9.

Dominicae I Adventus Vesperae si concurrant cum II Vesperis Officii votivi Immaculatae Conceptionis, fiat a Capitulo de Dominica cum commemoratione Immaculatae Conceptionis. **3059** *ad* 13.

Dominica prima mensis non impedita pro recitatione Officii reputari potest etiam secunda mensis, si prima Dominica mensis semper impediatur aliquo Festo altioris ritus; et hoc de aliis etiam Dominicis usque ad finem mensis. **2538** *ad* 2.

Dominica infra Octavam Corporis Christi, in qua fit solemnis Processio per diversas Parochias et Ecclesias Civitatis, Missa debet esse de Dominica aut de Festo occurrente cum commemoratione SS. Sacramenti. **2552** *ad* 4.

Dominica infra Octavam Corporis Christi, ubi haec solemnitas respuit alia omnia Festa, exceptis illis I classis, gaudet privilegio excludendi IX Lectionem de Simplici. **2555**; imo haec Lectio IX semper excludenda est, si de ea Dominica recitatur Officium. **3027**.

De Dominica anticipata legendae sunt Lectiones I Nocturni in Sabbato ante Septuagesimam, in quo occurrit Officium novem Lectionum cum Commemoratione Dominicae anticipatae post Epiphaniam; dummodo in eodem Sabbato non occurrat Initium alterius Epistolae S. Pauli. **2503** *ad* 1.

De Dominica non fit commemoratio in II Vesperis SS. Trinitatis, quando sequenti die fit Festum dupl. I vel II classis. **2632** *ad* 1. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **244**.

Ad Dominicas dies tantum ante Missam ritus populum aspergendi aqua benedicta restringitur. **1322** *ad* 3.

Dominica prima mensis pro aliquo Officio recitando assignata non est computanda iuxta Calendas ecclesiasticas, sed iuxta annum civilem. **2848**.

Dominicae II post Epiphaniam Officium, si a Septuagesima impeditur, recitari debet prima die post Octavam Epiphaniae non impedita ab Officio duplici; quod si in Hebdomada occurrat semper Officium duplex, tunc in Sabbato fiat Officium de festo cum commemoratione Dominicae et IX Lectione de Homilia. **3019**.

In Dominica infra Octavam Corporis Christi, ubi haec Octava omnia festa excludit praeterquam Nativitatis S. Ioannis Bapt. et Ss. Ap. Petri et Pauli, in Laudibus et in utrisque Vesperis primo loco fieri debet Commemoratio de Octava et secundo loco de duplici in simplicem redacto. **4006** *ad* 4.

Dominicae infra octavam nomine non venit ea quae incidit in die ipso Festi habentis octavam vel in huius die octava; quare de hac Dominica Orationes ad Missam sumendae sunt ut in Missali cum Praefatione de Trinitate. **3553** *ad* 1.

Si quando in Dominicis Sexagesimae, Quinquagesimae, secundae, tertiae et quartae Quadragesimae occurrerit duplex I classis, Lectiones I Nocturni earumdem Dominicarum resumendae erunt infra illam Hebdomadam, quando fit de festo carente Lectionibus propriis I Nocturni, vel quando desumerentur e Scriptura occurrente, si festum illud extra Quadragesimam incidisset. **4028**.

In Dominicis post Epiphaniam et Pentecosten quando Festum alicuius Sancti occurrit sub ritu duplici, duas Missas cantandi, unam de Officio currenti absque commemoratione Dominicae, alteram de eadem Dominica cum 2 et 3 Oratione iuxta praescriptum in Missali Romano, consuetudo in Metropolitana ceterisque Ecclesiis Collegiatis Archidioecesis Florentinae vigens retineri potest et debet. **3688** *ad* 1; et color in Missa Dominicae adhibendus, viridis scil. in Dominicis a Nativitate usque ad Septuagesimam et a Dominica III post Pentecosten usque ad Adventum, albus vero a Dominica II post Pascha usque ad Pentecosten, retineri potest, exceptis Dominicis infra octavam, in quibus servandus est idem color octavae. *Ibidem ad* 2. Orationes in Dominicas, infra octavam vel in ipsam diem octavam alicuius festi incidentibus, dicendae sunt prout in Missali praecipiuntur pro minoribus Dominicis. *Ibidem ad* 3.

Si in Dominicam I classis (Palmarum excepta) semiduplicis aut duplicis minoris ritus incidat festum, cuius esset transferenda solemnitas, cantabitur Missa de Dominica et illius primae Orationi adiungetur sub unica conclusione occurrentis Festi commemoratio: quoad reliqua serventur Rubricae; et de dicta solemnitate nihil amplius fiat. **3754** *ad* 3.

Dominica infra octavam alicuius Sancti

Dominica Palmarum.

assistens legere nequit Passionem; sed servandum est Caeremoniale Episcoporum. **3059** III.

Dominica Palmarum Evangelium S. Ioannis a Celebrante legendum est in fine Missae, quando non ipse Celebrans, sed Episcopus, concelebrans peregit Benedictionem Palmarum. **3536.**

In Dominicam Palmarum si incidat festum, cuius esset transferenda Solemnitas, nulla de eo Commemoratio fiat, neque transferatur Solemnitas, sed Officium tantum iuxta Rubricas. **3754** *ad* 3.

In Dominica Palmarum Parochi tenentur et obligati sunt canere Passionem Domini, distribuere Palmas et facere omnes functiones ab Ecclesia, Rituali et Rubricis ordinatas; neque eas omittere licet. **1326.**

Vide **Benedictio Candelarum.**

Quod in Dominica Palmarum et Feria VI in Parasceve Passio decantetur a Canonicis, immemorabilis consuetudo servari potest; non obstante Caeremoniali, in quo disponitur eamdem esse decantandam a Cantoribus. **299.**

In Dominica Palmarum Celebrans coram Episcopo in Missa solemni legere debet Passionem in cornu Epistolae, Evangelium vero in cornu Evangelii. **544** *ad* 3.

Dominicani.

Dominicani Patres Civitatis Andrien. tenentur assistere in Cathedrali primis Vesperis et Missis solemnibus festivitatum Assumptionis B. M. V. et S. Richardi. **2206** *ad* 1; convenire debent ad sonum campanae. *Ibidem ad* 2; quando non accedant, arbitrio Episcopi puniri possunt, sed non carceratione et censuris. *Ibidem ad* 5; non possunt asportare ad sepeliendum in eorum Ecclesia cadavera parvulorum ante septennium, sine licentia Parochi, salvo tamen iure probandi immemorabilem. *Ibidem ad* 8; nec in dicta asportatione possunt deferre stolam. *Ibidem ad* 9.

Dominicanis Patribus Oppidi Pali Dioecesis Baren. non licet delatio stolae in Processione SS. Rosarii sine licentia Parochi. **2413** *ad* 1; nec in Processione in octava Corporis Christi intra limites Parochiae benedictionem cum SS. Sacramento impertiri. *Ibidem ad* 2; renovata vero propositione, recedendo a decisis, S. R. C. edixit primum fieri posse, aliud pariter posse de licentia Episcopi. **2419.**

Dominicanorum Generalis non indiget consensu Superiorum inferiorum vel Capituli generalis ad obtinendum a S. Sede novum Officium pro toto Ordine vel elevationem Officii iam habiti. **2900** *ad* 1; sed omnes Superiores inferiores idem acceptare tenentur. *Ibidem ad* 2; et Superioris Generalis successor illud respuere nequit. *Ibidem ad* 3; sed omnes strictim tenentur ad sese praefatae concessioni conformandos. *Ibidem ad* 4.

Ad Dominicanorum Generalem spectat erectio et restitutio Sodalitatis Sacr. Rosarii. **3295.**

S. Dominici Ordinis Tertiariis collegialiter viventibus de iure competit in recitatione divini Officii, in celebratione Missae atque in aliis functionibus usus Breviarii ac Missalis Ordinis; ac servandi ab eis sunt ritus et Caeremoniae eiusdem Ordinis ad tramitem Constitutionum Summorum Pontificum. **3205.**

S. Dominici Ordinis Alumnus, qui in Missionibus ab Episcopo collatis extra claustra degit, celebrare debet iuxta ritum Ordinis proprii et adhibere Missale Dominicanum. **3310** *ad* 1; et eidem Episcopus in locis, in quibus Dominicani non adsunt, in celebratione Missae praefatum ritum prohibere nequit. *Ibidem ad* 2.

Dominicanis ex speciali privilegio licet, dum Crucem in Processionibus deferunt cum aliis Ordinibus Religiosis in Cathedrali Ecclesia, Crucifixi imaginem ad se convertere. **3874.**

Dominicani Processionem Sacr. Rosarii peragere possunt extra ambitum proprium, habita tantum licentia ab Episcopo. **1824. 1980.**

A Dominicanis Processio Sacr. Rosarii in claustro S. Dominici Maioris in Civitate Neapolitana ducenda est, etsi Confraternitas Sacr. Rosarii ibi erecta non accedat. **3007.**

Vide **Tertiarii.**

S. Dominicus.

In S. Dominici Conf. festo Lectiones I Nocturni sunt: *Beatus vir.* **3254** *ad* 6. **3586** *ad* 2.

S. Dominici Conf. festum ad ritum duplicis maioris pro universa Ecclesia elevatur. **3581.**

S. Dominicus Calceatensis C. annuntiandus est uti Patronus secundarius Civitatis Calceatensis. **3767** Dub. addition. *ad* 1; eiusdem festum non est praeceptivum. *Ibidem ad* 2; non est celebrandum sub ritu duplici I classis cum octava nec in Dioecesi, nec in ipsa Civitate Calceatensi. *Ibidem ad* 3; in eiusdem Missa *Credo* dici nequit. *Ibidem ad* 4; nec dictus Sanctus habet locum inter Suffragia. *Ibidem ad* 5.

In S. Dominici Silensis Officio, quando venerit in Quatuor Temporibus, Le-

ctiones I Nocturni sunt de Communi 1 vel 2 loco, habita ratione ad aetatem. **3767** *Dub.* VIII.

Dominus loci.

Dominus loci vel alius quispiam a Celebrante thurificari aut pacem a Diacono accipere nequaquam potest; sed pax danda est Domino loci, postquam fuerit in Choro distributa, ab aliquo simplici ministro cotta induto cum instrumento. **323.**

Domino loci non competit sedes cum gradibus et baldachino ad instar sedis Episcopalis, nec thurificatio per Presbyterum pluviali indutum. **494. 658. 680. 694. 1593. 1624.**

Dominis loci quae conveniunt, enumerantur **546.**

Domino loci adveniente, non licet pulsare campanas sine Ordinarii licentia. **644. 666.**

Dominam loci non licet associare cum baldachino a porta civitatis ad Cathedralem, cum cantu hymni *Te Deum.* **910. 2341** *ad* 3.

Domino loci non licet occupare in Ecclesia Collegiata sui Patronatus Sedem primae Dignitatis, sitam in digniore parte Chori. **970** *ad* 5; nequit Dominus loci exigere capitis inclinationem a Sacerdotibus celebrantibus in loco suae iurisdictionis. **982.**

Domino loei permittitur sedes non gradata nec fixa cum genuflexorio extra presbyterium, pax cum instrumento, thurificatio duplici ductu per Cappellanum, non per sacrificii ministros sacris amictos **1187. 1477. 1555. 1794.**

Domino loci, qui est magnus Princeps, plura conceduntur; et S. R. C. approbat concordiam initam inter Ducem Segobricae et Capitulum Cathedralis. **1441.**

Dominae loci non debetur thurificatio. **1639,** nec pax **2105.**

Domina loci nequit habere in Ecclesiis genuflexorium cum stratu et pulvinari. **1738. 1791. 2248.**

Dominus loci nequit thurificari ante Sacerdotes et per Diaconum paratum. **1880.**

De Domino loci quoad genuflexorium, eius ornatum et locum, ubi collocandum sit, declaratur **2303.**

Domino loci et eius uxori Parocho non licet propriis manibus aspersorium porrigere in Ecclesiae ingressu. **2005. 2133** *ad* 4.

Pro Domino loci in Ecclesiis Regularium parari nequit genuflexorium cum stratu et pulvinaribus. **1720.**

Vide **Baro.**

Dominus vobiscum.

Dominus vobiscum dici non debet ante Orationem, quae praemittitur benedictioni cum SSmo Sacramento. **1265** *ad* 7. **1548.**

Dominus vobiscum dicendo populum salutare debent in Missa pontificali Canonici Metropolitanae Urbinaten., habentes ex privilegio usus Pontificalium, non vero cantando *Pax vobis.* **2418** *ad* 5.

Dominus vobiscum versum nequit vertere in alterum *Domine exaudi Orationem meam* Clericus Collegiatae in Minoribus constitutus nec ita implere in sua Hebdomada munus Hebdomadarii; sed huiusmodi Officium explendum est ab altero ex Sacerdotibus in Choro exsistentibus. **2528** *ad* 6.

Domus.

Domorum benedictione per Parochum expleta, Vice-Parochus secundam facere nequit. **2270** *ad* 1; neque quoad parochianos id requirentes. *Ibidem ad* 2.

Domos in Sabbato Sancto benedicere nequit Diaconus, etiam de consensu Parochi. **2729.**

Ex Domo interiore campestri aperiendi ostium in Ecclesiam facultas Patrono eiusdem Ecclesiae ab Ordinario, pro suo arbitrio et prudentia, concedi potest: adhibitis tamen cautelis et conditionibus omnibus de iure et stilo servandis. **2813.**

Per Domos non sunt transmittendae candelae in die Purificationis B. M. V., sed tantum distribuendae interessentibus Processioni. **585** *ad* 1.

Per Domos habitantium non licet distributio Cinerum feria IV Cinerum. **1367.**

Domorum benedictio fieri nequit ante Sabbatum Sanctum; poterit vero fieri, durante hebdomada Octavae Paschatis. **3645** *ad* 2 *et* 3.

Domus novae vel loci benedictionis formula in Rituali Romano contenta Oratoria privata benedicenda sunt. **4025** *ad* 6.

Domi Baptismus administrari nequit infantibus; sed Episcopus omnino curet, ut abusus, qui hac in re irrepserint, removeantur, et infantes deferantur ad Ecclesiam iuxta praescriptionem et communem praxim. **3418** *ad* 1 *et* 2.

In Domibus privatis Baptismi Sacramentum a Missionariis in Dania ministrari potest, servato ritu Ecclesiae consueto, in locis, ubi Catholici procul Ecclesiis incolunt, et translatio infantium magnis periculis et incommodis obnoxia est. **3234** *Dub.* III.

Domus Alma Lauretana vide **Lauretana alma Domus.**

Dormire. Dormitorium.

Dormire et habitare diu noctuque Clericis Seminarii non licet in cubiculis exstructis supra Cappellas dexterae navis Ecclesiae Cathedralis, in quibus Missa quotidie celebratur; quod omnino prohiberi debet. **756.**

Sub Dormitorio puellarum in domibus Filiarum Charitatis Sacellum, in quo SS. Sacramentum asservatur, esse conceditur; dummodo Altari imponatur ampla umbella, vulgo *Baldacchino*. **3525** *ad* 2.

In Sacello exstructo in mansione militari datur facultas celebrandi, quamvis adsint lectuli pro militibus in cubiculo superiori. **2812.**

Doxologia vide **Conclusio Hymnorum.**

Duplex.

Duplex secundae classis cum octava cadens in Dominica Septuagesimae, si transferatur ad Sabbatum sequens, habet integras secundas Vesperas cum commemoratione Dominicae Sexagesimae; et quatenus dies octava habeat Orationem propriam, haec erit recitanda. **2326** *ad* 1.

In Duplicibus tantum I vel II classis Lectiones propriae vel de Communi Sanctorum in posterum adhibendae sunt; illis Lectionibus exceptis, quae approbatae iam fuerint vel in Breviario habentur pro duplicibus seu maioribus seu minoribus, vel aliis, quas pro specialibus rationibus vel adiunctis S. R. C. approbare deinceps censuerit. **3923.**

De Duplici minori intelligenda sunt Decreta, quando in Festis concessis qualitas ritus non explicatur, num scilicet sit duplicis maioris vel minoris. **1721** *ad* 2.

Duplicis maioris ritus quamplura Festa celebrandi usus, ex eo quod sunt celebria in populo, sustineri nequit. **2378** *ad* 1.

Duplicia Festa per annum, quae solemniter celebrantur a Choro et in populo sunt feriata, in concurrentia cum aequalibus quoad ritum, (ceteris paribus) habere possunt integras Vesperas ad sensum Rubricae Tit. XI Breviarii Romani n. 2. **2378** *ad* 2.

Duplicis maioris ritus Festum mobile totius Ordinis Regularis occurrens in die octava Festi item mobilis particularis Conventus, celebrandum est (ex privilegio) cum commemoratione diei octavae. **3099** *ad* 1.

Duplicia maiora Festa Dominicis assignata consideranda sunt tamquam festa occurrentia, et non translata; ideoque locum habent in Dominica infra Octavam Corporis Christi. **3557.**

Duplex Festum, quod transferri valet, occurrens ante Octavam non privilegiatam, transferri potest ad diem infra Octavam. **1637** *ad* 2.

Duplex Festum mobile, etiamsi cum exteriori solemnitate celebratur, transferendum est, quando occurrit in Festo altioris ritus. **1407** *ad* 1.

Duplex Festum occurrens in die octava alicuius Festi debet transferri in perpetuum ad primam diem liberam. **3097.**

Quoad Duplicia II classis Indultum conceditur, si dies liberi pro iis reponendis in decursu anni non suppetant, ut transferri possint in alios dies proximiores, quamvis in his festa semiduplicia aut duplicia minora (non tamen Doctorum Ecclesiae) occurrant, quae pro eo anno commemoranda tantum erunt iuxta Rubricas. **3756** *ad* 1. *Decr. gener.*

Duplex Festum habens Octavam, quando in die sua et infra suam Octavam celebrari nequit, transferendum est in ipsam Octavam diem, quamvis in Dominicam incidat; dummodo non occurrat aliud festum vel ritu vel primarii qualitate vel dignitate superius, quo casu transferatur in primam diem liberam. **3853.**

Duplicis minoris Officium conceditur pro Reliquia insigni et approbata. **1333** *ad* 14. **1334** *ad* 3.

Duplex Officium fieri nequit pro Reliquia insigni mutilata. **1460.**

In Duplicibus I classis non est dicenda Collecta ab Ordinario imperata. **3009** *ad* 3; quoad Duplicia vero II classis, poterit ad libitum Celebrantis legi vel omitti, in Missis privatis tantum; in conventuali et solemni erit omittenda. **2597** *ad* 2. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **189.**

In Duplici I classis etiam praecipi potest ab Episcopo Collecta, si revera sit pro re gravi. **3365** *ad* 3.

Vide **Festa quoad Translationem. Officia. Octava.**

Duplicia minora (exceptis illis Ss. Ecclesiae Doctorum) et Semiduplicia, si occursu Dominicae vel maioris Festi seu Officii quomodocumque impediantur, non transferuntur, sed ipso die quo cadunt, de eis fit in utrisque Vesperis et Laudibus commemoratio, cum IX Lectione historica, sive una ex duabus aut tribus, si tamen haec eo die fieri possint; secus huiusmodi Duplicia et Semiduplicia eo anno penitus omittuntur, ut de Simplici cautum est in Rubr. tit. IX num. 10 et tit. X num. 8. **3551** *Breve Apost.*

E

Ecce Agnus Dei.

Ecclesia.

necessitatis. *Ibidem ad* 4. In altera propositione moderatum fuit Decretum, et responsum Parochum ad festa debere invitari; nec non licere Parocho exercere functiones Parochiales tantum, sed praevia participatione facienda Cappellano. *Ibidem.* Hae tamen resolutiones, utpote particularibus circumstantiis in casu particulari accommodatae, nullum praeiudicium inferunt iuribus Parochialibus quoad alias Ecclesias et Oratoria. *Ibidem.* Vide etiam quaestiones haud absimiles *in Meliten.* **2405.**

In Ecclesia, quae habet Titularem SS. Salvatorem, celebrandum est Festum de Titulari cum Officio Transfigurationis die 6 Augusti cum Octava. **2439** *ad* 4. **2721.** *ad* 2. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **342.**

In Ecclesia noviter aedificata sub Titulo SS. Nominis B. M. V., abdicato antiquo Titulo S. Mariae de Nemore, celebrandum est festum novi Tituli. **2453.**

Ad Ecclesias ingrediendum, in quibus Processiones finem habent, Canonici ab Episcopo cogi possunt. **1907** *ad* 1.

Ecclesiae Cathedralis Titulo immutato, fieri debet Officium ab utroque Clero de novo Titulari; de antiquo vero satis est, ut fiat a Regularibus sub ritu duplici minori, etsi in Cathedrali fiat sub ritu duplici primae classis. **2494** *ad* 2.

Ecclesias omnes et personas quamvis exemptas et laicas comprehendunt Constitutiones Synodales et Provinciales auctoritate Apostolica confirmatae. **1283.**

In Ecclesiis sitis intra limites parochialis Ecclesiae Collegiatae Canonici Cathedralis nequeunt Missas aliasque functiones collegialiter peragere. **1159** *ad* 2.

In Ecclesiis Monialium duplex benedictio cum SSm̃o Sacramento, una scilicet versus Moniales praesentes in Choro sive Oratorio retro Altare, altera versus populum, prohibita est; sed unica tantum benedictio cum Eodem Sacramento populo interessenti impertiatur. **2499** *Decret. gener.*

Ecclesiae exemptae tenentur parere mandato Episcopi iubentis, ut in quibusdam Solemnitatibus vel in alio peculiari casu sonus Campanarum omnium Ecclesiarum edatur. **2613** *ad* 3.

Ecclesiae fores pandere et repagula removere, ut pateat interna pars transeuntibus per viam ad benedictionem cum SS. Sacramento, non decet; nisi Ordinarius ob peculiares circumstantias id permittat, citra periculum irreverentiae. **2621** *ad* 8.

In Ecclesia B. M. V. de *Chinquinquira* nuncupata, praeter solemne Festum Rosarii B. M. V. Dominica I Octobris ritu duplici I classis cum Octava, iterum recensitae Imaginis B. M. V. memoria agi potest die ab Ordinario fixe designanda ritu duplici secundae classis sine octava. **2642.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **269.**

Ecclesia S. Georgii loci *Vico-Pelago* Dioecesis Lucanae restituenda est in antiqua iura Plebaniae, quibus potiebatur ante unionem. **2656.**

Ecclesiae Parochialis Dedicationis Anniversarii Officium non est recitandum a Clero, qui Parochiae non est adscriptus. **2682** *ad* 33. Vide **1983.**

Ecclesiae in honorem Beatorum erigi nequeunt. **2809.**

Ecclesiae Patrono concedi potest ab Ordinario, pro suo arbitrio et prudentia, facultas aperiendi ostium ex interiore domo sua campestri in eamdem Ecclesiam, adhibitis tamen cautelis et conditionibus omnibus de iure et stilo servandis. **2813.**

In Ecclesia S. Laurentii in Panisperna Urbis possunt cantari Vesperae de S. Birgitta ratione concursus populi, recitatis tamen in Choro Vesperis de S. Francisco Solano. **2842.**

Si in Ecclesia subterranea Expositio pro Oratione XL Horarum fiat, in Ecclesia superiori celebrari possunt Exequiae supra cadaver cum Officio et Missa solemni defunctorum ac etiam Anniversaria solemnia, **2943.** *ad* 1; et in Missis privatis celebratis in Ecclesia superiori addi potest Commemoratio SSm̃i Sacramenti. *Ibidem ad* 2.

Ad Ecclesiam benedicendam Episcopus potest delegare quemlibet Sacerdotem, non autem ad eam consecrandam. **889.**

In Ecclesia Collegiata S. Michaelis in Foro Civitatis Lucanae Caeremoniarum Magister porrigere debet aspersorium Canonico Decano. **2867** *ad* 3.

Ecclesia consecrata, quae militaribus stationibus et excubiis per biduum inservivit, ad cautelam reconcilianda est. **2938.**

In Ecclesiis duabus longe dissitis si Sacerdos celebret Missas eadem die, usus duorum calicum permitti potest. **3068** *ad* 1. Vide adnexam Instructionem quoad purificationem calicis. *Ibidem ad* 2.

Subter Ecclesiae consecratae pavimentum non licet cellarium vel aliud huiusmodi construere, ad retinendum vina et alias res mere profanas; quamvis aditus ad praedicta loca sit extra corpus sacri aedificii. **3157** *Dub.* 5.

Ecclesia si dedicanda sit non in honorem alicuius Sancti, sed alicuius mysterii, puta S. Crucis aut SS. Sacramenti, in benedictionis primarii Lapidis Oratione: *Domine Deus, qui licet coelo et terra etc.,* omisso nomine cuiusvis Sancti vel Sanctae, dicatur: *B. Ma-*

riae semper Virginis omniumque Sanctorum intercedentibus meritis etc. et in Oratione *Domine sancte Pater omnipotens* dicatur: *in honorem sanctae Crucis* aut *in honorem mysterii SSmi Sacramenti etc.* **3241** *ad* 3.

Ecclesiae benedictio quando omissa fuerit, fiat quam primum; quia Ecclesia, ut ad divinum cultum destinetur, saltem debet benedici. **3255** *Dub.* II. *qu.* 3.

Ecclesiae Dioeceseos, quae sunt solummodo benedictae, privilegio gaudent Ecclesiarum, quae sunt dedicatae, in festo Titularis earum. **3257.**

Ecclesiarum fabricae Praepositis parari nequeunt sedes in Presbyterio; et si qui easdem habeant, Ordinarius curet pro sua prudentia ut locentur extra Presbyterium. **3264** *ad* 1; in Processionibus cum SS. Sacramento dicti Praepositi melius et decentius praecedant Clerum, nullumque eis assignandus est locus post Clerum parochialem; si vero vigeat consuetudo, ut Parochus aliique SS. Sacramentum sequantur, tunc fabricae Praepositis tribuendus est dignior locus post Clerum. *Ibidem ad* 2; ipsi thurificandi sunt in suis sedibus extra Presbyterium a Thuriferario unico ductu, nunquam vero a Diacono. *Ibidem ad* 3; eisdem danda est pax a ministro inferiore cotta induto cum instrumento. *Ibidem ad* 4.

Ecclesiae Cathedralis duorum Titularium aeque principalium festa celebrari debent in tota Dioecesi sub ritu duplici I classis cum Octava a Clero saeculari, et sine Octava a Clero Regulari. **3289** *ad* 1.

In Ecclesiis erigendis Episcopus potest Sanctos Titulares eis assignare cum omnibus praerogativis, quae ex iure Ss. Titularium sunt propriae. **3296** *ad* 1; ubi vero Ecclesia nondum erecta est, agi nequit de Titulari proprie dicto. *Ibidem ad* 2.

Ecclesiae saltem Cathedrales et Parochiales ab Episcopis solemniter consecrentur. Quoad minores Ecclesias, si Episcopi nolint uti iure suo illas solemniter consecrandi, facultatem tribuant Sacerdotibus eas benedicendi. **3364** *ad* 1.

Ecclesia habere potest duos Titulares, qui gaudebunt omnibus privilegiis, dummodo sint aeque principales. **3417** *ad* 3. **3469** *ad* 2. **3622** *ad* 1.

Ad Ecclesiae Regularis Titularis celebrandum Officium, quando civiliter ea suppressa et veteri parochiae suffecta fuit, Parochus tenetur sub ritu duplici I classis cum octava, non vero ad Officium Tituli Parochiae; sed si translatio Parochiae facta fuerit in perpetuum, SSmo supplicandum est pro concessione utriusque Tituli veteris et novae Parochiae. **3473.**

In Ecclesiis Tituli Cardinalitii ius consecrandi Altaria spectat respectivis Emis Cardinalibus Titularibus, non vero Emo Cardinali Vicario. **3478.**

In Ecclesia rite consecrata, si Cruces in parietibus deletae sunt, eaedem iterum depingantur vel sculpantur, omissa unctionis caeremonia. **3498.**

Ecclesiarum nomine non veniunt Oratoria privata. **3574** *Dub.* IV *qu.* 5.

In Ecclesiis mere parochialibus, ubi non adest obligatio Chori, Vesperae, quae ad devotionem populi Dominicis et Festis cantantur, de Officio diverso ab Officio diei cantari possunt; dummodo ii, qui ad Horas Canonicas tenentur, privatim recitent illas de Officio occurrente. **3624** *Dub.* 12.

Ecclesia parochialis sub titulo S. M. Magdalenae, terraemotu collapsa, quum ab interitu vindicata fuerit, potest dicari Sacr. Cordi Iesu, retenta tamen S. M. Magdalena tamquam Contitulari. **3625** *ad* 1; et si festum Sacr. Cordis non sit de praecepto, Parochus non tenetur illa die ad applicandam Missam pro populo. **3645** *ad* 1.

In Ecclesiis solemniter benedictis, non vero consecratis, recoli debet Festum ipsarum Titulare, et quidem sub ritu duplici I classis cum octava; et quando Titularis Officium non reperitur in Breviario Romano, idem ex Communi sumendum est. **3661** *Dub.* 1. **3752** *ad* 1. **4025** *ad* 1 *Decret. gener.*

In Ecclesiis parochialibus, ubi non adest Chori obligatio, tempore Quadragesimae, in festo S. Ioseph aliorumque Sanctorum Vesperae cantari nequeunt post comestionem seu post meridiem ad populi devotionem fovendam. **3675** *ad* 2.

Ecclesiae benedictae sub invocatione *Iesu orantis Gethsemani* vel sub invocatione *Christi e sepulcro resurgentis* assignandum est festum Titulare SS. Salvatoris sub ritu duplici I classis cum Octava, et quidem die 6 Aug. **3745** *ad* 1. **3845**; in die octava Lectiones I Nocturni sunt de Scriptura occurrente. **3745** *ad* 2; et Suffragia per annum sumenda sunt a die festo. *Ibidem ad* 3. **3845.**

In Ecclesiis vel Oratoriis publicis Ecclesiae parochiali subiectis Missae Dedicationis aut Titularis (de quibus in eadem parochiali Ecclesia Festum agitur) sub eodem vel solemniori ritu celebrari nequeunt. **3780** *ad* 3.

In Ecclesia, quae B. M. V. de Succursu fuit dicata, quin de hoc Titulo in consecratione eiusdem facta fuerit mentio, facta tantum dedicatione Ss. Nominibus Iesu et Mariae, Clerus ei addictus celebrare debet sub ritu duplici I classis Festum SS. Nominis

Iesu et Mariae uti Titulare, non vero etiam B. M. V. de Succursu. **3833** *ad* 1.

In Ecclesiae vel publici Oratorii parietibus mortuariae coronae suspendi nequeunt. **3909.**

In Ecclesiis minoribus Ordinarius loci, sive Episcopus sive Cardinalis, assistere potest Missae cantatae aliisque sacris functionibus et verbum Dei praedicare cum cappa tantum. **3935** *Dub.* III.

Sub Ecclesiae Cathedralis sacrario, in quo exstat Altare portatile, permitti potest, ut habeantur cubicula pro habitatione aeditui laici suaeque familiae. **3978** *ad* 2.

Ecclesia, antea consecrata et deinceps ampliata, an fuerit postea benedicta dubitatur; cum autem eiusmodi benedictio sine admiratione fidelium fieri nequeat, omitti potest. **3978** *ad* 3.

In Ecclesiis vel Oratoriis publicis erigendi Altare portatile, quibusdam occurrentibus solemnitatibus et confluente ingenti populi frequentia, antiqua consuetudo tolerari potest. **3978** *ad* 4.

Vide **Consecratio Ecclesiae. Reconciliatio Ecclesiae.**

In quibusvis Ecclesiis publicisque Oratoriis vel consecratis vel saltem solemniter benedictis, Titularis festum quotannis est recolendum sub ritu duplici I classis cum Octava. **4025** *ad* 1; Ecclesiae omnes sunt ab Episcopo, nisi consecratae fuerint, saltem benedicendae sub formula in Rituali Romano praescripta. *Ibidem ad* 2. Hinc pro Ecclesiis et Oratoriis publicis, ad effectum celebrandi Titularium festa, illae sacrae aedes sunt intelligendae, quae pro Missis celebrandis sacrisque aliis, etiam solemnioribus, functionibus peragendis ab Ordinariis locorum destinatae, vel consecrantur vel solemniter benedicuntur, ut publico fidelium usui libere plus minusve deserviant. *Ibidem ad* 3. Relativi Titularis festum a toto Clero, si exstiterit, vel a Sacerdote Rectore Ecclesiae aut publico Oratorio addicto, per integrum Officium celebrabitur: secus, in defectu cuiusvis Cleri, per solas Missas iuxta Rubricas. *Ibidem ad* 4.

In Ecclesiis Collegiatis aspersio aquae benedictae in Dominicis ante Missam conventualem, sive canatur cum Diacono et Subdiacono, sive absque sacris Ministris, est de praecepto; in Ecclesiis vero non Collegiatis eadem aspersio praefatis diebus saltem fieri potest. **4051** *ad* 1.

In Ecclesiis alicui Religiosae Familiae concreditis, Sacerdotes exteri in illis celebrantes tenentur sequi Calendarium eiusdem Familiae proprium, si habeatur. **4051** *ad* 2; secus dicendum est de Ecclesiis, quae non Religiosae Familiae, sed tantum alicui personae privatae, etsi ad eamdem Familiam pertinenti, commissae sunt. *Ibidem ad* 3.

Ecclesiis duabus Canonici dispartiti inservientes et quandoque in una simul convenientes, anne teneantur in utraque duas celebrare Missas diebus, in quibus secundum Rubricas duae celebrandae sunt, decernitur **831** *ad* 1. Convenientes tantum in alterutra Ecclesia satisfaciunt recitando Officium proprium eiusdem Ecclesiae, in qua conveniunt. *Ibidem ad* 2.

Ecclesiae propriae Officium Episcopus et Canonici recitare tenentur, etiamsi ab ea absint. **1599** *ad* 2; itemque Beneficiati, ubicumque morantur. **2682** *ad* 46.

Ecclesia benedicta, censeri non debet benedictum etiam Coemeterium eidem adnexum, nec viceversa. **3888** *ad* 4.

Sive ad Ecclesiam sive ad Coemeterium cadavera fidelium deferantur, semper a Sacerdote sunt associanda. **3405.**

Vide **Cappella. Consecratio Ecclesiae. Dedicatio Ecclesiae. Regulares quoad Ecclesias. Oratorium.**

Ecclesia aliena; vide **Missa in Ecclesia aliena.**

Effigies vide **Imago** vel **Statua.**

Electio.

Eligantur ex numero Diaconorum Canonici assistentes, quando Praebendae sunt distinctae. **129.**

Ab Electionis et promotionis tempore petenda est praecedentia Episcoporum, ita ut qui antiquior est praecedat. **270. 1606.**

Eligere Chori Rectorem nec Episcopus nec eius Vicarius potest in praeiudicium illius, cui id competit; S. Sedes vero consulenda, si abusus irrepserint. **471.**

Eligi nequeunt Beati in Patronos locorum. **526** *ad* 1.

Vide **Patronus quoad electionem.**

Ad eligendum digniorem non tenentur Ordinarii pro Benedictione Agrorum subdeleganda, sed deputare possunt Sacerdotem ad libitum. **806.**

Eligi non debent neque possunt imperiti Cantus firmi Cappellani de massa, sed ii qui hunc Cantum possideant; quare eligendi examinentur a deputandis per Ordinarium **1180** *ad* 1.

Pro eligenda Abbatissa Episcopus celebrans in festo duplici vel Dominica nequit

legere Missam votivam de Spiritu Sancto. **2184** *ad* 5.

Eligendi personam pro confectione Calendarii ius spectat ad Episcopum vel ad Capitulum vel ad primam eius Dignitatem iuxta consuetudinem; plerumque vero committitur ea Praefecto Caeremoniarum, qui Calendarium efformare debet iuxta Rubricas Missalis ac Breviarii et Decreta S. R. C. **3201** *ad* 5.

Eligi nequit Oratio *Defende* pro Congregatione et Familia in Missa tertio loco, quando Oratio *A cunctis* dicenda est secundo loco. **3767** *ad* 24.

Quoad eligendos et nominandos Canonicos ad honorem Breve Apostolicum datur. **3817.**

Eligantur Magistri Caeremoniarum Episcopi ab Episcopo, Capituli vero a Capitulo. **1900** *ad* 6.

Electio Magistri Caeremoniarum pro functionibus Canonicalibus competit Capitulo; confirmatio vero electionis spectat ad Episcopum, qui eam denegare potest, quin teneatur causas exprimere. **2307** *ad* 1 *et* 2. **2310** *ad* 1 *et* 2; nec tamen sic electus censendus est privative deputatus ad assistendum Episcopo tam intra quam extra Cathedralem; qui adhuc eligere potest alium pro se suisque functionibus. **2307** *ad* 3 *et* 4; electo ab Episcopo omnes Capitulares tenentur obedire. **2307** *ad* 5. **3201** *ad* 4; nam in sui muneris exercitio est Capitularium Director, non famulus. **2578** *ad* 10. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **162.**

Electionis Summi Pontificis occasione Episcopus praescribere potest in singulis Ecclesiis parochialibus Missam votivam solemnem de Spiritu Sancto, et post Electionem Missam pro gratiarum actione. **3487** *ad* 2.

Electionis dies Episcopi est ille, in quo provisio Ecclesiae Episcopalis a Summo Pontifice publicatur in Consistorio. **3661** *ad* 3. **3876** *ad* 8.

Electionis dies in speciali casu et ad effectum Collectae ab universo Clero Dioecesis faciendae est dies, qua datae sunt Litterae Apostolicae in forma Brevis pro Coadiutoria cum futura successione. **3440** *ad* 2.

Pro eligendo Episcopo, sede vacante, preces diebus festivis non sunt intermittendae etiamsi Ecclesiae datus sit Administrator. **2274** *ad* 10.

Pro eligendo Episcopo Collecta continuari debet usque ad diem electionis, qui est dies Consistorii secreti. **2672** *ad* 3.

Vide **Anniversarium Electionis et Consecrationis Episcopi.**

Elevatio SSmi Sacramenti in Missa.

Ad Elevationem Campanula pulsari nequit durante Expositione SSmi Sacramenti. **3157** *ad* 10. **3448** *ad* 2.

Ad Elevationem Campanula pulsari nequaquam potest tempore Chori, si Missa ad aliquod Altare e conspectu Chori positum celebratur. **3814** *Dub.* 1. *qu.* 2; at si Campanula, non obstante vetito, quandoque pulsetur, et elevatio SSmi Sacramenti advertatur, Chorales omnes caput tunc temporis detegant, et Horas Canonicas prosequantur. *Ibidem qu.* 3.

Ad Elevationem omnes in pia supplicatione transeuntes ante Altare, ubi eadem fit, si ex errore campanula pulsetur, bini et bini unicum genu flectant, dein piam supplicationem prosequantur. **3814** *Dub.* 2.

Ad Elevationem Cantores omnino silere et adorare debent SSmum Sacramentum cum ceteris. Elevatione peracta, usque ad Orationem Dominicam aliquid modulari licet; dummodo de iis, quae ex Liturgia canenda sunt, nihil praetermittatur, Celebrans a Missa continuanda non impediatur et quod concinitur ad Sacramentum pertineat. **3827** *ad* 3.

Post Elevationem Calicis, non vero immediate post primum *Hosanna in excelsis* cantari debet: *Benedictus, qui venit.* **2682** *ad* 31. **3827** *ad* 3.

Post Elevationem Calicis vel ante *Pater noster* preces tempore publicae generalisque necessitatis recitari non licet; et hic abusus, uti repugnans Rubricis et scandalosus, omnino tolli debet. **1588** *ad* 9.

Elevationis et distributionis Communionis tempore Episcopus assistens Missae cantatae genuflectere potest vel in plano vel ante gradus Sedis Episcopalis. **3239** *ad* 1.

Elias Propheta.

S. Eliae Prophetae Officium occurrens in Sabbato Quatuor Temporum vernalium habet idem Evangelium ac illud Feriae; idcirco omittenda est Lectio IX de Feria, et in fine Missae legendum Evangelium S. Ioannis. **2496.**

S. Eliae Prophetae propriam Praefationem in Missa dicendi facultas Carmelitis Calceatis denegatur. **2816** *ad* 2.

S. Emiliani Abbatis commemoratio facienda est in concurrentia cum festo omnium sanctorum Monachorum. **2319** *Reliqu. Dub. ad* 13.

Emitte Spiritum tuum etc. versiculum recitando nihil omnino immutandum

est, quando recitatur in Cathedrali pro eligendo Episcopo. **3003** *ad* 2.

Encyclica Epistola vide **Epistola Encyclica** vel **Litterae.**

Epiphania.

In Epiphaniae Vigilia vel Festo ad aquae Benedictionem, aliquibus locis cum aliqua solemnitate fieri solitam, alius ritus non permittitur ac qui praescribitur a Rituali Romano ad faciendam aquam benedictam. **3730**; et hoc Decretum respicit omnes Dioeceses, iubendo ut in Rituali adnotetur abrogatio alterius longioris Benedictionis. **3792** *ad* 15.

In Epiphaniae Vigilia Missas votivas et privatas Defunctorum celebrare non licet. **1973** *ad* 5. **2256.**

In Epiphaniae festo ad Psalmum *Venite exsultemus* in III Nocturno recitandum possunt omnes, etiam Canonici, stare detectis capitibus iuxta consuetudinem. **3855** *ad* 8.

In Epiphaniae die Canonici Metropolitanae, celebrante Archiepiscopo, tenentur iuxta solitum annuntiare Festa mobilia. **2338** *ad* 6.

Episcopus Administrator.

Episcopus Administrator in functionibus ecclesiasticis pontificalibus peragendis non gaudet omnibus illis praeeminentiis et praerogativis, quibus fruuntur Episcopi in propriis Dioecesibus. **2274** *ad* 1; nequit sedere super Cathedra episcopali in Missis et Vesperis solemnibus; uti autem potest baculo. *Ibidem ad* 2; nequit elargiri Indulgentiam quadraginta dierum sine speciali Apostolica facultate. *Ibidem ad* 3; dum assistit Missae solemni ab alio cantatae, sedere debet in primo stallo Chori, nec tum Canonici tenentur ad circulos. *Ibidem ad* 4; nequit celebrari Anniversarium eius Consecrationis neque eius nomen memorari debet in Canone a Sacerdotibus celebrantibus. *Ibidem ad* 5. **3047** *ad* 4; non competit ei septimum candelabrum, dum Missam pontificaliter cantat. **2274** *ad* 6; neque debent omnes Canonici sacra paramenta sumere, cum Missam pontificaliter ipse celebrat, sed tres tantum fungentes officiis Diaconi, Subdiaconi et Presbyteri assistentis. *Ibidem ad* 7; potest pro libito cappam magnam induere vel in aedibus superioribus Episcopatus vel in ingressu Ecclesiae aut Presbyterii. *Ibidem ad* 8; decet tamen, ut omnes Canonici ad eum excipiendum accedant comitaturi ab aedibus ad Cathedralem. *Ibidem ad* 9.

Episcopo Administratori Ecclesiae S. Severini, attenta Episcopi Ordinarii dimissione, indulgetur facultas celebrandi Pontificalia in Sede Episcopali. **2946.**

Episcopus Administrator nequit dirigere gregi sibi in administratione commisso Epistolam pastoralem. **2976** *ad* 1; nec potest uti mozzetta, sed mantelletto supra rochetum. *Ib. ad* 2; in Pontificalibus uti debet faldistorio. *Ibidem ad* 3; in Choro sedens tamquam Praepositus retinere debet primum stallum. *Ibidem ad* 4; in Processionibus incedit in loco digniori, etiam post Sacerdotem, qui defert SS. Sacramentum, quin fructus propriae Praebendae amittat. *Ibidem ad* 5 *et* 6; nequit assistere Missae solemni Pluviali vel Cappa indutus, sed stare debet cum mantelletta, et in Pontificalibus nequit habere Diaconos assistentes. *Ibidem ad* 7; nequit benedicere candelas, cineres, palmas et fontem baptismalem, quin deinde Missam celebret. *Ibidem ad* 8; non habet usum galeri cum chordulis et floccis coloris viridis. *Ibidem ad* 9; potest uti Caudatario pro retinenda fimbria vestis talaris. *Ibidem ad* 10.

Episcopus Administrator non potest habere Solium a parte Evangelii. **3047** *ad* 1, nec in Cathedrali nec alibi. *Ibidem ad* 2; nec Coadiutor ipsius. *Ibidem ad* 3; nec nominetur ipse in Canone Missae a Sacerdotibus. *Ibidem ad* 4.

Episcopus aegrotans aut defunctus.

Episcopo podagra laboranti denegatur facultas consecrandi sacra Olea et Moniales, Missam celebrante Vicario seu alia Dignitate, ipso vero sedente et legente formulam Consecrationis; et, quatenus nequeat peragere has functiones, prorsus debet abstinere. **1201.** Vide **1071. 1150.**

Episcopus ob aegritudinem impotens ad assistendum in sua sede pluviali vel cappa indutus, sed assistens in sede portatili cum habitu ordinario, nequit osculari Evangelium, benedicere incensum, aliasque peragere functiones fieri solitas ab Episcopis indutis sacris paramentis. **1802.**

Episcopo petenti facultatem conficiendi sacra Olea in Cappella sui Palatii ob salutis incommoda, eadem denegatur. **1225.**

Episcopo aegrotanti ac in extremis laboranti Sacramenta administrare spectat ad Capitulum Cathedralis privative quoad Parochum unicum loci, intra cuius limites Episcopus degit. **1230. 2076** *ad* 1.

Episcopo infirmo Sacramenta ministrare, eoque defuncto Officia celebrare, non spectat ad Canonicos, sed ad Dignitates. **2219** *ad* 3.

Episcopo aegrotanti Sacramenta ministranda sunt a Digniore Capituli Cathedra-

lis, non autem a loci Archipresbytero. **1684** *ad* 12.

Episcopus aegrotans, antequam sacrum Viaticum recipiat, profitetur fidem catholicam iuxta formulam praescriptam, quae a Cathedralibus et Superioribus ecclesiasticis vel Beneficiatis curam animarum habentibus observanda est. **2682** *ad* 24.

Episcopus habens in sua Dioecesi privilegium Altaris portatilis, si morbo sit impeditus, iubere potest, ut alius Sacerdos celebret super idem Altare. **2739. 3906.**

Episcoporum cadavera exponenda sunt cum sacris paramentis Ordini episcopali competentibus; et si adsit consuetudo, sic induta sepeliantur. **2682** *ad* 25.

Episcopi defuncti cadaver deferri non licet sub baldachino. **568**; nec poni potest baldachinum super castrum doloris, sive praesente sive absente cadavere defuncti Episcopi. **3500** *ad* 1.

Vide **Anniversarium pro Defuncto Episcopo.**

Episcopi Dioecesani defuncti corpus dum sacris indutum vestibus, in propria Aedis aula maiori, publice et solemniter iacet expositum, Missae in Suffragium animae eius per totum mane celebrari possunt. Quod privilegium extenditur ad Vicarios Apostolicos in suis Vicariatibus, ad Abbates ceterosque Praelatos *Nullius Dioecesis* et ex speciali gratia ad Episcopos Titulares; dummodo eorum cadavera in aula convenienti exponantur et ornamentis pontificalibus (excepto baculo pastorali) si extra Urbem, fuerint induta; si vero in Urbe, habitu tantum praelatitio. **3822.**

Episcoporum mortuorum aliorumque praeclariorum Sacerdotum cor extrahi et honorifice servari potest in domo vel pio loco ab ipsis fundatis vel praedilectis; et ita conservari, ut claudatur cor in ampulla vitrea, in visibili loco et inter flores ordinarie collocata; dummodo haec conservatio cordis non fiat in loco sacro. **3982.**

Pro Episcopo defuncto Missa de Requie, quotannis ex fundatione solemniter celebranda, sumenda est ut in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum. **3213** *ad* 5.

Cum Episcopi defuncti cadavere feretrum deferre tenentur Beneficiati; qui ad id a Capitulo compelli possunt. **1021.**

Episcopo loci aegrotante, Collecta in Anniversario electionis seu consecrationis Episcopi loco tertiae ad libitum imperari nequit. **3924** *ad* 1.

Episcopi Electionis et Consecrationis Anniversarium: vide **Anniversarium Electionis et Consecrationis Episcopi.**

Episcopus quoad Assistentiam.

Episcopus, quando solemni Missae assistit cum cappa pontificali, habebit Assistentes, secus si sine cappa. **86** *ad* 3. *Ibidem ad* 8; sine cappa non debet facere Confessionem cum Celebrante. *Ibidem ad* 4; eidemque non sunt exhibenda solemniter, ea quae alias Caeremoniale Episcoporum exhiberi praescribit. *Ibidem ad* 6.

Episcopo non competit assistentia, quando cum cappa ad Ecclesiam vel in Processionibus procedit, nec est paratus sacris vestibus et mitra. **103. 109. 385.**

Episcopus Missam planam in Cathedrali celebraturus potest ex antiqua consuetudine hactenus servata in casu speciali habere duos Canonicos assistentes. **138**; si celebrata Missa velit ad Chorum pergere, sat est ut a praedictis Canonicis associetur. *Ibidem.*

Ad Episcopo assistendum in Missis privatis Canonici Cathedralis non sunt cogendi **1056. 1900** *ad* 3. **1907** *ad* 3; praesertim si celebret ille extra Cathedralem. **2407** *ad* 1. 2 *et* 3; ultro volentes prohiberi possunt ab aliis Canonicis id detrectantibus. *Ibidem ad* 4.

Episcopus quotiescumque solemniter celebrat, saltem illae personae assistant, de quibus Caeremoniale mentionem habet. **219.**

Episcopo non competit assistentia, dum Completorio assistit, quacumque consuetudine in contrarium non obstante. **245. 1401** *ad* 2.

Episcopo extra Cathedralem solemniter celebranti debetur assistentia a Digniore de Capitulo, non autem a Vicario Generali. **685.**

Episcopus celebrans pontificaliter in aliqua Ecclesia occasione Visitationis debet habere assistentiam suorum Canonicorum, non vero digniorum eiusdem Ecclesiae. **845** *ad* 2.

Episcopo concionanti debetur tantummodo assistentia, quando id agit cum Pluviali et Mitra. **855.**

Episcopus celebrans Pontificalia extra Cathedralem potest assumere tres Canonicos pro assistentia. **958**; adduntur duo, qui fungantur in Officio Diaconi et Subdiaconi. **976.**

Episcopus cogere potest Parochos ad sibi praestandam solitam assistentiam in Vesperis et Missis pontificalibus; caveat tamen, ne quid detrimenti veniat animarum servitio. **1212.**

Episcopo assistenti concioni debetur Canonicorum assistentia, si talis sit Ecclesiae consuetudo. **1401** *ad* 3.

Episcopus assistens Missae debet capite cooperto legere Evangelium et ante illud di-

cere: *Munda cor, Iube Domine* et *Dominus vobiscum.* **1476** *ad* 7; dum ipse legit Epistolam, Graduale, Evangelium, Canonici assistentes caput detegere debent. *Ibidem ad* 8.

Episcopo assistenti cum cappa, Canonico celebrante, non tenetur Canonicus, sed alius minister librum sustinere ad legendum Epistolam, Evangelium, Offertorium. **1504** *ad* 2.

Episcopo concionanti ex pulpito in Cathedrali, quatenus induatur Pluviali et Mitra, debetur Canonicorum assistentia. **1760** *ad* 1; celebranti extra Cathedralem tres tantum Canonici tenentur assistere. *Ibidem ad* 2; neque tenentur, si Episcopus vel Ordinationes vel alias functiones peragat extra Civitatem. *Ibidem ad* 3.

Episcopus assistens in Pontificalibus, cum ad Praefationem Celebrans incipit: *Per omnia saecula saeculorum,* surgere debet sine Mitra. **1921.**

Episcopus assistens Missae cappa indutus thurificandus est tantum post oblata. **1275** *ad* 8. **2049** *ad* 5. **2195** *ad* 2.

Episcopus Feria VI in Parasceve procedere debet ad adorationem Crucis in medio duorum Diaconorum: Presbyter vero assistens in medio duorum Canonicorum digniorum. **2049** *ad* 26.

Episcopus, assistens in faldistorio benedictioni SSmi Sacramenti, debet thus imponere, si cappa sit indutus; sin minus, id pertinet ad Hebdomadarium. **2106** *ad* 3; in priori casu a digniore Canonico, non a Dignitate, navicula ministranda est. *Ibidem ad* 4.

Episcopus assistens paratus vel cum cappa Missae, in Dominica Palmarum, non debet sedere nec genuflectere, sed stare ad cantum Passionis; et in casu impotentiae abstineat ab interventu Missae. **2184** *ad* 2.

Episcopo pueros plebemque docenti christianam doctrinam non debetur assistentia Canonicorum. **2454.**

Episcopus Feria V in Coena Domini in peragendo Mandato seu pedum lotione habere debet assistentiam a Caeremoniali praescriptam. **2471** *ad* 8.

Episcopo debetur assistentia Canonicorum, dum pontificaliter celebrat vel Divinis assistit publice in aliqua Ecclesia Parochiali aut Conventuali Civitatis; ita tamen, quoad numerum, ut Ecclesia Cathedralis debito non fraudetur Officio. **2471** *ad* 10 *et* 11.

Episcopo processionaliter deferenti SSmum Sacramentum debetur assistentia duorum Canonicorum, Dalmaticis indutorum; qui ad id cogi possunt, si renuant. **2526** *ad* 2 *et* 3. **2528** *ad* 2.

Episcopus Urbevetanus Choro assistere debet cum cappa in altera ex duabus sedibus exsistentibus in Choro congrue aptanda, ac prope Episcopum sedeant Dignitates et Canonici iuxta ordinem. **2331** *ad* 1; quoad assistentiam Canonicorum Episcopo assistenti in throno, servetur Caeremoniale lib. II. cap. 5. § 1. *Ibidem ad* 2. Non Episcopo cum cappa assistenti, sed Celebranti debetur thurificatio post Evangelium. *Ibidem ad* 6. Vide **1275** *ad* 8.

Episcopo Oscensi pontificaliter celebranti assistere debent Archidiaconus et alter Diaconus parati cum Priore Canonicorum in Officio Presbyteri assistentis. **9** *ad* 12.

Episcopus assistens Missae solemni cum cappa vel pluviali debet facere confessionem a dextris Celebrantis non episcopi, et Celebrans eidem uti Minister respondere debet usque ad ℣. *Deus tu conversus etc.* exclusive; cetera Episcopus debet explere cum Diaconis assistentibus, et Celebrans cum Ministris sacrificii. **1275** *ad* 7. **1583** *ad* 6.

Episcopus ob aegritudinem impotens assistere in sua sede pluviali aut cappa, sed assistens in sede portatili cum habitu ordinario, nequit osculari Evangelium, benedicere incensum, aliasque peragere functiones fieri solitas ab Episcopo induto sacris paramentis. **1802.**

Episcopus assistens Missae solemni cum cappa debet stare capite cooperto, dum cantatur Confessio inter Missarum solemnia. **2682** *ad* 14 *qu.* 3; et stare debet sine bireto, dum a Presbytero assistente thurificatur. *Ibidem ad* 4.

Episcopus assistens Missae solemni, sive paratus sive non, deponere debet Mitram et biretum a Consecratione usque ad Communionem. **2895** *ad* 3.

Episcopus Missae solemni assistens, dicto in Confessione ℣. *Indulgentiam* etc., non debet reverti ad Sedem suam, sed stans in eodem loco Confessionem absolvere cum Diaconis assistentibus; Celebrans vero se retrahit Confessionem perfecturus cum Diacono et Subdiacono. **3213** *ad* 8.

Episcopus assistens Missae cantatae genuflectere potest aut in faldistorio contra Altare aut in plano vel ante gradus Sedis Episcopalis tempore elevationis et distributionis Communionis; item vel genuflexus manere potest durante tempore Communionis, vel solum eo temporis momento, in quo Celebrans ab altari discedit ad Communionem ministrandam: prouti ferat consuetudo. **3239** *ad* 1 *et* 2.

Episcopus assistens Officio cum cappa in proprio solio nequit habere Canonicos assistentes, nisi aliter fiat ex immemorabili consuetudine. **3259** *ad* 1; si Episcopus

assistens intonet Officium, incipiendo a *Domine labia aperies,* debet etiam absolutiones et benedictiones impertiri; secus vero, si tantum assistat. *Ibidem ad* 2.

Episcopus Dominicis festisque diebus Missae solemni, mozzetta tantum et rochetto vestitus, assistere nequit. **3441.**

Episcopus assistens rochetto et mozzetta indutus Missae solemni, quoad osculandum textum Evangelii et dicendum *Per evangelica dicta,* Caeremoniale Episcoporum servare debet. **3434** *ad* 2.

Episcopus Missae solemni assistens pluviali vel cappa indutus, dum benedicit aquam, tantum dicere debet: *In nomine Patris et Filii* ✠ *et Spiritus Sancti. Amen.* **3569** *ad* 2.

Episcopus assistens, non in sede presbyterii iuxta Altare, sed in stallo Chori siti in medio Ecclesiae, debet Celebrantem et Ministros, quatenus cum Celebrante incedant, simul aspergere, quando procedunt post altaris aspersionem ad Chorum. **3639** *ad* 4.

Episcopus assistens in Benedictione cum SSm̃o Sacramento imponere debet thus in thuribulo et ipsemet Illud thurificare, si cappa sit indutus. **3035** *ad* 6. **2106** *ad* 3.

Episcopo assistenti cappa vel pluviali induto Benedictioni SSm̃i Sacramenti, benedictione cum Eodem a Sacerdote populo impertita, Benedictionem episcopalem addere non licet prorsus. **3618** *ad* 2.

Vide **Canonici quoad assistentiam. Canonici quoad associationem.**

Episcopus Auxiliaris.

Episcopus Auxiliaris quoad baculum pastoralem gestandum servare debet dispositionem Caeremonialis Episcoporum lib. I. cap. 17. § 5. **3042** *ad* 4.

Episcopus Auxiliaris, qui simul est Canonicus, potest in casu necessitatis (id est in defectu Canonici) alium in sui locum e numero Beneficiatorum vel alium de Clero deputare ad celebrationem Missae cantatae et Vesperarum. **3424.**

Episcopo Auxiliari vel non proprio, Canonici tenentur osculari manum, dum ab eo sacram Communionem accipiunt in Missa Feria V in Coena Domini, et assistere in conficiendis Oleis, sacris Ordinationibus vel aliis solemnibus functionibus stricte Episcopalibus, quas pro Archiepiscopo proprio ille exsequitur. **3984.**

Episcopo Auxiliari nequit cedere Thronum suum Episcopus Dioecesanus. **4023** *Decret. gener.*

Vide **Episcopus Suffraganeus. Episcopus Titularis.**

Episcopus quoad Baldachinum et Sedem.

Episcopus circa sedem servare debet formam Caeremonialis Episcoporum lib. I. cap. 13. **152** *ad* 4.

Episcopus si accedat ad Ecclesiam Abbatialem vel Collegiatam exemptam, habet sedem in cornu dextero Chori sive Ecclesiae uno gradu eminentiorem cum ornatu congruo et situ aliquatenus superiori respectu sedis Abbatis; a latere autem Episcopi sequantur immediate Canonici Cathedralis. **156** *ad* 3. **347**; Abbatis vero sedes cameralis absque ornatu et gradu paranda est a sinistris Episcopi, aut in alia Chori vel Ecclesiae parte e conspectu Episcopi, in loco tamen inferiore respectu Sedis Episcopi, similiter absque ornatu cum uno tantum parvo gradu non excedente dimidium palmi. **347.**

Episcopo accedente ad Ecclesias Monachorum, ibidem Baldachinum erigendum est. **492.**

Episcopi defuncti cadaver deferri non licet sub baldachino. **568.**

Episcopo non licet erigere sibi thronum Episcopalem cum quinque gradibus prope altare Ss. Sacramenti, quod habet quatuor gradus, neque sterni facere tapeta in sui throni gradibus, si gradus altaris sint nudi. **569. 574.**

Episcopus commorans in aliquo suae Dioecesis Oppido erigere potest in Ecclesia parochiali sedem cum baldachino. **791.**

Episcopus erigere potest baldachinum in Ecclesiis Regularium, interessendo functionibus sacris et concioni. **1290** *ad* 1.

Episcopus sedem Archidiaconi, primae et unicae Dignitatis assistentis Episcopo pontificaliter celebranti, sitam in pavimento Ecclesiae prope thronum Episcopale ad dexteram, potest mutare in parvum scamnum et ponere super thalamo ligneo noviter constructo. **1914** *ad* 2. **1923**; attamen planities throni a parte dextera amplietur. **1948.**

Episcopus nequit habere in qualibet suae Dioecesis Ecclesia Cathedram fixam cum baldachino. **2212.**

Episcopo licet retinere in Ecclesia Cathedrali thronum cum tribus gradibus et suppedaneo. **2231** *ad* 7; et subtus sedem, in qua assistit concionibus, unum gradum cum suppedaneo. *Ibidem ad* 8; ac subtus faldistorium parvulum tabulatum ad formam Caeremonialis. *Ibidem ad* 9; sed nequit habere thronum cum quinque gradibus. **2331** *ad* 7.

Episcopo nulla lege prohibitum est, quin propria utatur sede, qua desuper dependeat umbraculum seu baldachinum, dum Divinis

assistit, vel ea per seipsum peragit palam exposito SSm̃o Sacramento; dummodo genuflexiones tunc praescriptas et debitas reverentias non omittat atque detecto capite assistat. **2367.**

Quoad Episcopi Baldachinum in sacra Visitatione servetur Caeremoniale Episcoporum. **2951** *ad* 1.

Episcopus pontificaliter celebrans habere debet baldachinum supra suam sedem episcopalem. **2471** *ad* 5; eidem debetur faldistorium pontificaliter celebranti. *Ibidem ad* 6.

Episcopus assistens divinis Officiis cum rochetto et mozzetta sedere debet, non in sede pontificali, sed in primo stallo sine assistentia. **650. 1401** *ad* 2.

Episcopo non licet deferre SSm̃um Sacramentum in sella portatili. **943.**

Episcopus extra suam Dioecesim Pontificalia celebrans uti debet faldistorio; nec ei licet sedere in Cathedra sub baldachino, etiam annuente Episcopo loci. **996.** Vide *Decret. gener.* **4023.**

Ob Episcopi adventum in Ecclesia Collegiata suae Dioecesis Cathedra seu Solium erectum, post eiusdem discessum amoveri debet. **2712** *ad* 1; haec autem lex generalis nulli subiicitur exceptioni. *Ibidem ad* 2. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **337.**

Episcopo licet accedere ad Ecclesiam exemptam, etiam Ordinis Hierosolymitani, et ibi Baldachinum erigere et Pontificalia exercere. **314. 466.**

Episcopus in Processione SSm̃i Sacramenti nequit incedere sub eodem Baldachino cum Sacerdote illud deferente, aut sibi deferre facere particularem umbellam. **1655** *ad* 1; quod si ipse deferat SSm̃um Sacramentum, nequit uti sub eodem Baldachino umbella extensa et a suo famulo delata. *Ibidem ad* 2.

Episcopo licet erigere Baldachinum in sacello, ubi sumit paramenta sacra, quando pontificaliter est celebraturus. **1465. 1473. 1484**; prout etiam extra presbyterium pro audienda concione. **1746.**

De Episcopi throno Baldachinum non est removendum tempore Expositionis SSm̃i Sacramenti in Altari maiori, sed retineri potest. **3360** *ad* 2.

Episcopo Titulari Suffraganeo non competit usus Baldachini in suis Ecclesiis; neque in ecclesiis extra Dioecesim, posita etiam Ordinarii licentia. **2163.** (Quod Decretum aliquantulum mutatum est novissima decisione **4023.**)

Pro aliquo Episcopo non Dioecesano Baldachinum erigi nequit in Ecclesiis Regularium. **1700.**

Episcopo Pontificalia exercenti competit retentio Baldachini supra Sedem a latere Altaris maioris, dummodo non sit pretiosum nec auratum. **2289** *ad* 5.

Pro Episcopo, Archiepiscopo, Patriarcha vel Cardinali defuncto, tam praesente quam absente cadavere, aut pro Summo Pontifice absente corpore, in Exequiis super defunctum deferre aut super castrum doloris poni nequit Baldachinum nigrum. **3500** *ad* 1.

Vide **Baldachinum. Thronus. Sedes.**

Episcopus quoad Benedictiones.

Episcopi arbitrio relinquitur subdelegare sacerdotem pro benedicendis agris; neque vigore Brevis adstringitur ad eligendum digniorem. **806.**

Episcopus potest delegare quemlibet ad effectum benedicendi Ecclesiam, non vero consecrandi. **889.**

Episcopus, data Benedictione post concionem intra Missam solemnem habitam, iterum eam impertiri debet Missa expleta. **1583** *ad* 5.

Episcopo concionaturo non convenit, ut a loci Ordinario, etiam Cardinali, benedictionem petat. **230.**

Episcopus benedicit Canonicos, dum ascendit ad Thronum vel ex eo descendit, post Circulos et quotiescumque Canonici collegialiter obsequium praestant Episcopo. **2682** *ad* 19.

Episcopus iure ordinario nequit delegare sacerdotes ad benedictionem sacrarum supellectilium et campanarum, absente apostolico indulto. **2377** *ad* 4 *et* 5.

Episcopus, delegatus ad visitandum locum pium Sedi Apostolicae immediate subiectum in aliena Dioecesi, nequit in via dare benedictionem. **1397** *ad* 1.

Ab Episcopo demandari non debet alteri, charactere Episcopali non insignito, benedictio campanarum, omissa unctione. **1781.**

De Episcopi licentia Benedictio Crucis positae in eminenti loco ad arcendas tempestates fieri ab Archipresbytero conceditur. **473.**

Episcopo Mutinensi conceditur speciale Indultum elargiendi Benedictionem Apostolicam diebus statutis, licet Missam solemnem non celebraverit. **2925.**

Episcopus, quando Benedictionem Apostolicam impertitur post Missam Pontificalem, omittere debet Absolutionem et Benedictionem post Homiliam. **2682** *ad* 14 *qu.* 2.

Episcopus Benedictionem Apostolicam impertiri debet expleta Missa pontificali. **2720;**

sed impertiri nequit extra dies in Litteris Apostolicis designatos. **2732**; ante eamdem legendum est Breve seu Litterae Summi Pontificis lingua latina et vernacula. **2871.**

Episcopo Corisopitensi in impertienda Benedictione Apostolica conceditur, ut tantummodo sermone vernaculo legere faciat Litteras Summi Pontificis. **2931.**

Ab Episcopo Benedictio Apostolica dari debet absoluta Missa Pontificali, induto iisdem paramentis, quae habuit in Missa, reassumptis etiam chirothecis, nec non Pallio, si habet usum Pallii et dies eiusdem usum concedit; quippe qui actionem exercet plenitudinis Pontificalis dignitatis. **3605** *Dub.* 9.

Episcopus benedicens cum SSmo Sacramento nequit cantare ℣. *Sit nomen Domini etc.*, et praxis opposita reprobatur. **3031** *ad* 2 *et* 3; nec potest uti chirothecis loco veli humeralis, vel saltem simul cum velo. *Ibidem ad* 4.

Episcopus assistens in Benedictione SSmi Sacramenti imponere debet thus in thuribulo, et ipsemet thurificare. **3035** *ad* 6.

Episcopus, habens habitum cameralem et privatim assistens Missae solemni, nequit benedicere Ministros assistentes ad cantandum Evangelium seu Epistolam. **3110** *ad* 22.

Episcopus, quando populum benedicit cum SSmo Sacramento, nequit accipere Ostensorium a Presbytero assistente, loco Diaconi assistentis. **3576** *ad* 8.

Episcopus nequit benedicere manu dextera tumulum in fine Psalmorum ad *Requiem aeternam*, quando canitur Officium Defunctorum. **3621** *ad* 5.

Episcopus Benedictionem Pontificalem solemniter impertiri debet in Dedicatione Ecclesiae finita Missa, etiamsi ipsemet privatim celebraverit. **3729** *ad* 9.

Episcopus in benedicendo populo post Communionem extra Missam ministratam atque in absolvendis fidelibus in Poenitentiae Sacramento debet tres Cruces efformare. **3731** *ad* 5.

Episcopus nequit delegare, sive ex iure ordinario sive ex consuetudine, Sacerdotes ad Benedictiones adhibendas in Rituali Romano descriptas et reservatas. **3343** *ad* 1 *et* 2.

Episcopus et ab eo delegati Sacerdotes Benedictiones in recentioribus Ritualibus contentas, quae propriae sunt diversorum Religiosorum Ordinum, impertiri nequeunt absque Apostolico Indulto. **3533** *ad* 3.

Episcopus in Benedictione Pontificali solemni observare debet formulam a Caeremoniali Episcoporum lib. II cap. 32 praescriptam. **3228** *ad* 4.

Episcopus Missae solemni assistens pluviali vel cappa indutus, aquam benedicendo, tantum dicere debet: *In nomine Patris et Filii* ✠ *et Spiritus Sancti. Amen.* **3569** *ad* 2.

Ab Episcopo, a S. Sede accepta facultate pro Benedictione Campanarum, vice et loco sui, alios Sacerdotes deputandi, Vicarius Generalis uti nequit. **3190.**

Episcopus, habens facultatem pro Benedictione sacrae supellectilis Sacerdotes delegandi, potest etiam subdelegare pro benedictione sacrorum Vasorum, dummodo sacra unctio non sit in casu adhibenda. **3533** *ad* 2.

Ab Episcopo in throno Missae solemni, cum cappa vel pluviali assistente, Benedictio in fine Missae etiamsi sit expositum SSmum Sacramentum, impertiri debet, non autem a Celebrante. **3618** *ad* 1.

Episcopalis Benedictio dari non debet post Benedictionem cum SSmo Sacramento a Sacerdote populo impertitam, cui Episcopus cappa indutus adstitit. **3618** *ad* 2.

Episcopus Ordinarius assistere potest cum cappa tantum in Ecclesiis minoribus Benedictioni cum SSmo Sacramento populo impertiendae; quo casu Episcopus ponit incensum in thuribulo et thurificat SSmum Sacramentum. **3935** *ad* 3.

Episcopus, Benedictioni SSmi Sacramenti assistens in faldistorio, debet thus imponere, si cappa sit indutus; sin minus, id pertinet ad Hebdomadarium. **2106** *ad* 3; in priori casu a digniore Canonico, non a Dignitate, navicula administranda est. *Ibidem ad* 4.

Episcopus in Processione Corporis Christi abstinere debet a privata Benedictione. **1049** *ad* 1.

Episcopus Benedictionem cum SSmo dare nequit, sola cappa indutus. **2987.**

Episcopus in conferendo Confirmationis Sacramento, dum frontem Chrismate inungit dicere debet: *Signo te signo Crucis,* signum super frontem ipsam pollice producens; quo facto manu extensa versus Confirmatum incipit: *In nomine Patris etc.* ter signum Crucis efformans, more solito. **3012** *ad* 2.

Episcopus, dum actu cum SSmo Sacramento populum benedicit, Canonici pro Diacono et Subdiacono assistentes genuflectere debent. **2352.**

Episcopo, quando sacris paramentis in sacrario indutis cum Diacono et Subdiacono ad Altare accedit ad dandam Benedictionem cum SSmo Sacramento in fine Expositionis XL Horarum, Canonici vestibus choralibus induti praecedere debent (supposito quod crux praecedat). **3356.**

Episcopi Missae privatae assistentes Canonici debent stare tantum ad Benedictionem. **3804** *Dub.* 1.

Ad Episcopi Benedictionem Canonici Cathedralis non genuflectunt, sed tantum caput inclinant. **310. 832. 2049** *ad* 7. 8 *et* 9.

Episcopus quoad Canonicos et Capitulum.

Episcopus, quando in Ecclesia Cathedrali solemniter celebrat vel alia munera pontificalia exercet, Dignitates, Canonicos et Capitulum Ecclesiae suae Cathedralis compellere potest, ut sibi assistant. **14** *ad* 1. **138;** etiam in aliis Ecclesiis eiusdem Civitatis et Suburbiorum; sed curare debet, ut in Ecclesia Cathedrali remaneant Canonici et Ministri necessarii pro eius servitio. **14** *ad* 2. **105** *ad* 4. **138. 226.** *ad* 3.

Episcopus cum duobus Canonicis, altero ab ipso, altero a Capitulo eligendis, curare debet, quae ad divina Officia et Ecclesiae regimen pertinent. **32.**

Episcopus prohibere potest Canonicis, ne Capitulum faciant, dum in Ecclesia Horae canonicae persolvuntur, et Missa maior celebratur. **96** *ad* 1. **118.**

Episcopus nequit cogere Canonicos et Capitulum, ut cantent tres Nocturnos pro unoquoque Defuncto, qui ad eorum Ecclesiam deducitur ad sepeliendum, ubi mos viget decantandi unum Nocturnum. **101.**

Episcopus potest ad se vocare duos Canonicos pro condendis legibus synodalibus seu dioecesanis, dummodo hi non absint longiore tempore quam a Concilio Tridentino permittitur **105** *ad* 1; si hoc tempus sit nimis angustum, prorogatur ad sex menses. **106.**

Episcopus absentiam Canonicorum ad Tridentini praescriptum reducere potest, non obstante contrario usu. **113** *ad* 1. **152** *ad* 7.

Episcopus potest prohibere, ne pro admittendis noviter provisis persolvatur certa summa si haec sit in Canonicorum seu aliorum privatam utilitatem; secus, si in Ecclesiae servitium. **105** *ad* 5.

Episcopus non potest cogere Canonicos ad sibi assistendum, si accedere velit ad aliam Ecclesiam, nisi pontificaliter celebraturus sit ob aliquam solemnitatem aliasque Episcopales functiones **138**; et in casu curare debet, ne Cathedrali servitium desit. *Ibidem;* item accedens ad Cathedralem curare debet, ne ratione associationis Ecclesia omnino deseratur. **152** *ad* 1. Expleturus vero functiones pontificales extra Cathedralem cogere potest Canonicos ad sibi assistendum. **153. 479** *ad* 2.

Episcopus Canonicos ante ipsum transeuntes solum manu benedicere debet. **152** *ad* 5.

Episcopus potest sibi assumere suos Canonicos in Ecclesia exempta et ibi celebrare et habere cum eisdem circulos ad *Gloria* etc. **156** *ad* 1.

Episcopus tenetur praenuntiare Canonicis pridie, quando vult celebrare Pontificalia. **615** *ad* 3.

Episcopus nequit cogere Canonicos, ut cappam induant sine expresso indulto S. Sedis. **152** *ad* 3; prohibere potest Canonicis, ne omnes simul vel maiori ex parte fruantur vacatione a Concilio Tridentino permissa. *Ibidem ad* 7.

Episcopo non licet aliquod circa Insignia Dignitatum, Canonicorum aliorumque Ministrorum immutare sine licentia S. Sedis; si secus fecerit, cuncta in pristinum restituantur. **301. 305. 465. 2298** *ad* 1 *et* 2. **3261. 3371.**

Episcopus, deficientibus Diaconis et Canonicis Presbyteris, cogere potest Dignitates, ut in munere Diaconi assistentis inserviant. **1014.**

Episcopus potest iubere Canonicis et aliis de gremio Ecclesiae, ne Feria V in Coena Domini privatim Missam celebrent, sed communionem ab eius manu recipiant, non obstante contraria consuetudine. **970** *ad* 1.

Episcopo iubenti quaedam ad maius decus dignitatis Ecclesiae Canonici Cathedralis parere debent; secus, in poenas ab eo comminatas incurrunt. **1494.**

Episcopus discedens a Choro cum cappa post Vesperas saltem a quatuor Canonicis est associandus. **1226. 1419.**

Episcopus nequit inhibere Canonicis, quin inchoent divina Officia ante ipsius adventum; vel ipso perveniente post illa incoepta, ea ab initio repetant. **1712** *ad* 8.

Episcopus nequit eximere Capitulum ab ulla associatione. **1780.**

Episcopus nequit Canonicos cogere, ut sibi inserviant et assistant in Missa privata. **1900** *ad* 3. **1907** *ad* 3; nequit cogere Capitulum, ut coram se in cubiculo die festo Ss. Innocentium coadunetur pro electione Officialium. **1900** *ad* 5. **1907** *ad* 5, neque eligere Magistrum Caeremoniarum Capituli. **1900** *ad* 6.

Episcopus Canonicos cogere potest ad ingrediendum Ecclesias, in quibus Processiones finem habent. **1907** *ad* 1.

Episcopus iure suo uti debet adversus Canonicos renuentes eum associare; sed nequit eos mulctare in distributionibus quotidianis. **1970.**

Episcopo pontificaliter celebraturo, tenetur Capitulum usque ad aulam accedere, ad eum excipiendum; in reditu satis est, ut comitetur usque ad atrium seu portam Palatii. **1760** *ad* 4.

Vide **Canonici quoad assistentiam. Canonici quoad associationem.**

Episcopus quoad suam Consecrationem. vide **Consecratio Episcoporum.**

Episcopus quoad habitum intra et extra functiones ecclesiasticas.

Episcopi in Italia, Cardinalibus praesentibus, solent deponere mozzettam; immo tenentur, praesente Cardinali Legato. **388.**

Episcopus ut induat cappam in cubiculo, in quo excipitur a Canonicis, satis est. **482** *ad* 4. **900** *ad* 6.

Episcopus, quando accedit ad Ecclesiam diebus ferialibus ad interessendum Horis canonicis, Vesperis et Completorio aut Missae conventuali, non debet uti cappa magna, sed rochetto et mozzetta. **906.**

Episcopus, Delegatus ad visitandum locum pium Sedi Apostolicae immediate subiectum in aliena Dioecesi, nequit deferre rochettum discoopertum in via, neque mozzettam, sed tantum mantellettam. **1397** *ad* 1.

Episcopus non debet sumere chirothecas, nisi in iis functionibus pontificalibus, in quibus Episcopi eisdem utuntur. **2049** *ad* 14.

Episcopus accedens ad Cathedralem in solemnitatibus ad effectum assistendi functionibus ecclesiasticis tenetur deferre cappam magnam. **2135** *ad* 5.

Pro Episcopo Mitrato, (quibus verbis utitur Caeremoniale lib. I. cap. 23. § 13.) intelligitur Episcopus assistens cum Pluviali et Mitra. **1963.**

Episcopus in sua Dioecesi adhibere potest habitum violaceum cum longa cauda; scilicet Cappam magnam iuxta Caeremoniale. **2909.**

Episcopus, quando assistit Exsequiis aut illas peragit, quoad vestium colorem consuetudinem servare potest. **3184.**

Episcopus nequit crucem pectoralem ex Planeta extrahere et in aperto ponere, ita ut supra omnes sacras vestes appareat; sed quoad eamdem gestandam dispositionem Caeremonialis lib. II. cap. 8. § 14 servare debet. **3301** *ad* 1. **3873** ad 2.

Episcopus in diversis anni temporibus vestibus uti debet iuxta dispositionem Caeremonialis lib. I. cap. 3. **3301** *ad* 2.

Episcopus cauda uti potest, quando SS. Sacramentum expositum est, quatenus solemniter celebret. **3434** *ad* 3.

Episcopi, sive Dioecesani sive Titulares, Crucem pectoralem detectam gestare possunt, ubique degunt. **4035** *ad* 1; sed super sacras vestes eamdem Crucem vel saltem illius flocculum gestare nequeunt in sacris functionibus. *Ibidem ad* 2; caput bireto aut mitra tegere nequeunt, dum lavant manus infra Missam privatam vel trinam benedictionem dant in fine eiusdem Missae. *Ibidem ad* 3.

Episcopus biretum suis manibus imponere et deponere debet; nec id praestandum est a Canonicis assistentibus. **406. 900** *ad* 1.

Vide **Mitra. Pectorale.**

Episcopus quoad ingressum in Cathedralem et Dioecesim.

Episcopus cum cappa ad Ecclesiam accessurus, ut solemniter celebret, solus incedat. **14** *ad* 4 et *Ibid. ad* 6, in fine § *Declarat* 5.

Episcopus, cum privatim ad Ecclesiam accedit, sine cappa pontificali accedat. **14** *in fine* § *Declarat* 4.

Episcopus in ingressu ad suum Episcopatum equitare potest super equum album seu albo velamine coopertum. **39.**

Episcopo in primo ingressu ad suam Ecclesiam prima Dignitas Crucem ad osculandum praebere aliasque praescriptas functiones facere debet. **338.**

Episcopus in primo accessu ad suam Ecclesiam omnes Canonicos et Beneficiatos ad osculum manus excipere debet. **1466.**

Episcopus in Ecclesiae limine debet primum aspergere Capitulum, nisi adsit alius Episcopus, dein Vicarium, ultimo Magistratum. **911.**

Quoad Episcopi ingressum ad Ecclesiam Caeremoniale observandum est. **918** *ad* 3.

Episcopo in primo ingressu ad aliquod suae Dioecesis Oppidum Dignior praebere debet Crucem ad osculandum et thuris honorem. **1667.**

Episcopus dum Cathedralem ingreditur, Dignior ei debet aspersorium porrigere cum osculo manus; prout osculum manus debetur a porrigente acerram et thuribulum. **2049** *ad* 13; etiamsi Episcopus deferat chirothecas. *Ibidem ad* 14; (quod tamen non licet iuxta novissimam decisionem **3873** *ad* 1.); ad Regularium Ecclesiam accedens incipere debet aspersionem ab eo, a quo aspersorium accepit, prout in Cathedrali. **2049** *ad* 15 *et* 16.

Episcopus ingrediens Ecclesiam Abbatialem recipere debet aspersorium ab Abbate, quem benedicit cum populo; dummodo ille incedat in habitu praelatitio, etiam viatorio. **2080** *ad* 7.

Episcopus dum accedit ad Cathedralem, sacramenta Confirmationis aut Ordinis collaturus, servare debet Caeremoniale Episcoporum. **2471** *ad* 9.

Episcopus accedens ad Chorum Regularium quoad thurificationem servare debet Caeremoniale Episcoporum. **2689** *ad* 2.

Episcopus Ecclesiam ingrediens cappa magna vel rochetto indutus, postquam se et alios aqua benedicta asperserit, progrediens ad altare SSmi Sacramenti, nequit cooperire caput cum bireto. **3434** *ad* 1.

In Episcopi Ordinarii accessu ad Cathedralem rei divinae peragendae causa, campanae pulsari debent. **3888** *ad* 1.

Episcopus curare debet primum suum ingressum ad suam Dioecesim fieri secundum regulas libri Caeremonialis et consuetudinem. **308.**

Episcopus quoad Iurisdictionem.

Episcopus compellere potest Canonicos et Capitulum etiam per censuras, ad observationem Rubricarum Missalis et Caeremonialis Episcoporum. **9** *ad* 19.

Episcopus nequit imperare pauperi Ecclesiae, ut alteri commodet sacra paramenta. **66.**

Episcopus nequit alterare statum Ecclesiarum. **73.**

Episcopus nequit adstringere ad servitium Chori illum, qui alicui beneficio renuntiavit. **88.**

Episcopus nequit cogere sed hortari potest Rectores Ecclesiarum parochialium suae Dioecesis, ut paramenta aliaque ad celebrandum necessaria subministrent sacerdotibus in eorum ecclesiis celebrantibus. **96** *ad* 3. **1999. 2107;** nec cogere Regulares, ut faciant commemorationem Episcopi inter commemorationes ultimas, quae fiunt in Missis privatis ritus semiduplicis vel inferioris. **96** *ad* 4.

Episcopus potest praecipere, ne quid sit circa altaria offensionem et scandalum pariens. **96** *ad* 5.

Episcopus potest imperare, ut sedes laicorum a presbyterio amoveantur. **96** *ad* 6.

Episcopus absentiam Canonicorum ad Concilii Tridentini praescriptum reducere potest, non obstante contrario usu. **113** *ad* 1. **152** *ad* 7.

Episcopus potest cogere Clericos ad munia subeunda a Caeremoniali illis praescripta. **163.**

Episcopus potest pro arbitrio moderare scamna et sedes laicorum in Ecclesia. **174** *ad* 3.

Episcopi nequeunt esse Iudices ad declaranda dubia circa sacros Ritus et Caeremonias exorta. **179** *ad* 1; aut ritus immutare. **1420** *ad* 2.

Episcopo omnes de Clero obedire debent circa sonum campanulae et horam celebrandi Officia divina. **259.**

Episcopus in sua Dioecesi ius privativum habet indicendi publicas Processiones et ad illas per edictum convocandi. **346** *ad* 1; item ex causa ius prohibendi, ne aliquae Processiones fiant, ex devotione populi et confraternitatum introductae, si prohibitio expediat. *Ibidem ad* 2.

Episcopus in sua Dioecesi ius privativum habet erigendi de novo Confraternitates earumque statuta confirmandi. **357.**

Episcopus servet et servari faciat Rubricas illius actus, quem facit. **399** *ad* 1.

Episcopus potest indicere cum consensu populi et Cleri festum de praecepto, contradicente Capitulo. **509** *ad* 1.

Episcopo non licet addere Calendario proprio Festa Sanctorum, nisi ea dumtaxat quae ex Breviarii Romani Rubricis vel S. R. C. seu Sedis Apostolicae licentia conceduntur; neque propria auctoritate quovis praetextu mutare ritum, qui habetur in Calendario Romano seu Rubricis Breviarii, in altiorem ritum: neque extendere concessa Officia de loco ad locum. **460** *ad* 1. **470. 477** *ad* 7. **555.** § *Non potuisse.* **1881.**

Episcopus nequit confirmare in sua Dioecesi Festa voto alicuius Communitatis instituta, quae iuxta declarationem S. R. C. d. d. 18 Aprilis 1643 tantum personas voventes obligant; neque alia Festa instituere de praecepto praeter illa, quae in Bulla Urbani VIII 13 Sept. 1642 expressa sunt. **2113.**

Ad Episcopum spectat iudicare an in casu speciali Festum sit servandum de praecepto. **1600** *ad* 1 *et* 2.

Episcopus cogere nequit Communitatem et populum ad servandum de praecepto Festum Patroni principalis Civitatis, si alium iam habeant proprium principalem Patronum. **2277.**

Episcopo non licet iudicium ferre in casu discrepantiae quoad intelligentiam et observantiam Caeremonialis Episcoporum; sed ipsi recurrendum est in casibus particularibus ad S. R. C. **2425** *ad* 14.

Episcopus nequit eligere Rectorem Chori in praeiudicium illius, cui competit; ac

S. Sedes est consulenda, si abusus irrepserit. **471. 481.**

Episcopus praecipere potest, ut in Ecclesia accendantur duo lumina super altare, quotiescumque expositum est SS. Sacramentum pro fidelium Communione. **482** *ad* 1.

Episcopus in Cathedrali uti potest ministris eiusdem; extra vero, nonnisi quando non cedat in praeiudicium servitii Ecclesiae. **615** *ad* 5.

Episcopi arbitrio relinquitur subdelegare Sacerdotem pro benedicendis agris; neque vigore Brevis adstringitur ad eligendum digniorem. **806.**

Episcopus potest delegare quemlibet ad effectum benedicendi Ecclesiam, non autem consecrandi. **889.**

Episcopus impeditus nequit delegare suum Vicarium Episcopali charactere insignitum ad explendas functiones, quae competunt Dignitatibus; nam illas tantum potest ei demandare, quae a solo Episcopo fieri possunt. **1013.**

Episcopus potest privare Magistratum thuris honore in poenam renuentiae cum a palatio ad Ecclesiam associandi. **993.**

Episcopi liberae voluntati et arbitrio competit subiicere vel aggregare Cathedrali Ecclesiae novas Ecclesias exstruendas in actu erectionis. **1230.**

Episcopus potest aliquam Ecclesiam visitare ante suum solemnem ingressum. **1813.**

Episcopus potest Visitationem incipere ab ea Ecclesia, quae sibi magis placet, salvis ecclesiarum iuribus. **96** *ad* 2.

Episcopus nequit interdicere Regularibus et Rectoribus, ne pulvinaria dentur Canonicis Cathedralis capitulariter ad eorum Ecclesias accedentibus. **1900** *ad* 1.

Episcopus loci Ordinarius potest, imo debet componere lites praecedentiae inter Regulares, compellendo eosdem etiam sub censuris. **1905** *ad* 5 *et* 6.

Episcopus nequit variare tabellam pro divinis Officiis persolvendis, fieri solitam sine praeiudicio iurium Episcopi. **1914** *ad* 3. **1923** *ad* 3.

Episcopus quoad Reliquias approbandas ac publicae venerationi exponendas uti debet iure suo, iuxta Cap. 2. § *Ne in posterum* Tit. XLV. De Reliq. et Vener. Sanct. **1946** *ad* 4.

Episcopus si quos induxerit usus, Canonicis consentientibus, isti possunt continuari, dummodo non obstet Caeremoniale Episcoporum. **2049** *ad* 6 *et* 11.

Episcopus iure suo uti debet in omnibus, quae pertinent ad disciplinam Chori. **2079** *ad* 9 *et* 10.

Episcopus iure delegato visitare potest Cappellas ab aliquo Abbate dependentes. **2201** *ad* 5.

Episcopus abstineat a concedendis licentiis Cappellanis Confraternitatum audiendi confessiones cum clausula: *de licentia Parochi.* **2264.**

Episcopus potest praescribere leges pro horis celebrandi Missas privatas in Cathedrali, sed cum consensu Capituli. **2331** *ad* 3; quae Missae celebrandae erunt tam ab his, qui tenentur ex obligatione, quam ab aliis, etiam de Capitulo, si recipiant eleemosynam. *Ibidem ad* 4.

Episcopus nequit Abbatibus aliisque Praelatis inferioribus, exercitium Pontificalium restrictive habentibus in suis tantum Ecclesiis, licentiam impertiri exercendi illa in Ecclesiis, sive saecularibus sive regularibus, ipsis non subiectis. **2348.**

Episcopus iure ordinario nequit delegare sacerdotes ad benedictionem sacrarum Supellectilium et Campanarum. **2377** *ad* 4.

Episcopus potest permittere aut interdicere pro suo arbitrio et prudentia Regularibus Processiones et Expositiones SS̃mi Sacramenti. **1450.**

Episcopi nequeunt sine speciali Indulto S. Sedis licentiam impertiri pro legenda Missa in Oratoriis privatis. **2404** *ad* 5.

Episcopus, concedendo licentiam pro expositione SS̃mi Sacramenti, nequit ad libitum apponere conditionem requirendi consensum Parochi. **2416.**

Episcopo potest cogere Parochos aliqua poena pecuniaria ad benedictionem ignis et cerei in Sabbato Sancto. **2436** *ad* 4.

Episcopo in Ecclesia alienae Dioecesis non licet sibi pannum cum pulvinari sternere, neque ei competit deosculatio textus Evangelii. **367**; sed ab eodem fieri debet reverentia Archiepiscopo, uti maiori. *Ibidem.*

Episcopus, delegatus ad visitandum locum pium Sedi Apostolicae immediate subiectum in aliena Dioecesi, nequit deferre rochettum discoopertum in via, aut dare benedictionem. **1397** *ad* 1; extra locum pium suae Visitationi subiectum debet cedere locum Episcopo Dioecesano, nisi is vicissim ei cedat. *Ibidem ad* 2; in ianua loci ab eo visitandi potest exercere actus iurisdictionis, et exigere obsequia Visitatori debita. *Ibidem ad* 3.

Episcopi stricte tenentur opportunis remediis providere, ut Rubricae et S. R. C. Decreta rite serventur; si quid vero dubii occurrat, recurrendum erit ad eamdem S. C. pro declaratione. **2621** *ad* 1. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **225.-3417** *ad* 2.

Episcopi mandare possunt in quibusdam solemnitatibus vel in alio particulari casu sonum Campanarum omnium Ecclesiarum, etiam exemptarum. **2613** *ad* 3.

Episcopus immutare potest diem Anniversarii Dedicationis Ecclesiae solummodo in actu Consecrationis. **2719** *ad* 1. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **340. 1321** *ad* 3. **3881** *ad* 5. *Decret. gener.*

Episcopus nequit immutare Titularem Ecclesiae. **2719** *ad* 2. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **341.**

Episcopus prohibere potest, quin Parochi Sabbato Sancto et Vigilia Pentecostes Baptismalem fontem benedicant, nisi celebrent Missam per seipsos. **2783** *ad* 1.

Episcopus nequit permittere suis Canonicis induere vestem inferiorem violacei coloris; sed solummodo ex concessione Apostolica. **3165** *ad* 2.

Episcopus Ordinarius nequit concedere Insignia minora Presbyteris non collegialiter sed singulatim sumptis, quia hoc reservatur privativo iure Sedi Apostolicae; et si eadem Insignia fuerint cuicumque ab Episcopo collata, debent statim deponi. **301. 305. 465. 2298** *ad* 1 *et* 2. **3261. 3371.**

Episcopus Ordinarius potest obligare omnes et singulos Parochos et Sacerdotes ad servanda omnia praescripta in Rituali Romano, non obstante contraria etiam immemorabili consuetudine. **3276** *ad* 6.

Episcopus potest in erigendis Ecclesiis Sanctos Titulares eis assignare cum omnibus praerogativis, quae ex iure Ss. Titularium sunt propriae. **3296** *ad* 1.

Episcopus nequit delegare, sive ex iure ordinario sive ex consuetudine, Sacerdotes ad adhibendas benedictiones in Rituali Romano descriptas et reservatas, sine speciali Indulto S. Sedis. **3343** *ad* 1 *et* 2.

Episcopus nequit Ecclesiis non Cathedralibus obedientiae actus imponere, qui nulla liturgica aut canonica lege praescripti sunt. **3347.**

Episcopi incumbere debent, ut Ecclesiae saltem Cathedrales et Parochiales solemniter consecrentur. Quoad minores Ecclesias, si nolint uti iure suo illas solemniter consecrandi, facultatem tribuant Sacerdotibus eas benedicendi. **3364** *ad* 1.

Episcopus praecipere potest, ut Collecta recitetur etiam in duplici I classis sub una conclusione, si revera indicatur pro re gravi. **3365** *ad* 3.

In Episcopi Ordinarii facultate est concedere expositionem SS. Sacramenti, quae incipiat post solis occasum et finem habeat de nocte. **3384.**

Episcopus Calatayeronen. de iure exigere potest in Pontificalibus a singulis Dignitatibus et Canonicis praesentationem obsequii per osculum manus ob consuetudinem invectam. **3412.**

Episcopus omnino curare debet, prudenter tamen et caute, ne infantes domi baptizentur; et abusus, qui in hac re irrepserunt, removeantur et infantes iuxta praescriptionem et communem praxim ad Ecclesiam baptizandi deferantur. **3418** *ad* 1 *et* 2.

Episcopus cogere nequit Canonicos et Beneficiatos Ecclesiae Cathedralis, ut orent tempore Expositionis XL Horarum ante SS. Sacramentum, quamvis illos hoc deceat. **3438** *ad* 6.

Episcopus potest concedere licentiam plures Missas qualibet die celebrandi in Cappellis seu Oratoriis publicis piarum Communitatum, et in earum Oratoriis principalibus ac in Oratoriis seu Cappellis publicis seu semipublicis ad personas privatas pertinentibus. **3484** *ad* 1; nequit tamen alia Oratoria praeter principale in Communitatibus erigere sine facultate S. Sedis. *Ibidem ad* 2; nequit concedere facultatem asservandi SS. Sacramentum in Oratoriis seu Cappellis publicis aut Communitatum piarum inconsulta S. Sede. *Ibidem ad* 3; neque concedere binationem Missae absque facultate Apostolica. *Ibidem ad* 4.

Episcopus occasione electionis Summi Pontificis potest in singulis Ecclesiis parochialibus praescribere Missam votivam solemnem de Spiritu Sancto et post electionem alteram pro gratiarum actione. **3487** *ad* 2.

Episcopus, habens facultatem Sacerdotes delegandi pro benedictione sacrae supellectilis, potest etiam eosdem subdelegare pro benedictione sacrorum Vasorum, dummodo sacra unctio non sit in iis adhibenda. **3533** *ad* 2.

Episcopus et Sacerdotes ab eo delegati nequeunt impertiri absque Apostolico indulto Benedictiones in recentioribus Ritualibus contentas, quae propria sunt diversorum Religiosorum Ordinum. **3533** *ad* 3.

Episcopus permittere potest in casu necessitatis, dummodo alter non adsit, ut Clericus sive regularis sive saecularis tonsuratus Subdiaconi officio fungatur in Missa solemni (sine tamen manipulo). **2965** *ad* 4. **3525** *ad* 1.

Episcopus nec potest nec debet consuetudinem tolerare, ut Parochi in administratione Sacramentorum utantur rochetto, loco superpellicei. **3542** *ad* 1.

Episcopus praecipere potest, ut in Altaribus sint suppedanea lignea, et gradus Al-

taris diebus saltem solemnioribus sint tapete cooperti. **3576** *ad* 1.

Episcopus permittere potest, ut functiones omnes Hebdomadae maioris fiant in Ecclesiis omnibus, in quibus SS. Sacramentum asservatur, licet renuente Parocho; dummodo tamen horis diversis fiant sacrae functiones, ne fidelium concursus ad Ecclesiam parochialem impediatur. **3608** *ad* 1.

Episcopi prudenti arbitrio remittitur Expositio SSmi Sacramenti in Ostensorio in Sacellis privatis domorum Sororum intra Dioecesim degentium. **3703.**

Episcopus nequit, contradicente Capitulo, introducere usum bireti in respectivis functionibus sacris, ubi ab antiquioribus temporibus consuetudo contraria viget, nisi Canonici sacris paramentis sint induti. **3746** *ad* 1.

Episcopus loci nequit transferre festivitates quoad solemnitatem extrinsecam, nec permittere, quod in die proprio Missa tantum cantetur absque alia pompa in eadem Ecclesia, ubi celebranda erit festivitas in aliam diem translata. **3804** *ad* 9.

Episcopus nequit designare pro Titulari alicuius novae Ecclesiae Festum, quod neque in Martyrologio neque in Supplemento Dioecesis reperitur. **3876** *ad* 5.

Episcopo Ordinario non licet quibusdam Titularium Ecclesiarum parochialium Solemnitatibus assignare certas per annum Dominicas, etiam ab ipso die Festo distantes. **3876** *ad* 11.

Episcopus ordinaria auctoritate approbare potest translationem Officii parvi B. M. V. in linguam vernaculam **3897** *ad* 1; et idem Officium ita translatum et approbatum in lucem edi et adhiberi potest a fidelibus et Congregationibus Religiosis utriusque sexus suae Dioecesis, sed tantum pro recitatione privata. *Ibidem ad* 2.

Episcopus approbare potest Oratoria ruralia publica, quae (ex errore) sine expressa auctoritate Ordinarii erecta sunt; dummodo Episcopus retineat Ordinariam iurisdictionem super hisce Oratoriis et fideles libere ad eadem accedere valeant. **3934.**

Episcopus nequit assignare Festa affixa Dominicis, quae in Dioecesi perpetuo sunt impedita, in alia die non impedita; sed recurrere debet ad S. R. C. pro translatione ad primam diem liberam. **3008** *ad* 1 *et* 2.

Episcopus Dioecesanus gaudet iure cedendi Thronum suum alteri Episcopo cum Canonicorum assistentia sibi debita; dummodo Episcopus invitatus non sit ipsius Dioecesani Coadiutor, aut Auxiliaris, aut Vicarius Generalis, aut etiam Dignitas seu Canonicus in illius Ecclesiis. Sicut autem Cardinales Episcopi Suburbicarii aliique Titulares Ecclesiarum Urbis Purpuratis tantum Patribus Thronum cedere possunt; ita Praesules Cardinales aliarum Dioecesium decet ut suum Thronum nonnisi aliis eadem Cardinalitia dignitate ornatis cedant. **4023.**

Episcopus quoad Missam, aliasque functiones.

Episcopus extra Ecclesiam Cathedralem in Civitate aut Suburbio pontificaliter celebrans potest secum deducere aliquos Canonicos, qui eidem assistant, dummodo sufficiens numerus eorum pro Choro remaneat. **105** *ad* 4. **138.** **226** *ad* 3.

Episcopus concionaturus singulis diebus Quadragesimae debet id facere rochetto et mozzetta indutus. **115.**

Episcopo concionaturo coram loci Ordinario, etsi Cardinali, non convenit ut ab eo ante concionem petat benedictionem. **230.**

Episcopo concionem actu habente, nemini licet in aliis Ecclesiis vel saecularium vel regularium concionari. **1360.**

Episcopum venientem ex propriis aedibus ad concionem audiendam a Canonicis excipiendi consuetudo servanda est. **435.**

Episcopus Missam planam in Cathedrali celebraturus potest ex antiqua consuetudine habere duos Canonicos assistentes. **138.** Sed vide **1056.** **1900** *ad* 3. **1907** *ad* 3. **2407** *ad* 1-4.

Episcopus potest sibi assumere suos Canonicos in Ecclesia exempta et ibi celebrare et habere cum eisdem circulos ad *Gloria* etc. **156** *ad* 1.

Episcopus accedens ad Ecclesiam Abbatialem vel Collegiatam exemptam in eadem privative debet confessionem facere, incensum imponere, benedicere etc. **156** *ad* 5; item accedens ad Ecclesiam Regularium. **1538** *ad* 2.

Episcopo, quotiescumque solemniter celebrat, saltem illae personae assistant, de quibus Caeremoniale mentionem habet. **219.**

Episcopus nequit exigere, ut extra Cathedralem, Canonicis absentibus, sibi fiat circulus a quibuscumque Presbyteris et Clericis. **406.**

Episcopo solemniter celebranti semper inservire debent, qui de Capitulo sunt. **621.**

Episcopus, commorans in aliquo suae Dioecesis oppido, exigere nequit, ut Parochus sibi Missam privatam audienti praebeat librum Evangeliorum et pacem ad osculum, eum ad Ecclesiam venientem excipiat a domo, et paramenta ministret pro Cappellanis. **791** *ad* 1. 2 *et* 3.

Episcopus celebrans in aliqua Civitatis Ecclesia potest paramenta sumere de Cathedrali. **831** *ad* 4 *et* 5.

Episcopus, dum Pontificalia celebrat, prohibere potest, quominus in eadem Ecclesia Missae privatae celebrentur. **989.**

Episcopo petenti facultatem asservandi Feria V in Coena Domini Sacramentum, ut Feria VI posset privatim celebrare, S. R. C. respondit: Satis consultum per Caeremoniale, si velit Episcopus ea die celebrare. **1102.**

Episcopo in casu necessitatis licet assumere ad servitium Altaris Ministros Ordinis inferioris, etiamsi non sint de Capitulo. **1315.**

Episcopo pontificaliter celebranti non debent inservire duo Canonici Pluvialibus induti pro praecentoribus. **1401** *ad* 1.

Episcopus in festis SS. Apostolorum Petri et Pauli et Assumptionis B. M. V. pontificaliter celebrare potest, quamvis contraria vigeat consuetudo. **1559** *ad* 1.

Episcopo accedenti ad Ecclesiam monasterii Abbas regularis, et in eius defectu dignior monasterii Aspersorium porrigere debet. **1707. 1710** *ad* 1.

Episcopum pontificaliter celebraturum tenetur Capitulum excipere, usque ad aulam ipsius accedendo; in reditu satis est, ut comitetur usque ad atrium seu portam Palatii. **1760** *ad* 4.

Episcopus potest aliquos dispensare tempore circuli, ne deficiant Cantores in Choro. **1401** *ad* 4.

Episcopo pontificaliter celebranti duo Canonici assistere debent, donec alii quinque in Sacrario sumant paramenta. **2079** *ad* 6.

Episcopus celebrans tertiam Missam in Nativitate Domini debet genuflectere ad *Verbum caro etc.;* dum Diaconus Evangelium canit, non autem dum ipse idem legit. **2184** *ad* 4.

Episcopus celebrans pro eligenda Abbatissa in Festo duplici vel Dominica nequit legere Missam votivam de Spiritu Sancto. **2184** *ad* 5. **3922** *ad* IV. *n.* 1. *Decret. gener.*

De Episcopo translato celebranda est Missa in Ecclesia, cui fuit ultimo loco praepositus, recurrente die, quo Papa eum Ecclesiae isti praefecit; et annuntiandum erit hoc Festum cum termino Translationis. **2365** *ad* 6.

Episcopo Pontificalia exercenti in Collegiata vel alia Ecclesia debetur assistentia Canonicorum Cathedralis. **2397** *ad* 1.

Episcopus Missam, pontificalem celebraturus, debet intonare Tertiam et in fine cantare Orationem. **2425** *ad* 4.

Episcopus, data benedictione post concionem, iterum eam debet impertiri expleta Missa. **1583** *ad* 5.

Episcopus potest iure delegato visitare Cappellas ab Abbate dependentes. **2201** *ad* 5.

Episcopo peragenti sacras functiones in Sabbato Sancto duo Diaconi assistere possunt, praesertim ad Praeconium Paschale. **1665** *ad* 1; pergens ad benedictionem Fontis, simul cum Planeta exuere debet Dalmaticam et Tunicellam et sumere Pluviale. Si baptizandi sunt infantes congruo tempore, alba paramenta sumere debet; expleto vero Baptismate, iterum induit violacea et ad altare progreditur, ubi, deposito Pluviali et retenta stola, ad Litanias procumbit. *Ibidem ad* 2; ne toties paramenta mutare cogatur, alterum deputare praeventive potest ad benedicendum ignem. *Ibidem;* ad Litanias cum Mitra procumbere debet. *Ibidem ad* 3.

Episcopus nequit peragere functiones solemnes maioris Hebdomadae extra Cathedralem. **2135** *ad* 7.

Episcopus per integram Feriam VI in Parasceve benedicere et manum ad osculandum praebere nequit. **1342** *ad* 2 *et* 3.

Episcopus dum Communionem ministrat, etiam extra Dioecesim, conveniens est ut manum praebeat ad osculum. **1342** *ad* 4.

Episcopi mandato parere tenentur Ecclesiae exemptae, si iubeat ut in quibusdam solemnitatibus vel in alio peculiari casu sonus campanarum omnium Ecclesiarum edatur. **2613** *ad* 3.

Episcopus celebrare debet Anniversarium ultimi Antecessoris. **2631** *Dub.* IV. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **244.** *Dub.* 4; et si proximus Praecessor translatus sit ad aliam Ecclesiam, debet celebrare pro eo, qui decessit Cathedram tenens. **2682** *ad* 18.

Episcopus concionatori inter Missarum solemnia Indulgentias petenti dicat solummodo numerum dierum. **2682** *ad* 13.

Episcopi et Presbyteri in concionibus possunt adhibere stolam, si adsit immemorabilis consuetudo. **2682** *ad* 21.

Episcopus benedicit Canonicos, dum ascendit ad Thronum vel ex eo descendit, post Circulos et quotiescumque Canonici collegialiter obsequium praestant Episcopo. **2682** *ad* 19.

Episcopus applicare tenetur Missam pro populo post adeptam possessionem. **2682** *ad* 22.

Episcopus, qui in sua Dioecesi habet privilegium Altaris portatilis, si sit morbo impeditus, iubere potest alium Sacerdotem

celebrare super idem Altare. **2739.** Vide infra **3906** *Decret. gener.*

Episcopus sive cum Reliquia S. Crucis sive cum alia insigni alicuius Sancti populum benedicens deponere debet Mitram et pileolum. **2769** IV. *ad* 2 *et* 3.

Episcopo Missam pontificalem pro Defunctis celebranti inservire debent duo Diaconi assistentes paramentis sacris induti. **2769** *Dub.* IX. *ad* 1.

Episcopi faldistorium in exsequiis, corpore non praesente, ponendum est ad caput tumuli. **2769** IX. *ad* 2; et quidem in medio. **3213** *ad* 4.

Episcopus, sumptis paramentis in Presbyterio apud Sedem, nequit imponere thus in thuribulo, antequam procedat ad Altare. **2776** *ad* 2.

Episcopo cuidam indulgetur facultas addendi in Missa quamlibet Collectam de iis, quae prostant in Missali. **2789** *ad* 2.

Episcopo Oppiden. conceditur ob gravem suam aetatem de speciali gratia, ut, uno eodemque die peracta ab ipso consecratione Ecclesiae et Altaris maioris, possit per alium Sacerdotem Missa celebrari; alia vero die consecrari possint cetera Altaria. **2866.**

Episcopo Mutinensi conceditur speciale Indultum elargiendi benedictionem Apostolicam diebus statutis, licet Missam solemnem non celebraverit. **2925.**

Episcopus Eucharistiam Fidelibus administrans adhibere nequit formulam, quae in Pontificali praescribitur pro Ordinatis. **3012** *ad* 3.

Episcopus benedicens cum SS. Sacramento nequit cantare ℣. *Sit nomen Domini etc.;* et praxis opposita reprobatur. **3031** *ad* 2 *et* 3; nec potest uti chirothecis loco veli humeralis, vel etiam simul cum eo. *Ibidem ad* 4.

Episcopus assistens pro benedictione SS. Sacramenti imponere debet thus in thuribulo et ipsemet thurificare. **3035** *ad* 6.

Episcopus Missae solemni in die Palmarum assistens Passionem legere nequit, sed servare debet Caeremoniale Episcoporum. **3059** *ad* 3.

Episcopus tolerare nequit, quod diebus Dominicis ante Missam conventualem non ipse Celebrans, sed inter Canonicos primus aspersionem aquae lustralis efficiat. **3039** *ad* 5.

Episcopus, habens habitum cameralem et privatim assistens Missae solemni aut Expositioni SS. Sacramenti, nequit ponere incensum in thuribulo. **3110** *ad* 21; neque possunt petere Ministri assistentes ab eodem benedictionem ad cantandum Evangelium seu Epistolam. *Ibidem ad* 22; neque ei deferendum est Evangelium ad osculandum. *Ibidem.*

Episcopus, quando assistit Missae solemni sive pluviali sive cappa indutus, quoad reassumendum pileolum post Consecrationem consuetudinem servare potest. **3188.**

Episcopus solemniter celebrans non potest assumere chirothecas Communione peracta. **3213** *ad* 6.

Episcopus solemniter celebrans non assumit mitram, dum imponit thus pro Oblatis thurificandis. **3213** *ad* 7.

Episcopus Missam Pontificalem solemnem celebrare nequit cum Diacono et Subdiacono solis. **3223** *ad* 1. **3315** *ad* 1. **3507** *Dub.* II; nec in Dominicis Festisque Missam cantare in sua Cathedrali solus. *Ibidem ad* 2; nec Missam cantatam habere solus pro Defunctis. *Ibidem ad* 3.

Episcopus in consecratione Calicis et Patenae Rubricam Pontificalis servare debet. **3305** *ad* 1 *et* 2.

Episcopus confirmans, qui simul est Patrinus, officium Patrini gerat per Procuratorem. **3305** *ad* 3.

Episcopus, antequam pro Consecratione Ecclesiae cum feretro Reliquiarum ingrediatur Ecclesiam, inungere debet duos stipites lapideos vel lateritios, non autem portam ipsam. **3364** *ad* 6.

Episcopus in Missa pontificali cantato Evangelio reddere debet baculum ante incensationem. **3368** *ad* 4.

Episcopus in consecratione Ecclesiae, quando in Altari consecrato Missam sine cantu celebrat, nequit induere omnia pontificalia paramenta. **3437.**

Episcopi nomen dicendum est in Canone Missae et in aliis liturgicis Orationibus a die captae possessionis vel per Episcopum ipsum vel per suum Procuratorem. **3500** *ad* 2.

Episcopo nullatenus licet in Missis et Vesperis solemnibus sedere in throno cum rochetto et mozzetta, vel cum pluviali et cappa, adhibendo simplices Clericos superpelliceo indutos loco sacrorum Ministrorum assistentium; sed S. R. C. indulget, attentis circumstantiis, ut Episcopus assistere possit his sacris functionibus in primo stallo in Choro supra omnes alios. **3540.**

Episcopus in Missis de tempore Passionis debet assumere manipulum ante ℣. *Deus tu conversus.* **3575** *ad* 3.

Episcopus nequit in festo Corporis Christi dicere Missam planam pontificalibus paramentis indutus cum assistentia Ministrorum omnium paratorum et cum incensatione ad Introitum et Offertorium; et huiusmodi con-

suetudo est abusus et corruptela omnino eliminanda. **3576** *ad* 7.

Episcopus, quando populum benedicit cum SS. Sacramento nequit accipere Ostensorium a Presbytero assistente loco Diaconi assistentis. **3576** *ad* 8.

Episcopus, quando canitur Officium Defunctorum, nequit in fine Psalmorum ad *Requiem aeternam* manu dextera tumulum benedicere. **3621** *ad* 5.

Episcopi Ecclesiarum Ditionis Austriacae ad celebrandam et applicandam Missam parochialem pro populo non tenentur. **3623** *ad* 2.

Episcopus tenetur speciali modo celebrare Anniversarium suae Electionis; et dies electionis habetur ille, in quo provisio Ecclesiae Episcopalis a Summo Pontifice publicatur in Consistorio. **3661** *ad* 3.

Episcopus in Dedicatione Ecclesiae finita Missa benedictionem pontificalem solemniter impertiri debet, etiamsi ipsemet privatim celebraverit. **3729** *ad* 9.

Episcopus in benedicendo populo post Communionem extra Missam ministratam atque in absolvendis fidelibus in Poenitentiae Sacramento debet tres Cruces efformare. **3731** *ad* 5.

Episcopus, quando Feria V in Coena Domini bis procedit ab Altari ad mensam pro sacris Oleis conficiendis et ad Altare regreditur, debet uti baculo pastorali. **3731** *ad* 4.

Episcopus in solemni cantu Horae Tertiae annulum pontificalem gestare nequit; sed pro manuum lotione illo dimisso, non amplius illum sumit nisi expleta vestitione pro Missa, cum illum inducit Presbyter assistens. **3747** *Dub.* I.

Episcopus ordinarius, qui in aliena Dioecesi celebrat, in Canone Missae semetipsum nominare debet. **3764** *ad* 19.

Ad Episcopi nomen in publicandis Indulgentiis post pontificalem benedictionem titulus Comitis adiungi nequit. **3799** *ad* 3.

Episcopi Missae privatae assistentes Canonici debent stare tantum ad benedictionem et adhibere solummodo rochettum cum superpelliceo. **3804** *Dub.* 1.

Episcopus incipiens Ecclesiae consecrationem ter eamdem circumeat, aspergendo interim forinsecus parietes. Si ob aliquod loci impedimentum eiusmodi circuitio fieri nequeat, Episcopus se gerat meliori modo quo possit, nihil tamen de reliquis caeremoniis et ritibus praescriptis omittens. **3852.**

Vide **Consecratio Ecclesiae.**

Episcopi omnes sive Dioecesani sive Titulares condecorati sunt privilegio, quo fruuntur Emi Cardinales; quatenus non solum ipsi in propriae habitationis Oratorio aut super Ara portatili, ubicumque degunt, Missam facere aliamque in sui commodum permittere possunt, sed etiam fideles omnes alterutram ex eisdem Missis audientes, quoties opus fuerit, praeceptum Ecclesiae adimplent. **3906.** *Decret. gener.*

Episcopus Ordinarius assistere potest in Ecclesiis minoribus Missae cantatae aliisque sacris functionibus et verbum Dei praedicare cum cappa tantum. **3935** *ad* 3; item benedictioni cum SS. Sacramento populo impertiendae, quo casu Episcopus ponit incensum in thuribulum et thurificat SS. Sacramentum. *Ibidem ad* 4.

Episcopi, sive Dioecesani sive Titulares, non possunt gestare Crucem pectoralem, vel saltem illius flocculum, super sacras vestes in sacris functionibus. **4035** *ad* 2; non possunt tegere caput bireto, dum lavant manus infra Missam privatam, aut Mitram gestare in eadem Missa, dum populo trinam benedictionem impertiunt. *Ibidem ad* 3.

Episcopo in ambone ad erudiendum populum concionanti Canonici assistere non tenentur; nec Catechismo, quem ille ad populum habet, interesse. **2577** *ad* 1. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **159.**

Episcopus, in aspersione Aquae benedictae coram ipso facta, postquam seipsum et Celebrantem asperserit, debet etiam duos sibi assistentes Diaconos aspergere, et convenit ac decet, ut ipse interim stet. **2089** *ad* 2.

Episcopus in stallo Chori assistens aspergere debet simul cum Celebrante Ministros, quatenus incedant simul cum Celebrante, post aspersionem Altaris ad Chorum. **3639** *ad* 4.

Episcopo visitanti Ecclesias parochiales et Monialium aspersorium, thus, navicula, crux ad osculandum tradenda sunt a Parocho vel Confessario respective, non autem a Canonicis Convisitatoribus. **1587.**

Episcopo aspersorium non debet porrigi per digniorem ex Capitulo Cathedralis, quando capitulariter et cum indumentis canonicalibus proceditur ad aliam Ecclesiam, sed a Superiore huius Ecclesiae. **3617** *ad* 2.

Ad Episcopo inserviendum in Missis privatis Canonici Cathedralis non sunt cogendi. **1056. 1900** *ad* 3. **1907** *ad* 3; praesertim si celebret extra Cathedralem. **2407** *ad* 1, 2 *et* 3; ultro volentes, prohiberi possunt ab aliis Canonicis id detrectantibus. *Ibidem ad* 4.

Episcopus quoad Officia et Festa.

Episcopo non licet ad Dioecesim extendere Officium, quod ab immemorabili recitabatur in Cathedrali. **225.**

Episcopi vel Regulares nequeunt elevare festa Calendarii ad altiorem ritum sine licentia Sedis Apostolicae. **477** *ad* 7.

Episcopus potest indicere cum consensu populi et Cleri festum de praecepto, contradicente Capitulo. **509** *ad* 1; sed nequit procedere ad poenas contra Capitulares dictum festum non servantes. *Ibidem ad* 2.

Episcopus nequit praecipere, ut servetur de praecepto festum Patroni, qui non fuit electus servatis servandis; ac proinde praeceptum tale non obligat. **714.**

Episcopus commorans in aliquo suae Dioecesis Oppido satisfacit obligationi Horarum canonicarum recitans Officium proprium illius loci. **827.**

Episcopus nequit inconsulta S. Sede statuere certum diem pro sede festi perpetuo translati. **899.**

Episcopus in recitatione Officii se conformare debet ritui propriae Ecclesiae, etiamsi ab ea absit. **1599** *ad* 2.

Episcopo non licet Officia perpetuo transferre aut de novo concedere, quum servari debeant Rubricae et S. R. C. Decreta. **1755.**

Episcopus nequit transferre Festum Dedicationis Cathedralis ad aliam diem; et translatio per eum facta non sustinetur. **2180** *ad* 1.

Episcopus nequit cogere communitatem et populum ad servandum de praecepto Festum Patroni principalis Civitatis, quando eadem habet alium proprium principalem Patronum. **2277.**

Episcopus in fine Psalmorum ad Vesperas, Matutinum et Laudes assurgere potest iuxta laudabilem consuetudinem ad *Gloria Patri;* sed non debet sedere, antequam ℣. *Sicut erat* incipiatur. **1476** *ad* 11.

Episcopus debet recitare Officium iuxta Calendarium suae Dioecesis. **2789** *ad* 1.

Episcopus quoad recitanda Officia in alterutra Ecclesia Cathedrali, ubi habitualiter residet, utatur iure suo. **3508.**

Episcopus, quando Suffragia Sanctorum agenda sunt, tenetur tantum ad Commemorationem Titularis Ecclesiae Cathedralis. **3661** *ad* 2.

Episcopo, pluviali induto, Officio peragente et IX Lectionem canente, omnes in Choro stare debent. **3780** *ad* 12.

Episcopus duarum Dioecesium recitare debet Officia Sanctorum Patronorum principalium vel aliorum Sanctorum sub ritu quo recoluntur in Dioecesi, in qua actu moratur. **3993** *ad* 1.

Episcopo non licet addere Calendario proprio Festa Sanctorum, nisi ea dumtaxat, quae ex Breviarii Romani Rubricis vel S. R. C. seu Sedis Apostolicae licentia conceduntur; neque propria auctoritate quovis praetextu mutare ritum, qui habetur in Calendario Romano seu Rubricis Breviarii, in altiorem; neque extendere Officia concessa de loco ad locum. **460** *ad* 1. **470. 555.** § *Non potuisse.* **1881.**

Episcopus nequit confirmare in sua Dioecesi Festa voto alicuius Communitatis instituta, quae iuxta declarationem S. R. C. diei 18 Aprilis 1643 solas personas voventes obligant; neque alia Festa instituere de praecepto praeter illa, quae in Bulla Urbani VIII diei 13 Septembris 1642 expressa sunt. **2113.**

Ad Episcopum spectat iudicare num in casu speciali Festum sit servandum de praecepto. **1600** *ad* 1 *et* 2.

Ab Episcopo nequeunt assignari Festa affixa Dominicis, quae in aliqua Dioecesi perpetuo sunt impedita, in alia die non impedita; sed ipsi recurrendum est ad S. R. C. pro translatione ad primam diem liberam. **3008** *ad* 1 *et* 2.

Episcopo se conformare debent Cappellani sive regulares sive saeculares, qui cum Episcopo alternis vicibus Officium recitare solent. **181** *ad* 3.

Episcopus quoad Ordinationem.

Episcopo Ordinationes facienti cum Missa plana, quinam assistere et ministrare debeant, decernitur **235** *ad* 2.

Episcopo pergenti e sua sede ad Altare pro conferendis Ordinibus conveniens est, ut ministrent Diaconus Evangelii et Subdiaconus Epistolae, non autem Diaconi assistentes. **1665** *ad* 5.

Episcopus nequit transferre promotionem Ordinandorum ad Presbyteratum in Dominicam proxime sequentem diem Ordinationum. **2158.**

Episcopus sedens cum mitra et admonens Ordinandos, quoad gestandum baculum, servare debet Pontificale Romanum. **2179** *ad* 4.

Episcopus peragere nequit Ordinationes generales extra Cathedralem. **2397** *ad* 2.

Episcopus in Ordinibus conferendis Sabbato Sancto Missam privatam peragere nequit (ex arbitrio et sine causa) in proprii palatii sacello. **2095;** hoc Decretum tamen S. R. C. postea derogans, statuit quod si Sabbato Sancto pro collatione Ordinum Episcopus in suo Oratorio Missam celebret, eadem incipienda est a Prophetiis. **2375** *ad* 1. **2616** *ad* 2. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **214.** - Vide infra **3832.**

Episcopus in Communione Ordinandorum, si communicentur etiam Ordinati in Minoribus, uti debet formula: *Corpus D. N.*

I. C. custodiat te etc. **2682** *ad* 16. (Pone in Resp.: Ad I. *Negative.* Ad II. *Affirmative*).

Episcopus deosculari debet dexteram partem vultus Presbyteri ordinati in fine Ordinationis. **2682** *ad* 17.

Episcopus, qui confert Ordines, debet etiam Missam celebrare. **2772.**

Episcopus si in Ordinatione Presbyterorum aliquid omiserit, quomodo supplendum sit, statuitur **2767. 2836.**

Episcopus, qui ob gravem oculorum infirmitatem a S. Sede facultatem accepit Missam votivam B. M. V. quotidie celebrandi, hoc privilegio uti potest etiam diebus Ordinationum, quatenus ex concessione Apostolica possit habere Ordinationes extra tempora. **3152.**

Episcopus et Sacerdotes adstantes in Ordinatione Presbyterorum debent, vix facta impositione utriusque manus, statim dexteras manus extendere, easque sic extensas tenere, donec Episcopus Orationem *Exaudi nos* absolverit. **3105** *ad* 1. **3274** *ad* 1. **3307.**

Episcopus in Ordinatione Presbyterorum Regularium propriae Dioecesis tenens manus iunctas eorum dicere debet: *Promittis Praelato etc.* **2966;** et in casu semper servetur formula a Pontificali praescripta. **3105** *ad* 3.

Ab Episcopo extraneo si Ordinatio peragitur, sede vacante, inhibitio discedendi legenda est nomine Vicarii Capitularis hisce verbis: *Rm̃s Dñs N. N. huius Dioeceseos, sede vacante, Vicarius Capitularis deputatus, sub excommunicationis poena praecipit etc.* **3593** *ad* 1.

Episcopus nequit conferre privatim maiores Ordines Sabbato Sancto in una ex publicis Cappellis in Cathedrali exsistentibus et parum dissitis a Choro et Presbyterio. **3485.**

Episcopus Ordines conferens in Vigilia occurrente in Sabbato Quatuor Temporum, Commemorationem solum facere debet de Vigilia, non autem legere eiusdem Evangelium in fine Missae. **3638** *ad* 1.

Episcopus Ordines conferens in communicandis Neo-Presbyteris formulam *Corpus D. N. I. C.* adhibere nequit. **2089** *ad* 4. **3105** *ad* 2. **3274** *ad* 2. **3721** *ad* 1; et debet communicare Neo-Presbyteros, antequam Diaconi et Subdiaconi dixerint *Confiteor.* **2682** *ad* 10. **3721** *ad* 2.

Episcopus Ordines sacros Sabbato Sancto privatim conferens, utatur paramentis coloris violacei, dum legit Prophetias; quae mutabit in alia coloris albi ad ℣. *Peccatores* Litaniarum. **3832** *ad* 5.

Episcopus in Solemnitate festorum in Dominicam proximam sequentem, vel ea impedita, in Dominicam antecedentem translata Ordines conferre potest, facultate supposita conferendi Ordines diebus festivis de praecepto. **3890** *Dub. I qu.* 3.

Episcopo Ordines privatim conferenti non debet adesse Decanus Capituli ex lege communi et Decretis generalibus. **4016** *ad* 3.

Episcopus Ordinans solet imponere Subdiaconis et Diaconis ex Pontificali Romano *Nocturnum talis diei;* sub quo intelligendus est Nocturnus ferialis, vel primus festi aut Dominicae in Psalterio, prouti Ordinatio in feria, festo aut Dominica habita sit. **4042** *ad* 1; habet tamen ius iniungendi alium a Nocturno diei per Pontificale designato. *Ibidem ad* 2.

Episcopo Ordinationes sacras peragenti tam intra quam extra Cathedralem Canonici Cathedralis tenentur assistere; dummodo in Cathedrali Canonicorum et Ministrorum numerus sufficiens ad peragenda Officia remaneat. **300.**

Episcopo, quando solemniter in cantu inter divina Officia Ordinationes peragit, Canonici Cathedralis tenentur assistere; si vero eas peragat privatim, tres tantum Episcopo inserviant. **1099.**

Vide **Ordinatio. Ordines.**

Episcopus quoad Praecedentiam.

Episcopo in aliena Dioecesi non competunt praeeminentiae, quae in propria ei debentur. **169.**

Episcopus, dimissa Episcopatus administratione, non amittit ius antianitatis; ideoque praecedit alios post ipsum electos. **204.**

Episcopus in sua Dioecesi praeferendus est aliis antiquioribus, uno excepto Metropolitano: debet tamen Episcopos advenas et peregrinos in sua Dioecesi honorare, et ex urbanitate dexteram et locum digniorem eis cedere. **268.**

Episcopi praecedentia petenda est a tempore electionis et promotionis, ita ut qui antiquior est praecedat. **270. 1606.**

Episcopus in omnibus suae Dioecesis Ecclesiis, quantumvis exemptis et privilegiatis, est honorandus; qui renuant id praestare, censuris compellendi sunt. **314. 466.**

Episcopus vel *Archiepiscopus,* si conveniat cum aliis gubernatoribus qui non sunt Praelati, ad Confessionem in principio Missae stare debet, dum alii genuflectunt. **399** *ad* 2.

Episcopus intra suae Dioecesis ambitum praeferendus est omnibus Archiepiscopis et

Episcopis, etiam senioribus; extra vero, servandus est ordo antianitatis. **1006.**

Episcopo Nazareno, extra Ecclesiam ei in Cathedralem assignatam, assistenti concionibus debetur dignior locus, magisque ornatus, sine tamen baldachino. **1053.**

Episcopus cappa indutus nequit deferre dexteram Gubernatori, eumve admittere in eodem genuflexorio, in quo ipse genuflectit, consuetudine contraria, tamquam abusu, eliminata. **1112. 1135**; praesente autem Gubernatore Ecclesiastico, Provinciae Praeside, Episcopus abstinere non debet ab elargienda benedictione tam publica quam privata. **1240.**

Inter Episcopos assistentes praecedentia, dum solio assistunt et collegialiter conveniunt, petenda est a vocatione ad assistentiam, non autem a promotione ad Episcopatum; firmo tamen praelationis iure Archiepiscoporum supra Episcopos. **2571.**

Episcopi Italicae Regionis, qui dimissa propria Dioecesi ad aliam sive residentialem sive titularem transferuntur atque Apostolicam administrationem temporaneam prioris Dioeceseos retinent, durante tantum huiusmodi administratione, omnibus honorificentiis, privilegiis, indultis ac facultatibus frui ibidem valent, quae ipsis iam, uti propriis Episcopis Ordinariis, competebant. **3958.**

Episcopus quoad Processiones.

Episcopus Fratres Ordinum Praedicatorum et Minorum ad Processiones compellere potest. **48** *ad* 1.

Episcopo competit indicere Processiones et determinare horas eas ducendi; quibus omnes vocati tenentur interesse. **217. 1444.**

Episcopus potest cogere omnes Regulares, etiam exemptos, ad interessendum publicis Processionibus, quae indictae fuerunt pro bono publico vel publico honore, sub poenis et censuris ecclesiasticis. **272. 282. 877.**

Episcopo, Capitulo et Canonicis qui ob aeris intemperiem, vel ob aliam quamcumque causam, secesserunt a Cathedrali, transferentes residentiam ad simplicem Ecclesiam sitam intra limites unicae Oppidi Paroeciae, licet cum propria Cruce et sine licentia et consensu Parochi Processiones ducere ad quascumque Ecclesias et per totum Oppidum, prout facerent residentes in Cathedrali. **335.**

Episcopus in sua Dioecesi ius privativum habet indicendi publicas Processiones et ad eas per edictum convocandi. **346** *ad* 1; item ex causa, prohibendi ne aliquae fiant ex devotione populi et Confraternitatum introductae, si expediat ut prohibeantur. *Ibidem ad* 2.

Episcopus in decernendis, dirigendis et deducendis Processionibus exquirat consilium Capituli, non vero consensum. **394. 875** *ad* 3.

Episcopus in Processione, in qua defertur quaedam Imago B. M. V. seu Reliquia nequit incedere post Capitulum solus, associatus a sua familia, Vicario et quibusdam Presbyteris ad id vocatis, ante Imaginem praedictam. **408**; sed incedere debet post Imaginem seu Reliquiam (cum cappa), nisi adsit consuetudo contraria. **489** *ad* 1.

Episcopo licet accedere ad Ecclesiam exemptam, etiam Ordinis Hierosolymitani, ad faciendas Processiones, et ibi baldachinum erigere ac Pontificalia exercere. **466.**

Episcopus Processioni SS̃mi Corporis Christi interveniens cum cappa debet intortitium sibi per ministrum deferre facere. **875** *ad* 1.

Episcopus nequit permittere stolae usum singulis Cappellanis Congregationis SS̃mi Sacramenti in solemni Processione Corporis Christi. **988** *ad* 3.

Episcopus, Processionem Rogationum in aliqua Ecclesia Regularium terminans, excipiendus est a tota Communitate. **1233.**

Episcopus procedere potest contra inobedientes et recusantes accedere ad Processiones pro bono publico et de mandato SS̃mi indictas. **1375.**

Episcopus in Supplicationibus incedat medius inter Dignitates vel Canonicos Diaconos assistentes, non autem inter Gubernatorem et Syndicum, qui sequi debent. **1583** *ad* 8.

Episcopus in habitu episcopali processionaliter comitans SS̃mum Sacramentum incedere nequit sub eodem baldachino cum Sacerdote illud deferente, aut sibi deferre facere particularem umbellam. **1655** *ad* 1; quod si ipse deferat SS̃mum Sacramentum, nequit uti sub eodem baldachino umbella extensa a suo famulo delata. *Ibidem ad* 2.

Episcopus concedere potest licentiam alicui Plebano, quamvis contradicat Capitulum Collegiatae, faciendi Processionem in solemnitate Corporis Christi, etiam per limites alterius Parochiae, sed pro ea tantum parte, quam ad decentem circuitionem Processionis iudicaverit expedire. **1657.**

Episcopi est praefinire quo, quando et qua dirigendae et deducendae sint Processiones tam ordinariae quam extraordinariae, adhibito tantum consilio Capituli, non vero consensu. **1821** *ad* 1 *et* 2. **1956**; quod intelligi debet de publicis Processionibus tam ordinariis quam extraordinariis, non au-

tem de privatis a Capitulo fieri solitis. **1919** *ad* 1, quae pertinent ad Capitulum, cum approbatione tamen Episcopi. **1932. 1947. 1951**; Processiones publicae pertinent etiam ad Vicarium Generalem, de mandato tamen Episcopi. **1821** *ad* 3. **1919** *ad* 3.

Episcopus potest pro suo arbitrio mutare ambitum Processionis, quam singulis annis ducere solent Regulares, etiam invito Parocho, per cuius parochiae limites transitus fieri debeat. **1859.**

Episcopus quoad locum in Processionibus, quibus interest sola Cappa indutus, conformare se debet Caeremoniali. **2049** *ad* 12.

Episcopus in Processione Corporis Christi cessare debet a privata benedictione. **1049** *ad* 1; quoad usum baculi in eadem Processione Caeremoniale servare debet. *Ibidem ad* 2.

Episcopo processionaliter deferenti SSmum Sacramentum debetur assistentia duorum Canonicorum Dalmaticis indutorum, qui ad id cogi possunt, si renuant. **2526** *ad* 2 *et* 3. **2528** *ad* 2.

Episcopus incedens in Processionibus, quae fiunt per Ecclesiam, si sit paratus, mitram deferat; sin minus, detecto capite incedat. **1476** *ad* 9.

Episcopus potest impertiri licentiam Confraternitati ducendi Processionem infra Octavam Corporis Christi per limites Parochiarum; sed melius est, quod ab hisce licentiis concedendis abstineat. **2217.**

Episcopi mandato, ne continuetur Processio fieri solita Feria VI maioris Hebdomadae, parendum est. **2477.**

Episcopus finita Processione in Festo S. Marci Evang. in Ecclesia huic Evangelistae dicata nequit recitare Psalmos *Quam dilecta* etc.; sed ante Missam Pontificalem Tertia solemniter cantanda est. **3006** *ad* 3.

Episcopus in Processionibus, sanctum verae Crucis lignum deferens, mitra uti potest. **3434** *Dub.* IV.

Episcopus Processionem cum SSmo Sacramento pontificaliter peragens debet incedere inter Diaconos assistentes et servare praescriptiones Caeremonialis Episcoporum pro Festo Corporis Christi. **3728** *ad* 3.

Vide **Processio quoad Indictionem et Directionem.**

Episcopus Regularis.

Episcopus Regularis tenetur recitare Officium Breviarii Romani, non illud suae Religionis, et Divina Officia celebrare iuxta ritum suae Dioecesis. **181** *ad* 1.

Episcopus Regularis debet deferre cappam coloris habitus suae Religionis; et renuens coërcendus est. **628.**

Episcopus Regularis nequit uti habitu serico, ut Episcopus de Clero saeculari. **1488.**

Episcopus Regularis nequit uti Rochetto, et fascia violacea in pallio. **2135** *ad* 4.

Episcopi Regulares, gaudentes ex indulto privilegiis suae Religionis, de Beatis eiusdem nequeunt recitare Officium, celebrare Missam et Altaria erigere in propriis Cathedralibus. **1156** *ad* 5.

Episcopus Suffraganeus.

Episcopus Suffraganeus debet processionaliter obviam ire Archiepiscopo solemniter ac primo ad illius dioecesim accedenti. **63.**

Episcopo Suffraganeo tenentur Canonici assistere, dum ipse functiones peragit nomine Episcopi. **159**; non tamen debetur assistentia duarum Dignitatum vel Canonicorum, quae soli convenit Ordinario. **211. 236.**

Episcopus Suffraganeus non est excipiendus ab eius cubiculo; sat est, ut aliqui Canonici obviam procedant ad ianuam Ecclesiae, et dignior ei porrigat aspersorium **236**; sedere ipse debet in faldistorio a cornu Epistolae nec uti baculo pastorali, nisi quando a Pontificali praescribitur. *Ibidem;* dum pontificaliter celebrat, non debent Dignitates et Canonici paramenta sumere, nec apponendum est septimum candelabrum, *Ibidem;* assistentia Canonicorum ei debetur in habitu Canonicali in Ordinationibus, Consecrationibus Altarium et Ecclesiarum, sumentibus sacra paramenta tot Dignitatibus et Canonicis, quot sunt necessarii iuxta Rubricas Pontificalis. *Ibidem.*

Episcopo Suffraganeo non licet deferre Mozzettam praesente Metropolitano. **392. 1256** *ad* 2. **4001** *ad* 5.

Episcopo Suffraganeo debetur primum stallum in Choro **444**; etiam praesente Patriarcha. **442** *ad* 1.

Episcopo Suffraganeo celebranti solemniter praeter Canonicos Diaconum et Subdiaconum debetur alius Canonicus Assistens; sed Ecclesiam ingredienti sat est, ut aliqui ex Canonicis illi occurrant, quorum dignior aspersorium porrigat. **442** *ad* 2 *et* 3.

Episcopi Suffraganei Administratoris est absolutionem generalem facere et benedictionem Concionatori impertiri, quin id liceat Decano, praesente Suffraganeo. **444** *ad* 2; eidem Suffraganeo debetur honor thuris per manus Diaconi vel alterius ministrantis ante Gubernatorem Civitatis et alios quoscumque. *Ibidem ad* 3.

Episcopus Suffraganeus tam in Choro quam extra habet praecedentiam supra omnes Dignitates et Canonicos. **790. 1046. 2064. 2447** *ad* 1. **3214**; eidem debetur trina thurificatio, absente Ordinario. **2447** *ad* 2.

Episcopus Suffraganeus, dum solemniter celebrat, non debet thurificare Praelatos et Canonicos; consuetudo contraria damnatur. **868**; potest incedere cum rochetto et mozzetta, permittente Ordinario loci. **894.**

Pro Episcopis Suffraganeis simul convenientibus in Divinis cum Archiepiscopo, quae ratio habenda sit declaratur. **1069.**

Episcopo Suffraganeo septuagenario morbisque vexato, petenti ut sacros Ordines conferre possit, alio Sacerdote Missam celebrante, S. R. C. nihil indulgendum esse respondit; etsi alter Episcopus haberi non posset, nisi ultra trecenta milliaria, ac proinde multum incommodum itineris obstet. **1071. 1150.**

Episcopis Suffraganeis aut exteris danda est praecedentia supra Dignitates et Canonicos Metropolitanae. **1109.**

Episcopus Suffraganeus nequit per Decretum indicere, ut non observetur Directorium pro recitando Officio, quod est conforme Breviario Romano. **1502** *ad* 5.

Episcopus Suffraganeus tenetur se conformare Metropolitanae Ecclesiae in Officio divino recitando, ceterisque Ecclesiae caeremoniis obeundis, privilegio vel consuetudine biscentum annorum in contrarium non exsistente. **1502** *ad* 6.

Episcoporum Suffraganeorum Coadiutores cum futura successione in Synodo Provinciali sedeant iuxta tempus eorum promotionis. **60.**

Episcopis Suffraganeis non licet ad altare inservire Primati solemniter celebranti. **1642.**

Episcopi Suffraganei accedentes ad Metropolitanam pro functionibus solemnibus, aut pro audiendis concionibus, possunt sibi parare sedem cum postergali, pulvinari et tapete coloris violacei. **1747.**

Episcopo Suffraganeo deferenti SS. Sacramentum in solemni Processione Corporis Christi debetur honor thuris et osculum Evangelii iuxta morem loci, etsi intersit cum Cappa Episcopus Ordinarius. **1953.**

Episcopus Suffraganeus Civitatis Veliternen. pontificaliter celebraturus, si cum Cappa accedat, debet se parare in faldistorio; secus, in sacristia. **2010** *ad* 1 *et* 2; nequit deferri facere caudam Cappae per alium, sed tenetur involutam deferre sub brachio sinistro. *Ibidem ad* 3; nec similiter caudam vestis violaceae una cum elevatione fimbriae anterioris in pavimento Ecclesiae sibi deferri facere. *Ibidem ad* 4; nequit per Civitatem uti mantello oblongo coloris violacei cum signis rubeis supra vestem nigram, vulgo *Zimarra. Ibidem ad* 5; nec potest per Civitatem sibi deferri facere, et elevare umbellam sericam viridis coloris. *Ibidem ad* 6.

Episcopus Suffraganeus Civitatis Veliternen. potest de licentia Episcopi Cardinalis Decani deferre Cappam; quo casu duo Canonici eum excipiant et reducant ad ianuam, et dignior porrigat aspersorium, quo Suffraganeus se tantum aspergat. **2011** *ad* 1; non ei tamen debetur genuflexorium cum pulvinari ad orandum ante SS. Sacramentum. *Ibidem ad* 2: Concioni assistens in Presbyterio distincte salutandus est a Concionatore ante Canonicos et Magistratum. *Ibidem ad* 4.

Episcopus Suffraganeus seu Auxiliaris, qui simul Archidiaconus et Canonicus Metropolitanae est, Choro interesse debet in habitu Episcopali. **2121.**

Episcopo Suffraganeo non licet uti baldachino, dum Pontificalia exercet in suis Ecclesiis et in exemptis Regularium suae Dioecoesis neque in Ecclesiis extra Dioecesim. **2163.** *ad* 1 *et* 2. Sed vide Decretum **4023.**

Episcopus Suffraganeus, in Civitate Metropolitani degens, potest deferre rochettum sub mantelletto, occasione celebrandi Sacrum, vel visitandi cives ipsius Civitatis. **2202** *ad* 1; nequit tamen extra domum per Civitatem deferre *Mantellone* cum *Zimarra. Ibidem ad* 2; potest in propria domo Sacrum facere, et Metropolitanus eidem id prohibere nequit. *Ibidem ad* 3.

In Episcopi Suffraganei vel extranei thurificatione servetur consuetudo. **2883** *ad* 5.

Episcopi Suffraganei et Titulares in aliena Dioecesi mozzetta uti nequeunt. **3873** *ad* 3; possunt tamen adhibere baculum pastoralem ex permissione Archiepiscopi vel Episcopi Ordinarii loci; item quando tenuerint Ordinationes, consecrationes aliasque functiones, in quibus iuxta Pontificale baculo pastorali uti debent. **3873** *ad* 4.

Vide **Episcopus Titularis.**

Episcopus Titularis.

Episcopus Titularis, qui simul est Dignitas vel Canonicus, praecedere debet alios omnes, etsi Canonicatu antiquiores et d i g n i o r e s. **189. 355. 1046. 1672. 1688.**

Episcopi Titulares Canonici, ubi plures sunt, debent sedere iuxta ordinem promotionis pontificalis inter se: in ferendis autem suffragiis servandus est ordo admissionis ad Dignitatem vel Canonicatum. **1054.**

Episcopus Titularis Canonicus iisdem gaudet praerogativis, quibus fruuntur Episcopi Canonici Patriarchalium Urbis. **1457. 1469. 1485. 1500. 1508. 1516. 1527**; quod si Archiepiscopus solemniter celebret, et Episcopus Canonicus non assistat in suo stallo, sed inter alios Episcopos, amittit distributiones. **1485** *ad* 5. **1508.**

Episcopo Titulari et Suffraganeo non competit usus baldachini in suis Ecclesiis; neque in Ecclesiis extra Dioecesim, posita etiam licentia Ordinarii. **2163.** (Hoc Decretum aliquantulum mutatum est novissima decisione. **4023.**)

Episcopus Titularis Canonicus pacem recipere debet post Canonicos throno assistentes. **2283** *ad* 1; tenetur in Missis cantatis cum assistentia Episcopi discedere e stallo cum reliquis Canonicis pro faciendis circulis praescriptis. *Ibidem ad* 2; Episcopo Ordinario exercente pontificalia, Episcopus Titularis potest deferre Pluviale; potest simul uti mitra de consensu Ordinarii, quae debet esse linea, eamque ipse sibi imponit et amovet. *Ibidem ad* 3. 4. 5 *et* 6; abstinere debet in celebratione Missarum de turno et subrogare alium: in Festis solemnioribus de licentia Episcopi celebrans potest uti faldistorio et indumentis pontificalibus. *Ibidem ad* 7; thurificandus est post Archidiaconum et Canonicos Throno assistentes. *Ibidem ad* 8.

Episcopi Titulares hospitantes penes consanguineos vel extraneos si velint ibi celebrare, subiiciuntur conditionibus et limitationibus Indulti; possunt tamen uti privilegio Altaris portatilis. Verumtamen iisdem conceditur, ut valeant in eodem Oratorio domestico, sine praeiudicio privilegii habitantibus concessi, celebrare et celebrari facere loco et vice Arae portatilis. **2585** *ad* 1 *et* 5. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **169**; nec non conceditur, ut Sacro ab ipsis peracto, possint in eo alterum audire. *Ibidem ad* 2; declaratur has Missas valere dumtaxat familiaribus necessariis, non autem aliis domesticis. *Ibidem ad* 3; poterit Episcopus in eo celebrare aut celebrari facere etiam diebus exceptis in Indulto Apostolico Oratorii privati. *Ibidem ad* 4. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **169.** (Haec Decreta aliquantulum mutata sunt novissima decisione Urbis et Orbis **3906.**)

Episcopo Titulari, qui est Canonicus, quidnam competat, decernitur **2706. 2710. 4002** *ad* 2.

Episcopus Titularis seu Auxiliaris quoad gestandum baculum pastoralem servare debet dispositionem Caeremonialis Episcoporum lib. I. cap. 17. § 5. **3042** *ad* 4.

Ad Episcopum Titularem seu Auxiliarem Mediolanen. non spectat, nolente Archiepiscopo, Pontificalia celebrare vel absente, functiones in Cathedrali facere, sed ad primam Dignitatem. **3090** *ad* 1; neque potest ille in supplicationibus sive SS. Corporis Christi sive S. Clavi absente Archiepiscopo SS. Eucharistiam et S. Clavum deferre, sed hoc spectat ad Capitulum; *Ibidem ad* 2; neque competit ipsi aegrotantibus Canonicis ultima Sacramenta ministrare, sed Archipresbytero, qui est etiam Parochus. *Ibidem ad* 3. In funeribus et exsequiis nequit deferre stolam Episcopus Auxiliaris sed Parochus Capituli. *Ibidem ad* 5; respectu Pontificalis Dignitatis Canonici Episcopi Auxiliaris, qualitas Praefecti Capituli et Chori non est imminuta vel sublata. *Ibidem ad* 5.

Episcopi Titulares, qui simul Canonici Ecclesiae Cathedralis sunt, tenentur ut Canonici associare Episcopum ordinarium. **3199** *ad* 2 *et* 3.

Episcopus Titularis et nulla iurisdictione gaudens nec potest solemniter assistere Missae per alium decantandae, nec solemniter peragere benedictiones Candelarum, Cinerum, Palmarum et Fontis, nec Absolutionem facere ad tumulum quin Missam ipsemet decantaverit. **3798** *ad* 1 *et* 2.

Episcopus Titularis, eo quod sit de Capitulo Metropolitano, vi privilegii, uti non potest mozzetta supra rochettum et mantelettum. **4013.**

Vide **Episcopus Auxiliaris. Episcopus Suffraganeus.**

Epistola.

Epistolam et Evangelium in pulpito sive in ambone cantandi consuetudo in Ecclesia Oscensi retineri potest. **9** *ad* 1. **19** *ad* 2.

Epistola dum cantatur a Subdiacono, Celebrans et Diaconus sedere possunt, si dabitur tempus. **9** *ad* 6.

Epistola in Missa solemni, extra casum absolutae et praecisae necessitatis, non est cantanda a Clerico in minoribus constituto; et Episcopo praecipitur, ut huiusmodi abusum abscindat, ubi invaluit. Quod si agatur de Canonicis, deficiente Subdiacono, alter supplere debet, etiamsi sit Presbyter. **2525.** *ad* 1.

Epistolam aut Evangelium Subdiaconi aut Diaconi legere debent cum Episcopo in Ordinatione, quae fit sine cantu. **2682** *ad* 9. **3368** *ad* 5.

Epistolam aut Evangelium cantare nequeunt, ut fit in Ordinationibus generalibus, noviter Promoti, si conferatur uni tantum Ordo Subdiaconatus aut Diaconatus. **2179** *ad* 3.

Epistolarum et Evangeliorum libri loco, Subdiaconis et Diaconis in Ordinatione tradi potest Missale. **3315** *ad* 7.

Epistola et Evangelium, quae aliquando in Proprio Sanctorum assignantur sumenda ex alia Missa, vel etiam tota Missa, nequeunt variari arbitrio Celebrantis. **2839** *Dub. circa Miss. qu. 1 et 2.*

Epistola: Viduas honora etc. legenda est, quando assignatur a Rubricis Missalis. **2839** *Dub. circa Epist. qu. 4.* **3148** *ad 2 et 3.*

Epistola in Missa cantata, si nullus adsit Clericus inserviens, qui superpelliceo indutus eamdem cantet iuxta Rubricas, legatur sine cantu ab ipso Celebrante; nunquam vero in Ecclesiis Monialium decantetur ab una ex ipsis. **3350.**

Epistola in Missa S. Bonifacii Ep. Mart. die 5 Iunii annuntianda est his verbis: *Lectio libri Sapientiae,* non vero *Lectio libri Ecclesiastici.* **3421** *ad* 6.

Epistolam et Evangelium canere tenentur Canonici, in Officio Subdiaconi et Diaconi ministrantes, quoties alter Canonicus celebrat. **837** *ad* 6. **1064. 1597. 1855. 1878** *ad* 1.

Ad Epistolam legendam Subdiaconus in Missa solemni non debet petere benedictionem ab Episcopo in habitu camerali et privatim Missae assistente, nec ei deferre Evangelium osculandum. **3110** *ad* 22.

Epistola cantata Sabbato Sancto, praesente Episcopo, Subdiaconus ad ipsum accedat, et manu eius deosculata dicat: *Annuntio vobis gaudium magnum;* absente vero Episcopo, huiusmodi annuntiatio omittitur. **1701.**

Epistolam, Graduale, Evangelium etc. dum Episcopus legit, Canonici assistentes capita detecta habebunt. **1476** *ad* 8.

In Epistolae cornu legere debet Passionem Celebrans coram Episcopo in Missa solemni in Dominica Palmarum; Evangelium vero in cornu Evangelii. **544** *ad* 3.

Vide **Evangelium. Subdiaconus.**

Epistola encyclica Benedicti XIV ad omnes Archiepiscopos et Episcopos, qua commendatur observantia Decretorum, iussu Alexandri VII editorum, circa usum Pontificalium servandum ab Abbatibus aliisque Praelatis inferioribus. **2376.**

Epistolam pastoralem, sive latino sive vulgari sermone conceptam, Episcopus Administrator commisso sibi in administrationem gregi dirigere nequit. **2976** *ad* 1.

Equites.

Equites Hierosolymitani tenentur recitare Officium cum Octava Dedicationis Ecclesiae Maioris Conventus; **2211** *ad* 1; sed non item tenentur Cappellani *di obbedienza* servitio eiusdem Ecclesiae addicti et Moniales S. Ursulae eiusdem Ordinis. *Ibidem ad* 2.

Equitibus singulis militiae Velleris Aurei privilegium Altaris portatilis a Leo X concessum non perdurat, nisi id a Summo Pontifice confirmatum fuisse ostendatur. **3273.**

Erit mihi Dominus etc. Responsorium in Consecratione Ecclesiae omitti nequit, quamvis nunc temporis sermo et lectio Decretorum ante foras Ecclesiae omittatur. **3729** *ad* 8.

Et incarnatus est.

Et incarnatus est etc. ad versum, genuflectendum est, si festum Annuntiationis B. M. V. transferri contingat, in die translationis. **1268.**

Et incarnatus est etc. ad versiculum, ii tantum de Choro qui stant, tenentur ad genuflexionem, non alii extra Chorum: diebus tamen Nativitatis Domini et Annuntiationis B. M. V. omnes de Choro, etiam Celebrans et Ministri genuflectere debent. **1421** *ad* 3. **1476** *ad* 1. 2. 3. 4 *et* 5. **1594** *ad* 2. **2960** *ad* 2.

Ad Et incarnatus est etc. in Missis privatis genuflectendum est a Celebrante unico genu. **2587** *ad* 9. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **182.**

Dum Et incarnatus est etc. a Choro cantatur, Celebrans et Ministri, quando genuflectunt, caput etiam inclinare debent. **2915** *ad* 6.

Ad Et incarnatus est etc. quando Celebrans in Missa solemni genuflectit, etiam Clerus in Choro genuflectere debet. **3399** *ad* 2; dum vero dictus versiculus a Choro cantatur, a Clero et Canonicis servetur dispositio Caeremonialis Episcoporum lib. II, cap. 8, § 53. *Ibidem ad* 3. **3860.**

Ad Et incarnatus est Magistratus stans debet genuflectere, sedens vero inclinare caput. **1570** *ad* 2.

Ad Et incarnatus est Chorales, quum in Missa solemni bini et bini recitant *Credo,* debent genuflectere, quum ipse Celebrans et Ministri genuflectunt. **3029** *ad* 2.

Ad Et incarnatus est Magister Caeremoniarum genuflectere debet, quando cantatur a Choro; quamvis ipse stet pro monendo Celebrante de inclinatione facienda. **3029** *ad* 3.

Et incarnatus est versiculo a Choro cantato, Missam statim prosequi Celebrans non debet. **3104** *ad* 1.

Et Verbum caro factum est.

Ad Et Verbum caro etc. Episcopus, celebrans tertiam Missam in Nativitate Domini,

debet genuflectere, dum Diaconus Evangelium canit, non autem dum ipse legit. **2184** *ad* 4.

Ad Et Verbum caro etc. quando Celebrans genuflectit in ultimo Evangelio, Clerus etiam genuflectere debet. **3399** *ad* 2.

Ad Et verbum caro etc. Sacerdos celebrans coram SSño Sacramento patenter exposito genuflectere debet aliquantulum versus SS. Sacramentum. **3875** *Dub.* IV.

Eucharistia.

Eucharistiae asservatio vide **SS. Sacramenti asservatio.**

Pro Eucharistia consecranda vel ministranda panem a tribus mensibus tempore hiemis et a sex mensibus tempore aestivo confectum adhibere non licet; et tali consuetudine eliminata, servanda est Rubrica. **2650.** *Prima facti species qu.* 1 *et* 2.

Eucharistiae Sacramentum in Parochiis ruralibus, ubi longum faciendum est iter, portari nequit ad aegrotos eisque administrari, sola imposita stola super vestem communem absque superpelliceo. **2650.** *Secunda facti species qu.* 1.

De Eucharistia sermones fieri possunt ante Missam et semel tantum ante Communionem fidelium. **3529. 3059** *ad* 10.

Eucharistia, quando defertur ab uno ad aliud Altare occasione Benedictionis, non est deferenda in Ostensorio, sed in capsula, aut in sphaera velo humerali cooperta. **3576** *ad* 12.

Quoad Eucharistiae renovationem servanda est dispositio Caeremonialis Episcoporum lib. I, cap. 6, § 2. **3621** *ad* 2.

SSña Eucharistia occasione alicuius Festi, Tridui etc. ab Altari maiori transferri potest ad Altare in Ecclesiae lateribus erectum, ut in Festo, Triduo etc.; ut Communio distribuatur et populo benedictio impertiatur: dummodo tamen SSñum Sacramentum in duobus Altaribus continuo non asservetur. **3576** *ad* 6. **3728** *ad* 1.

Vide **Communio. SS. Sacramentum.**

In S. Eulaliae Emeritanae V. M. festo Lectiones I Nocturni dici debent: *De virginibus.* **180. 3767** *ad* 7; quamvis antea fuissent de Scriptura occurrente. **2587** *ad* 4. *Vide Suffragium in IV Volumine pag.* **180.**

Evangelistae et Apostoli aequiparantur; ideo in eorum festorum translatione dignitas attendenda non est, sed de eo fieri debet, quod est ordine anterius. **1341. 1756.**

Evangelium.

Evangelium in pulpito sive in ambone cantandi consuetudo in Ecclesia Oscensi retineri potest. **9** *ad* 2.

Evangelium canendum est aut in ambone aut in plano presbyterii iuxta Missale Romanum. **19** *ad* 2; deferendum est Celebranti ad osculandum ante intonationem Symboli, etiamsi Chorus ab Altari multum distet. *Ibidem ad* 3.

Evangelii liber ad osculandum deferri potest Priori Religionis Hierosolymitanae in sua Ecclesia iurisdictionem quasi Episcopalem habenti, sed non aliis Religiosis antianis, qui idipsum praetendebant. **263.**

Evangelii liber non est deferendus ad osculandum Domino loci. **273. 1792.**

Evangelii textus in Missa solemni porrigi potest deosculandus Confalonerio Magistratus Reipublicae Lucanae, attenta consuetudine, per Cappellanum ipsius Magistratus in habitu ordinario et cum diverso Missali ab eo, quo utitur Diaconus in cantando Evangelio. **612. 617.**

Evangelii liber non tradi debet Regiis Ministris aut Provinciarum Praesidibus ad osculandum: et Regulares, qui id faciunt, sunt cohibendi. **779. 1869**; haec prohibitio extenditur etiam ad Missas, quae celebrantur in proprio illorum palatio. **1874**; neque deferri potest ad osculandum Priori Magno S. Sepulchri Terrae Baruli Tranen. Dioecesis. **2048** *ad* 1.

Ad Evangelium in Missa Conventuali, quando cantatur, ceroferarii cum cereis accensis assistere debent. **915** *ad* 4.

Evangelium in Missis diebus festivis celebrandis nequit canere alter Sacerdos cum stola. **1434.**

Evangelium et Epistolam canere tenentur Canonici, in Officio Diaconi et Subdiaconi ministrantes, quoties alter Canonicus celebrat. **837** *ad* 6. **1064. 1597. 1855. 1878** *ad* 1.

Evangelium pro Benedictione Palmarum in Missa cantata absque Ministris sacris cani debet a Celebrante in cornu Epistolae. **1968.**

Evangelium Diaconi legere debent cum Episcopo in Ordinatione, quae fit sine cantu. **2682** *ad* 9. **3368** *ad* 5.

Evangelium cantare nequit in Missa Ordinationis Diaconus, cui soli confertur Ordo Diaconatus. **2179** *ad* 3.

Evangeliorum libri loco in Diaconi Ordinatione tradi potest Missale. **3315** *ad* 7.

Evangelium, quod aliquando in Proprio Sanctorum assignatur sumendum ex alia

Evangelium ultimum in Missa.

3587 *ad* 1 *et* 2. **2319** *ad Tit.* XXV. *Dub. circa Lect. III Noct.* 4.

Evangelium ultimum S. Ioannis legendum est a Celebrante in Dominica Palmarum, quando, immediate ante, non ipse Celebrans, sed Episcopus peregit Benedictionem Palmarum. **3536.**

Evangelium ultimum in Missa a Celebrante, aliquantulum oblique stante, recitari debet. **3792** *ad* 5.

Evangelium ultimum de Vigilia occurrente in Sabbato Quatuor Temporum Episcopus conferens Ordines legere nequit in Missa, sed solum eiusdem Commemorationem facere per Orationes. **3638** *ad* 1.

Evangelium ultimum de Vigilia S. Thomae debet legi in Missa, quando Vigilia incidit in feriam IV Quatuor Temporum, cuius Evangelium legi quidem deberet in fine Missae, sed non potest, quia idem est ac Evangelium cuiusdam festi, quod recolitur. **3844** *ad* 9.

Evangelium ultimum Vigiliae Ascensionis in Missa feriae IV Rogationum, quae unica in quadam Ecclesia celebratur, legi nequit, nec fieri eiusdem Commemoratio. **3924** *Dub.* 10.

Examinatores Synodales tempore, quo in examine sunt occupati, non lucrantur distributiones quotidianas; quia examen fieri potest ad libitum, hora commoda extra tempus quo tenentur assistere in choro. **226** *ad* 2.

Execratio.

Execrari non debent ictu manus vel instrumento Calix aliaque vasa unctione consecrata, si inaurandi iterum vel instaurandi sunt. **2620.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **223.**

Execratum est Altare, sive fixum sive portatile, quod Reliquias amisit. **2876** *ad* 1. **2880** *ad* 1 *et* 2; neque valet appositio aliarum Reliquiarum facta ab Episcopo vel eius auctoritate. **2911.**

Pro execratis haberi debent Altaria fixa, quorum sepulcra aperta et post repertas Reliquias iterum clausa sunt. **3162** *ad* 5.

Execratum considerandum est Altare fixum, cuius tota mensa e suis stipitibus est sublevata, quamvis non omnino dimota fuerit; nec sufficit, ut novo caemento cum ipsis stipitibus firmetur et coniungatur. **3605** *ad* 7.

Execratum est Altare fixum, quod habens tabulam lapideam integram, translatum est ab una Ecclesia ad aliam. **3504** *ad* 1.

Execratum considerari debet Altare fixum pluribus lapidibus constans; et denuo consecrandum est, apposito novo lapide integro. **2862** *ad* 1.

Execratum est Altare portatile et denuo consecrandum, si fractum sit sepulcrum vel eius operculum, aut solum hoc amotum fuerit; non autem si sit fractum sigillum. **2991** *ad* 1.

Execrata censenda sunt Altaria portatilia, quae habent lapidem cum tenui scissura ad instar fili, licet sepulcrum non fuerit violatum. **3162** *ad* 3.

Execrata non sunt Altaria portatilia, quorum sepulcra Reliquiarum non fuerunt aperta, sed tantummodo novo caemento firmata. **3379.**

Execratum est Altare portatile, cuius lapis sepulcri aliquas scissuras habet, quae tamen sic inter se adhaerent, ut nullimode dubitari possit de Reliquiarum authenticitate. **3497** *ad* 2.

Execratum non est Altare portatile, cuius sepulcrum Reliquiarum non fuit apertum, sed rimula quaedam cernitur inter sepulcrum ipsum et eiusdem operculum; Episcopus vero cum maltha benedicta operculum firmet. **3504** *ad* 2.

Execrata non sunt Altaria portatilia, quorum operculum ex metallo confectum est. **3779** *ad* 4.

Execratum est Altare fixum, si amotus sit lapis seu mensa a suo stipite. **2599.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **191.**

Execrata sunt Altaria fixa, si lapis enormiter frangatur, et iterum consecranda sunt, renovata mensa; si vero levis sit fractura in uno vel altero cornu, licet adhuc super iis celebrare. **2612.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **201.**

Execratum Altare fixum nova indiget consecratione, super qua dispensatum non fuit pro Ecclesia S. Iustinae Civitatis Patavinae. **2661.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **298.** Sed Altare, fixum, cuius mensae lapideae in suis extremitatibus adnexa quaquaversus et coniuncta fuit corona ex marmore, uti consecratum haberi debet, sanato quovis defectu. **3797.**

Execratum est Altare fixum, si lapis pro sigillo sepulcri, ob defectum calcis sepulcro non haerens, manu amotus et sublevatus ac postea repositus est. **3106.**

Execratum est Altare fixum, a cuius stipitibus mensa avulsa est, quamvis ista permanserit integra et Reliquiarum sepulcrum plane inviolatum; et sine dispensatione et sanatione Summi Pontificis in eodem celebrari nequit. **3198.**

Execratum censendum est Altare, cuius lapis sepulcri firmus non invenitur; quatenus dubitatur num idem amotus fuerit **3575** *ad* 11.

Execratum haberi debet Altare, in cuius consecratione caementum loco lapidis seu operculi pro claudendis Reliquiarum sepulcris adhibitum est. **3585** *ad* 1.

Execratum est Altare fixum, quod ab antiquo loco amotum est, etiamsi paucis pedibus. **3326** *ad* 1.

Execratum haberi debet Altare fixum, cuius mensa lapidea scissa est in duas partes fere aequales: ita tamen ut eiusmodi scissura maxime afficiat sepulcrum Reliquiarum. **3497** *ad* 1.

Vide **Altare fixum. Altare portatile. Consecratio Ecclesiae.**

Exequiae.

Exequias super cadaveribus facere in alienis Ecclesiis Capitulo Cathedralis non licet, nisi plene evidenterque constet de immemorabili consuetudine. **565.**

Exequias facere licet haeredibus defunctorum diebus 3, 7 et 30, ubi voluerint; cum Parochus non possit praetendere nisi ius funerale, quando eligitur alibi sepultura. **649.**

Exequiae supra Defunctum in Ecclesia Collegiata faciendae in casu particulari pertinent ad Dignitatem, non ad Parochum. **1297** *ad* 6.

Exequiae super cadavere Canonici Cathedralis pertinent ad Parochum Ecclesiae, in qua est sepeliendum, etiamsi in associatione interfuerit Capitulum. **1368**; et Parocho absente, ad Rectorem Ecclesiae aut istius digniorem Cappellanum. **1409** *ad* 1.

In Exequiis parvulorum, si incidant in ultimo triduo maioris Hebdomadae, potest omitti *Gloria Patri* ad Psalmos. **1589** *ad* 4.

Exequiis expletis concludi omnia debent, prout praescribit Rituale Romanum; sed in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum nihil superaddendum est. **1743** *ad* 7.

Exequiae permittuntur in Ecclesia Sapientiae Urbis Feria IV, VI et Sabbato Hebdomadae Sexagesimae, etiamsi occurrat Festum duplex, attentis validissimis peculiaribus circumstantiis. **2295.**

Exequiae Summorum Pontificum, Regum, Ducum etc. peragi debent in Cathedrali; quoad alias Ecclesias, arbitrio Episcopi. **2306** *ad* 1 *et* 2; absolutiones vero circa castrum doloris fieri debent a solis Dignitatibus et Canonicis Cathedralis, non autem ab illis Collegiatarum, si intersint. *Ibidem ad* 3. 4 *et* 5.

In Exequiis defuncti Sacerdotis, praesente corpore, locetur Crux ad caput defuncti inter feretrum et altare. **2392** *ad* 2.

Ad Exequias improbatur abusus exponendi SS. Sacramentum, occasione eas celebrandi pro aliqua privata persona, vel in die obitus vel depositionis, vel anniversariis, vel aliis quibuscumque diebus; et praecipitur Episcopo, ut omne conferat studium ad illum eliminandum. Non tamen damnatur, imo probatur mos exponendi SS. Sacramentum, occasione solemnium exequiarum alicuius magni Principis etc.; etiamsi Ecclesia pannis lugubribus sit vestita et ad Altaria minora adhibeantur pallia nigri coloris, dummodo nil lugubre sit in maiori Sacello et Ara maxima, ibique ornatus etiam quoad colorem respondeat cultui debito SS. Sacramento. **2558.**

In Exequiis absolvendis pro Papa vel pro Principe, corpore non praesente, faldistorium Episcopi statui debet ad caput tumuli. **2769** *ad* IX. *qu.* 2.

In Exequiis Sacerdotum cantanda sunt in Absolutione Responsoria et preces iuxta Rituale. **2915** *ad* 10.

In Exequiis, cantato Officio et Missa super cadavere, permitti potest, ubi viget consuetudo, ut cantetur aliud Officium tantum absque Missa. **2915** *ad* 11.

In Exequiis Defunctorum, quae fiunt Veronae, ubi adest consuetudo, ut cadaver prius ad Ecclesiam delatum, noctu ad Coemeterium absque ulla pompa transferatur, praescribitur in casu servandum esse ordinem Ritualis Romani quoad canticum *Benedictus* et Antiphonam *In Paradisum.* **3034** *ad* 1 *et* 2.

In Exequiis Defunctorum extra Missam peragendis Diaconus et Subdiaconus sacris indumentis parati adhiberi nequeunt. **3066** *ad* 2.

Exequias pro Defuncto potest peragere Diaconus iuxta Rituale Romanum, deficiente Presbytero et de consensu Ordinarii. **3074** *ad* 2.

Exequiae Defunctorum, antequam eorum cadavera e domo deferantur, permittuntur in Vicariatu Apostolico Tonkini Meridionalis. **3220.**

In Exequiis Defunctorum, excepta die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum, dicto versiculo *Requiescant etc.* iuxta praxim Romanam dici debet: *Animae eorum et animae omnium Fidelium defunctorum per misericordiam Dei requiescant in pace;* et in reditu ad Sacristiam Antiphona *Si iniquitates* cum Psalmo *De profundis* et Oratione *Fidelium Deus.* **2696.** *ad* 2. **3267. 4014.**

Exequiarum ordo in civitate Parisiensi introductus servari potest. **3481** *ad* 1; item ordo invectus in exequiis parvulorum: Missa tamen votiva de Angelis legatur

vel cantetur diebus tantum a Rubricis permissis. *Ibidem ad* 2. **3510.**

In Exequiis pro Summo Pontifice, absente corpore, vel pro Episcopo, Archiepiscopo, Patriarcha vel Cardinali tam praesente quam absente cadavere, poni vel deferri nequit baldachinum nigrum super defunctum aut super castrum doloris. **3500** *ad* 1.

In Exequiarum precibus recitandis servandum est praescriptum Ritualis Romani. **3515** *Dub.* VI.

In Exequiis sepulcrum, quoties confectum est ex nova materia, benedici debet. **3524** *Dub.* I *qu.* 1; et quoad benedictionem sepulcri parvulorum, servari debet praescriptum Ritualis Romani. *Ibidem qu.* 2.

Exequiae pro defuncto, cum effertur corpus, expleri nequeunt in Ecclesia diebus festis solemnioribus I classis; sed huiusmodi funera transferantur ad sequentem diem aut saltem ad horas pomeridianas post diei Festi Vesperas et sacris functionibus non impeditas, abstinendo tamen ab emortuali aeris campani sonitu. **3570** *ad* 1. **3946.**

Si Exequiae pro eodem Defuncto in duabus distinctis Ecclesiis peragantur, Oratio *Non intres* ex Rubrica Missalis dicenda est tantum ubi Missa celebratur ac Missa finita. **3575** *ad* 1 *et* 2.

In Exequiis Defunctorum nequit tolerari consuetudo, qua Sacerdos cooperit caput suum bireto, quando imponit et benedicit incensum, sed omnino tollenda est. **3580** *ad* 2.

Exequiarum ius super Tertiarios S. Francisci in Ecclesia Minorum Reformatorum, in qua iidem, licet suppressi, functiones peragunt, spectat ad Religiosum Rectorem Ecclesiae Regularis; salvis iuribus Parocho competentibus. **3619** *ad* 1; et Tertiariorum cadavera ab ipsis Religiosis ad coemeterium deferri possunt, quando a defuncti parentibus Parochus ad id non invitatur: sub conditione quod Sacerdos e Religiosis superpelliceum et stolam induat; dummodo tamen non obstet aliqua praescriptio Dioecesana. *Ibidem ad* 2.

In Exequiis canendum est Nocturnum Feriae occurrentis; nisi sit dies obitus, in qua servandum Rituale. **3691** *ad* 3. **3764** *ad* 6.

In Exequiis pro depositione Defuncti, quando unicum recitatur Nocturnum, dicatur Nocturnum primum. **3764** *ad* 5.

In Exequiis Defunctorum ordo Ritualis Romani servandus est; et exhortationes ad orandum pro Defuncto fieri poterunt, postquam ritus absolutionis persolutus est: vel ad summum interiici inter Officium et absolutionem, ut fit pro funebri Oratione post Missam solemnem et ante absolutionem ad castrum doloris. **3790.**

Super Exequiis Decretum generale. **3854.**

Exequias defunctarum Monialium agendi ius spectat ad Confessarios Monialium, non autem ad Capitulum Cathedralis **751**; vel Collegiatae. **2559.**

Exequias occasione mortis Pontificis, Archiepiscopi vel alterius Principis iam expletas a Capitulo, Cappellani de massa eiusdem Ecclesiae renovare nequeunt, nec alias functiones publicas gerere contra voluntatem Capituli. **1430** *ad* 1.

Vide **Missa in die obitus. Officium Defunctorum. Cadaver. Funus.**

Exercitia spiritualia peragens Clerus sub directione Sacerdotum Societatis Iesu, uti potest Calendario domus Societatis Iesu ex concessione speciali Pii IX: quatenus ibidem simul idest in communi horas canonicas recitet. **3955.**

Exorcismi personarum a daemonio obsessarum fieri non debent domi, etiam nobilium, si Episcopus id prohibeat. **1610.**

Expectatio Partus B. M. V.

In Expectationis Partus B. M. V. festo Hymni concludendi sunt *Virtus, honor etc.;* et in Responsorio brevi ad Primam dicendus vers. *Qui venturus es etc.* **1404** *ad* 1 *et* 2. **2340** *ad* 5.

Expectationis Partus B. M. V. festum concessum est pro tota Hispania. **2152** *ad* 4.

In Expectationis Partus B. M. V. octava Benedictio esse debet: *Cuius festum colimus, ipsa Virgo Virginum etc.;* quia vere fit festum B. M. V. **2461** *ad* 4.

In Expectationis Partus B. M. V. Missae Praefatione dici debet: *Et te in Expectatione B. Mariae semper Virginis,* omisso verbo: *Partus.* **2461** *ad* 5.

Expectationis B. M. V. quando festum concurrit cum festo B. M. V. de Guadalupe eiusdem ritus, Vesperae integrae erunt de praecedente sine Commemoratione sequentis. **4006** *ad* 9.

Expositio Sacr. Reliquiarum vide **Reliquiae quoad Expositionem.**

Expositio et Repositio SSmi Sacramenti.

Expositio SS. Sacramenti fieri nequit a Regularibus et Confraternitatibus sine li-

centia Episcopi. **588. 641** *ad* 1. **703. 882. 988** *ad* 1. **1008. 1018. 1388. 1487** *ad* 5. **1673. 2740** *ad* 6. **3104** *Dub.* 14; si licentiam Episcopus impertiatur, haec sufficit, quin alia a Parocho petenda sit. **1026**; sed in solemnitate et infra octavam Corporis Christi Regulares inter Missarum solemnia et ad Vesperas SS. Sacramentum exponere possunt. **753.**

Expositio SS. Sacramenti palam fieri nequit, nisi ex publica causa ab Ordinario approbanda; ex privata vero licet exponere SS. Sacramentum, dummodo istud non extrahatur e tabernaculo, et maneat velatum. **800.**

Expositionem SS. Sacramenti et processiones Regularibus permittere aut interdicere potest Episcopus pro suo arbitrio et prudentia. **1450.**

In Expositione SS. Sacramenti pallium altaris et conopaeum semper esse debent coloris albi. **1615** *ad* 7. 8 *et* 9. **2673.**

Ob Expositionem SS. Sacramenti in Missa votiva de eodem SS. Sacramento vel de Festo duplici non potest dici *Credo,* nisi idem dicendum sit ob aliam rationem. **1743** *ad* 3.

In Expositione SSmi Sacramenti in Vesperis ad Magnificat thurificari tantummodo debet Altare maius, in quo SSmum Sacramentum expositum est, non autem alia Altaria. **2390** *ad* 6.

In Expositione SS. Sacramenti et in Processionibus cum eodem nullo modo adhibendus est color niger; et expositio fieri nequit in Missa et Officio Defunctorum. **1744. 3949** *ad* 8.

Expositio SS. Sacramenti in Ecclesiis Regularium nimis frequens esse non debet: hinc demandatur Episcopo, ut decentiae prospiciat, expendendo causas exponendi, et assignando loca, horas et assistentiam. **1329**; in Ecclesiis Hospitalium fieri nequit absque licentia Episcopi, nisi speciale S. Sedis indultum intersit. **1860** *ad* 1.

Expositio SSmi Sacramenti fieri debet ad normam praescribendam ab Episcopo; ne tamen de nocte fiat, S. R. C. expresse mandat. **1879.**

In Expositione SSmi Sacramenti, quae fiat ad instar proscenii, in altari super candelabris ad minus sex candelae accensae esse debent. **1992.** Sed vide **3480.**

Coram exposito SSmo Sacramento sed velato, vel in Pyxide, in Missa lecta omnes genuflexiones observari debent, quae alias fiunt coram SSmo Sacramento publice exposito. **2427** *ad* 10, **2769** III. *ad* 3.

In Expositionis SS. Sacramenti Altari Crux tempore Sacrificii collocari potest; hoc tamen non est de praecepto, sed quaelibet Ecclesia relinquenda est in sua praxi. **2365** *ad* 1.

Super Expositionis SS. Sacramenti Altare Reliquiae Sanctorum non sunt collocandae. **2365** *ad* 1.

Pro Expositione SS. Sacramenti licentiam concedendo, Episcopus non potest ad libitum apponere conditionem requirendi consensum Parochi. **2416.**

In Expositionis SS. Sacramenti Altari Missa, si sit de die, celebrari debet in paramentis coloris Officio convenientis. **2417** *ad* 3.

Ante SSmum Sacramentum expositum in Throno, sed velo tectum, Clerus recitans Horas Canonicas sedere potest tecto capite cum bireto; sed laudandus est, si sedeat detecto capite. **2552** *ad* 1.

Expositio SS. Sacramenti in nocte Nativitatis Domini non probatur, utpote extra communem Ecclesiarum consuetudinem. **2528** *ad* 4.

In Expositione et Repositione SS. Sacramenti, quae fit per decemdiale a die Ascensionis Domini usque ad Vigiliam Pentecostes cum Vesperis solemniter celebratis et concione ad populum, Sacerdos qui in Expositione Vesperas celebravit, si non recedat ab Altari et assistat concioni ac precibus, facere debet functionem Repositionis cum paramentis coloris respondentis Officio diei; quod si recedat et Repositio habeatur tamquam functio omnino separata et distincta ab Officio Vesperarum, uti debet paramentis coloris albi. **2562.**

In Expositionis SS. Sacramenti Missa commemoratio SSmi Sacramenti fieri debet, quamvis non sequatur Processio. **2598** *ad* 2.

Expositiones SSmi Sacramenti extraordinariae fieri nequeunt in Ecclesiis exemptis absque licentia Episcopi. **2613** *ad* 4.

In Expositione SS. Sacramenti lumen aliquod eo artificio collocare a parte postica spherae, ut recta illuceat in ipsam SS. Hostiam, quae exinde lucida appareat, non licet. **2613** *ad* 5. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **203.**

In Expositione et Repositione SS. Sacramenti non est adhibendum a Sacerdote vel Diacono velum humerale, si in eodem Altari exstat tabernaculum, in quo asservatur: si vero in diverso Altari exstat tabernaculum, velum adhibendum est. **2669** *ad* 2.

In Expositione SS. Sacramenti continuo assistere possunt flexis genibus intra Presbyterium duo Clerici superpelliceo induti: Diaconi autem et Sacerdotes stolam albam habentes. **2709** *ad* 2.

In Expositione SS. Sacramenti ad quatuor dies protracta Episcopus assignet diem et Missam votivam die media decantari solitam. **2723.**

Expositione SS. Sacramenti durante, Collecta de SS. Sacramento in Missis dici potest; non autem in iis quae ante Expositionem celebrantur. **2745** *ad* 6. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **363.**

In Expositione SS. Sacramenti consuetudo tolerari potest, quod recitentur aliquae preces pro Defunctis. **2856**; sed ubi hic mos non exstat, introduci nequit. **3616.**

In Expositionis SS. Sacramenti actu cantus permitti tantum potest iudicio Episcopi. **3110** *ad* 14.

In Expositionis SS. Sacramenti Altari praeter Missam Expositionis, alia solemnius celebranda, attenta consuetudine immemorabili, toleratur. **3124** *ad* 2. **3558** *ad* 1; item alia Capitularis. **3124** *ad* 3; item Conventualis, etiam lecta, de Vigilia vel de Feria. *Ibidem ad* 4.

Exponendi SS. Sacramentum consuetudo per totam diem in Solemnitatibus B. M. V. aliorumque Sanctorum retineri potest. **3124** *ad* 5; usus vero SS. Sacramentum exponendi antequam illucescat aurora et illud reponendi tempore nocturno generatim non permittitur. *Ibidem ad* 6.

Coram exposito SS. Sacramento aut in Processionibus cum Eodem carmina idiomate vulgari cantari possunt, attenta consuetudine. **3124** *ad* 7.

In Expositione SS. Sacramenti sive pro Oratione XL Horarum, sive alia quavis de causa, tres Tabellae ab Altari amovendae sunt, excepto Missae tempore. **3130** *ad* 3.

Expositione SS. Sacramenti durante, intra Missam, etiam in Altari laterali celebrandam, campanula pulsari nequit. **3157** *ad* X. **3448** *ad* 2; tunc prope Ecclesiae ianuam et absque rumore piae collectiones pecuniae fieri possunt. **3157** *ad* X.

In Expositione SS. Sacramenti lumina ex oleo substitui nequeunt luminibus cereis. **3173.**

Exposito SS. Sacramento, si canitur Missa pro quacumque tribulatione et statim sequuntur Litaniae, Benedictio et Repositio SS. Sacramenti, omnia in paramentis violaceis sunt peragenda: si vero Missa non habeatur, sed tantum preces, tunc in Expositione et Repositione SS. Sacramenti color albus est adhibendus. **3175** *ad* 3.

Exponendi SSmum Sacramentum occasione exequias celebrandi pro aliqua persona privata, vel in die obitus vel depositionis, vel anniversariis, vel aliis quibuscumque diebus, abusus reprobatur; et praecipitur Episcopo, ut omne conferat studium ad illum eliminandum. Non tamen damnatur, imo probatur mos exponendi SSmum Sacramentum occasione solemnium exequiarum alicuius magni Principis etc., etiamsi Ecclesia pannis lugubribus sit vestita et ad Altaria minora adhibeantur pallia nigri coloris; dummodo nil lugubre sit in maiori Sacello et Ara maxima, ibique ornatus etiam quoad colorem respondeat cultui debito SSmo Sacramento. **2558.**

Expositio SS. Sacramenti infra Hebdomadam Passionis et praesertim Feria VI occasione Festi VII Dolorum B. M. V. in aliquo Altari laterali non est vetita; in tegendis tamen sacris Imaginibus et Cruce tempore Passionis servandum est, quoad fieri potest, usus Ecclesiae ad tramitem Caeremonialis Episcoporum. **3293**; idem valet etiam in Dominica Palmarum et sequentibus diebus maioris Hebdomadae, excepto triduo mortis Christi. **3312.**

Expositio SS. Sacramenti, quae in reditu Processionis aliquando fieri solet, in Ecclesia Collegiata facienda est a Canonico Hebdomadario; item Vesperae solemnes cum expositione SS. Sacramenti. **3300** *ad* 4 *et* 5.

In Expositione SS. Sacramenti, ubi die 2 Novembris facienda sit, Missa coram SSmo dici potest de Sancto occurrente, si ritu duplici celebretur; secus, dici potest de octava vel votiva SS. Sacramenti cum Orationibus tempori congruentibus. **3302** *ad* 1.

In Expositionis Altari, ubi sive in Pyxide sive in Ostensorio SSmum Sacramentum exponitur, Missae de Requie, tempore quo Expositio perdurat, omnino prohibentur. **3302** *ad* 2.

Exponi nequit SS. Sacramentum praevio quodam *machinismo* ad hoc specialiter constructo, vel in manu alicuius statuae B. M. V., vel iuxta latus vulneratum sculptae imaginis D. N. I. C. e Cruce pendentis; statuae enim non sunt apponendae in Altari, in quo SS. Sacramentum est expositum; et Sacramentum ipsum est exponendum sub throno eminentiori loco. **3349.**

In Expositione SS. Sacramenti publica super Altari maiori baldachinum de Throno Episcopi non est removendum, sed retineri potest. **3360** *ad* 2.

Expositionem SS. Sacramenti in Ostensorio per triduum in Ecclesiis Confraternitatum Episcopus permittere potest, quando aliquis ex Sodalibus est morti proximus; dummodo serventur quae habentur in Instructione Clementina quoad Expositionis modum. **3375** *ad* 1.

In Expositione SS. Sacramenti infra Octavam Corporis Christi servetur praescriptum in Caeremoniali Episcoporum et in Consti-

tutione *Accepimus* Benedicti XIV. d. d. 16 Aprilis 1746. **3375** *ad* 2.

Expositionis SS. Sacramenti initium post solis occasum et repositionem de nocte concedere in facultate Episcopi Ordinarii est. **3384.**

Exponi iterum nequit SS. Sacramentum, infra Octavam Corporis Christi post Processionem et benedictionem impertitam, quae fit post Completorium, ut assistentes Matutino et Laudibus Indulgentias lucrentur. **3403.**

Dum expositum manet SS. Sacramentum, Clerus et populus sedere potest, secluso scandalo et irreverentia. **3408** *ad* 3. **3442** *ad* 3.

In Expositione SS. Sacramenti ad elevandum et deponendum Ostensorium usus machinae non permittitur. **3425.**

Cum Expositione SSmi Sacramenti Officium Defunctorum, qualibet feria II cuiuslibet mensis et castro doloris accensis luminibus circumdato, celebrandi consuetudo reprobatur tanquam Rubricis et Ecclesiae ritibus contraria. **2513.**

Coram exposito SSmo Sacramento Episcopus cauda uti potest, quatenus solemniter celebret. **3434** *ad* 3.

In Expositionis SS. Sacramenti Altari Missas celebrari non licet sine necessitate, vel gravi causa, vel ex speciali indulto, in ecclesiis, in quibus non desunt alia Altaria; nec ibi distribui potest Communio, sive intra sive extra Missas. **3448** *ad* 1 *et* 5. **3505** *ad* 1; ad hoc etiam Ecclesiae parochiales rurales obligantur; in quibus Ecclesiis Altari laterali apponatur parvum Ciborium amovibile, et si opus sit, loco transennae, vulgo *Balaustra,* scamna circumponantur. **3525** *ad* 4.

Expositio SS. Sacramenti ratione maioris solemnitatis fieri potest in diebus festivis iuxta prudens Ordinarii arbitrium, servatis Rubricis quae in huiusmodi Expositionibus praescriptae sunt. **3448** *ad* 5.

In Expositione SS. Sacramenti perpetua ad Altare maius, requiritur in alio laterali tabernaculum, in quo exstet SS. Eucharistia pro Communione distribuenda. **3449** *ad* 3.

Expositione SS. Sacramenti durante, Officium pro defunctis recitari vel cantari nequit. **3479** *ad* 2.

In Expositione SS. Sacramenti pro adoratione perpetua, etiam in pauperibus ecclesiis, saltem duodecim candelae continuo ardere debent. **3480.**

In Expositione SS. Sacramenti nequit horis serotinis istud deponi, ut solemnis benedictio impertiatur, iterumque dein exponi usque ad crastinam diem, qua minus solemnis fit depositio ante vel post Missam lectam. **3558** *ad* 2.

Si Expositio vel Repositio SS. Sacramenti fit immediate ante vel post Missam seu Officium, ita ut Celebrans et Ministri ab Altari non recedant, retineri potest color Conopaei et Altaris paramentorum de Officio diei. **3559.**

Expositio SS. Sacramenti in Ostensorio absque incensatione prorsus eliminanda est. **3580** *ad* 6.

Expositio SS. Sacramenti in octiduo Fidelium Defunctorum et per triduum post Dominicas Septuagesimae vel Sexagesimae fieri potest; dummodo fiat absoluto defunctorum Officio, ac remoto, si fieri potest, tumulo, vel saltem extinctis candelis circa illum accensis. **3582** *ad* 4.

In Expositione SS. Sacramenti, quae fit ante Vesperas, si quando benedictio immediate illas sequitur, Sacerdos stolam et amictum sumere potest. **3593** *ad* 2.

Expositio SS. Sacramenti in ligneo Altari fieri potest; dummodo eadem rite perficiatur et agatur de Altari rite extructo. **3599** *ad* 1.

Expositione SS. Sacramenti durante, Statua *Ecce Homo* in casu speciali potest detecta manere. **3599** *ad* 2.

Expositio SS. Sacramenti ita fieri nequit, ut Ostensorium teneatur a manu dextera Imaginis sanctae Clarae. **3615** *ad* 1. Vide **3349.**

Exposito SS. Sacramento, benedictio in Missa solemni, cui Episcopus in throno assistit, cappa vel pluviali indutus, non a Celebrante, sed ab Episcopo danda est. **3618** *ad* 1.

Exposito SS. Sacramento, in aspersione aquae lustralis in Dominicis omittitur tantum aspersio Altaris. **3639** *ad* 2.

Expositio SS. Sacramenti singulis diebus mensis Octobris ex mandato Summi Pontificis pro recitatione Rosarii fieri debet solemni modo in Ostensorio; sed pro Ecclesiis pauperibus, per modum exceptionis, prudenti iudicio Ordinarii peragi potest in sacra Pyxide, aperiendo scilicet ab initio ostiolum ciborii et cum ea populum in fine benedicendo. **3650** *ad* 4. **3666.**

In Expositione et Repositione SS. Sacramenti Sacerdos cotta et stola sit indutus. **3697** *ad* 12.

Expositio SS. Sacramenti in Ostensorio in Sacellis privatis domorum Sororum remittitur prudenti arbitrio Episcopi Ordinarii. **3703.**

In Expositione qualibet publica SS. Sacramenti fidelibus, antequam idem in tabernaculo reponatur, benedictio danda est. **3713.**

In Expositione SS. Sacramenti pro Defunctis recitari possunt ante benedictionem Ps. *De profundis* cum ℣. *Requiem aeternam,* et Oratio *Fidelium,* si adsit consuetudo vel specialis gratia; et dictus Psalmus non est concludendus cum *Gloria Patri.* **3748** *ad* 2.

Expositionis throno affigi possunt hinc inde candelabra pro eadem Expositione accendenda. **3780** *ad* 4.

Expositione SS. Sacramenti perdurante, feriae V in Coena Domini vespere, et mane feriae VI in Parasceve, versiculi *(motteti)* concini possunt cum sono Organi aut aliorum instrumentorum, attenta antiqua consuetudine. **3804** *ad* 2.

Expositione privata SS. Sacramenti finita, dari potest benedictio cum Eodem in Pyxide recondito. **3875** *ad* 3.

Exposito SS. Sacramento Celebrans versus Idem inclinationem facere debet, quotiescumque in lectione Evangelii pronuntiat nomen Iesu; et ad verba: *Et Verbum caro factum est* genuflectat aliquantulum versus Illud. **3875** *ad* 4.

Expositionis SSmi Sacramenti et coram Eo Missam celebrandi (occasione Novemdialis) consuetudo, in qua fit post Evangelium praedicatio Verbi Dei, tolerari potest: apposito tamen velamine ante SSmum Sacramentum, dum habetur concio. **3728** *ad* 2.

Expositio SSmi Sacramenti in levamen defunctorum fieri potest in Dioecesi Montis Politiani, data facultate Episcopo ut id pro suo arbitrio indulgeat. **2968.**

Coram exposito SSmo Sacramento laudes *Dio sia benedetto* sermone vulgari recitari possunt aut immediate post Orationem *Deus, qui nobis etc.* ante Benedictionem, aut post Benedictionem cum Venerabili. **3237** *ad* 1.

In Expositione vel Repositione SSmi Sacramenti Diaconus semper adhibere debet stolam, duobus tantum casibus exceptis, prout in Caeremoniali Episcoporum lib. II cap. 23 § 12 et cap. 33 § 20. **4030.**

Ad exponendum SSmum Sacramentum, quando Clerus a Sacristia procedit ad Altare, Laici Congregati se associare possunt cum luminibus, incedere tamen ante Clerum. **3388** *ad* 1.

Expositio SSmi Sacramenti occasione Orationis XL Horarum.

Orationis XL Horarum occasione Processio cum SSmo Sacramento in Oratoriis Confraternitatum prohiberi nequit. **538** *ad* 1.

Expositio pro Oratione XL Horarum cessat a mane Feriae V in Coena Domini usque ad mane Sabbati Sancti. **1190.**

Expositio pro Oratione XL Horarum non est de iuribus Parochialibus. **2123** *ad* 11.

In Expositione pro Oratione XL Horarum in Missis privatis fieri potest Commemoratio de SSmo Sacramento, exclusis duplicibus I et II classis. **1743** *ad* 4.

In Expositione pro Oratione XL Horarum in Ecclesia Missa de Requie regulariter celebrari nequit, etiamsi agatur de Missa cantata pro adimplenda mente testatoris vel Anniversario satisfaciendo. **1743** *ad* 5; et congruentius est eamdem non celebrare. **1967.**

In Expositione pro Oratione XL Horarum Instructio Clementina non obligat extra Urbem; sed laudandi sunt, qui ei se conformant. **2403.**

In Expositione pro Oratione XL Horarum non aliae recitentur Litaniae praeter impressas typis Camerae Apostolicae vel eisdem plane conformes. **2613** *ad* 8.

Expositio SSmi Sacramenti pro Oratione XL Horarum transferenda est in aliam diem commodiorem arbitrio Episcopi, si Canonici ex legato tenentur Feria IV Cinerum Processionem quamdam et aliquas Commemorationes pro defunctis facere. **2424** *ad* 5.

In Expositione in forma XL Horarum permittitur singulis diebus sero, antequam SSmum Sacramentum reponatur, Benedictionem cum Eodem impertiri populo. **3438** *ad* 4.

In Expositione pro Oratione XL Horarum, si habenda sit die 2 Novembris in Commemoratione omnium fidelium defunctorum, Missa unica de SSmo Sacramento non omittatur; ac reliquae omnes sint pro defunctis, quae ad Altare Expositionis non dicantur et celebrentur in colore violaceo. **3864** *ad* 4 *Decret. gener.* Vide **3177** *Decret. gener.*

In Expositione pro Oratione XL Horarum in Ecclesia subterranea, possunt in Ecclesia superiori celebrari Exequiae supra cadaver cum Officio et Missa solemni defunctorum ac etiam Anniversaria solemnia. **2943** *ad* 1; in Missis privatis celebratis in Ecclesia superiori addi potest Commemoratio SSmi Sacramenti. *Ibidem ad* 2.

In Expositione pro Oratione XL Horarum in Missa, quae pro exponendo SS. Sacramento celebratur, post Communionem Ostensorium cum Eodem ponendum est super mensa Altaris, nullo apposito velo. **2990** *ad* 2.

In Expositione pro Oratione XL Horarum quoad Altare in Missa votiva pro Pace observari debet, quantum fieri potest, Instructio Clementina; sed haec Missa pro Pace suppleri potest per aliam Missam votivam ex

iis, quae continentur in Missali Romano, arbitrio Episcopi. **3049** *ad* IV *qu.* 1 *et* 2.

In Expositionis pro Oratione XL Horarum fine, quando Episcopus sacris paramentis in sacrario indutus cum Diacono et Subdiacono ad Altare accedit ad dandam Benedictionem cum SS. Sacramento, Canonici vestibus choralibus induti eidem praecedere debent (si sub Cruce incedant). **3356.**

Expositionis pro Oratione XL Horarum diebus, iuxta Instructionem Clementinam abstinendum est a celebrandis Missis defunctorum, sive solemnibus sive lectis; Missa tamen solemnis pro defuncto cani potest die tertio, septimo, trigesimo et anniversario a die obitus vel depositionis defuncti. **3357.**

Expositionis pro Oratione XL Horarum tempore ab Episcopo Canonici et Beneficiati Cathedralis cogi nequeunt, ut orent ante SS. Sacramentum; id tamen illos decet. **3438** *ad* 6.

In Orationis XL Horarum Missa votiva de SS. Sacramento pro solemni Expositione ac Repositione omittenda est quaelibet Commemoratio et Collecta. Infra Octavam Corporis Christi Missa erit de Octava cum Sequentia et unica Oratione absque Commemorationibus et Collectis. In Dominicis vero privilegiatis I et II classis, Festis pariter I et II classis, feria IV Cinerum, feria II, III et IV Maioris Hebdomadae, omnibus diebus Octavae Paschae, Pentecostes et Epiphaniae, Vigiliis Nativitatis Domini et Pentecostes, necnon Octava propria privilegiata, canenda est Missa diei currentis cum Oratione SS. Sacramenti sub unica conclusione, omissis Collectis et Commemorationibus. Quod si Festum aliquod I vel II classis occurrat in Dominica, tunc secundo loco sub distincta conclusione fit commemoratio Dominicae et dicitur eius Evangelium in fine. Missae tandem *pro Pace* adiungitur Oratio SS. Sacramenti sub unica conclusione. In diebus tamen exceptis, ut supra, Missa canenda erit diei currentis cum Oratione *pro Pace* sub unica conclusione. **3574** *Dub.* V. *qu.* 1-4.

Expositio pro Oratione XL Horarum si occurrat Feria IV Cinerum, Orationes, Praefatio et *Pater noster* in tono feriali cantentur, et Oratio super populum non omittatur. **3574** *Dub.* V *qu.* 5.

In Expositione in forma XL Horarum ante Repositionem SSmi Sacramenti solemnis Processio intra ambitum Ecclesiae fieri potest; et eiusmodi consuetudo est laudabilis. **3632.**

Expositionis pro Oratione XL Horarum tempore in Altari maiore Orientalis formae celebrari licet in parte Occidentali, si fieri potest, Choro in eadem parte adstante. **3657.**

Expositionis pro Oratione XL Horarum occasione, Missa votiva contra Paganos in Adventu, Quadragesima, Quatuor Temporibus et Vigiliis celebranda est post Nonam; et quidem post Missam de Feria, quae pariter celebranda est post Nonam. **2058.**

In Expositione pro Oratione XL Horarum quoad Litanias ante Benedictionem cum SSmo Sacramento recitandas, expedit servare Instructionem Clementinam. **4015** *ad* 5.

Pro Expositione in forma XL Horarum Instructionem et Ordinem a Clemente PP. XII approbatum, vide in *Appendice ad Decreta authentica in fine III voluminis.*

Pro Expositione SSmi Sacramenti in forma XL Horarum Commentaria ad Instructionem Clementinam ab Aloisio Gardellini descripta *vide* in *IV volumine pag.* **1.-138.**

In Expositione pro Oratione XL Horarum, si fiat in Dominica Palmarum, in Ecclesiis benedictio Palmarum facienda est in alio Sacello laterali, quo magis fert Ecclesiae structura, distante ab Ara maxima, in qua SSmum Sacramentum expositum est, servatis omnibus Caeremoniis in Missali praescriptis, sed absque Processione. **2621** *ad* 9. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **227.**

Expositionis pro Oratione XL Horarum dies solemnioribus Festis non adnumeratur. **2506** *ad* 1.

Extrema Unctio vide **Unctio extrema.**

Exultabunt Domino etc. Antiphonae intonatio in ducendo funere pertinet ad Parochum defuncti, si adsint plures Parochi. **2685** *ad* 2.

Exultet vide **Praeconium Paschale.**

F

Fabrica Ecclesiae.

Fabricae Ecclesiarum Praepositis parari nequeunt sedes in Presbyterio; et si qui eas iam habeant intra Presbyterium, Ordinarius curet pro sua prudentia, ut extra illud locentur. **3264** *ad* 1; in Processionibus cum SS. Sacramento dicti Praepositi melius et decentius praecedant Clerum, nullusque eis assignandus est locus post parochialem Clerum; si vero vigeat consuetudo, ut Parochus aliique SS. Sacramentum sequantur, tunc fabricae Praepositis tribuendus est dignior locus post Clerum. *Ibidem ad* 2; ipsi thurificandi sunt in suis sedibus extra presbyterium a Thuriferario unico ductu, numquam vero a Diacono. *Ibidem ad* 3; eisdem danda est pax a ministro inferiore cotta induto cum instrumento. *Ibidem ad* 4.

Fabricae administrationi deputatus Canonicus ad servitium Ecclesiae tenetur; quod si contemnit, mulctandus est, sicut alii non servientes mulctantur. **113** *ad* 5.

Facultates.

Facultates Missionariis in Dania specialiter concessae. **3234** *ad* 1, 2, 3 *et* 4.

Facultates particulares quoad Missas, Lectiones in Officio etc. attendendae sunt. **3254** *ad* 1.

Vide **Indultum. Privilegium.**

Faldistorium.

Faldistorium parari debet pro Episcopo pontificaliter celebrante, ut suo loco et tempore genuflectat. **2471** *ad* 6.

Faldistorium pro Episcopo, absolutionem pro Papa vel pro Principe faciente, corpore non praesente, statui debet ad caput tumuli. **2769** *ad* IX *qu.* 2; et quidem in medio. **3213** *ad* 4.

Faldistorium pro Episcopo Feria VI in Parasceve ponendum est in primo gradu in cornu Epistolae versa facie ad cornu Evangelii, ad formam Caeremonialis Episcoporum lib. II cap. 25 § 10. **3110** *ad* 11.

Faldistorio uti debet in Pontificalibus Episcopus Administrator. **2976** *ad* 3; item Episcopus Suffraganeus. **236.**

In Faldistorio assistens Episcopus Benedictioni SSmi Sacramenti debet thus imponere, si cappa sit indutus; sin minus, id pertinet ad Hebdomadarium. **2106** *ad* 3; in priori casu a digniore Canonico, non a Dignitate, navicula ministranda est. *Ibidem ad* 4.

In Faldistorio debet se parare Episcopus Suffraganeus pontificaliter celebraturus, si cum cappa accedat; secus, in sacristia. **2010** *ad* 1.

Subtus Faldistorium Episcopus retinere potest unum gradum cum suppedaneo. **2231** *ad* 9.

Faldistorio et indumentis pontificalibus uti potest Episcopus Titularis Canonicus de licentia Episcopi in Festis solemnioribus. **2283** *ad* 7.

Aut in Faldistorio contra Altare aut in plano vel ante gradus Sedis Episcopalis genuflectere potest Episcopus assistens Missae cantatae tempore elevationis et distributionis Communionis, et genuflexus manere potest vel solum eo temporis momento, in quo Celebrans discedit ab altari ad Communionem ministrandam iuxta consuetudinem. **3239** *ad* 1 *et* 2.

S. Familia.

S. Familiae Societas laudatur a Pio IX; et a SS. D. N. Leone PP. XIII formula praescribitur ad domus S. Familiae consecrandas. **3740.**

S. Familiae consecrari possunt Seminaria, Collegia et singulae domus Congregationum ac Familiarum Religiosarum, non vero Paroeciae, Dioeceses et Regiones. **3766** *ad* 1; preces a SSmo D. N. Leone PP. XIII approbatae, a singulis familiis coram Imagine S. Familiae recitandae, possunt etiam in publicis Ecclesiis usurpari, sed coram Imagine S. Familiae. *Ibidem ad* 2; S. Familiae iterum dedicari possunt familiae, quae iam speciali ratione S. Iosepho se consecrarunt. *Ibidem ad* 3; Litaniae S. Familiae prohibitae sunt; Orationes, formulae consecrationis aliaeque preces sub quovis titulo ad S. Familiam honorandam adhibitae ad S. R. C. mittendae sunt, ut debito examini subiiciantur. *Ibidem ad* 4.

S. Familiae Consociationis Statuta approbantur. **3777.**

S. Familiae Consociationi Indulgentiae diversae conceduntur. **3778.**

S. Familiae Sodalibus privilegia concessa afferuntur. **3778.**

Ante S. Familiae Imaginem Oratio quotidie recitanda, praefertur. **3778.**

S. Familiae novum Officium et Missa praescribitur. **3802.**

S. Familiae festum conceditur Clero tam saeculari quam regulari Urbis eiusque Districtus. **3809.**

S. Familiae Commemoratio in Suffragiis Sanctorum facienda est in Ecclesia benedicta, licet non consecrata, ubi est Titularis. **3929** *ad* 1; et in casu Commemorationes de S. Maria et de S. Ioseph omittendae sunt. *Ibidem ad* 2.

S. Familiae festum quando concurrit cum alio festo B. M. V., v. gr. cum festo Desponsationis eiusdem, huius Commemoratio omittenda est. **4042** *ad* 3.

Famuli.

Famulis Episcopi in associatione SSmae Eucharistiae pro infirmis et in aliis Processionibus competit primus locus inter alios famulos Nobilitatis. **2329.**

Super Famulos Magistratus intortitia deferentes, occasione sacrarum Processionum, debetur praecedentia Sodalibus Confraternitatis SSmi Sacramenti similia intortitia gestantibus. **2372.**

S. Felix.

S. Felicis Africani Mart. festum, quod in quadam Ecclesia perantiqua Dioecesis Oveten. cum Officio et a populo sub utroque praecepto ab immemorabili die 19 Februarii colitur, non est transferendum in diem 1 Augusti, proprium diem eiusdem Sancti. **3431** *Pars* II. *Dub.* 3.

S. Felicis Presbyteri Mart. Nolani, die 14 Ianuarii, ubi est Titularis, Officium cum Octava desumi poterit ex peculiari Indulto e Proprio Civitatis et Dioecesis Nolanae. **3872** *ad* 1.

SS. Felicis et Fortunati, Patronorum principalium Civitatis Coloniae Venetiarum, festum celebrare debet Clerus eiusdem Civitatis et Districtus iuxta antiquissimam consuetudinem sub ritu duplici primae classis cum octava. **3215** *ad* 1; et hoc festum a Clero et universo Districtu servandum est sub utroque praecepto. *Ibidem ad* 4 *et* 5.

Fenestra.

Fenestram aperiri permittitur pro Episcopo, ut e suis aedibus possit aspicere in Ecclesiam; sed haec concessio limitatur ad eius tantum usum. **166.**

Fenestrae in domibus privatis, quae introspiciunt adiunctam Ecclesiam vel Oratorium publicum, quaeque non absque gravi familiarum moerore et magna cum difficultate claudi possunt, exstante dubio de privilegio, tolerantur. **3978** *ad* 5.

Fenestram (vulgo *Coretto*) construendi et aperiendi e suis aedibus a latere Cappellae ab ipso constructae in Ecclesia Archipresbyterali facultas Principi Sepini Dioecesis Boianens. denegatur. **2006.**

Ad Fenestram (vulgo *Coretto*), quae intus Ecclesiam, interiectis transennis, inspicit, mulieres sacris functionibus assistentes vel privatim orantes caput velare tenentur. **3402** *ad* 4.

In S. Ferdinandi Reg. Conf. Missae Graduali tempore Paschali addendus est ℣. *Iustus germinabit.* **3767** *Dub. add. ad* 7.

Feretrum.

Feretrum cum cadavere Episcopi defuncti Beneficiati deferre tenentur; et ad id a Capitulo compelli possunt. **1021.**

Inter Feretrum et Altare locetur Crux ad caput defuncti in exequiis defuncti Sacerdotis, praesente corpore. **2392** *ad* 2.

Non in Feretro, sed in sede, cadavera Archipresbyterorum defunctorum, induta pluviali, collocare occasione funerum non licet; et servetur Rituale Romanum. **2318.**

Feretrum defuncti Sacerdotis, vel fimbrias panni mortuarii, in funeribus deferre non licet Ecclesiasticis, praesertim Canonicis. **3110** *Dub.* XV.

Feretrum in ducendis funeribus imponi licet super curru, quo equis vehendum est ad Ecclesiam et Coemeterium. **3212** *ad* 1.

Feretra, ubi ponuntur corpora Canonicorum defunctorum, cooperiri nequeunt velo perlucido albo cum fimbriis auratis, dum portantur ad Ecclesiam, vel dum in ipsa perdurat Officium mortuorum. **3248** *ad* 3.

Feretrum, in quo reconditur corpus puellae aut pueri innuptorum, ex consuetudine sine tumultu et perturbatione populi non abolenda, ita cooperiri toleratur, ut fascia nigri coloris, non vero in modum crucis, superponatur in panno albo, ita tamen ut in quatuor lateribus appareat; quo fideles agnoscant defunctum egere suffragiis et Ecclesiae precibus etiam proprias adiungant. **3263.**

Feretrum deponendi semel vel pluries in via et post cantatum *Libera me Domine* illud aspergendi usus tolerari potest, dummodo turpis lucri gratia non fiat. **3644.**

In Feretro vel tumulo, dum pro aliquo defuncto exequiae fiunt, tam praesente quam absente cadavere, exponi nequit eiusdem defuncti imago; et hic abusus eliminandus est. **3898.**

Feretrum sequi nequit, sed praecedere

debet Parochus in funeribus Clericorum vel Puerorum. **3804** *Dub.* X.

Feretrum Reliquiarum deferentes Sacerdotes in Consecratione Ecclesiae induti sint sacris vestibus ex usu passim recepto. **3364** *ad* 5; et antequam cum Feretro Reliquiarum Ecclesiam ingrediatur, Episcopus inungere debet duos stipites lapideos vel lateritios, non vero portam ipsam. *Ibidem ad* 6.

Ad Feretri vel tumuli caput tempore Missae et Officii emortualis Crux nequit collocari. **3535** *ad* 6.

Post Feretrum incedant Canonici Collegiatae uti singuli in habitu ordinario, si sponte velint interesse funeri; non autem in habitu canonicali et collegialiter sub propria cruce. **772.**

Feria.

In Feriarum et Festorum simplicium Missis tantum Collectae pro defunctis admittuntur. **1322.** *ad* 8.

In Feriis a Rubrica notatis, si occurrat festum novem Lectionum, cantari debent in Cathedralibus duae Missae Conventuales. **1599** *ad* 3.

Feriae ante festum Nativitatis Domini in Regnis Hispaniarum non sunt omittendae. **1355.**

In Feria II Rogationum servandae sunt Rubricae Missalis circa celebrationem Missarum. **1357** *ad* 1.

Si in Feria III et IV Rogationum incidat festum duplex I classis, cantari potest post Processionem Missa Rogationum; in lectis vero Missis omittenda est Commemoratio Rogationum. **3009** *ad* 1.

Feria IV Cinerum: vide **Cinerum Feria IV.**

Si Feria IV Quatuor Temporum occurrat infra Octavam Conceptionis B. M. V., declaratur a S. R. C. quid observandum sit quoad Officium et Missam. **2319.** *Reliq. Dub. ad* 26.

Feriarum III et IV Rogationum Commemoratio omitti debet in festis I classis, non vero in festis II classis. **3352** *ad* 5.

In Feriarum Adventus, Quadragesimae etc. Missis omnes in Choro genuflectere debent, a dicto per Celebrantem *Sanctus* usque ad *Pax* Domini inclusive. **3624** *Dub.* 10.

Feriae II Rogationum semper fieri debet Commemoratio, etiam si occurrat Festum duplex I classis. **2387.**

Feria IV post Dominicam II Quadragesimae Oratio super populum dicenda non concluditur verbis: *in unitate eiusdem Spiritus Sancti.* **2682** *ad* 45.

Feria VI post Dominicam Passionis exponi permittitur statua B. Mariae V. Perdolentis; et eam deferri cum Christo mortuo in Processione Feriae VI in Parasceve, ubi viget consuetudo. **2682** *ad* 52.

Vide **Quadragesima. Quatuor Tempora.**

Feria VI post Octavam Ascensionis Domini.

Feria VI post Octavam Ascensionis si in ea fiat Officium novem Lectionum, non amittit Commemorationem; dummodo tamen festum non sit de solemnioribus a Rubrica exceptis. **2152** *ad* 6.

Feria VI post Octavam Ascensionis, si occurrat dies infra Octavam alicuius festi, Officium recitari debet de die infra Octavam, non de feria VI. **3352** *ad* 9.

Feria VI post Octavam Ascensionis, quamvis sit dies libera, fieri nequit Officium votivum de Passione. **3675** *ad* 1.

Feria VI post Octavam Ascensionis, si occurrat festum Duplex II classis, Commemoratio Feriae non est omittenda in II Vesperis. **3844** *ad* 4.

Feriae Rogationum: vide **Rogationes.**

Feria V in Coena Domini.

Feria V in Coena Domini Lotio pedum sive Mandatum; vide **Mandatum.**

Feria V in Coena Domini Consecratio Oleorum; vide **Oleorum consecratio et distributio.**

Feria V in Coena Domini Canonici nequeunt privatim celebrare, sed debent ut alii de Clero Communionem sumere de manu Episcopi vel alterius Celebrantis. **970** *ad* 1. **2079** *ad* 16. **2240** *Decret. gener.* **2489. 2769** *ad* 1; ita etiam Canonicos et Clerum Cathedralis Episcopus cogere potest ad assistentiam in benedictione sacrorum Oleorum. **1023** *ad* **1**; etiamsi non sint de gremio Cathedralis. **1039.**

A Feriae V in Coena Domini mane usque ad mane Sabbati Sancti Oratio XL Horarum cum Expositione SSmi Sacramenti cessare debet. **1190.**

Feria V in Coena Domini praeter Missam solemnem, aliam lectam celebrare non licet. **980. 2465**; neque illam celebrare licet in Ecclesia, ubi non reponitur nec asservatur SS. Sacramentum in aliquo Altari. **2503** *ad* 5.

Feria V in Coena Domini non est celebranda Missa pro asservanda sacra Hostia in Sepulcro in illis Ecclesiis, in quibus ple-

rumque non asservatur SS. Sacramentum. **1120.**

Feria V in Coena Domini Sacerdotes Eucharistiam sumentes stolam aptare possunt in modum Crucis vel deferre e collo hinc inde pendentem. **1637** *ad* 4.

Feria V in Coena Domini omnes induti vestibus sacris ante non indutos thurificandi sunt. **2024.**

Feria V in Coena Domini si occurrat festum S. Ioseph vel Annuntiationis B.M.V., ob praeceptum feriationis aliquae Missae privatae in Ecclesiis permittuntur ante Conventualem. **1883.** *Decret. gener.* **1885** *ad* 1. **1890** *ad* 6. **2240** *Decret. gener.*; nec tamen licet ad libitum alias praeter permissas celebrari in Ecclesiis Regularium et Confraternitatum ianuis clausis. **2260**; dictae Missae autem sint de Solemnitate diei cum *Gloria* et *Credo,* non vero de festo. **2572** *ad* 8 *et* 9.

Feria V in Coena Domini quando incidat festum Annuntiationis B. M. V., Missa pro populo applicari debet hac Feria V, non vero Feria II post Dominicam in Albis; in quam quoad Chorum illud transferendum erit. **3189** *ad* 1. Vide **3503** *ad* 3 *et* 4.

Feria V in Coena Domini Confraternitas nequit facere celebrari Missam et asservare SS. Sacramentum in Cappella intra Ecclesiam, si in Ecclesia ipsa iam solemniter illa celebratur. **1887** *ad* 1 *et* 2. **2099.**

Feria V in Coena Domini Missae celebratio spectat ad Parochum, et non ad Cappellanos seu Officiales Confraternitatum. **2123** *ad* 8.

Feria V in Coena Domini non est exponenda patenter sacra Hostia in diem crastinum reservanda. **2148** *ad* 6.

Feria V. in Coena Domini intra Sacra solemnia nequit obsignari publico Civitatis sigillo arca, in qua repositum est SS. Sacramentum, et sequenti die istud publice inde auferri. **2172.**

Feria V in Coena Domini Canonici parati associantes Episcopum a Sacrario exeuntem et ad altare pergentem nequeunt praecedere Sacerdotes, Diaconos et Subdiaconos, qui assistere debent Oleorum consecrationi, sed debent eosdem sequi. **2195** *ad* 1.

Feria V in Coena Domini et biduo sequenti licet Regularibus, etiam contradicente Parocho, convocare Terrae populum ope tabulae, quae dicitur vulgo *troccola.* **2234.**

Feriae V in Coena Domini nocte Statua B. M. V. velo nigro circumdata cum Iesu Domino Filio mortuo in gremium deposito in Ecclesia exponi permittitur; item sequenti Feria VI mane processionaliter cum pluvialibus nigris eadem deferri potest. **2375** *ad* 4.

Feria V in Coena Domini celebratio Missae et administratio Eucharistiae in Collegiata S. Petri Corinaldi Dioecesis Senogallien., absente Archipresbytero, spectat ad Dignitates seu Canonicos, non autem ad Mansionarium Curatum seniorem; qui tamen assistere debet pro distribuendis schedulis. **2406** *ad* 4.

Feria V in Coena Domini Confraternitati Disciplinantium permittitur Processio nocturna: prohibetur tamen mulieribus, ne Ecclesiam ingrediantur, vel per Civitatem discurrant. **174** *ad* 1.

Feria V in Coena Domini velum Crucis Altaris, in quo Missa celebratur, debet esse albi coloris; violacei vero velum Crucis Processionis et Altaris lotionis. **2524** *ad* 4.

Feria V in Coena Domini in Communione generali Canonici Sacerdotes possunt imponere Stolam e collo pendentem super almutiam, vel solum super cottam, iuxta locorum consuetudinem. **2552** *ad* 3.

Feria V in Coena Domini Parochi rurales Clericis destituti petita venia ab Episcopo celebrare possunt Missam lectam in suis Parochiis. **2616** *ad* 1; si haberi possunt tres quatuorve saltem Clerici, sacrae functiones maioris Hebdomadae persolvendae sunt, servata forma parvi Ritualis Benedicti XIII. *Ibidem. Vide Suffragium in IV volumine pag.* **212 - 3366.**

Feria V in Coena Domini altaria denudanda sunt post Vesperas, non autem post Mandatum. **2684** *ad* 7; consuetudo ea denudandi post Vesperas a Sacerdote cotta et stola induto servari potest. **2959** *ad* 3.

Feria V in Coena Domini, quae servanda sint ab Archidiacono in consecratione Oleorum, declaratur. **2684** *ad* 17.

Feria V in Coena Domini non licet apponere in Altari S. Sepulcri velum album pendens e magna Cruce, quo cooperiatur capsula, in qua SS. Sacramentum reconditur. **2734** *ad* 1.

Feria V in Coena Domini Magistratus potest Communionem recipere ad gradus Altaris. **2753** *ad* 6.

Feria V in Coena Domini nequit celebrari Missa lecta in iis Ecclesiis, in quibus non peragentur reliquae functiones Hebdomadae sanctae. **2799** *ad* 1.

Feria V in Coena Domini Canonici pluvialibus induti nequeunt superimponere stolam ad s. Communionem suscipiendam. **3029** *ad* 14; quod valet etiam pro Canonico Diacono assistente Calicem de manu Episcopi accepturo. **3059** *ad* 22.

Feria V in Coena Domini Expositio SS. Sa-

cramenti iuxta consuetudinem appellatur Sepulcrum. **2873** *ad* 2.

Feria V in Coena Domini sigillum in ostiolo, ubi reconditur SS. Sacramentum, apponi nequit. **2873** *ad* 1; ac reposito SS. Sacramento, cantari nequit *Sepulto Domino. Ibidem ad* 3.

Feria V in Coena Domini pulpitum, in quo haberi solet concio post Mandatum vel Sermo de Passione nocte huius feriae, debet esse nudum, sine ullo prorsus ornatu. **2891** *ad* 2 *et* 3.

Quoad Feria V in Coena Domini asservandam clavem tabernaculi, in quo reconditum est SSmum Sacramentum, vide **Clavis.**

Feria V in Coena Domini SSmum Sacramentum asservandi facultatem petenti Episcopo, ut Feria VI posset privatim celebrare, S. R. C. respondit: Satis consultum per Caeremoniale, si velit Episcopus ea die celebrare. **1102.**

Feria V in Coena Domini Diaconi et Subdiaconi munere in Missa Pontificali fungentes possunt, recedentibus qui erant assistentes ad Sedem, remanere in Ecclesia Ianuensi penes Archiepiscopum in Processione Ministri et assistentes. **3163.**

Feria V in Coena Domini in Sacello, in quo Hostia consecrata reponi debet, repraesentationes prohibentur. **3178** *ad* 1; quare Regulares ab Episcopo coerceri possunt ut huiusmodi repraesentationes removeant. *Ibidem ad* 2.

Quando in Feria V in Coena Domini incidant Festa, quae prius sub utroque praecepto celebrabantur, postea vero abrogata sunt, hac die Indultum celebrationis aliquarum Missarum locum non habet. **3179. 3400** *Dub.* 1. **3503** *ad* 2.

Feria V in Coena Domini Organum post intonationem Hymni Angelici potest pulsari aliquantulum, vel etiam protrahi usque ad eiusdem finem, iuxta consuetudinem. **3515** *ad* 4.

Feria V in Coena Domini Organum pulsari nequit per totam Missam. **3535** *ad* 7.

Feria V in Coena Domini in Oleorum consecratione Episcopo consecranti assistere debent Diaconus et Subdiaconus Missae, non vero duo Diaconi assistentes. **3580** *ad* 5.

Feria V in Coena Domini Parochi, praeter ius relativum ad praecepti paschalis adimplementum, sibi alia iura vindicare nequeunt quoad Ecclesias exteras intra parochialem iurisdictionem exsistentes. **3608** *ad* 2.

Feria V in Coena Domini Hostia consecrata pro Missa Praesanctificatorum exponi nequit in capsula, quae non ex omni parte clausa est, sed ostiolum crystallo munitum habet, ita ut Calix velo coopertus videri possit; et haec consuetudo eliminanda est. **3660** *ad* 1.

Feria V in Coena Domini in Missa et Processione Celebranti nequit assistere tantum Diaconus Alba et Stola indutus absque Subdiacono; sed, deficiente Clero, sacra functio peragi potest iuxta Memoriale Rituum. **3697** *ad* 10.

Feria V in Coena Domini in Oratoriis Monialium SS. Sacramentum in calice vel in pyxide velo coopertum exponi nequit, nisi reliquae functiones Hebdomadae sanctae peragantur. **3716.**

Feria V in Coena Domini SS. Sacramentum per vias publicas horis nocturnis deferendi usus eliminandus est. **3717.**

Feria V in Coena Domini non licet Missam canere cum alterius Hostiae delatione ad Sacellum, vulgo *Sepulcrum,* si die sequenti Missa Praesanctificatorum non celebretur. **3842** *ad* 1; sed Missa legi potest de venia saltem Episcopi. *Ibidem ad* 2. Si nulla eadem Feria V habeatur functio, potest servari sacra Pyxis in suo Altari usque ad solis occasum, ut fideles loco Sepulcri ad SS. Eucharistiam adorandam accedere valeant. *Ibidem ad* 3. Pro Altarium denudatione sufficit mappas seu tobaleas ita complicare, ut maior mensae pars nudata remaneat, quin ipsae mappae ab Altaribus amoveantur. *Ibidem ad* 4.

Feria V in Coena Domini Canonici ad S. Communionem tenentur accedere iisdem tantummodo paramentis, quibus utebantur ab initio Missae. **3855** *ad* 4.

Feria V in Coena Domini Canonici Ecclesiae Metropolitanae tenentur osculari manum Episcopo Auxiliari, dum ab eo sacram Communionem accipiunt. **3984** *ad* 1.

In Feria V et VI maioris Hebdomadae in Altari, in quo publicae adorationi exponitur et asservatur SSmum Sacramentum, repraesentatur tam sepultura Domini, quam institutio Augustissimi Sacramenti. **3939** *ad* 1; ad praedictum Altare exornandum non licet adhibere statuas aut picturas, nempe B. M. V., S. Ioannis Evangelistae, S. Mariae Magdalenae et militum custodum; poterunt tamen Episcopi, ubi antiqua consuetudo vigeat, huiusmodi repraesentationes tolerare; caveant autem ne novae consuetudines hac in re introducantur. *Ibidem ad* 2. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **419.**

In Feria V in Coena Domini, quoad Missam celebrandam in Ecclesiis Parochialibus, ubi adest Fons baptismalis, serventur Rubricae Missalis et Decreta, adhibito Memoriali Rituum Benedicti XIII pro functionibus praescriptis, si exstet defectus sacrorum Mi-

nistrorum et Clericorum. In aliis vero Ecclesiis non Parochialibus omitti potest functio Sabbati Sancti, non tamen illa Feriae VI in Parasceve; et fieri debet Sepulcrum: expetita facultate pro usu dicti Memorialis, si idem sacrorum Ministrorum et Clericorum defectus exsistat. **4049** *ad* 1.

In Feria V in Coena Domini Missa legi vel cantari potest in Ecclesiis (ianuis clausis) vel Oratoriis Regularium; non vero in Seminariis et Piis Communitatibus, nisi habeatur Apostolicum indultum. **2799** *ad* 2. **4049** *ad* 2.

In Feria V in Coena Domini Magistratus nequit accedere ad Communionem ante Sacerdotes paratos. **1559** *ad* 4; et tantum admittendus post universum Clerum. **3024.**

In Feria V in Coena Domini Dignitates Capituli excludi nequeunt ab assistentia Episcopi Sacramentum deferentis; et in casu servanda est Caeremonialis dispositio. **2646** *ad* 3. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **273.**

In Feria V in Coena Domini incidens festum suppressum Annuntiationis celebrandum est eodem die quo antea, quando erat de praecepto. **3503** *ad* 1. In Cathedrali, Episcopo ad conficiendum Chrisma celebrante, et Missam solemnem pro Dioecesanis ratione Festi applicante, Parochus unicam Missam conventualem diei celebrans eam applicare debet pro populo, alias ad primam Sacri celebrationem. *Ibidem ad* 3; et hoc festum quoad sacras functiones, Missae applicationem pro populo etc. non est transferendum in feriam II post Dominicam in Albis. *Ibidem ad* 4.

Feria V in Coena Domini Abbas et Ordinarius Nullius S. Martini ad Montem Ciminum servare potest consuetudinem Missam privatam primo mane celebrandi; cum Parochus Missam solemnem et Communionem Cleri et populi peragit. **3414.**

Feria V in Coena Domini Cappella, in qua asservatur SSmum Sacramentum, obtegi nequit lugubribus pannis. **1223.**

Feria V in Coena Domini quando Episcopus bis procedit ab Altari ad mensam pro sacris Oleis conficiendis et ad Altare regreditur, baculo pastorali uti debet. **3731** *ad* 4.

Feria V in Coena Domini conceditur domui tyrocinii Congregationis Missionis in civitate Neapolitana, ut ante solemnem unica Missa lecta celebrari possit in qua ministretur Communio Confratribus ministeriis temporalibus domus addictis. **2752** *ad* 3.

In Feria V in Coena Domini una cum Hostia consecrata, quae reservatur pro Missa Praesanctificatorum, reponi nequit in urnula seu sepulcro pyxis cum particulis consecratis pro infirmis. **4049** *ad* 4.

Feriae V in Coena Domini Missa, ac Missa et Vesperae tam Sabbati Sancti quam Sabbati ante Pentecosten solemnioribus functionibus adnumerandae sunt. **2507.**

Feria VI in Parasceve.

Feria VI in Parasceve Protonotarii non debent Pontifici fimbrias deferre. **80.**

Feria VI in Parasceve SS. Sacramentum deferendi in quadam arcera, vulgo *bara*, per quatuor Sacerdotes mos omnino eliminandus est. **586.**

Feria VI in Parasceve Confratres Montis Pietatis deferre nequeunt de sero Crucem post Clerum. **600.**

Feria VI in Parasceve immittitur particula in Calice sine Crucis signo. **1333** *ad* 11.

Feria VI in Parasceve Episcopus nequit benedicere et manum ad osculandum praebere per totam diem. **1342** *ad* 2 *et* 3.

Feria VI in Parasceve Oblata sunt thurificanda. **2003** *ad* 1; sed postea SS. Sacramentum non est iterum thurificandum. *Ibidem ad* 2. Crux vero et Altare debent thurificari ut in aliis Missis, non omissis genuflexionibus transeundo ante SS. Sacramentum. *Ibidem ad* 3.

Feria VI in Parasceve Episcopus procedere debet ad adorationem Crucis in medio duorum Diaconorum assistentium: Presbyter vero assistens in medio duorum Canonicorum digniorum. **2049** *ad* 26.

Feria VI in Parasceve, tamquam abusus omnino eliminandus, reprobatus est mos, qui in aliquibus Lusitaniae Ecclesiis vigebat, ducendi solemnem processionem; in qua, sumpta a Sacerdote Communione, deferebatur SS. Sacramentum arca inclusum a quatuor Sacerdotibus ab altari ad sacellum, in quo pridie fuerat reconditum, ut ibi usque ad diem Resurrectionis asservaretur. **2089** *ad* 1.

Feria VI in Parasceve si occurrat Festum de praecepto, idem transferri debet quoad Officium et Missam, sed absque obligatione praecepti audiendi Missam et vacandi ab operibus. **2164. 2305.**

Feria VI in Parasceve et Dominica Palmarum Monialibus non licet canere in Passione partem ad turbam spectantem; et hoc ab Episcopo sub poena suspensionis prohiberi potest. **2169.**

Feria VI in Parasceve Celebrans, praesente Episcopo, nequit accedere ad adorandam Crucem, nisi post Episcopum. Contraria consuetudo ut abusus omnino tollendus est. **2246.**

In Feriae VI in Parasceve Processione non sunt adhibenda pluvialia, sed solum cottae a gestantibus hastas baldachini. **2326** *ad* 3.

Feria VI in Parasceve in adoratione Crucis Celebrans et Ministri debent deponere etiam Manipulum. **2326** *ad* 4.

Feria VI in Parasceve Viaticum ad infirmos deferendum est iuxta modum: recitando Psalmos submississima voce cum *Gloria Patri,* quia haec actio nihil commune habet cum functione diei; ac proinde deferri debet Stola coloris albi; populus tamen sine benedictione dimittendus est. **2383.**

Feria VI in Parasceve Canonici in adoratione Crucis incedere possunt cappis extensis usque ad talos. **2389** *ad* 1.

Feria VI in Parasceve Processio, etiamsi soleat, fieri nequit, si Episcopus eamdem prohibet. **2477.**

Feria VI in Parasceve Praelati Regulares non utentes Pontificalibus nequeunt praecedere suo subdito Celebranti in adoratione Crucis. **2515** *ad* 4.

Feria VI in Parasceve Reliquia de Spinea Corona D. N. I. C. non est exponenda ante Missam Praesanctificatorum, sed ea peracta. **2518.**

Feria VI in Parasceve Canonici assistentes Episcopo, dum is procedit ad Crucis adorationem, tenentur illum associare tam in genuflexionibus, quam etiam in osculi actu, ibique exspectare quousque adorationem et osculum compleverit; deinde eum ad Cathedram pontificalem comitari; non autem idem obsequium adorationis Crucis et osculi cum aliis Canonicis in suo ordine praestare. **2533** *ad* 1 *et* 2.

Feria VI in Parasceve, quando Sacerdos, qui inchoavit Sacrificium, subita morte interemptus est, Missa absolvi potest a Diacono ministrante, qui sit Sacerdos et ieiunus; quando vero Diaconus est dumtaxat in Ordine Diaconatus, nec alius Sacerdos ieiunus adest, cesset Officium et sacra Hostia reponatur in tabernaculo, die sequenti post sumptionem Sanguinis a Celebrante sumenda. **2636.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **257.**

Feria VI in Parasceve Processio cum SS. Sacramento reprobatur, quae locum habebat in civitate Andrien. **2668.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **307.**

Feria VI in Parasceve Diaconus calicem cum SSm̃o Sacramento extrahere e capsula et deponere debet. **2669** *ad* 1. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **309.**

Feria VI in Parasceve mane processionaliter cum pluvialibus nigris deferri potest statua B. M. V. Perdolentis, ubi viget consuetudo. **2375** *ad* 4. **2682** *ad* 52.

Feria VI in Parasceve quoad Crucem detegendam et adorandam servetur Rubrica Missalis vel laudabilis consuetudo. **2682** *ad* 53.

Feria VI in Parasceve Reliquia S. Crucis a Sacerdote non genuflexo, sed stante, triplici ductu incensanda est. **2769** *ad* X *qu.* 1. **3201** *Dub.* 7; quoad colorem pluvialis et veli humeralis in benedictione cum Reliquia S. Crucis hac die et modum recitandi Orationem *Respice* nec non admittendos fideles ad osculum dictae Reliquiae, servetur consuetudo. **2769** *ad* X. *qu.* 2. 3 *et* 4.

Feria VI in Parasceve non licet reponere de sero in Ecclesia et ad proprium Altare SS. Sacramentum cum luminaribus; et contrarius abusus eliminari debet. **2740** *ad* 4; nec licet post Missam Praesanctificatorum exponere Reliquiam S. Crucis in Sacello, ubi asservatur SSm̃um Sacramentum pro hac Feria, eamque expositam retinere usque ad Missam Sabbati Sancti. *Ibidem ad* 5.

Feria VI in Parasceve Diaconus et Subdiaconus in adoratione Crucis deponere possunt calceamenta, si adsit consuetudo. **2769** *ad* X. *qu.* 5.

Feria VI in Parasceve in Orationibus pro Imperatore Romano nihil immutari debet. **2800.**

Feria VI in Parasceve exponi potest Reliquia S. Crucis, ubi adest consuetudo; dummodo Reliquia inclusa sit Crucis talis mensurae, ut poni possit inter candelabra Arae maioris. **2887** *ad* 4.

Feria VI in Parasceve ab initio adorationis usque ad Nonam Sabbati Sancti inclusive Cruci genuflectendum est. **3049** *ad* V. **3059** *ad* IV.

Feria VI in Parasceve faldistorium Episcopi ponendum est in primo gradu in cornu Epistolae, versa facie ad cornu Evangelii, ad formam Caeremonialis Episcoporum lib. II. cap. 25. § 10. **3110** *ad* XI.

Feria VI in Parasceve ante Missam Praesanctificatorum Confessiones fidelium audire in Cathedrali et in Ecclesiis parochialibus licet; et consuetudo contraria omnino reprobanda est. **3383.**

Feria VI in Parasceve Processio intra muros Ecclesiae cum Reliquia SS. ligni Crucis, quae defertur sub baldachino, thuriferario praecedente, cum sacris Ministris nigris paramentis indutis, licite continuari potest; quatenus non fiat intra Officium et Missam. **3466** *ad* 1.

Feria VI in Parasceve Crux Altaris velo violaceo cooperiri debet, non vero nigro. **3535** *ad* 8.

Feria VI in Parasceve in Missa Prae-

bria in populo, sustineri nequit. **2378** *ad* 1.

Festa per annum duplicia, quae solemniter celebrantur a Choro et in populo sunt feriata, in concurrentia cum aequalibus quoad ritum et dignitatem, habere possunt integras Vesperas ad sensum Rubricae Tit. XI Breviarii Romani num. 2. **2378** *ad* 2.

Festo alicui, quod in Ecclesia particulari fieri nequit die assignata tamquam propria pro tota Dioecesi, alia dies tamquam propria cum approbatione Ordinarii assignari potest et debet. **2378** *ad* 5.

Festa, quae immemorabili consuetudine celebrantur, observari possunt, si de Sanctis sint in Martyrologio Romano descriptis: sin minus, celebrari nequeunt. **2390** *ad* 1.

Festis simplicibus non est assignanda alia dies, si perpetuo impediantur. **2390** *ad* 1. **2408.**

Festum solemne in parvo Oppido celebrari solitum cum apparatu in Ecclesia Regularium nequit peragi eadem die in Ecclesia Collegiata cum eadem solemnitate. Novemdiales tamen preces permittuntur in utraque Ecclesia, dummodo fiant horis diversis. **2472** *ad* 1.

Festis solemnioribus non adnumerantur dies expositionis SS. Sacramenti pro Oratione XL Horarum, et Octava Corporis Christi. **2506** *ad* 1; adnumerantur vero solemnioribus festis Nativitas S. Ioannis Baptistae et duo dies festi Paschatem vel Pentecosten immediate sequentes. **2507**; Functionibus vero solemnioribus Missa Feriae V in Coena Domini, Missa et Vesperae tam Sabbati Sancti, quam alterius ante Pentecosten. *Ibidem.*

Festorum observantia et reductio in utriusque Siciliae Regno ex Apostolica auctoritate, sub certis regulis in Litteris Apostolicis contentis, profertur **2589. 2590.**

Festum mobile ritus duplicis maioris pro toto Ordine Regulari, occurrens in die octava Festi item mobilis particularis Conventus (ex privilegio), celebrandum est cum Commemoratione diei octavae. **3099** *ad* 1.

Festum indultum alicui Ecclesiae, celebrandum a Sacerdotibus illius Ecclesiae servitio stricte addictis, comprehendit etiam Officium praeter Missae celebrationem, ad quod tenentur Parochus et alii Vicarii, si qui sint. **3433** *ad* 1 *et* 2.

Festa nonnulla inseruntur Calendariis Ecclesiae universalis et Cleri Romani. **3551.**

Festa duplicia maiora Dominicis assignata consideranda sunt tamquam festa occurrentia, et non translata; ideoque locum habent in Dominica infra Octavam Corporis Christi. **3557.**

Circa Festa primaria et secundaria ordo praeeminentiae decernitur **3808.** *Decretum generale. Vide Suffragium in IV volumine pag.* **376. 3919** *ad* 4; quae distinctio etiam duplicia minora et semiduplicia, tam in occursu quam in concursu et in repositione, respicit. **3837.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **402.**

Festorum primariorum et secundariorum Catalogus. **3810.**

Circa Festa duo vel Officia eadem die occurrentia. **3811.** *Decret. generale.*

In Festi secundarii ritus semiduplicis concurrentia cum Dominica sequenti Vesperae dividuntur a Capitulo. **3867** *ad* 1. Vide **3871.**

Festum, quod neque in Martyrologio neque in Supplemento Dioecesis reperitur, Episcopus nequit designare pro Titulari alicuius novae Ecclesiae. **3876** *ad* 5.

Ex Festis duobus primariis vel secundariis eiusdem ritus et classis, praecedentia competit digniori: in paritate vero dignitatis, competit festo diei mensis affixo. **3885** *ad* 1. **3919** *ad* 3.

Festa, quae perpetuo impedita in Calendario, non habent locum in eodem, ad instar simplicis redigenda sunt; sed ex speciali gratia S. R. C. concedit, ut festum Dedicationis Basilicarum SS. Petri et Pauli reponatur prima die a duplici minore libera, et tunc festum semiduplex fiat simplex. **3885** *ad* 2.

Festum mobile vel immobile, quod de Apostolica venia extra diem suum assignatum vel permissum fuit celebrari ob perpetuum impedimentum, cessante hoc impedimento, suae diei restitui debet. **3919** *ad* 1.

In Festis secundariis dignitas personalis in concurrentia attendenda est, quando eiusmodi Festa quoad ritum et reliqua aequalia sunt. **3919** *ad* 2.

Festum fixum prae mobili, et magis proprium prae minus proprio, in occurrentia, ceteris paribus, praecedentiam habet iuxta Rubricas generales Breviarii Tit. X num. 6: verum non gaudet praecedentia etiam in concurrentia. **4021.**

In aliquo Festo cum Octava, praeter ea quae describuntur in Breviario Romano, ita privilegiata, ut duplicia tantum I et II classis admittat, recitari debet Lectio IX de Simplici occurrente. **4026** *ad* 2.

In aliquo ex Festis solemnioribus, sive Ecclesiae universalis sive Ecclesiarum particularium, uti etiam in ultimo triduo maioris Hebdomadae, quando alicuius obitus occurrit, servari potest consuetudo vigens deferendi cadaver ad Ecclesiam post exple-

tas Vesperas, illudque aspergendi dicendique Preces in Rituali Romano praescriptas. **4029** *ad* 4.

In Festis solemnioribus Sanctorum, ad Vesperas eorum Imagines hinc inde iuxta Altare collocatas incensandi post thurificationem Altaris, Celebrante se sistente successive ante singulas ipsas Imagines, antiqua et valde generalis consuetudo tolerari potest, adhibito tantum duplici ductu. **4044** *ad* 3.

Festa affixa Dominicis vel aliis certis diebus, quae sunt concessa pro locis et Ecclesiis particularibus, absque indulto non sunt transferenda, sed omittenda, si dies illi sint impediti. **1721** *ad* 3. **2417** *ad* 4. **2745** *ad* 9. **3607** *ad* 5. **3637** *ad* 3 *et* 4; quando vero praedicta Festa sunt de praecepto pro aliquo Statu (cuiusmodi sunt plura Festa B. M. V. concessa a Benedicto XIII pro Statu Pontificio affixa certis diebus) transferuntur. **2319** *Alia Dubia ad* 8.

Festa affixa Dominicis, quae in aliqua Dioecesi perpetuo sunt impedita, per Episcopum assignari nequeunt in alia die non impedita, sed recurrendum ipsi est ad S. R. C. pro translatione ad primam diem liberam. **3008** *ad* 1 *et* 2; si die statuta celebrari nequeant, eo anno sunt omittenda nisi data fuerit facultas ea transferendi. *Ibidem ad* 3 *et* 4.

Festa ad Dominicam infra Octavam perpetuo translata, festis mobilibus non sunt adnumeranda. **2591** *ad* 2. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **185**.

Festa particularia affixa Dominicis aut Feriis, obtento Indulto eadem transferendi, si haec accidentaliter vel perpetuo impediantur, transferri possunt et debent ad diem insequentem liberam, tamquam in sedem propriam. **3919** *ad* 5.

Vide **Solemnitas. Patronus. Titularis. Officia.**

Festa abrogata.

Festa abrogata per Constitutionem Urbani VIII peragenda sunt in Choro eadem solemnitate, qua ante Constitutionem celebrabantur. **1092**; quoad Officium servanda est consuetudo. **1454**.

In Festis abrogatis nihil innovandum est quoad Missam a Parochis celebrandam pro populo, aliasque ecclesiasticas functiones. **2592** *ad* 4. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **187**.

Festa abrogata celebranda sunt in Choro die propria, etiamsi aliquando impediantur ab aliqua ex Dominicis privilegiatis, vel ab aliquo ex festis mobilibus. **2910**.

Festa abrogata in Dioecesibus, in quibus celebrantur Dominica sequenti cum unica Missa solemni, in Ecclesiis, in quibus non solet celebrari Missa Conventualis, addantur in Missa de festo translato Commemorationes Officii currentis. **2974** *ad* 1; hoc Decretum emendatur altero sub num. **3754** *ad* 2. Missae Conventualis obligatio respicit tantum Cathedrales et Collegiatas. **2974** *ad* 2 *et* 3; Missa votiva solemnis de festivitate, ut supra, cantanda est in omnibus Ecclesiis et Oratoriis publicis, si ibi cantetur Missa in aliis Festis. *Ibidem ad* 4: in Ecclesiis vero Regularium et Monialium servetur consuetudo. *Ibidem ad* 5.

In Festis abrogatis Parochi in Austria et alibi tenentur Missam applicare pro populo. **3042** *ad* 6.

Festa abrogata Patronorum loci in Hispania celebranda sunt sub ritu duplici I classis cum Octava. **3793**.

In Festis abrogatis tenentur Parochi Missam pro populo applicare. **2592** *ad* 4. *Vide Suffr. in IV vol. pag.* **187**. - **3166**.

Si Festa, quae prius sub utroque praecepto celebrabantur, postea vero abrogata sunt, incidant in Feria V in Coena Domini, Indultum celebrationis aliquarum Missarum ea die locum non habet. **3179**. **3400** *Dub.* I. **3503** *ad* 2.

Festum suppressum Annuntiationis B. M. V., incidens in Feria V in Coena Domini, celebrandum est eodem die quo antea, quando erat de praecepto. **3503** *ad* 1.

Festa de praecepto.

Festum de praecepto indici nequit pro Compatrono alicuius loci, quando servitium Cathedralis ob aeris intemperiem ad hunc locum translatum est. **532**.

Festa de praecepto a Sede Apostolica declarata in toto Orbe servanda sunt. **535** *ad* 3; horum publicatio fieri debet a Parocho, non a Vicario foraneo. **607**.

Festa nova de praecepto non sunt introducenda. **721**.

Festum de praecepto indicere potest Episcopus cum consensu populi et Cleri, contradicente Capitulo. **509** *ad* 1.

Ut Festum Patroni de praecepto servetur, qui non fuit electus servatis servandis, Episcopus praecipere nequit; ac proinde praeceptum tale non obligat. **714**.

Festa de praecepto voto alicuius Communitatis instituta, quae iuxta declarationem S. R. C. diei 18 Aprilis 1643 solas personas voventes obligant, Episcopus in sua Dioecesi confirmare nequit; neque alia Festa instituere de praecepto praeter illa, quae in Bulla Urbani VIII diei 13 Septembris 1642 expressa sunt. **2113**.

Festa de praecepto servanda recensentur et reducuntur ab Urbano VIII Constitutione, quae habetur sub num. **812**. Declaratio quoad festa ex voto. **834**; sed nihil innovatur circa Rubricas. **854**. Quaedam Dubia circa supradictam Constitutionem solvuntur. **880**. - Quoad festorum observantiam et reductionem in utrinsque Siciliae Regno, vide **2580**. **2590**.

Festum anne in casu speciali sit servandum de praecepto, iudicium spectat ad Episcopum. **1600** *ad* 1 *et* 2.

Festum de praecepto occurrens in feriam VI in Parasceve transferri debet quoad Officium et Missam, sed absque obligatione praecepti audiendi Missam et vacandi ab operibus. **2164**. **2305**.

Ad Festum Patroni principalis Civitatis de praecepto servandum Episcopus Communitatem et populum, qui habet proprium principalem Patronum, cogere nequit. **2277**.

Festa plura de praecepto quando eadem die in aliquibus locis ita fixe occurrunt, ut translatio alicuius seu aliquorum sit perpetua, tunc prima dies proxima non impedita censeatur assignata in perpetuum pro die propria festi respective translati. **2384** *ad* 1.

Festa de praecepto, translata ex Apostolico Indulto in Dominicam in Dioecesibus particularibus, possunt transferri etiam in monasteriis antiquioris reformationis de Trappa ad Dominicam. **3707** *ad* 1; et Festa de praecepto pro aliquibus Dioecesibus recolenda infra Hebdomadam debent etiam celebrari eodem die in dictis monasteriis. *Ibidem ad* 2.

Festa de praecepto celebrandi Titulares Ecclesiarum Dioecesis Ianuensis consuetudo non obligat, sive sit anterior, sive posterior Constitutione Urbani VIII. **2261**.

Festum utrumque principalis Patroni loci et Ducatus de praecepto servandum est; et tunc Parochi tenentur ad Missae applicationem, pro populo. **2576**. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **158**. - **2633** *ad* 2. *Vide Suffragium in volumine pag.* **251**.

Festa quoad Translationem.

Pro Festi perpetuo translati sede Episcopus inconsulta S. Sede certum diem statuere nequit. **899**.

Festa perpetuo transferre aut de novo concedere Episcopo non licet, quum servari debeant Rubricae et S. R. C. Decreta. **1755**.

Festum Dedicationis Cathedralis transferre nequit Episcopus ad aliam diem; et translatio per eum facta non sustinetur. **2180** *ad* 1.

Festivitates transferre nequit Episcopus loci quoad solemnitatem extrinsecam, nec permittere, quod in die proprio Missa tantum cantetur absque alia pompa in eadem Ecclesia, ubi celebranda erit festivitas in aliam diem translata. **3804** *ad* 9.

In Festorum Translatione ad Dominicam sequentem pro celebratione Missae solemnis servetur Indultum; in quo si comprehendantur etiam Regulares et Moniales, Missa de Festo translato erit cantanda, nec praescripto adimpletur cum Missa conventuali, quae celebratur sine cantu et concordare debet cum Officio diei. **2914** *ad* 2.

Festa, quae alio festo occurrente altioris ritus perpetuo impediuntur, fixe transferri debent in primam diem liberam immediate sequentem. **1265** *ad* 6. **1421** *ad* 1. **1772** *ad* 1 *et* 3. **2139**. **2214**. **2244**.

Quoad Festorum translationis ordinem Rubricae servandae sunt. **1928**.

Festorum Patronorum principalium translatio ad Dominicam proxime sequentem iuxta formam Indulti intelligenda est, tam relate ad electos quam ad eligendos. **2591** *ad* 1. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **184**.

Festa quae ex necessitate transferuntur, locum resument prima die non impedita alio Officio novem Lectionum. **1589** *ad* 3.

Festis perpetuo translatis a Regularibus, qui habent proprium Calendarium, assignandi sunt dies, qui in eodem Calendario liberi sunt; quin amovenda sint illa Ordinis Festa, quibus assignati sunt dies proprii. **2494** *ad* 1.

Festum duplex, quod transferri valet, occurrens ante Octavam non privilegiatam transferri potest ad diem infra Octavam. **1637** *ad* 2.

Festa, quae assignata sunt diebus 24, 25, 26, 27 et 28 Februarii in anno bissextili transferuntur singula ad sequentem diem. **1663** *ad* 3. **3604** *ad* 3. **3611** *Dub.* V.

Festa Sanctorum celebranda sunt eo die, quo cadunt; verum si incidant in diem impeditam, transferenda sunt in aliam diem non impeditam iuxta Rubricas, nec immutari possunt de licentia Ordinarii. **1843** *ad* 3 *et* 4.

Festa, quae transferuntur ob perpetuum impedimentum, celebranda sunt in assignatis diebus, etiam in occursu Dominicae. **2244** *ad* 1 *et* 2.

Festa affixa Dominicis vel aliis certis diebus, quae sunt concessa pro locis et Ecclesiis particularibus, absque indulto non sunt transferenda, sed omittenda, si dies illi sint impediti. **3607** *ad* 5. **3637** *ad* 3 *et* 4. Quando vero praedicta festa sunt de prae-

cepto pro aliquo Statu, cuiusmodi sunt plura festa B. M. V. concessa a Benedicto XIII pro Statu Pontificio affixa certis diebus, transferuntur. **2319** *Alia Dubia ad* 8.

Festa affixa Dominicis, quae in aliqua Dioecesi perpetuo sunt impedita, per Episcopum assignari nequeunt in alia die non impedita, sed recurrendum est ad S. R. C. pro translatione ad primam diem liberam. **3008** *ad* 1 *et* 2; si die statuta celebrari nequeant, eo anno sunt omittenda, nisi data fuerit facultas ea transferendi. *Ibidem ad* 3 *et* 4.

Festa, quae perpetuo a die obitus ad aliam diem fixam translata sunt, annuntiari debent iisdem diebus et verbis in Martyrologio Romano descriptis. Quod si eorum transferantur Officia, pridie quam celebrentur, debet nuntiari Festum illius Sancti, de quo die sequenti agenda erit solemnis memoria. **2319** *Alia Dub. ad* 11.

Festa perpetuo translata a propria ad aliam diem pronuntianda sunt in Martyrologio ipso die quo notantur et altero quo celebrantur. **2365** *ad* 4.

Festa semiduplicia, quae transferuntur ob perpetuum impedimentum, transferri possunt infra Octavas non privilegiatas, in quibus fieri deberet de Octava, tamquam in dies proprios. **2378** *ad* 3.

Festum aliquod iam translatum si iterum moveri debeat a suo loco, non est opus, ut cetera alia Festa post illud translata a loco novo moveantur, nisi forte Calendarium ex integro reformetur. **2378** *ad* 4.

Festum duplex mobile, etiamsi cum exteriori solemnitate celebratur, transferendum est, quando occurrit in festo altioris ritus. **1407** *ad* 1.

Festa perpetuo transferenda possunt stabiliri infra illas octavas, quae huiusmodi Festa occurrentia non excludunt, licet excludant translata; ut est de octava Corporis Christi, quae admittit duplicia occurrentia, non autem translata. Stabiliri autem non possunt infra eas octavas quae huiusmodi Festa occurrentia excludunt. **2384** *ad* 2.

Festa Sanctorum, quae in fine anni supersunt, non sunt ad annum sequentem transferenda; sed quoties toto anni decursu de illis celebrari nequeat, tunc pro illo anno in diebus eorum propriis consideranda sunt tamquam simplicia, faciendo (si tamen eo die haec fieri possint) illorum Sanctorum commemorationem cum IX Lectione, composita ex omnibus eorum Lectionibus propriis II Nocturni ad modum unius. **2410. 1969.** Vide infra **3551** *Breve Apost.*

Festa, quae in Regno Poloniae iuxta concessionem S. R. C. transferri possunt ad Dominicas infra eorum Octavas ad populi commoditatem, quando in hisce Dominicis accidat impedimentum, non sunt ad aliam ex sequentibus Dominicis transferenda; sed celebrari debent diebus propriis, in quibus celebranda essent, si non adesset privilegium. **2446.**

Festa perpetuo translata ad Dominicam infra Octavam, festis mobilibus non sunt adnumeranda. **2591** *ad* 2. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **185.**

Festo perpetuo ad proximiorem Dominicam translato, translata censetur etiam Vigilia in Sabbatum praecedens. **2591** *ad* 3. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **185.**

Festum simplex si elevatur ad ritum duplicem, suam sedem retinere potest, translato alio duplici, quod eam occupaverit. **2598** *ad* 1. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **190.**

Festum duplex occurrens in die octava alicuius Festi transferri debet in perpetuum ad primam diem liberam. **3097.**

Festa simplicia, quando occurrant in Festum duplex I classis, non sunt transferenda in aliam diem, sed prorsus omittenda. **3438** *ad* 1.

Festa duplicia minora (exceptis festis Sanctorum Ecclesiae Doctorum) et semiduplicia, si occursu Dominicae vel maioris Festi seu Officii quomodocumque impediantur, non transferuntur; sed ipso die quo cadunt, de eis fit in utrisque Vesperis et Laudibus commemoratio, cum IX Lectione historica, sive una ex duabus aut tribus, si tamen haec eo die fieri possint; secus huiusmodi duplicia et semiduplicia eo anno penitus omittuntur, ut de simplici cautum est in Rubricis tit. IX num. 10 et tit. X num. 8. **3551** *Breve Apost.*

Festa certis Dominicis vel Feriis assignata ac particulari Ecclesiae concessa transferri non possunt absque speciali privilegio. **3531** *ad* 1 *et* 2.

Festa vel accidentaliter vel perpetuo transferenda recitari possunt diebus (festo duplici vel semiduplici non impeditis), qui Antiphonas maiores exigunt et Octavas excludunt. **3780** *ad* 6.

Festum Translationis alicuius Sancti, quod celebratur in Calendario sub ritu duplici primae classis cum octava, habendum est tamquam primarium, et alterum de die natali, quod minori ritu recolitur, ut secundarium. **3885** *ad* 3.

Pro Festorum Translatione Sanctorum sive fixa sive accidentali dies liberi tantum ii censendi sunt, quibus nullus Sanctus, etiam translatus, est assignatus. **3248** *ad* 6.

Festa duplicia (I vel) II classis Indultum

conceditur, si dies liberi pro iis reponendis in decursu anni non suppetant, ut transferri possint in alias dies proximiores, quamvis in his festa semiduplicia aut duplicia (non tamen Doctorum Ecclesiae) occurrant, quae pro eo anno (omittenda vel) commemoranda erunt iuxta Rubricas. **3756.** *ad* 1. *Decret. gener.*

Festum duplex habens Octavam, quando in die sua et infra suam Octavam celebrari nequit, transferendum est in ipsam octavam diem, quamvis in Dominicam incidat; dummodo non occurrat aliud festum vel ritu vel primarii qualitate vel dignitate superius: quo casu transferatur illud in primam diem liberam. **3853.**

Festa, quorum solemnitates sunt transferendae ratione Indulti Apostolici in proximiorem Dominicam non impeditam, sunt: Epiphaniae Domini, Corporis Christi, Ss. Apost. Petri et Pauli et Ss. Patronorum locorum, quando infra hebdomadam occurrunt: sive recoli quoad Officium propria die, sive ad aliam diem amandari debeant iuxta Rubricas; reliqua, eadem die qua occurrunt, cum propria solemnitate celebrentur. **3754** *ad* 1.

Si Festum, cuius esset transferenda solemnitas, incidat in aliquam Dominicam I classis (Palmarum excepta) semiduplicis aut duplicis minoris ritus, cantabitur Missa de Dominica et illius primae Orationi adiungetur sub unica conclusione occurrentis Festi commemoratio: quoad reliqua serventur Rubricae, et de dicta solemnitate nihil amplius fiat. Si vero incidat in Dominicam Palmarum aut in Festum aliquod ex solemnioribus universalis Ecclesiae, nulla de eo commemoratio fiat, neque transferatur solemnitas, sed Officium tantum iuxta Rubricas. **3754** *ad* 3.

Festa particularia Dominicis aut Festis affixa, obtento Indulto transferendi, si accidentaliter vel perpetuo impediantur, transferri possunt et debent in diem insequentem liberam tamquam in sedem propriam. **3919** *ad* 5.

Festo mobili, quod ex privilegio translationem admittit, occurrente alio festo eiusdem ritus, sed diei mensis affixo, servanda est Rubrica Generalis Breviarii Romani, vi cuius, in paritate ritus, fiat de primario prae secundario; in paritate primarii vel secundarii, fiat de digniore ratione personae; et in paritate etiam dignitatis, fiat de fixo prae mobili. **4034** *ad* 1.

Festa duplicia maiora Dominicis assignata consideranda sunt tamquam festa occurrentia, et non translata; ideoque locum habent in Dominica infra Octavam Corporis Christi. **3557.**

Vide **Patronus quoad translationem. Solemnitas.**

Fidelium animae etc.

Fidelium animae etc. in fine cuiuslibet Horae omitti non debet, etiamsi immediate sequatur Missa. **2366.**

Fidelium animae etc. dum dicitur in fine Officii, non est producendum manu signum crucis ad instar benedictionis. **4048** *ad* 8.

Fidelium Deus omnium etc.

Fidelium Deus omnium etc. Oratio secundo loco dicenda est in Missa de Simplici vel de Dominica, quae reassumitur Feria II vel prima die mensis non impedita. **2077. 3553** *ad* 3.

Fidelium Deus omnium etc. Oratio non est dicenda in Missa feria II post Dominicam Passionis, sed alia a Rubricis praescripta. **843** *ad* 4.

Filiae Caritatis

In Filiarum Caritatis S. Vincentii a Paulo aedibus Oratorium privatum erigi, ibique Missae celebrari et SS̃mum Sacramentum die noctuque asservari potest, etiamsi iisdem publica aliqua Ecclesia adnexa sit. **3662.**

Filiae Caritatis, si in regionibus Missionum pro solemni Baptismo et Confirmatione Patrini desint et tantummodo dictae Moniales praesto sint, adhiberi debent uti Matrinae pro feminis in utroque sacramento. **3760** *ad* 2.

Flectamus genua dum dicit Celebrans coram SS̃mo Sacramento exposito, versus librum genuflectere debet. **2859.**

Floribus Altaria ornari possunt in Quadragesima occasione primae Communionis puerorum vel ob devotionem erga S. Ioseph mense Martio. **3448** *ad* 11.

Fons Baptismalis.

Fontis Baptismalis erectio conceditur Ecclesiae S. Donati in loco, vulgo *Castel-Marino,* Dioecesis S. Miniati, sed sine praeiudicio Ecclesiae Matricis. **2757.**

Fons Baptismalis in Sabbato Sancto et in Vigilia Pentecostes erigi nequit in Ecclesia, in qua nulla est parochia nec Parochus proprium habet territorium, nec erigi potest ad horam tantum; et consuetudo benedicendi solemniter aquam his diebus in vase seu fonte portatili sine sacrorum Oleorum commixtione sustineri nequit. **3272** *ad* 1, 2 *et* 3.

Vide **Benedictio Fontis Baptismalis.**

Fores Ecclesiae pandere et repagula removere, ut pateat interna pars transeuntibus per viam ad benedictionem cum SSmo Sacramento non decet; nisi Ordinarius ob peculiares circumstantias id permittat, citra periculum irreverentiae. **2621** *ad* 8.

Formale seu *pectorale* ornamentum est privativum Episcopi, nec eo uti possunt Dignitates aut Canonici Cathedralis solemniter celebrantes. **2425** *ad* 9.

Franciscani vide **Ordo Minorum S. Francisci.**

S. Franciscus Assisiensis.

In S. Francisci Stigmatum Festo translato nulla est facienda mutatio in Hymno. **2365** *ad* 3. **3254** *ad* 5.

In S. Francisci Oratione et versiculis a Franciscanis addi nequit: *Beati Patris nostri.* **2515** *ad* 3.

S. Francisci nomen in *Confiteor* ad Primam, Completorium et Missam ac in Orationibus addi potest ab utentibus Breviario trium Ordinum Minorum iuxta eiusdem Rubricas. **2587** *ad* 2. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **178.**

In S. Francisci Missa votiva lecta, quae quotidie in Ecclesia Patriarchali Assisiensi ex indulto celebratur in solemnioribus quoque anni diebus, non dicitur *Credo,* ne in Dominicis quidem. **2597** *ad* 1. In hac Missa in Oratione *A cunctis,* quando dicenda est, omittendum est nomen S. Francisci; vel commutanda est dicta Oratio in aliam *Concede* ad poscenda Suffragia Sanctorum. *Ibidem ad* 3. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **188** et **189.**

De S. Francisci invento corpore Constitutio Apostolica, qua declaratur corpus inventum sub altari maximo Basilicae Assisiensis revera esse corpus S. Francisci universi Ordinis Fratrum Minorum Fundatoris. **2605.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **197.**

S. Francisci Conf. festum ad ritum duplicis maioris pro universa Ecclesia elevatum est. **3581.**

De S. Francisco Ass. Missam votivam celebrare ex privilegio conceditur cuilibet Sacerdoti, tam in sacello Portiunculae quam in altero, ubi S. Patriarcha obdormivit, exceptis Duplicibus I et II classis, festisque de praecepto servandis, necnon Feriis, Vigiliis et Octavis privilegiatis. **3894.**

Quoad S. Francisci Borgiae Conf. Missam, standum est editionibus typicis Missalis. **3832** *ad* 9.

S. Franciscus de Paula.

S. Francisci de Paula festum, quod celebratur die 2 Aprilis in Civitate Gerunden. de praecepto ex voto, transferri debet in primam diem non impeditam cum obligatione audiendi Missam, quando incidit in Sabbatum Sanctum. **1911.**

S. Francisci de Paula festum in Regno Siciliae celebrandum est Dominica II post Pascha; si vero impediatur a festo Patroni, transferendum est etiam ad aliam Dominicam non impeditam. **2840;** in eodem festo recitetur Officium ut in Breviario Romano, Octava desumitur ex Octavario Romano, et Praefatio ut in Missali Romano. **2895** *ad* 1 *et* 2.

S. Franciscus Salesius in Oratorio publico eidem consecrato et Gymnasio adiecto uti Titularis sub ritu duplici I classis cum octava celebrabitur; et eiusdem Commemoratio fieri debet tum in Suffragiis tum in Oratione *A cunctis* a viris ecclesiasticis huic Gymnasio quocumque titulo adscriptis. **3676** *ad* 1; sed Solemnitas huius festi nequit transferri in Dominicam proxime sequentem. *Ibidem ad* 2 *et* 3.

S. Franciscus Xaverius.

S. Francisci Xaverii festum, uti Patroni principalis Dioecesis Nolanae perpetuo, tamquam in die propria, celebratur ultima Dominica post Pentecosten; nisi Ordinarius, iuxta Breve diei 15 Oct. 1818 pro utriusque Siciliae Regno datum, indulgeat ut a propria Sede non amoveatur; et quatenus hic dies incidat in Dominica I Adventus, transfertur iuxta Rubricas. **2626.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **233.**

S. Francisci Xaverii festum in Ecclesia, ubi sodalitas Piae Unionis Propagationis Fidei erecta est, nequit celebrari sub ritu duplici I classis cum octava et *Credo.* **2857.**

S. Franciscus Xaverius uti Patronus principalis Indiarum habendus est iuxta Bullam Benedicti XIV; quare posita consuetudine, Regulares eiusdem Sancti commemorationem facere debent inter Suffragia. **3578** *ad* 1; et eiusdem Festum celebrare sub ritu duplici I classis sine octava, nisi eisdem haec specialiter sit indulta. *Ibidem ad* 2.

S. Francisci Xaverii Commemoratio inter Suffragia sumenda est prout infra Octavam eiusdem Sancti. **3314.**

Frons.

Ob Frontis suae demolitionem Ecclesia consecrationem non amisit. **3326.**

Si Frons tota Ecclesiae destructa et novus murus pro maxima parte erectus sit, Ecclesia non indiget nova consecratione, quamvis pridem in dicta Fronte duae ex duodecim Crucibus oleo sancto inunctae reperirentur. **3240.**

In S. Fulgentii Ep. Doctoris Hispanorum festo, qui ad ritum duplicem II classis evectus est cum facultate Officium et Missam de Doctoribus recitandi, Lectiones I Nocturni dicendae sunt *Sapientiam* de Communi Doctorum. **3253;** et in II et III Nocturno retinendae sunt Lectiones propriae et Oratio pro hoc festo iam assignatae. *Ibidem.*

Funalia vide **Intortitia.**

Functiones.

Functiones omnes, quae fiunt per Episcopum, sive in Cathedrali sive in Collegiatis suae Dioecesis, faciendae sunt cum assistentia Canonicorum Cathedralis, et non aliorum. **537.**

Functiones Episcopales, absente vel impedito Episcopo, pertinent ad primam Dignitatem, et hac impedita, ad alias ordine successivo; et omnibus Dignitatibus impeditis, ad Canonicum digniorem. **188. 241. 837** *ad* 1. 2 et 3. **1697. 2088** *ad* 2. **2120. 2219** *ad* 4. **3865** *Decret. gener.*; numquam vero ad Vicarium Generalem, etiamsi habeat pro se consuetudinem et Decretum Synodale. **1111** *ad* 1.

Functiones Episcopales faciendae sunt in Cathedrali, non autem in Collegiata, ubi Episcopus residet; et in casu non sufficientiae Presbyterorum, hi sunt aliunde conducendi. **1372.**

In Functionibus ecclesiasticis Canonici Cathedralis, quando capitulariter incedunt, praeferuntur Dignitatibus Collegiatarum; in reliquis vero actibus privatis vel alias, quando uti singuli intersunt ad ritum ecclesiasticum, nihil decernendum duxit S. R. C. **1172.**

Functiones solemnes in Ecclesia simplici spectant ad eiusdem Ecclesiae Rectorem, non ad loci Archipresbyterum nec ad Parochum, intra cuius fines Ecclesia sita est. **725. 2693** *ad* 1; in Ecclesia parochiali pertinent ad eiusdem Parochum, non obstante quacumque contraria consuetudine. **740. 2693** *ad* 2.

Functiones principales spectantes ad Praepositum Ecclesiae Collegiatae, ipso absente, impedito vel nolente peragere, gradatim ordine successivo peragere debet Canonicus dignior; nec potest Praepositus aliquem pro se substituere. **1544.**

Functiones Hebdomadae sanctae non sunt de iuribus mere Parochialibus. **2123** *ad* 7; sed ad Parochum spectat celebrare Missam Feria V in Coena Domini. *Ibidem ad* 8.

Functiones Hebdomadae sanctae solemnes Episcopus nequit peragere extra Cathedralem. **2135** *ad* 7.

Functionibus solemnioribus adnumerantur Missa Feriae V in Coena Domini, Missa et Vesperae tam Sabbati Sancti quam alterius ante Pentecosten. **2507.**

Functiones Hebdomadae sanctae in Parochiis ruralibus, si haberi possint tres quatuorve saltem Clerici, persolvendae sunt, servata forma parvi Ritualis Benedicti XIII. **2616** *ad* 1. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **212.**

In Functionibus sacris omnibus, praesertim in Cathedralibus et Collegiatis, in quibus adest numerus sufficiens Ministrorum de gremio ipsarum Ecclesiarum, convenit ut Celebrans et Ministri sint de gremio Ecclesiae: quatenus vero sufficiens hic numerus desit, oportet ut sacri Ministri, qui extra gremium Ecclesiae assumuntur, eamdem Ecclesiae illius Liturgiam sequantur, ne ulla prorsus in sacris exercendis ritibus ac caeremoniis dissimilitudo habeatur. **3327** *ad* 1.

Functiones Hebdomadae sanctae peragendi facultatem Episcopus iuxta suum arbitrium et prudentiam Ecclesiis Vicarialibus in montanis sitis et ab Ecclesia parochiali non parum distantibus concedere potest; dummodo eaedem functiones fieri possint iuxta praescriptum Missalis Romani. **3366.**

Functiones cultus divini, uti Expositiones et Benedictiones SSmi Sacramenti in Ecclesia Cathedrali, quae simul est Parochialis, spectant ad Capitulum: excepta tamen Sacramentorum administratione, quae pertinet ad Parochum. **3505** *ad* 4.

Functiones in Hebdomada sancta, si fiant iuxta Memoriale Rituum Benedicti XIII, cum cantu persolvi nequeunt. **3505** *ad* 6.

Functiones omnes Hebdomadae sanctae Episcopus permittere potest in omnibus Ecclesiis, in quibus SS. Sacramentum asservatur, licet renuente Parocho; dummodo tamen horis diversis fiant, ne per illas fidelium concursus ad Ecclesiam parochialem impediatur. **3608** *ad* 1.

Functiones et supplicationes, si rite fiant, Rubricarum praescriptum non offendunt. **3614** *ad* 4.

In Functionibus sacris respectivis Episcopus, contradicente Capitulo, introducere

nequit usum bireti, ubi ab antiquioribus temporibus consuetudo contraria viget, nisi Canonici sacris paramentis sint induti. **3746** *ad* 1.

De Functionibus Episcopalibus Decretum generale proponitur **3865.**

Fundationes pro celebratione Missae omnibus diebus festivis B. M. V. non sunt intelligendae tantummodo de Festis de praecepto; sed complectuntur omnes dies, in quibus fit Officium B. M. V. sub duplici maiori vel altiori ritu, sive in Ecclesia universali sive in Dioecesi. **2422. 2460.**

Fundatores.

Fundatoribus Cappellae erectae in Ecclesia parochiali non licet affigere inscriptiones virorum in Dignitate ecclesiastica constitutorum ex eadem familia cum imaginibus et statuis ipsorum. **733.**

In Ss. VII Fundatorum Ordinis Servorum B. M. V. festo Capitulum Vesperarum sumi debet etiam ad Tertiam. **3731** *ad* 3.

S. Fundatorem proprium nominare possunt Regulares in Oratione *A cunctis* ad litteram N., dummodo Titularem (si nominari queat) non omittant, servato tamen ordine dignitatis. **3758.**

Fundatoris S. Alphonsi commemorationem tantum in Suffragiis Sanctorum Alumni Congregationis SSmi Redemptoris apponant, non vero alteram SSmi Redemptoris. **3011** *ad* 1.

Funus.

In Funeribus unica tantum Crux est deferenda, quae debet esse illius Ecclesiae, ad quam funus defertur. **515. 585** *ad* 2. **699. 1482. 1825** *ad* 2. **1905** *ad* 1. **2275** *ad* 5. **2644. 2685** *ad* 1; dummodo non interveniat Capitulum Cathedralis, sub cuius Cruce omnes incedere debent funus associantes. **3854** *in* I *Decret. gener.*

Ad Funeralia Capitulum Cathedralis vel Collegiatae nequit venire, nisi vocatum, etiam stante contraria consuetudine. **727. 772.**

In Funeribus ducendis preces et psalmi decantari debent, ut Rituale praescribit, abolito a S. R. C. cuiusdam Vicarii Generalis Decreto, qui Regularibus id prohibuerat. **1083.**

Funus associaturi regulariter in Parochiam convenire debent, vel in aliam Ecclesiam iuxta loci consuetudinem; quare Decretum Synodale non potest extendi ad loca, in quibus contraria viget consuetudo. **1191.**

Funera et funeralia emolumenta defunctorum Episcoporum, Canonicorum aliorumque Praebendatorum Cathedralis Ecclesiae spectant ad Cathedralem privative quoad Parochum Collegiatae unicae Parochialis in Oppido Cerreti. **1230.**

In Funeribus et Anniversariis praetermitti non licet recitatio Nocturni; et transgressores poenis plectendi sunt. **1250**; quaedam consuetudines declarantur a funeribus et exequiis eliminandae, utpote illicitae, repugnantes Rubricis et moribus Ecclesiae. **1588** *ad* 1, 2, 3, 4 *et* 6; similiter damnatur abusus faciendi Officium de adultis cum Missa de Angelis in exequiis parvulorum, etiam in duplicibus et Dominicis. *Ibidem ad* 5; si exequiae parvulorum contingant in ultimo triduo Hebdomadae sanctae, potest omitti *Gloria Patri* in fine Psalmorum. **1589** *ad* 4. In ducendo funere alicuius praestantissimi viri, permittitur ut aliquot nobiles laici culcitrae fimbrias sustineant; ecclesiasticis vero prohibetur. **1676.**

In Funeribus associandis Clerus convenire debet in Ecclesia proprii Parochi defunctorum. **1825** *ad* 3.

Circa Funera, praesertim quoad eleemosynam praestandam, in casu particulari, vide n. **1965.**

Funerum occasione collocare cadavera Archipresbyterorum defunctorum, induta pluviali, in sede, non vero in feretro, non licet; et servetur Rituale Romanum. **2318.**

In Funere associando Mansionariis Ecclesiae Cathedralis debetur praecedentia supra Parochos, si intersint cum Capitulo. **2357.**

Funera Sacerdotum exigenda sunt ad formam Ritualis Romani, neque licet in associatione, loco Antiphonae *Exsultabunt* et Psalmi *Miserere,* incipere Officium ab Invitatorio, prosequendo per viam etc. **2363. 2370.**

In Funere, quod defertur ad Ecclesiam a Parochiali diversam, non Parochus, sed alius Sacerdos eiusdem Ecclesiae Cotta et Stola vel etiam Pluviali indutus prosequi debet Officium a Rituali praescriptum, sine praeiudicio iurium Parocho competentium. **2393. 3854** *in* IV *Decret. gener.*

In Funere vel anniversario defuncti Sacerdotis Missa de Requie prima vel secunda dici poterit, dummodo Oratio *Deus qui inter Apostolicos etc.* omnino adhibeatur. **2417** *ad* 8.

Funus associaturi regulariter in Parochiam convenire debent, nisi consuetudo vigeat accedendi ad aliam Ecclesiam. **2623** *ad* 1. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **228**; hinc ubi consuetudo est conveniendi in Cathedralem, servari debet. *Ibidem ad* 2. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **229.**

(sed consule infra, Decretum **1413** *ad* 1, quod regulae generali melius correspondet) praesertim si Capitulum intersit. *Ibidem ad* 4 *et* 5. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **229**; nec licet exspectare per vias. *Ibidem ad* 3. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **229**.

In Funere ducendo, si adsint plures Parochi debetur praecedentia Parocho defuncti, qui stola indutus cadaver asperget Aqua benedicta, antequam e domo efferatur et Antiphonam *Exsultabunt Domino* intonabit. **2685** *ad* 2.

In Funere spectat quarta funeraria ad Ecclesiam tumulantem. **2881. 2899.**

In Funere ducendo Parochus Stolam super Superpelliceo tantum induet, sine aliis paramentis et sine Ministris paratis. **2915** *ad* 8.

In Funeribus Sacerdotum dispositio Ritualis Romani servanda est. **2915** *ad* 10.

In Funeribus cadavere ad Ecclesiam delato per curriculum, uti mos est in Dioecesi Briocensi, Sacerdos qui in Ecclesia recitat preces, quae dicendae essent in funere ducendo, si immediate post Officium Defunctorum debeat Missam celebrare, nequit induere Albam loco Superpellicei, nisi simul induat Stolam una cum Pluviali. **3035** *ad* 1; Stola autem assumenda est ab eo tantum, qui Exequias peragit. *Ibidem ad* 2; Missa de Requie cantari potest a Sacerdote diverso ab illo, qui Officium persolvit. *Ibidem ad* 3.

In Funeribus Sacerdotis defuncti Ecclesiasticis, praesertim Canonicis paratis, non licet deferre eius feretrum, vel fimbrias panni mortuarii. **3110** *ad* 15.

In Funeribus ducendis tolerari potest usus currus, super quo imponitur feretrum equis vehendum ad Ecclesiam et Coemeterium. **3212** *ad* 1; et tunc Parochus et Clerus funus ducere possunt sacris vestibus induti, erectaque Cruce. *Ibidem ad* 2.

Funebre Officium facere super cadaveribus sepeliendis in Confraternitatum Ecclesiis et Oratoriis spectat ad Parochum, quando tumulandus est subiectus Parocho, intra cuius fines est Ecclesia et Oratorium. **2123** *ad* 20. **3423.**

Funeralia in Ecclesia parochiali celebrari possunt, etiamsi Missa exequialis non celebretur; Missa tamen de Requie celebrari potest in Ecclesia Regularium, servatis Rubricis. **3494** *ad* 1; ad eamdem Missam de Requie propinqui et amici invitari possunt per litteras. *Ibidem ad* 2; et in dicta Ecclesia aliena cantari potest pro defuncto Missa de Festo vel de Feria, etiamsi in Ecclesia parochiali Missa exequialis non celebretur. *Ibidem ad* 3.

In Funeribus feretrum semel aut pluries in via deponi et post cantum Antiphonae *Libera me Domine* lustrali aqua aspergi potest, ubi viget consuetudo, dummodo lucri gratia non fiat. **3644.**

Funera eorum, qui extra patriam moriuntur eorumque ossa et cineres transferuntur, ut sive in pantheon sive in sepulcro familiae tumulentur, Clerus comitari potest solemnitate et ritibus, qui adhibentur in deferendis cadaveribus ad Ecclesiam; in Cappellis vero ardentibus, in quibus dicta ossa ante humationem exponuntur, funeralia celebrari nequeunt, sed peragi debent in Ecclesia vel saltem in aliqua sacra Cappella. **3693** *ad* 1 *et* 2.

In Funeribus, quibus totum Capitulum Canonicorum assistit, Canonicus gerens personam Parochi induere debet rochettum et superpelliceum ac deinde stolam; vel retento rochetto, induat stolam cum pluviali nigri coloris. **3704.**

In Funeribus Clericorum vel Puerorum Parochus nequit, loco praecedendi, sequi feretrum. **3804** *ad* 10.

Ad Funus invitati Canonici Collegiatae et collegialiter intervenientes sub Cruce Capituli incedere debent. **2861** *ad* 4. Vide **3854** *in* V *Decret. gener.*

Ad Funus vocati Regulares incedere debent sub Cruce Ecclesiae exponentis vel sepelientis; vel Canonicis collegialiter intervenientibus, sub Cruce Capituli. **3311.** Vide **3854** *Decret. gener.*

In Funebribus functionibus Celebrans, dum accedit ad Altare, et dum redit in sacristiam, Choro reverentiam facere debet. **3399** *ad* 1.

In Funeribus ducendis Capitulo Cathedralis praecedentia debetur supra Parochum. **142. 151. 224. 643. 3062** *ad* 1. **3854** *ad* III *Decret. gener.;* dummodo intersit cum propria cruce. **150**; in ecclesia vero ad quam defertur funus, ad Curatum ipsius Ecclesiae pertinet officium facere circa corpus Defuncti. **151. 224.** Vide **3854** *Decret. gener.*

Funus associantes Canonici et Capitulum Cathedralis nequeunt prohiberi ab ingressu Ecclesiae Regularium cum Cruce elevata. **732. 1389.**

Ad Funus vocato et interveniente Capitulo Cathedralis, tam Parochus quam Regulares aliique omnes debent ad Cathedralem accedere, etsi Defunctus sepeliendus sit in propria Parochia, vel in Ecclesia Regularium. **1413** *ad* 1-3.

In Funeribus associandis cadaverum tumulandorum in Ecclesia Regularium, Capitulum Cathedralis potest ingredi eam cum propria Cruce erecta, non autem facere funus

supra cadaver. **2206** *ad* 6; (quo Decreto alterum emendatur sub num. **1522** *ad* 3).

In Funeribus Capitulum et Clerus Cathedralis, accedentes cum Canonico Curato eiusdem Ecclesiae ad associanda cadavera in Ecclesiis Regularium, possunt ingredi istas Ecclesias cum Cruce elevata et sine stola. **2342** *ad* 1; sed Canonicus Curatus nequit Officium explere et Missam de Requie canere in dictis Ecclesiis, sed solum funeri assistere. *Ibidem ad* 2; ad Parochum autem spectat sola quarta funeralis omnium cerarum, quae deferuntur in associatione cadaveris, vel circa illud exponuntur. *Ibidem ad* 3.

In Funerum associatione Canonici incedere nequeunt Cappis extensis usque ad talos. **2389** *ad* 2.

In Funeribus ducendis Cappellanus Curatus Cathedralis, ratione stolae, praecedentiam habet supra Canonicos Collegiatae. **258.** Vide **3854** *in* III *Decret. gener.*

Funeralibus aliisque functionibus intervenientes Cappellani Cathedralis sine Capitulo cedere debent praecedentiam Canonicis Collegiatae; nisi forte adsit consuetudo immemorabilis contraria. **421.**

In Funeribus, quibus interest Capitulum, Cappellani et Sacrista praecedunt Parocho Defuncti; quia, cum sint de gremio, efficiunt cum eo unum corpus, quod dividi nequit. **1263** *ad* 1.

Funeri interessentes Cappellani Collegiatae cum aut sine stola loco Archipresbyteri non praecedunt aliis Parochis, quia illi sunt substituti. **1263** *ad* 4.

In Funeribus Cappellani, Sacrista, Clerici addicti servitio Collegiatae incedere debent sub Cruce Capituli. **1359** *ad* 1. **3000.**

In Funeribus associandis Cappellani Confraternitatum incedere possunt cum stola, dum processionaliter easdem sequuntur et claudunt. **2635.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **254.** - **2652.** **2755.** **2763.** **3051** *ad* 4; (quibus Decretis emendatur aliud **2391**).

In Funeribus ducendis, Collegiatae, quatenus alias sint aequales, praecedere debent iuxta antianitatem erectionis. **1905** *ad* 4.

In Funeribus crucem erigendi immemorabilis consuetudo Collegiatae, sive defunctus ad Collegiatam deferendus sit, sive ad quamcumque aliam Ecclesiam, servanda est. **371;** item Collegiata manutenenda est in possessione, ut Parochi conveniant in eadem, et inde simul cum eiusdem Cruce et Canonicis discedant ad levandum corpus defuncti. *Ibidem.*

In Funeribus Collegiata incedere debet sub Cruce Cathedralis, quando huius Capitulum intervenit. **795** *ad* 1.

In Funeribus Collegiata potest deferre Crucem usque ad ianuam Ecclesiae Regularis tumulantis; sub qua Cruce omnes associantes funus incedere debent. **1035.** **1063;** id vero intelligitur, si capitulariter Canonici conveniant; secus vero, si interveniant uti singuli. **1198.**

Funeribus interessentes Clerici praeferendi sunt Sodalitatibus laicorum. **152** *ad* 6.

In Funeribus Canonici Cathedralis capitulariter incedentes praecedunt Parocho, nedum in via, sed etiam in Parochiali, non obstante contraria consuetudine, praeterquam in actu faciendi officium, quod spectat ad Parochum. **2112** *ad* 3; tunc erigenda est Crux Cathedralis, praeterquam in actu peragendi officium. *Ibidem ad* 4.

In Funeribus pauperum Missa exequialis pro defuncto, cuius familia impar est solvendo expensas huius Missae cum cantu, legi potest, dummodo in Dominicis aliisque Festis de praecepto non omittatur Missa Officio diei currentis respondens. **4024.**

In Funeribus, quod Parochus in levandis cadaveribus stolam assumat in domo defuncti, et exiens illam dimittat, consuetudo uti abusus reiici debet. **825.**

In Funeribus, quod proprius Parochus non associet defunctum in aliena Ecclesia sepeliendum, sed facta per ipsum absolutione in propria domo defuncti et consignato cadavere recedat, consuetudo vigens in aliquo loco non reprobatur. **1300.**

Funus capitulariter associantes cum propria Cruce ad Ecclesiam Regularium Canonici Cathedralis possunt hanc ingredi, ibique cum Cruce erecta usque ad humationem assistere; ita tamen ut in absolutione Funeris sola adhibeatur Crux Ecclesiae tumulantis. **1957** *ad* 1 *et* 2. Vide **3854** *Decret. gener.;* etsi non invitati possunt ipsi associare Funus ad Ecclesiam Regularium deferendum, citra tamen praeiudicium haeredum. **1957** *ad* 3.

Vide **Cadavera. Exequiae. Regulares quoad Funera. Sepulcrum Defunctorum. Missa de Requie in die obitus.**

G

Genuflectere debent Canonici circa genuflexorium Episcopi, dum venit cappa indutus ad Ecclesiam et SSmum Sacramentum adorat; nec eis tunc licet pergere ad sedes Chorales, ibique genuflectere. **2331** *ad* 13.

Genuflectendum est utroque genu a transeuntibus ante SSmum Sacramentum patenter expositum, etiamsi in Pyxide reconditur; **937** *ad* 6. **2390** *ad* 4; et ab interessentibus Processionibus et pluvialibus indutis, quando accedunt vel recedunt. **4048** *ad* 11.

Genuflectendum est unico genu usque ad terram flexo ante Reliquiam S. Crucis, si in loco principali super Altare sit exposita, a transeuntibus; solum vero caput inclinatur, si dicta Reliquia recondita sit in custodia. **2390** *ad* 7. **2747. 2854. 3201** *ad* 7.

Genuflectere debent Canonici et Dignitates Collegiatarum, quoties in functionibus ecclesiasticis ante Episcopum transeunt. **2356. 2361. 2443**; etsi Episcopus non vestibus pontificalibus, sed cappa dumtaxat aut mozzetta sit indutus. **2534**; attamen in casu particulari Canonici Collegiatae assistentes Episcopo solemniter celebranti tenentur tantum se profunde inclinare. **1513** *ad* 8. Vide **2493.**

Genuflectendum est ad Preces feriales et Antiphonam finalem B. M. V., tantum in Choro. **2682** *ad* 41.

Genuflectendum est a Celebrante ad Altare SSmi Sacramenti sive expositi sive in tabernaculo reconditi in accessu et recessu in plano; in infimo autem gradu, quoties insuper genuflectere occurrat. **2682** *ad* 47.

Genuflectendum est a Celebrante et Ministris sacris coram SSmo Sacramento exposito in accessu et recessu utroque genu; intra Missam unico genu. **2682** *ad* 49; **3434** *ad* 6; idem valet etiam pro Ministro in Missa privata. **3426** *ad* 6.

Genuflectere debent Canonici, qui ob defectum Cantorum canunt Symbolum, tum solum cum Celebrans illud recitans genuflectit, et canendo debent adstare legili. **3003** *ad* 1.

Genuflectendum est Cruci ab initio adorationis Feriae VI in Parasceve usque ad Nonam Sabbati Sancti inclusive. **3049** *ad* V. **3059** *ad* IV.

Genuflectendum est a Sacerdote redeunte ad Altare post Communionem fidelium, antequam cooperiat sacram Pyxidem, et iterum genuflectendum antequam, Pyxide in tabernaculo reposita, ipsius tabernaculi ostiolum claudat. **3116. 3975** *Dub.* 3. *qu.* 2.

Genuflectere non debent ante Episcopum Canonici honorarii Ecclesiae Cathedralis, sed tantum caput et humeros inclinare. **3377** *ad* 2.

Genuflectendum est etiam a Clero, quando Celebrans ad *Et incarnatus est*, et ad *Verbum caro factum est* in ultimo Evangelio genuflectit. **3399** *ad* 2.

Genuflectere debent unico genu etiam mulieres, quoties transeunt ante SSmum Sacramentum in tabernaculo reconditum. **3402** *ad* 2; item Sorores coram Episcopo proprio. *Ibidem ad* 3.

Genuflectere debent omnes in Choro in Missis Feriarum Adventus etc., dicto per Celebrantem *Sanctus* usque ad *Pax Domini* inclusive. **3624** *Dub.* X.

Genuflectere debent omnes, exceptis Canonicis Cathedralis, unico genu ante Crucem Altaris maioris, non solum in Cathedrali, sed etiam in aliis Ecclesiis et Cappellis, ubi non asservatur SSmum Sacramentum: in actu tamen functionis tantum. **3792** *ad* 11.

Genuflectere non debet Sacerdos, qui celebrat in Altari, in quo SSmum Sacramentum asservatur, quando defectu Ministri ipse defert Missale a cornu Epistolae ad cornu Evangelii et vicissim; vel quando in maiori Hebdomada transit a cornu Epistolae ad cornu Evangelii ad legendam Passionem. **3975** *ad* 2.

Genuflectere non tenentur, quando Episcopus pontificaliter celebrat, omnes Canonici huius assistentes, et alii Canonici Ecclesiae Cathedralis sive parati sive non parati, ad solemnem Benedictionem in fine Missae et Vesperarum. **3035** *ad* 5.

Genuflectere debent omnes ad medium Chori accedentes et recedentes unico genu, Canonicis exceptis, quando non sit in Altari maiori SSmum Sacramentum reconditum. **4048** *ad* 4.

Genuflectere debent in plano utroque genu iuxta praxim Ecclesiarum Urbis coram SSmo Sacramento discooperto Celebrans et Ministri, dum finita Missa recedunt ab Altari ad scamnum in cornu Epistolae, ut ibi Celebrans exuat casulam et manipulum induatque Pluviale, ac Ministri deponant manipulos. **4048** *ad* 5.

Genuflectere debent Canonici in Choro exsistentes, quando a Celebrante post sumptionem Sanguinis administratur Clericis Eucharistia. **2209** *ad* 3.

Genuflectere non debet Celebrans in tribus Missis Nativitatis Domini post sumptionem Sanguinis, sed servare Rubricas Tit. XI n. 1. **1772** *ad* 7.

Genuflectere debent Canonici pro Diacono et Subdiacono assistentes, dum Episcopus actu cum SSmo Sacramento populum benedicit. **2352.**

Genuflectere debent Beneficiati parati vel non parati assistentes, in transitu ante Altare et Episcopum. **2381. 3046.**

Genuflectere debet Magistratus in accipiendis candelis, cineribus et palmis. **1476** *ad* 6. **1570** *ad* 3. **2415.**

Genuflectere non debent Canonici et Dignitates Cathedralis parati in principio Missae, quando Episcopus in Choro cum cappa stat. **2049** *ad* 10.

Genuflexus permanere non tenetur Sacerdos Missam celebraturus, usque dum Communio populi terminetur, transiens ante Altare, in quo fit Communio. **2002** *ad* 14.

Genuflectere debent Canonici pluvialibus induti, qui deferunt cannas argenteas, in Missa solemni de Requie ad Orationes, sicut ceteri. **3722** *ad* 6.

Genuflectere debet ante Altare Canonicus Hebdomadarius, indutus pluviali pro repositione SSmi Sacramenti, una cum Ministris, quamquam proinde terga vertant Episcopo stanti in suo genuflexorio. **2102** *ad* 5.

Genuflexio.

Genuflexio fieri debet etiam in transitu ante Altare, in quo Sacramentum asservatur in tabernaculo appenso palmis circiter octo a superficie, ac si immediate collocatum esset super Altare. **1132.**

Genuflexio ad ℣. *Et incarnatus est* ad Missas solemnes Annunciationis B. M. V., quando ipsius festum transfertur, fieri quidem debet in Missis illius diei, in quam translatum est, neutiquam vero in Missis alterius diei, a qua propter impedimentum recessit. **1268.**

Ad Genuflexionem, quando cantatur a Choro ℣. *Et incarnatus est,* ii tantum de Choro tenentur, qui stant, non alii extra Chorum; diebus tamen Nativitatis Domini et Annuntiationis B. M. V. omnes de Choro, etiam Celebrans et Ministri. **1421** *ad* 3.

Genuflexio iterari non debet, dum Sacerdos surgit ad dicendas Orationes, priusquam benedicat populo cum SSmo Sacramento. **2008.**

Genuflexiones omnes observari debent in Missa lecta coram SSmo Sacramento exposito, sed velato vel in Pyxide, quae alias fiunt coram SSmo Sacramento palam exposito. **2427** *ad* 10.

Genuflexio unico genu facienda est in Missis privatis ad *Et incarnatus est.* **2587** *ad* 9. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **182.**

Genuflexiones non debentur Celebranti Episcopo extraneo neque Praelato habenti usum Pontificalium; sed Abbatibus regularibus in suae iurisdictionis Ecclesiis tantum. **3059** *ad* 20.

Quoad Genuflexiones in Missa Conventuali ex gravi necessitate lecta diebus ferialibus, Canonici Cathedralis Divionen. consuetudinem servare possunt. **3182.**

Genuflexiones, quae a Diacono et Subdiacono in Altari peragendae sunt, dum ab uno latere in aliud transeunt, aut dum ab uno latere in medium pergunt, aut dum e medio plano ascendunt ad Altare aut vice versa, declarantur in num. **4027.**

Post tres Genuflexiones et dicto *Pater noster* in Baptismi collatione adultarum, Sacerdos in absentia Patrini debet dicere matrinae: *Signa eam.* **3670** *ad* 1.

Genuflexionem unicam facere debet coram SSmo Sacramento exposito Minister in Missa privata, quando transfert Missale a cornu Epistolae ad cornu Evangelii. **3975** *ad* 1 *qu.* 1; si vero ad Offertorium et Purificationem ascendit ad Altare et descendit, tam ante ascensionem ad Altare quam post descensionem de eodem in plano genuflexionem facere debet. *Ibidem ad* 2.

Vide **Genuflectere.**

Genuflexorium.

Genuflexorium, pro Domino loci in Presbyterio positum, omnino amovendum est. **1447**; in ecclesiis Regularium illud parari non licet. **1720.**

Genuflexorium non est parandum pro Baronibus in medio Ecclesiae cum strato et pulvinari, sive Ecclesia sit saecularis, sive regularis. **1624. 1791. 1738. 2248.**

Genuflexorii, pro Domino loci, ornatus et locus, in quo collocandum est, decernitur **2303.**

Genuflexoria cum stratis et pulvinis in Ecclesiis non parentur pro personis cuiuslibet conditionis, nisi Regali vel Cardinalitia dignitate fulgentibus. **2621** *ad* 10. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **227.**

Genuflexorium cum pulvinari ad orandum ante SSmum Sacramentum non debetur Episcopo Suffraganeo. **2011** *ad* 2.

Circa Genuflexorium Episcopi, dum ipse cappa indutus venit ad Ecclesiam et SSmum Sacramentum adorat, Canonici genuflectere debent; nec eis licet pergere interea ad sedes chorales, ibique genuflectere. **2331** *ad* 13.

Cum Genuflexorio sedes, non gradata nec fixa, extra Presbyterium permittitur Domino loci. **1187. 1555. 1794.**

Genuflexorium non licet habere Gubernatori pro se et uxore cum tapete, nec sedem intra presbyterium absque speciali licentia Sedis Apostolicae. **959. 960. 1863.**

In Genuflexorio eodem cum Episcopo ge-

nuflectere nequit Gubernator; qui debet genuflectere in alio scamno una cum Magistratu saeculari. **1112. 1135. 1449.**

Genuflexorio cum strato et pulvinari Abbas Ecclesiae Collegiatae S. Petri Terrae Laureti uti nequit. **2201** *ad* 2.

Cum Genuflexorio super sede fixa a latere Evangelii sedendi in possessione manere toleratur, absente tamen Episcopo, Archipresbyter Collegiatae; licet per erectionem Cathedralis eius iurisdictio cessaverit. **787.**

Genuflexorium cum strato et pulvinari debetur Archiepiscopo Nazareno in Ecclesiis Regularium in Dioecesi Tranen. **1442.**

Genuflexorium (extra Presbyterium) cum tapete et pulvinaribus in casu speciali Baroni seu Domino loci permittitur. **2133** *ad* 2; non autem eiusdem matri. *Ibidem ad* 3.

S. Georgius.

S. Georgius velut loci Patronus colendus est, quamvis territorium non amplius Parochiam distinctam efformet, sed alteri Parochiae unitum fuerit: attenta praesertim oppidi denominatione a S. Georgio, quod grave argumentum suppeditat Patronatus. **3573** *ad* 1; Parochus in hoc festo ad applicationem Missae pro populo tenetur, et ad Officium huius Sancti sub ritu duplici I classis cum Octava. *Ibidem ad* 2 *et* 3; et in Ecclesia oppidi a S. Georgio nuncupati, solemnitas S. Georgii transferri debet in Dominicam sequentem, Missaque propria de eodem Sancto more votivo cantanda est, prout fit in Gallia pro Patronis; haec autem Missa, nedum in Ecclesia S. Georgii, sed etiam in Ecclesia parochiali cantari debet. *Ibidem ad* 4.

S. Georgii festum in locis, ubi est Patronus principalis, quando occurrit in feria VI Parasceve vel Sabbato Sancto, in aliam diem transferendum est, sed absque obligatione audiendi Sacrum et vacandi ab operibus. **2305.**

S. Georgii Officium extra tempus Paschale quomodo sit ordinandum, definitur. **2839** *ad* 7.

S. Georgii M. Oratio, si simul cum S. Barnaba facienda sit illius commemoratio in Suffragiis, mutanda et sumenda est de Communi unius Martyris non Pontificis. **3071.**

S. Georgium M. S. R. C. declaravit praecipuum Patronum Civitatis Mothucae, non vero S. Cataldum. **3447.** *ad* 2.

S. Georgii Patroni principalis Cathalauniae Festum, quoniam indultum fuerat ut, si in Feria VI Parasceve aut Sabbato Sancto incideret, transferretur in feriam secundam post Dominicam *in Albis* cum Missa, Officio, Octava et Sacri audiendi praecepto; indultum hoc adhuc valere asseritur, licet postea Patrona principalis Cathalauniae decreta fuerit B. V. Maria sub titulo Montis Serrati et feriationis praeceptum in Festo S. Georgii sublatum fuerit. **3639** *ad* 1.

Pro S Georgii Officio Benedictinis in Germania in II Nocturno conceduntur Lectiones de Sermone S. Laurentii Iustiniani. **2319** *ad Tit.* XXV. *Dub.* 7.

S. Georgii M. festum in Calendario Senensi, hucusque affixum diei 24 Aprilis, in diem 23 eiusdem mensis reponi potest, cum haec dies sit libera. **3938** *ad* 6.

S. Georgii M. Titularis Ecclesiae festum concurrens cum Anniversario Dedicationis Ecclesiae Cathedralis habet II Vesperas integras cum Commemoratione Dedicationis. **2272.**

S. Georgii M. Ecclesia loci *Vico-Pelago* Dioecesis Lucanae restituenda est in antiqua iura Plebaniae, quibus potiebatur ante unionem. **2656.**

Gloria in excelsis.

Gloria etc. dicitur in Missis votivis B. M. V. tam in Sabbatis Feriarum, quam in Sabbatis Adventus. **235** *ad* 10. **1814. 2788** *ad* 1; extra Sabbatum tamen omitti debet, non obstante quacumque consuetudine. **1877. 3146** *ad* 3. Vide **3922** *ad* V n. 2, *Decr. gener.*

Gloria etc. in Missa solemni est vocibus modulandum; et consuetudo, quod sub Organo sine vocibus moduletur, reprobatur. **970** *ad* 2.

Gloria per unum e duobus Choristis deambulantibus per Chorum cum baculo argenteo Celebranti annuntiandi caeremonia est contra usum Ecclesiae Romanae. **1322** *ad* 10.

Gloria et *Credo* non dicuntur in Missa votiva solemni, in qua paramenta violacea adhibentur (praeterquam *Credo* in Dominica). **1333** *ad* 4.

Gloria etc. non alternatim a Celebrante et Ministris recitari debet, sed totum ab omnibus est dicendum, non praeveniendo, nec sequendo, sed concomitanter. **3248** *ad* 5. **3507** *ad* 1.

Gloria etc. cantari debet in Missa solemni vel cantata, quae cum sonitu Organi celebratur. **2424** *ad* 2.

Gloria etc. cantus omitti nequit in Missis cantatis et a fidelibus infra hebdomadam expetitis; et consuetudo contraria veluti abusus prorsus eliminanda est. **3624** *ad* 11.

Gloria in excelsis et *Ite Missa est* cantari debent in tono de B. Maria V. infra octavas Nativitatis Domini et Corporis Christi. **3421** *in fine; Dub.* I; et etiam in festis S. Stephani Protomart., S. Ioannis Ap. et Evang. et omnibus festis infra octavam Nativitatis et Corporis Christi incidentibus. *Ibidem Dub.* II; imo in genere quoties Praefatio de Nativitate Domini dicenda est. *Ibidem Dub.* III.

In Gloria fine quoad Crucis signum Rubricae servandae sunt. **2682** *ad* 29.

Infra Gloria etc. cantum Celebrans sedere potest in Missa, quae canitur absque Ministris, sed in scamno ornato remissiori apparatu prae illo qui Canonicis exhibetur. **3026.**

Gloria et *Credo* Canonici Missam solemnem celebrantes intonare tenentur sine praeintonatione. **2114.**

Gloria, Credo, Sanctus etc. in Missis conventualibus et pontificalibus neque canendi, neque submissa voce recitandi, sed omnia ab Organista peragendi consuetudinem Canonici et Mansionarii sustinere nequeunt; sed standum est in omnibus Caeremoniali Episcoporum. **3786.**

Ad Gloria in excelsis Sabbati Sancti sacrae Imagines discooperiendae sunt, si commode fieri potest; sin minus, post Officium eiusdem diei. **1248. 2965** *ad* 2.

Gloria ac *Credo* necnon singulae modulationes a Celebrante in Missa cantata exsequendae cantari debent ex praecepto cum relativis responsionibus ad Chorum pertinentibus, prout iacent in Missali. **3891.**

Gloria in excelsis dum a Celebrante Sabbato Sancto in Missa intonatur, non est permittenda descensio panni seu velaminis Passionis super Altare paratum ad festum; sed exclusa quavis scenica repraesentatione, Altaris imago contecta sit velo simplici violaceo ad formam Caeremonialis, demittendo ad Hymni Angelici intonationem iuxta usum Ecclesiarum. **3110** *ad* 12.

Infra Gloria et *Credo* capite semper detecto Celebrans et Ministri inclinare debent ad versiculos, qui inclinationem requirunt, sive hi a Choro cantentur, sive recitentur et ab Organo suppleantur. **1563** *ad* 1. **2684** *ad* 13. **3457** *ad* 3.

Ad Gloria Diaconus et Subdiaconus una cum Celebrante sedere possunt. **9** *ad* 6.

Gloria Patri.

Ad ℣. Gloria Patri in fine Psalmorum praxis sedendi retineri potest; etiam si coram exposito SSmo Sacramento persolvuntur. **3113** *ad* 2 *et* 3.

Ad ℣. Gloria Patri intonationem Aspersio aquae benedictae a Celebrante paulisper interrumpi potest. **3722** *ad* 3.

℣. Gloria Patri in fine Psalmorum omitti potest, si exequiae Parvulorum contingant in ultimo triduo maioris Hebdomadae. **1589** *ad* 4.

Ad ℣. Gloria Patri in fine Psalmorum Episcopus assurgere potest iuxta laudabilem consuetudinem; et tunc non debet sedere, antequam ℣. *Sicut erat* incipiatur. **1476** *ad* 11.

℣. Gloria Patri in fine Psalmorum dicendus est, quando Viaticum ad infirmos Feria VI in Parasceve defertur. **2383.**

Graduale.

Graduale cantari debet in Missa solemni vel cantata, quae cum sonitu Organi celebratur. **2424** *ad* 2. **3365** *ad* 7.

Gradualis cantus omitti nequit in Missis cantatis et a fidelibus expetitis; et consuetudo contraria veluti abusus prorsus eliminanda est. **3624** *ad* 11.

Graduale licet dimidiate canere in Ordinatione generali, quae fit cum cantu, dummodo pars, quae non canitur clara voce recitetur. **3590.**

In Graduali Missae VII Dolorum B. M. V. legendum est: *Hoc Crucis fert supplicium Auctor vitae factus homo.* **3059** *ad* 1.

In Graduali Missae S. Ferdinandi Regis Conf. tempore Paschali addendus est ℣. *Iustus germinabit.* **3767** *Dub. add. ad* 7.

Gradualis Romani nova editio Ratisbonensis a S. Rituum Congregatione commendatur. **3830.**

Ex Graduali Romano partes omnes in Missis cantatis sine Ministris sacris Organarii et Chorus semper exsequi debent cantu vel voce intelligibili cum Organo. **3994** *ad* 2.

Ad Graduale dum cantatur a cantoribus, Celebrans et Ministri sacri sedere possunt, si dabitur tempus. **9** *ad* 6.

Graduati.

Graduatis Presbyteris non Canonicis praeferendi sunt Canonici Cathedralis, etiam non Graduati. **242.**

Graduatis civibus in patriam redeuntibus Clericos et Presbyteros cum superpelliceis, Cruce et baldachino obviam ire eosque excipere omnino interdicendum est. **692.**

Gratiarum B. M. V. festum, quod est Titulare et celebratur die 2 Iulii, est idem ac festum Visitationis B. M. V., cuius Officium per Octavam desumi potest ex Octavario Romano. **3872** *ad* 5.

S. Gregorius.

S. Gregorii I P. C. D. Missae pro vivis et defunctis non adprobatae, quae circumferuntur, prohibitae sunt. **460** *ad* 4. **555.** § *Missas.* Haec prohibitio intelligitur de Missis non adprobatis, quae circumferuntur nomine S. Gregorii, non autem de numero 30 Missarum pro Defunctis, quarum meminit S. Doctor in Dialogor. cap. 55. **477** *in fine.*

In S. Gregorii II Officii Lectione VIII expungendus est dies obitus in Breviario Monastico. **2319** *ad Tit.* XXV. *Dub.* 6.

S. Gregorii VII P. C. festum in casu speciali ob elevationem festi simplicis ad ritum duplicem transferendum est a die 25 ad diem 29, non vero ad diem 28 Maii, in quo incidit festum S. Bonifacii P. C. **2598** *ad* 1. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **190.**

De **Guadalupe B. M. V.** festum quando concurrit cum festo Expectationis eiusdem B. M. V., Vesperae integrae erunt de praecedenti sine commemoratione sequentis. **4006** *ad* 9.

Gubernator.

Gubernatores Capitulares adiuncti Vicario Capitulari, sede vacante, nullam habent praecedentiam, sed sedere et incedere debent in loco suae receptionis. **122.**

Gubernator, dum in habitu Ecclesiastico, scil. Rochetto et Mantelletto, Divinis assistit, thurificandus est immediate post Episcopum. **134.**

Gubernatorum Archiepiscopatus, qui sede vacante a Capitulo ad regendam Dioecesim electi sunt, audientiis Decanus Capituli non deputatus nec assistere nec in primo loco sedere potest; licet in choro et dum omnes simul capitulariter conveniunt, Decanus aliique Canonici iuxta solitum praecedentiam habeant, etiam ipsis Gubernatoribus praesentibus. **136.**

Gubernatori, praesente Episcopo, pax danda est post Canonicos eidem Episcopo assistentes; absente vero, immediate post Vicarium generalem. **215**; quod etiam valet, si Gubernator sit uxoratus. **239.**

Si Gubernator Episcopus vel Archiepiscopus cum aliis Gubernatoribus, qui non sint Praelati, conveniat, ipse stare debet, dum alii genuflectunt. **399** *ad* 2.

Gubernator et Electi a quo sint thurificandi, decernitur. **608.**

Gubernatori non licet habere pro se et uxore genuflexorium cum tapete et sedem intra presbyterium absque speciali licentia Sedis Apostolicae. **959. 960. 1514. 1863.**

Gubernator genuflectere debet, dum Episcopus impertitur solemnem benedictionem. **969.**

Gubernator nequit genuflectere in eodem genuflexorio cum Episcopo, sed debet genuflectere in alio scamno una cum Magistratu saeculari. **1112. 1135. 1449.**

Gubernator Ecclesiasticus Provinciae Praeses, non habens facultatem Legati a latere, sedere debet in sede supra Magistratum, sed sine baldachino et solio; non habet praecedentiam supra Episcopum, qui ei ad Cathedralem venienti obviam ire non debet. **1240**; debet ipse ad Episcopum accedere et cum osculo manus accipere Candelam et Palmam. *Ibidem;* eo praesente Episcopus non impeditur ab elargienda benedictione tam publica quam privata. *Ibidem.* Canonici Gubernatori debent obsequia praestare, et duo ex iisdem eum ad ianuam excipere et associare. *Ibidem.*

Gubernator Praeses Provinciae, non Episcopus, nequit sumere paramenta de altari. **1240.**

Gubernator debitis remediis cogendus est ad interessendum cum Magistratu Missis solemnibus, diebus consuetis, divinisque Officiis in Cathedrali, et ad consueta obsequia Episcopo praestanda. **1152.**

Gubernator Civitatis seu loci Personam Regiam repraesentans habere debet sedem vel scamnum cum tapete, tam exposito quam reposito SS. Sacramento. **1265** *ad* 5.

Gubernator et Consules thurificandi sunt post omnes Presbyteros Chori per eumdem Diaconum. **1415.**

Gubernator nequit incedere ad dexteram Episcopi cappa induti, etiamsi sit in aedibus Episcopi. **1449**; thurificandus est non triplici, sed duplici ductu. *Ibidem.*

Gubernator thurificandus est duplici ductu post Vicarium Generalem. **737. 1140. 1525. 1592. 1758. 1863.**

Gubernatores Praelati et Protonotarii Apostolici honorarii in Missis privatis debent sequi morem simplicium Sacerdotum. **1530.**

Gubernator, quando cum habitu talari intervenit functionibus ecclesiasticis, debet thurificari, etiam absente Magistratu. **1692.**

Gubernator Praelatus non est thurificandus a Presbytero assistente, qui thurificavit Episcopum. **1763** *ad* 1.

Ante Gubernatorem civitatis et alios quoscumque Episcopo Suffraganeo Administratori debetur honor thuris per manus Diaconi vel alterius ministrantis. **444** *ad* 3.

Gubernator nequit cooperire caput galero, dum Episcopus assumit Mitram. **1986.**

Gubernatori Laico non licet gestare caudam et uti umbella in functionibus eccle-

siasticis et Processionibus, praesente Episcopo. **2042.**

Gubernator et Electi Civitatis Episcopo pontificaliter celebrante nequeunt sedere in sede quartum ex gradibus Chori coaequante, aut habere sedes holosericis villosis rubris coopertas cum pulvinaribus et genuflexorio. **2132** *ad* 5, 6 *et* 8. **2149**; nequeunt caput pileo operire, dum Episcopus sedet cum mitra. **2132** *ad* 7; thurificandi non sunt eodem tempore, quo thurificantur Canonici parati, etiamsi adesset contraria consuetudo, sed expleta Canonicorum thurificatione. *Ibidem ad* 9; duplici tamen ductu. *Ibidem ad* 10; nunquam triplici. *Ibidem ad* 11; tolerari potest, quod thurificentur a Diacono. *Ibidem ad* 12; nec in Ecclesiis Regularium aut exemptis licet eis osculum Missalis, non obstante consuetudine. *Ibidem ad* 13; nequeunt sedere iuxta presbyterium ante altare maius. *Ibidem ad* 14.

Gubernatori Praelato accedenti ad aliquam Ecclesiam cum Magistratu tradi non debet aspersorium; sed sat est, quod ministretur aqua benedicta ab aliquo Sacerdote seu Ministro per aspersorii contactum. **2137.**

Gubernatorem Ducem Segobricen. non decet habere usum pulvinaris serici et nigri in Cappella maiori Cathedralis Feriis V et VI maioris Hebdomadae. **2241.**

Gubernator et Decuriones Civitatis Dertusensis non habent locum in Presbyterio, dum Missa solemnis cantatur; neque eisdem reverentia a Canonico celebrante et Ministris sacris, ante initium et post finem Missae, tam praesente quam absente Episcopo, fieri debet. **2471** *ad* 12.

Gubernator pro tempore computandus est inter componentes Magistratum tamquam Praeses. **2638** *ad* 9.

Gubernator et Magistratus Civitatis Praenestinae excipiendi sunt, dum, vestibus Consularibus induti, consuetis diebus ad Cathedralem accedunt, ad portam Ecclesiae ab alterutro ex Canonicis, qui aspergillo ipsis aquam benedictam porrigat. **2753** *ad* 1. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **367.**

A Vice-Gubernatore, quoad interessendum ecclesiasticis functionibus, et quoad associationem Episcopi, consuetudines servandae sunt. **1207** *ad* 1-3.

Vide **Magistratus.**

H

Habitatio.

Pro Habitatione cubicula aeditui laici suaeque familiae haberi permitti potest sub sacrario Ecclesiae Cathedralis, in quo exstat Altare portatile. **3978** *ad* 2.

Habitare et dormire non licet in cubiculis exstructis supra Cappellas, in quibus Missa celebratur. **756.**

Vide **Domire. Dormitorium.**

Habitus.

Habitus: vide **Vestes. Canonicus quoad habitum et Insignia. Color. Episcopus quoad habitum.**

Habitus Praelatitius in Choro conceditur Dignitati primae, quae est unica Cathedralis Assisien., quatenus sit Protonotarius, ita ut etiam distributiones lucretur. **930.**

Hadrianus.

S. Hadriani M. festum, ubi est Titularis Ecclesiae, celebrandum est die 8 Septembris, translato in diem primam liberam Officio Nativitatis B. M. V. iuxta Rubricas. **3431** *ad* 5. *p.* II; haec enim est lex generalis.

De S. Hadriano M. Ecclesiae Titulari, quum die 8 Septembris faciendum sit, die 9 eiusdem mensis fiat de Nativitate B. M. V. absque integra octava; prout Romae fit in Diaconia S. Hadriani Mart., translato Festo duplici illa die occurrente in primam aliam liberam iuxta Rubricas. **3876** *ad* 4; hoc autem est Indultum speciale.

Haec dies Antiphona infra Octavam Paschae intonanda est ab Hebdomadario. **2956** *ad* 4.

Haec est vera fraternitas Responsorium legi potest a Fratribus trium Ordinum S. Francisci in festis plurium Martyrum Ordinis iuxta Rubricam specialem ipsorum Breviarii. **2587** *ad* 1. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **177.**

Haeredes.

Haeredes Defunctorum cogi nequeunt a Parochis ad celebranda novendialia et anniversaria in Parochia defuncti; prout celebrantur in Ecclesiis Regularium, in quibus hic sepelitur. **604** *ad* 2.

Haeredibus Defunctorum licet exequias facere diebus 3, 7 et 30, ubi voluerint; cum

Hastae Baldachini.

Hebdomadarius.

lebrare debent Missam conventualem, etiam astante Episcopo iis diebus, in quibus ad eos id pertinet. **1699.**

Hebdomadarius, post aspersionem aquae benedictae die Dominica, potest in medio altaris ante gradus deponere Pluviale et induere Casulam, dummodo hanc non accipiat de altari. **2027** *ad* 3.

Hebdomadario, sive Dignitate sive Canonico, redeunte post celebrationem ad Chorum, sat est ut Episcopus signum Crucis producat super eum. **2049** *ad* 24.

Hebdomadarii Metropolitanae Neapolis in associandis cadaveribus, non incedentes cum Capitulo aut collegialiter, tenentur incedere cum cotta et bireto, prout alii Confratres. **2150.**

Hebdomadarius quicumque sit, sive Canonicus sive Beneficiatus, cum Reliquia S. Crucis post Expositionem populum benedicere debet. **2578** *ad* 11. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **162.**

Ab Hebdomadario praeintonandae sunt Antiphonae Maiores Adventus iuxta Caeremoniale Episcoporum lib. II cap. 3 § 10. **190. 2683** *ad* 3.

Ab Hebdomadario Antiphona *Haec dies* in Octava Paschatis intonanda est. **2956** *ad* 4.

Hebdomadarius incensare debet SSmum Sacramentum expositum in Vesperis ad *Magnificat,* genuflexus super suppedaneo Altaris. **2928** *ad* 5.

Cum Hebdomadario solo et unico Clerico si Vesperae decantentur, thurificatio ad *Magnificat* omitti nequit. **3009** *ad* 5. **3844** *ad* 2.

Ab Hebdomadariis per turnum vel etiam ab aliis Canonicis in solemnitatibus, in quibus Episcopus Pontificalia non peragit, Missas et Vesperas celebrandi consuetudo servari potest. **1559** *ad* 2. Sed vide *Decret. gener.* **3865** *ad* I. n. 7 et *ad* II.

Hebdomadarius debet, Dignitate impedita in Ecclesiis, in quibus unica tantum exsistit, in functionibus solemnibus illius vices subire. **837** *ad* 3.

Ad Hebdomadarium Canonicum spectant Processiones immediate ante vel post Missam solitae in Ecclesia Collegiata. **3300** *ad* 2; si immediate post Vesperas sequitur Processio, eamdem facere spectat ad Hebdomadarium; si vero Hebdomadarius recesserit post Vesperas et in Choro dicatur Completorium, haec spectare poterit vel ad eumdem Hebdomadarium vel (praesertim si Processio sit ex solemnioribus) ad primam Dignitatem iuxta statuta et consuetudinem. *Ibidem ad* 3.

Hebdomadario aut alteri beneviso nequit demandari, ut celebret Missam conventualem, quae pertinet ad primam Dignitatem, in solemnioribus festis; sed ipsa nolente vel impedita, id spectat ad illum, qui ei proxime succedit. **921** *ad* 1-3.

Hebdomadario excepto, si sit paratus, omnes in Choro praesentes surgere debent, cum Antiphonae ab uno ex Canonicis intonantur; vel ab una illius qui intonat parte, vel ab utraque, iuxta Ecclesiarum consuetudinem. **3110** *ad* 2. **3781** *ad* 2.

Ad Hebdomadarium Canonicum spectat benedictio Fontis Sabbato Sancto et Vigilia Pentecostes in Ecclesia Collegiata. **2898. 3300** *ad* 1.

Hebdomadarius Canonicus sola cappa canonicali indutus praecedentiam habet in ea parte Chori, a qua inchoatur Officium, etiam supra Dignitates. **1414.**

Ubi Hebdomadarius sedet **2960** *ad* 1, vel ubi appensa est tabella Chori, pars dignior est. **973;** Hebdomadario tamen non sedente in Choro, thurificatio etc. incipi potest ab ea parte, in qua sedet dignior ex praesentibus (ubi talis consuetudo exsistit). **3059** *ad* XXV.

Hebdomadario Curato, ubi plures sunt qui hoc munus in eadem Ecclesia exercent, Horasque canonicas in Choro persolvunt, debetur primus locus, quando hoc munus exerceat, cum vel sine paramentis; licet illorum alter sit Decanus, aliique in Choro sedeant iuxta antianitatem. **2237.**

Hebdomadarii Metropolitanae Capuanae non tenentur cum Pluviali assistere in throno, celebrante Archiepiscopo. **2328** *ad* 3.

Hebdomadario celebranti sine Pluviali competit primum stallum inter Hebdomadarios, et Lectorile nudum, etiam dissentiente Capitulo. **2328** *ad* 4.

Hebdomadarius faciens officium Presbyteri assistentis non est thurificandus ante Canonicos. **2328** *ad* 5.

Hebdomadarius nequit intonare initium Horae sequentis, nisi postquam Sacerdos Evangelium S. Ioannis absolverit. **2424** *ad* 8.

Hebdomadarius in benedictionibus Lectionum tenetur semper surgere et stare; et alii de Choro tenentur, quando Officium solemniter cantatur. **3110** *ad* 3. **3780** *ad* 10 *et* 11.

Hebdomadarius debet surgere et stare in recitandis Orationibus, quae dicuntur post Preces feriales. **3110** *ad* 9.

Ad Hebdomadarium spectat Expositio solemnis SSmi Sacramenti post Processionem; item Vesperae solemnes cum Expositione SS. Sacramenti persolvendae sunt ab Hebdomadario. **3300.** *ad* 4 *et* 5.

Hebdomadarius et assistentes, dum ad *Magnificat* accedunt a Choro ad Altare maius, illud incensandi causa, possunt caput cooperire vel non, iuxta consuetudinem, si Altare maius a Choro distet. **3839** *ad* 4.

Hebdomadario Canonico non tenentur assistere in Vesperis Canonici honorarii. **3377** *ad* 3, 4, 5 *et* 6.

Hebdomadario competit, Canonico celebrante, Psalmos intonare tam in Choro quam in Processionibus; non vero ad id tenetur alter ex Canonicis. **2328** *ad* 7.

Hebdomadarii munus nequit implere in sua Hebdomada Clericus Collegiatae in Minoribus constitutus, vertendo versum *Dominus vobiscum* in alterum *Domine exaudi orationem meam;* sed huiusmodi officium explendum est ab altero ex Sacerdotibus in Choro exsistentibus. **2528** *ad* 6.

Cum Hebdomadario simul Canonici tenentur canere in Choro ex proprio stallo in cantu Gregoriano. **2328** *ad* 8.

Hebdomadarii officium in Choro potest peragere Canonicus Sacerdos, ex Ordine licet Diaconali; dummodo Praebendae non sint fixae, et per antianitatem ascendatur ad Ordinem Presbyteratus. **2897.**

Non ad Hebdomadarium, sed ad secundam Dignitatem spectant Missae in diebus minus solemnibus: ut die secunda Paschatis vel Pentecostes, festo S. Stephani, Dominica infra Octavam Corporis Christi. **2188** *ad* 3. Vide **3865** *ad* I. § 1 *Decret. gener.*

Quando Hebdomadarius non est Canonicus, sed inferior de Clero, primae Dignitati competit in Choro intimare *Pater noster* et indicere nutu ut incipiatur *Domine labia mea aperies* vel *Deus in adiutorium.* **3110** *Dub.* XXIII.

Hebdomadarius Canonicus vel is, cui onus inest Missae conventualis, celebret illam lectam diebus festivis, in quibus Episcopus pro ovibus suis applicare debet, ante vel post Missam Pontificalem. **2682** *ad* 20.

Postquam Hebdomadarius ad Primam et Completorium *Confiteor* et *Misereatur* recitaverit, Chorus universus eadem dicere debet. **235** *ad* 14.

Hebdomada sancta.

In Hebdomada sancta, si Cantores, qui Lamentationes cantent, haberi non possunt, tam Lamentationes quam Lectiones II et III Nocturni sunt cantandae a Canonicis, incipiendo a iunioribus iuxta praescriptum Caeremonialis. **379.**

In Hebdomada sancta dicere Orationem: *Respice etc.* competit, absente Episcopo, Dignitati, non autem Vicario generali. **1345.**

Hebdomadae sanctae functiones non sunt de iuribus mere parochialibus. **2123** *ad* 7.

In Hebdomada sancta, si haberi possunt tres quatuorve saltem Clerici, in Parochiis ruralibus sacrae functiones persolvendae sunt, servata forma parvi Ritualis Benedicti XIII. **2616** *ad* 1. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **212.** - **3366.**

In Hebdomadae sanctae ultimo triduo removeri potest aqua benedicta a vasis Ecclesiae. **2682** *ad* 54. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **317.**

Hebdomadae sanctae functiones aliaeque similes iuxta Memoriale Rituum Benedicti XIII persolvi nequeunt in minoribus Ecclesiis non parochialibus et Oratoriis Regularium et Monialium sine facultate peculiari S. Sedis. **3390.**

Hebdomadae sanctae diebus (excepto triduo mortis Christi) et Dominica Palmarum Expositio SSmi Sacramenti in aliquo Altari laterali non est prohibita. **3312.**

Hebdomadae sanctae Feria IV, V et VI, Lamentationes, Responsoria, Ps. *Miserere* et reliquae liturgicae partes cum sonitu Organi aut aliorum Instrumentorum fieri nequeunt; vespere vero Feriae V et mane Feriae VI eiusdem Hebdomadae, perdurante expositione SSmi Sacramenti, versiculi *(mottetti)* cum sono Organi concini possunt, attenta antiqua consuetudine. **3804** *Dub.* II.

In Hebdomadae sanctae Officio Antiphonas intonantes Dignitates non tenentur etiam canere Lamentationes **2337** *ad* 26.

Hebdomadae sanctae functiones Confraternitas S. Iacobi Minoris sita intra limites Parochiae S. Iacobi Maioris Placentiae peragere nequit in Oratorio, exceptis Officiis Tenebrarum. **2254** *ad* 3 *et* 4.

In Hebdomadae sanctae Feria V et VI Sodalibus Confraternitatis SSmi Sacramenti Civitatis Baren. non licet assistere functionibus, sedendo in stallis Canonicorum. **2220** *ad* 6.

Hebdomadae sanctae liber, qui Rubricas lingua hispanica continet, edi conceditur, etiam post Constitutionem Apostolicam de prohibitione et censura librorum, accedente approbatione Episcopi. **3950** *ad* 1.

In Hebdomadae sanctae tribus ultimis diebus Canonici et Dignitates, ad Lectiones et Prophetias cantandas, accedere debent ad Lectorile. **2049** *ad* 22.

Ut Hebdomadae sanctae omnes functiones fiant in omnibus Ecclesiis, in quibus SSmum Sacramentum asservatur, Episcopus permittere potest, licet renuente Parocho; dummodo tamen sacrae functiones fiant horis diversis, ne fidelium concursus ad Ecclesiam parochialem impediatur. **3608** *ad* 1.

Hebdomadae sanctae functiones solemnes Episcopus nequit peragere extra Cathedralem. **2135** *ad* 7.

Hebdomadae sanctae functiones si in Ecclesiis fieri nequeunt, nequit ibi Feria V in Coena Domini Missa lecta celebrari. **2799** *ad* 1.

In Hebdomadae sanctae ultimis diebus omnes genuflectere debent Cruci a die Parasceve post Crucis adorationem usque ad Nonam inclusive Sabbati Sancti. **3049** *Dub.* V. **3059** *Dub.* VI.

In Hebdomadae sanctae luctuosis Officiis et Defunctorum omitti nequit salutatio Chori a quocumque adveniente post inceptum Officium, a Celebrante in accessu et recessu ac transitu a sua sede ad Altare, a quocumque cantaturo Lectionem et a Subdiacono Epistolam cantaturo; praeter quam ab adoratione Crucis Feria VI in Parasceve usque ad Nonam Sabbati Sancti. **3059** *ad* 27.

In Hebdomadae sanctae Officiis Tenebrarum persolvendis, Capitulum Ecclesiae Pisanae ritum numeri, ordinis et loci cereorum seu candelarum retinere non potest in ea parte, quae Ceremoniali Episcoporum adversatur. **2684** *ad* 6.

Vid. **Feria V in Coena Domini. Feria VI in Parasceve** et **Sabbatum Sanctum. Functiones.**

SS. Hemetherius et Celedonius Mart.

In SS. Hemetherii et Celedonii festo in fine Lectionis VI legendum est: *quinto Nonas Martii*. **3767** *ad* 3.

In SS. Hemetherii et Celedonii festo in Civitate Calaguritana Missae prohibitae sunt in Oratorio privato; non vero Exequiae et Missa solemnis de Requie, praesente cadavere. **3767** *ad* 22.

S. Hermenegildus Mart.

In S. Hermenegildi M. festo, tam tempore Paschali, quam extra illud, dicendum est Evangelium *Si quis venit*. **1358** *ad* 7.

In S. Hermenegildi M. festo Hymnus Vesperarum, si non recitetur in Vesperis, ponendus est in Matutino; ideoque Hymnus Matutini in Laudibus. **2319** *ad Tit.* XX.

S. Hieronymi Aemiliani Conf. Oratio in Missa non est concludenda verbis: *in unitate eiusdem Spiritus Sancti*. **2682** *ad* 45.

In S. Hilarii Ep. Conf. Doct. festo Lectiones I Nocturni sunt de Scriptura occurrente. **3607** *ad* 6.

Homilia.

Homilias primas in Matutino Noctis Nativitatis Domini cantaturi duo assistentes Sacerdotes parati deferre nequeunt sub pluviali stolam Diaconalem. **2689** *ad* 1; Subdiaconus autem se abstineat a cantando Evangelio cum Lectione. *Ibidem.*

Homilia pro aliquo festo in proprio Breviario assignata legi debet, nec mutari potest cum alia Evangelio Missae correspondente. **2839** *ad* 2.

Homiliae Evangelii Lectori Lectionis VII duo Acolythi assistere nequeunt cum cereis accensis, durante Lectione Evangelii; nisi adsit legitima consuetudo. **3975** *Dub.* VI *qu.* 2.

Post Homiliam Diaconus, Episcopo celebrante, *Confiteor* cantare debet stans ante gradum Solii. **2682** *ad* XIV *qu.* 1; sed Episcopo assistente, stans ante gradum Altaris. *Ibidem.*

Homiliam et Commemorationem numquam amittit Dominica, etsi anticipari contingat Officium Dominicae in Sabbato, in quo fit de Festo I classis. **2387.**

Post Homiliam Episcopus omittere debet Absolutionem et Benedictionem, quando Benedictionem Apostolicam impertiturus est post Missam Pontificalem. **2682** *ad* XIV *qu.* 2.

Homophorion seu *Periphorion Graecorum* simplex esse ornamentum pro Episcopis Graecis unitis: Archiepiscopis vero tradendum esse Pallium, declaravit S. R. C. **799. 818.**

Horae Canonicae.

Horae Canonicae dum in Ecclesia persolvuntur et Missa maior celebratur, Canonicis Episcopus prohibere potest, ne Capitulum faciant. **96** *ad* 1. **118.**

Ad Horis Canonicis interessendum diebus ferialibus Episcopus accedens ad Ecclesiam non debet uti cappa magna, sed rochetto et mozzetta. **906.**

Horarum Canonicarum obligationi satisfacit Episcopus commorans in aliquo Oppido suae Dioecesis, si recitet Officium proprium illius loci. **827.**

Horarum Canonicarum obligationi in Choro satisfieri nequit recitatione privata Sextae et Nonae tempore Missae conventualis. **2699.**

Horis Canonicis interesse volens Episcopus, exspectandus est; is tamen properare curet. **841. 1072** *ad* 1.

Horae Canonicae dum persolvuntur in Choro, dissonum est ut alii in eadem Ecclesia diversas recitent communes preces. **1107.**

Horae Canonicae cani vel recitari possunt iuxta consuetudinem, singulis Dominicis, Festis aliisque diebus, quibus Officium sub ritu duplici celebratur. **2425** *ad* 19.

Horas Canonicas recitans Clerus ante SS. Sacramentum expositum in Throno, sed velo tectum, sedere potest tecto capite cum bireto; sed laudandus est, si sedeat detecto capite. **2552** *ad* 1.

Circa Horarum Canonicarum finem tantum Choro assistentes Canonici non lucrantur distributiones respondentes; similiter qui tempore Chori audiunt confessiones, nisi id fiat de expresso Episcopi mandato. **260.**

In Horarum Canonicarum recitatione ad asteriscum pausa omnino servanda est; non obstante quacumque in contrarium consuetudine. **3122.**

Horas Canonicas Ministri sacri parati privatim recitare nequeunt intra Missam solemnem. **3201** *ad* 9.

Horae Canonicae minores ante Missam solemnem seu conventualem recitari nequeunt ratione Concionis; sin autem agenda sit Processio cum SS. Sacramento, recitari possunt ante dictam Missam. **3521.**

Horarum Canonicarum recitatio, quoad tempus eas incipiendi ac quoad tempus Vesperarum, ferialibus diebus in Quadragesima, committitur prudenti arbitrio Episcopi. **3672.**

Ad Horas Canonicas obligati tenentur recitare privatim illas de Officio occurrente, quando in Ecclesiis mere parochialibus, ubi non adest obligatio Chori, Vesperae ad devotionem populi Dominicis et Festis cantantur de Officio diverso ab Officio diei. **3624** *Dub.* 12.

Horae Canonicae dum persolvuntur, abusus Missae privatae celebrandae in Altari Chorali omnino eliminetur. **3814** *ad* 1. *qu.* 1; si autem Missa ad aliquod Altare celebretur e conspectu Chori positum, campanula, uti ad *Sanctus,* ita ad elevationem SS. Sacramenti, nequaquam pulsetur. *Ibidem qu.* 2; quod si campanula, non obstante vetito, quandoque pulsetur, et elevatio SS. Sacramenti advertatur, chorales omnes caput tunc temporis detegant, et Horas Canonicas prosequantur. *Ibidem ad* 3.

Horas Canonicas non possunt inchoare Cappellani de massa ante alicuius saltem Canonici adventum, sed exspectare debent ad minus per quadrantem post pulsum campanae. **1180** *ad* 4.

Horam pro recitatione Matutini de sero post Vesperas anticipare occasione Processionum et Festivitatum, ac campanas ad huiusmodi effectum pulsare, absque licentia Episcopi, nequeunt Canonici et Capitulum. **2432** *ad* 2.

Horas Canonicas absolvendi in Ordine Cisterciensium post Antiphonam B. M. V. cum *Pater* et *Ave* consuetudo retineri potest, ubi viget. **3378** *ad* 2.

Post Horas Canonicas vespere absolutas in duplicibus I classis, nec privatim Absolutio pro defunctis nec Responsorium super sepultura locum habere possunt; alias vero Absolutio pro defunctis fieri vel Responsorium super sepulturam quotidie cantari potest, praesertim si ex consuetudine antiquiore fiat, ut voluntas testatoris adimpleatur. Quod si diebus permissis de mane fiant, numquam tamen fiant post Missam de die, nisi omnino independenter ab eadem. **3780** *ad* 8. Vide **3942.**

Post Horas Canonicas vespere expletas, quando in aliquo ex Festis solemnioribus sive Ecclesiae universalis sive Ecclesiarum particularium, uti etiam in ultimo triduo maioris Hebdomadae, alicuius obitus occurrat, servari potest consuetudo, ubi viget, deferendi cadaver ad Ecclesiam, illudque aspergendi dicendique preces in Rituali Romano praescriptas. **4029** *Dub.* IV.

In Horarum Canonicarum principio dicere: *Actiones nostras etc. Pater noster etc.* spectat ad Hebdomadarium vel alium peragentem Officium, minime vero ad Archidiaconum. **987.**

Dum Horae Canonicae in Choro coram SSmo Sacramento publice exposito solemniter persolvuntur, propter nimiam diuturnitatem, ab Ecclesiae legibus permittitur, ut Chorales sedeant; quae permissio extenditur etiam ad *Gloria Patri* in fine Psalmorum. **3113** *ad* 3.

Ad Horis Canonicis interessendum in Choro Canonicus Poenitentiarius omnesque alii habentes et actu exercentes curam animarum nec tenentur nec cogi possunt; ideoque in casu lucrantur uti praesentes distributiones suarum Praebendarum. **543.**

Horae Canonicae si a Clero Exercitia spiritualia sub directione Sacerdotum Societatis Iesu peragente in communi recitentur, ex concessione Pii IX Calendario domus Societatis Iesu conformes esse possunt. **3955.**

Horologia publica sunt norma pro recitatione Officii divini et pro ieiunio naturali ante Communionem praescripto. **3365** *ad* 9.

Hospitale.

Hospitalium Rectores et Administratores, quibuscumque fruantur privilegiis, nequeunt solemniter exponere SSmum Sacramentum

sine licentia Episcopi; et inobedientes puniendi sunt, nisi speciali Sedis Apostolicae indulto tueantur. **1860.**

Hospitalis cuiusdam Caesaraugustani, aggregati Ecclesiae Lateranensis de Urbe, Rectores nequeunt exercere functiones et munia ad Parochos pertinentia sine expressa Ordinarii et Parochi licentia. **294.**

Hospitalium Oratoria adnumeranda sunt semipublicis. **4007** *Decret. gener.*

Hostia.

Hostiae pars inferior, non superior praecidi debet ante *Pax Domini sit semper vobiscum.* **1275** *ad* 6.

Hostia, asservanda a Feria V usque ad Feriam VI maioris Hebdomadae, nequit patenter exponi. **2148** *ad* 6.

Hostiae pro Sacrificio Missae et Communione Fidelium consecrandae nequeunt esse confectae tempore hiemali a tribus mensibus, et aestivo a sex mensibus; sed tali consuetudine eliminata, servari debet Rubrica. **2650** *Prima facti species. qu.* 1 *et* 2. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **278.**

In Hostia consecranda Imago Iesu Christi cruci affixi sculpi potest vel non, iuxta consuetudinem. **2714.**

Cum Hostia consecrata, quae reservatur pro Missa Praesanctificatorum, feria V in Coena Domini, reponi nequit etiam in urnula seu sepulcro pyxis cum particulis consecratis pro infirmis. **4049** *ad* 4.

Hostiarum quantitas si non suffecerit in Communione distribuenda multitudini, in subsequenti Missa statim post consecrationem earumdem distributio reassumi nequit; et contrarius abusus est eliminandus. **3448** *Dub.* 7.

Hostias sacras aliquas Missionarii in Dania, commorantes in locis ab Ecclesia longe distantibus, servare possunt in loco decenti pro Communione infirmorum. **3234** *Dub.* I. *qu.* 5.

Hostiam magnam in Ostensorio exponendam non licet includere intra vitreas laminas, quarum superficies illam immediate tangat. **3234** *Dub.* IV. **3524** *Dub.* VI.

Hostiam consecrandam capsula duplici crystallo includens aperienda est ante oblationem et ante consecrationem. **3524** *Dub.* VI.

Hostia sacra, quae in Ostensorio exponenda est, recondi potest intra duo crystalla apte cohaerentia, et reponi in tabernaculo absque ulla capsula seu custodia; dummodo sacra Hostia in dictis crystallis bene sit clausa atque eadem non tangat. **3974.**

Hostiarum consecratarum particulae dividi possunt in distributione Communionis, si adsit necessitas. **2704** *ad* 1.

Vide **Communio Infirmorum.**

Hostia consecrata Feria V in Coena Domini pro Missa Praesanctificatorum exponi nequit in capsula, quae non ex omni parte clausa est, sed ostiolum crystallo munitum habet, ita ut Calix velo coopertus videri possit; et haec consuetudo eliminanda est. **3660** *ad* 1.

Cum Hostia vel Calice dum Celebrans se signat ante sumptionem, caput inclinare debet ad verba *Iesu Christi.* **2850** *ad* 1.

Pro Hostia sacra asservanda in Sepulcro Feria V in Coena Domini non est celebranda Missa in illis Ecclesiis, in quibus non asservatur SSm̃um Sacramentum. **1120.**

Cum Hostiae alterius delatione ad Sacellum (vulgo *Sepulcrum*) Feria V in Coena Domini non licet canere Missam, si die sequenti Missa Praesanctificatorum non celebretur. **3842** *ad* 1.

Hymnus.

Hymnus Angelicus vide **Gloria.**

Hymnorum conclusio vide **Conclusio Hymnorum.**

Hymnus: Te Deum vide **Te Deum.**

Hymni proprii sine gravi causa non concedantur, sed adhibeantur de Communi. **68.**

Ad Hymnorum primam stropham *Ave maris stella, Veni Creator Spiritus, O Crux ave, Tantum ergo* (si expositum est SSm̃um Sacramentum) et similium omnes genuflectere debent. **9** *ad* 19 *in Resp.* §. *Postremo* **1322** *ad* 13. **1583** *ad* 7. Ad *Tantum ergo,* si non est expositum SSm̃um Sacramentum, genuflectendum est iuxta consuetudinem Ecclesiae. **1280** *ad* 2.

Ad Hymnum: Pange lingua occasione Benedictionis SSm̃i Sacramenti canendum, Canonici et Beneficiati remanere possunt in suis stallis choralibus. **2291.**

Hymnus Vesperarum in festo S. Hermenegildi Mart., si non recitetur in Vesperis, ponendus est in Matutino, et tunc Hymnus Matutini in Laudibus. **2319** *ad Tit.* XX.

Hymni proprii, Responsoria, Antiphonae etc., quae habentur in aliquibus Officiis de praecepto, omnino dici debent, nec sumi possunt de Communi Sanctorum. **2319** *Reliq. Dub. ad* 19.

Hymni proprii, qui recitantur in festo S. Teresiae, recitandi etiam sunt in festo Transverberationis eiusdem Sanctae; sed in Hymno Matutini loco versus *Haec est dies, qua candida,* legi debet: *Felix dies etc.* **2340** *ad* 3.

In Hymno: Iste Confessor dicendum est

Meruit beatas ad primas Vesperas, et eodem modo ad Matutinum et Vesperas sequentis diei, si festum alicuius Sancti Confessoris a die sua natalitia in proxime sequentem transferri per accidens vel perpetuo contingat. **4033.**

In Hymno: Iste Confessor non mutatur versus *Meruit beatas,* si festum habens Octavam, non ultra illam transferatur, quia tota Octava nihil aliud est, nisi extensio ipsius festi. **2365** *ad* 3.

In Hymno: Iste Confessor in Officiis Ss. Confessorum Pontificum seu non Pontificum mutari debet tertius versus in Matutino, quatenus sive perpetuo sive accidentaliter ad diem non obitus translata sint. **3108** *ad* 1; et si in Breviario indicatio huius mutationis deficiat, in Calendarii redactione suppleatur. **3767** *Dub.* XX.

In Hymno: Iste Confessor in festis S. Petri Damiani et S. Alfonsi M. de Ligorio tertius versus non mutatur. **3892** *ad* 1; sed mutatur in festo S. Ioachim Dominica infra Octavam Assumptionis B. M. V. celebrando. **2365** *ad* 3; item in festo B. Nicolai de Flue, quando incidat in feriam II post aliquam Dominicam Quadragesimae vel Dominicam Passionis, tertius versus debet mutari. **3892** *ad* 2.

In Hymno: Iste Confessor in festo Impressionis Stigmatum S. Francisci, etiam in casu translationis, dici debet: *Meruit beata vulnera Christi.* **2365** *ad* 3. **3254** *ad* 5.

Hymnus historicus, quando neque in Vesperis neque in Laudibus recitari possit, uniatur Hymno Matutini. **2682** *ad* 43.

In Hymno: Veni Creator etc. ad ℣. *Emitte etc.* nihil immutatur in precibus pro novo Episcopo eligendo. **3003** *ad* 2. Quoad conclusionem huius Hymni vide **4036.**

Hymnus: Christe Sanctorum in festo S. Gabrielis Archangeli recitandus est, prout legitur in festo Dedicationis S. Michaelis. **3060** *ad* 3.

Hymnus: Christe Sanctorum ad Laudes in festo S. Raphaelis Archangeli recitandus est iuxta formam, quae in usu erat ante correctionem Urbani VIII. **3297** *Dub.* I. *qu.* 1; et in eodem strophae S. Michaelem et Gabrielem respicientes omittendae sunt. *Ibidem qu.* 2.

Hymni in festo Sacr. Cordis Iesu concludendi sunt in Officio, cui respondet Missa *Egredimini,* per verba *Iesu tibi sit gloria;* in altero cui respondet Missa *Miserebitur* minime immutanda est conclusio. **3060** *ad* 2. **3767** *Dub.* IV.

Quoad Hymnorum coniunctionem in festo VII Dolorum B. M. V. in hebdomada Passionis, quando I Vesperis caret, specialis Rubrica Breviarii servanda est. **3764** *ad* 17.

Hymnus Vesperarum coniungendus est cum altero ad Matutinum, quoties eodem metro uterque gaudet, et secundus est continuatio primi; nisi aliter cautum sit in ipsa Rubrica speciali Breviarii Romani. **3844** *ad* 3.

Hymni ad Vesperas et Matutinum in festo S. Angeli Regni Hispaniae secunda stropha quomodo sit mutanda, declarat S. R. C. **3856** *ad* 2.

Hymni omnes in Dominica II et III Adventus infra Octavam Immaculatae Conceptionis B. M. V. apud Benedictinos concludendi sunt: *Gloria tibi Domine, qui natus es de Virgine.* **2319** *Alia Dubia ad* 9; item in Breviario Romano in dictis Dominicis Hymni concludi debent: *Iesu, tibi sit gloria etc.* **3924** *ad* 11.

Hymni concludendi sunt in Officio: *Iesu tibi sit gloria* in Octavis festorum B. M. V., etiamsi non fieri debeat Commemoratio Octavae ob occursum duplicis I classis. **2439** *ad* 2..

I

S. Iacobus Apostolus.

S. Iacobi Apost. festum in Ecclesia Turritana a ritu duplici I classis cum Octava reducitur ad ritum II classis sine Octava; et abrogatur eiusdem Translationis festum. **2487** *ad* 3.

In S. Iacobi Apost. Officio votivo Lectiones I Nocturni tempore Quadragesimae dicendae sunt: *Sic nos existimet,* ut in festo. **3611** *ad* 2.

S. Iacobi Officium votivum nequit transferri in feriam III in illis Hispaniae Dioecesibus, ubi Officia votiva pro singulis hebdomadae diebus non sunt pro Communitatibus adoptata. **4048** *ad* 1.

Ianua.

Ianuis clausis legi vel cantari potest Missa feria V in Coena Domini in Oratoriis ad Regulares proprie dictos spectantibus; non vero in illis, quae ad Seminaria et Pias Communitates pertinent, nisi habeatur Apostolicum Indultum. **2799** *ad* 2. **4049** *ad* 2.

Usque ad Ianuam Ecclesiae deferendae sunt hastae baldachini a dignioribus Beneficiatis in solemni Processione Corporis Christi, ibique laicis tradendae. **2341** *ad* 1.

Prope Ianuam Ecclesiae et absque rumore piae collectiones pecuniae fieri possunt, etiamsi expositum sit SSm̃um Sacramentum. **3157** *ad* X.

Ad Ianuam loci pii Sedi Apostolicae immediate subiecti visitandi, Episcopus delegatus potest exercere actus iurisdictionis, et exigere obsequia Visitatori debita. **1397** *ad* 3.

Ianuae Ecclesiae non sunt pandendae et repagula removenda ad benedictionem cum SSm̃o Sacramento, ut pateat interna pars transeuntibus per viam, nisi Ordinarius ob peculiares circumstantias id permittat, citra periculum irreverentiae. **2621** *ad* 8.

Ad Ianuam Canonici Collegiatae excipere debent Episcopum in Feriis Rogationum eorum Ecclesiam processionaliter ingredientem; et eorum Digniori competit aspersorium ipsi porrigere. **2079** *ad* 12.

Ad Ianuam Ecclesiae potest excipere Processiones Superior Regularis Ecclesiae in Monte Berico Dioecesis Vicentinae, indutus superpelliceo et stola; et Parochi, qui dictis Processionibus intersunt, Ecclesiam ingredi possunt cum stola iuxta consuetudinem ibi vigentem. **3775** *ad* 1 *et* 2.

Ianuis ne clausis quidem, celebrari licet in alma domo Lauretana unica Missa de Annuntiatione B. M. V., si hoc festum occurrat in triduo maioris Hebdomadae, in Paschate vel duobus diebus sequentibus. **210** *ad* 2.

Usque ad Ianuam tantum Ecclesiae Regularium crucem propriam deferre possunt Canonici Collegiatae in funeralibus cadaverum, quae in dicta Ecclesia tumulanda sunt. **1035. 1063.**

S. Ianuarius Ep. Mart.

S. Ianuarii Ep. Mart. Officium votivum semel in mense concessum fieri potest etiam mense Septembri, quamvis die 19 Septembris fiat festum de eodem Sancto, quum in Rescripto concessionis non adsit exceptio. **3872** *ad* 7.

S. Ianuarii Ep. Mart. Oratio Missae propriae non est concludenda verbis: *in unitate eiusdem Spiritus Sancti.* **2682** *ad* 45.

Ieiunium.

Ieiunium cum abstinentia alicubi adnexum Litaniis maioribus in festo S. Marci, quando idem occurrat in hebdomada Paschatis, servandum vel transferendum est iuxta consuetudinem regionis. **2148** *ad* 4.

Ieiunii diebus Preces feriales ad Vesperas et Laudes cantari nequeunt per depressionem vocis a *fa* ad *re;* sed utendum est voce uniformi per simplicem *fa.* **2343. 3110** *ad* 8.

Ieiunium in consecratione Ecclesiae est strictae obligationis pro Episcopo consecrante, iisque tantum, qui petunt ut Ecclesia sibi consecretur: idemque ieiunium indicendum est die praecedente consecrationem. **2519** *ad* 1. **2821;** hoc ieiunium est locale et personale simul. **2519** *ad* 2.

Ieiunium in Vigilia alicuius Sancti anticipare non licet in die praecedenti, etiamsi quotannis festum Titularis celebretur; sed in casibus particularibus ad S. R. C. recurrendum est. **2572** *ad* 26.

Ieiunium et abstinentia ac etiam Officium Vigiliae transferri debent in Sabbatum ante Dominicam, in quam festum Patroni principalis transfertur. **2591** *ad* 3.

Ieiunium servandum est in Vigilia, quamvis usus carnium concessum sit. **1475.**

Vide **Vigilia.**

Ieiunium naturale Episcopus consecrans observare debet in consecratione Altarium portatilium iuxta formam a Pontificali praescriptam. **2826** *ad* 1.

Ieiunium et Commemoratio Vigiliae S. Matthaei Apostoli anticipari conceditur ob festum principalis Patroni. **1706.**

Ieiunium anticipandum est in feria IV, quoties Vigilia S. Ioannis Baptistae cadat in die Corporis Christi. **657.**

Ieiunium, quod incidat in feria III post Pentecosten, transferendum est ad aliam diem ab Episcopo designandam. **2009.**

Ieiunium in Vigilia Ss. Apostolorum Petri et Pauli servandum apud Belgas anticipari indulgetur, quando dictum festum incidit in Sabbato. **2785.**

Ieiunium et abstinentia a carnibus in Dioecesi Brugensi, ubi ex peculiari concessione festum S. Marci incidens infra Octavam Paschae transfertur ad feriam IV post Dominicam in Albis, si hac feria occurrat Festum Ss. Ap. Philippi et Iacobi vel Inventionis S. Crucis, protrahatur ad feriam V sequentem. Sin autem hac feria V occurrat festum Patroni praecipui, abstinentia transferatur ad feriam VI sequentem. **2958.**

Pro Ieiunii Quadragesimalis initio nuntiando sonitus Campanae Cathedralis attendi debet. **949.**

Pro Ieiunio naturali ante Communionem praescripto Horologiis publicis stari potest. **3365** *ad* 9.

Ieiunium cum abstinentia a carnibus, quod observatur ab antiquissimo tempore in die Vigiliae S. Marci, quando cadit in fe-

riam III Paschatis, transferendum est ad diem quae immediate antecedit illam, ad quam festum huius Sancti transfertur. **1935.**

Iesus.

Iesu tibi sit gloria, vide **Conclusio Hymnorum.**

Iesus vox non est addenda in fine Responsorii *et benedictus fructus ventris tui* **957** *ad* 2.

Post verbum Iesus in Salutatione Angelica addi verbum *Christus* prohibitum est. **689.**

Ad Iesu Christi verba Celebrans, dum se signat cum Hostia vel Calice ante sumptionem, caput inclinare debet. **2850** *ad* 1.

Iesu nomen quotiescumque Celebrans pronuntiat in lectione Evangelii coram SSmo Sacramento exposito inclinationem facere debet versus idem Sacramentum. **3875** *ad* 4.

Sub Iesu orantis Gethsemani invocatione Ecclesiae benedictae assignandum est festum Titulare SSmi Salvatoris die 6 Augusti sub ritu duplici I classis cum Octava. **3745** *ad* 1; in eius die Octava Lectiones I Nocturni erunt de Scriptura occurrente. *Ibidem ad* 2; et Suffragia ipsius per annum desumenda erunt a die festo. *Ibidem ad* 3.

S. Ignatius.

In S. Ignatii de Loiola Conf. festo Oratio concludenda est: *Per Dominum nostrum.* **3448** *ad* 18.

In S. Ignatii festo Lectiones I Nocturni, ubi celebratur sub ritu duplici II classis, debent esse *Beatus vir.* **3254** *ad* 6.

Ignis.

Ignis et Cerei benedictio in Sabbato Sancto Missam celebrandam praecedere debet. **2436** *ad* 4.

Ignis Benedictionem in Sabbato Sancto Episcopus satius et convenientius, non per se, sed per alium Canonicum fieri praeventive mandabit, ne contingat Episcopum toties vestiri et spoliari vestibus. **1665** *ad* 2.

Post Ignis Benedictionem in Sabbato Sancto alius Diaconus, diversus ab eo, qui Celebranti assistit et totius Missae officio inservit, nequit accendere arundinem et cantare Praeconium Paschale; sed attentis peculiaribus circumstantiis et consuetudine, hunc usum Summus Pontifex pro Cathedrali Tiburtina concessit. **2631** *ad* 2. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **243.**

Ignem et incensum benedicere potest in Sabbato Sancto alter Sacerdos, licet Missam non celebraturus. **2684** *ad* 8. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **323.**

Ad Ignis et cerei benedictionem in Sabbato Sancto Episcopus Parochos aliqua poena pecuniaria cogere potest. **2436** *ad* 4.

In S. Ildefonsi Episc. Conf. Officio Responsorium VIII recitandum est in Hispania: *In medio Ecclesiae.* **3767** *ad* 1.

Imagines.

Cum Imaginibus et statuis virorum in dignitate ecclesiastica constitutorum ex quadam familia, quae a fundamentis exstruxerat Cappellam in Ecclesia parochiali, inscriptiones in eadem affigere non licet. **733.**

Imagines D. N. I. C. et B. M. V. ac Sanctorum, quomodo sculpendae aut pingendae vel induendae sint et quae vestium forma sit prohibita, declaratur Constitutione Urbani VIII. **810** *Decret. gener.* **879.**

Imagines et Cruces omnino velari debent a Sabbato Passionis usque ad Sabbatum Sanctum; nec interea detegi, etiamsi occurrat festum Titularis, Patroni vel Dedicationis Ecclesiae. **926** *ad* 2 *et* 3. **3396.**

Imaginem vel Statuam B. M. V. Perdolentis habitu nigri coloris indutae, necnon sinistra manu Crucifixum gestantis exhiberi non licet **3818** *ad* 1; servandum enim erit Decretum S. Concilii Tridentini quoad sacras Imagines. *Ibidem ad* 2.

Imaginem vel Statuam B. M. V. Perdolentis Patribus Servitis non permittitur induere habitu nigri eorum coloris. **824.**

Imaginem S. Vincentii a Paulo in uno de Altaribus lateralibus Ecclesiae Novitiatus collocari Presbyteris Congregationis Missionis Civitatis Neapolitanae conceditur, in altero Imaginem Conceptionis B. M. V., iuxta veterem morem expressam, nusquam vero ad illam formam effigiatam, quam refert Numisma Parisiis 1830 cusum; (sed vide Decretum sub num. **3419** *ad* 1.). Oportet tamen in iisdem Altaribus collocetur in ovali figura super gradus candelabrorum etiam Imago illius Sancti, sub cuius titulo constat Altare fuisse consecratum, iuxta Decreta Alexandri Papae VIII. **2752** *ad* 7. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **367.**

Imago S. Nicolai Tolentini Titularis Ecclesiae domui Novitiatus Presbyterorum Congregationis Missionis Civitatis Neapolitanae in propria aedicula relinquatur, et in Altari maiori dictae Ecclesiae ponatur Imago illius Sancti, in cuius honorem consecratum est. **2762.**

Imagines profanae vel aliae indecentiam praeseferentes in Ecclesiis quibuslibet aut quomodolibet qualificatis ac earum fronti-

spiciis et atriis non exponantur; cum domum Dei decet sanctitudo. **810** *Decret. gener.*

Imago vel Statua B. M. V. VII Dolorum velo nigro circumdata cum Iesu Domino Filio mortuo in gremium deposito nocte Feriae V in Coena Domini in Ecclesia exponi permittitur; et sequenti Feria VI mane processionaliter cum pluvialibus nigris deferri. **2375** *ad* 4. **2682** *ad* 52.

Post Imaginem seu Reliquiam in Processionibus, in quibus eadem defertur, Episcopus cum cappa et bireto incedere debet; Vicarius vero generalis ultimo loco inter Canonicos seu Dignitates, nisi adsit consuetudo contraria. **489** *ad* 1 *et* 2.

Imagines Beatorum inconsulta Sede Apostolica nullo pacto exponantur. **1097** *ad* 1. **1130** *ad* 1 *Decret. gener.;* possunt quidem exponi cum Indulto in parietibus tantum, non super Altari. *Ibidem ad* 2. Ubi indultum fuerit celebrari Missam de Beato, licet etiam Imaginem necnon votivas tabellas exponere super Altari. **1156** *ad* 1.

Vide **Beati.**

Imagines sacrae discooperiendae sunt Sabbato Sancto ad *Gloria in excelsis Deo*, si commode fieri potest; sin minus, post Officium eiusdem diei. **1248**. **2965** *ad* 2.

Imagines Sanctorum inter candelabra dispositae in Altari thurificandae sunt; nec est necesse quod habeant inclusas Reliquias. **2375** *ad* 3.

Imagines sacrae non sunt deferendae sub baldachino. **2379** *ad* 2. **2647** *Decret. gener.* **2808**. **2951** *ad* 1; (his Decretis emendatur aliud sub num **1841** *ad* 3.) Imagines deferri licet per Confratres sacco indutos. **2379** *ad* 3.

Ad Imaginem quamdam sacram exponendam, permittitur ut Altare ligneum cum Ara lapidea in medio Ecclesiae collocari possit; arbitrio tamen Ordinarii ac pro diebus et occasionibus ab eo indicatis, dummodo perpensis omnibus, absit periculum cuiuscumque scandali aut irreverentiae. **2510**.

Imago B. M. V. in supplicationibus delata thurificanda est duplici tantum ductu. **2535**.

Imagines pictae aut Reliquiae Sanctorum Tabernaculo, in quo SS. Sacramentum asservatur, non sunt superimponendae, quatenus idem Tabernaculum pro basi inserviat. **2613** *ad* 6 *Decret. gener. Vide Suffragium in IV volumine pag.* **203**; neque exponendae sunt ante eiusdem Tabernaculi ostiolum, etiam die qua festum alicuius Sancti recolitur; et consuetudo contraria tamquam abusus est eliminanda **2906**.

Imagines et Cruces tegi debent a primis Vesperis Sabbati Passionis, non vero in Dominica post Evangelium Missae solemnis. **1158**. **1275** *ad* 2. **2682** *ad* 34. **3293**.

Imago Iesu Christi cruci affixi in Hostia consecranda sculpi potest vel non, iuxta consuetudinem. **2714**.

Imago Sancti sine speciali indulto removeri nequit ab altari, cuius nomini dedicatum fuit. **2752** *ad* 5. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **365**.

Quoad Imaginum Cordis Iesu et B. V. Mariae expositionem in Ecclesiis, servanda est forma Decretorum Concilii Tridentini et Urbani VIII. **3059** *ad* 24.

Imagini B. M. V., quando defertur in Processionibus una cum Reliquiis Patroni Dioeceseos, honoratior locus competit. **3087**.

Imaginum translationes de domo in domum non sunt Processiones; iisque Clerus interesse non debet. **3217**.

Imaginum et Reliquiarum expositio et benedictio cum eis super populo non est de iuribus parochialibus; et quoad benedictiones cum Reliquiis et Imaginibus serventur Decreta. **2123** *ad* 12.

Imago seu simulacrum S. Ioannis Baptistae in parochiali Ecclesia Castriveterani Dioecesis Mazarien., quod non supra Altare, sed extra illud sexdecim fere palmis seiunctum in propria aedicula exsistit, iuxta antiquissimam consuetudinem, in expositione SSmi Sacramenti velari non debet, excepto tempore expositionis XL Horarum. **2664** *ad* 1, 2 *et* 3. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **300**.

Coram Imagine S. Familiae a singulis familiis, recitandae preces, a SS. D. N. Leone PP. XIII approbatae, adhiberi possunt etiam in publicis Ecclesiis, sed coram Imagine S. Familiae. **3766** *ad* 2.

Ante Imaginem S. Familiae Oratio quotidie recitanda profertur. **3778**.

Super Imaginem seu Statuam Deiparae perdolentis in Processionibus baldachinum, velut tentorium, si pluvia decidat, tolerari potest. **3641**.

Imago defuncti in feretro vel tumulo, dum pro eodem exequiae fiunt, tam praesente quam absente cadavere, exponi nequit; et contrarius abusus eliminandus est. **3898**.

Cum Imaginibus detectis Processiones tempore Passionis tolerari possunt. **3332** *ad* 4 *et* 5.

Cum Imago quaedam B. M. V. deferatur in Processione, Episcopus in eadem nequit incedere post Capitulum solus, associatus a sua familia, Vicario et quibusdam Presbyteris ad id vocatis, ante Imaginem praedictam. **408**.

Imagines seu figurae Veteris Testamenti in Processione cum SSmo Sacramento deferri nequeunt. **2879**; item Imagines vel Reliquiae B. M. V. ac Sanctorum. **3878**. **3997**.

Imago solum tegenda est, quae exstat in Altari, in quo fit expositio SS. Sacramenti, in Oratoriis ubi eiusdem fit perpetua expositio et adoratio. **3241** *ad* 4.

Imago divini Infantis, Nativitatis tempore, principe loco super Altari exposita, thurificanda est post Crucem triplici ductu, eodem prorsus modo quo incensatur Crux cum Imagine Crucifixi. **3288**.

Imago divini Infantis exponi nequit in maiori Altari, quando SS. Sacramentum est expositum; exponi tamen poterit in alio Altari. **3320**.

Imagines, quae aut miraculum Apparitionis B. M. V. in Choro Coenobii Barcinonensis Ordinis B. M. V. de Mercede Redemptionis Captivorum aut B. M. V. habitu Ordinis sedentem inter Religiosos in actu recitationis Horarum Canonicarum repraesentant, tolerari possunt, dummodo non exponantur super Altare. **3336** *ad* 2.

In Imaginis vel Statuae B. M. V. manu vel iuxta latus vulneratum sculptae Imaginis D. N. I. C. e Cruce pendentis, SSmum Sacramentum exponi nequit, praevio quodam machinismo ad hoc specialiter constructo; statuae enim non sunt apponendae in Altari, in quo SSmum Sacramentum est expositum. **3349**.

Ab Imaginis S. Clarae manu dextera Ostensorium in Expositione SSmi Sacramenti sustineri non licet. **3615** *ad* 1.

Imagines seu simulacra B. M. V. sub titulo *de Lourdes* aut *de la Salette* necnon Immaculatae Conceptionis lucis radios e manibus emittentis ab Ordinariis loci permitti possunt, servatis tamen cautelis, praesertim Decreto Tridentini sess. XXV et Constitutione Urbani VIII, **3419** *ad* 1.

Imagines vel Statuae D. N. I. C. suum Cor sacratissimum monstrantis B. Mariae Margaritae Alacoque ad eius pedes provolutae exponi nequeunt publicae venerationi, inconsulta Sede Apostolica. **3420**.

Imago B. M. V. Lauretanae cum emblemate purgatorii in altari exponi potest, dummodo caveatur, ne aliquid adsit inconveniens. **3430**.

Imagines SS. Cordis Iesu, ornati insignibus, quibus B. Margaritae Alacoque revelatione depingendum exhibetur, et Cordis immaculati B. M. V. rosea corona redimiti et gladio perforati, privata ex devotione permittuntur, dummodo Altaribus non apponantur. **3492**.

Imagines Sanctorum locari nequeunt in throno, ubi SS. Sacramentum exponitur. **3589**.

Imago Sacri Vultus D. N. I. C. in Processione SS. Sacramenti deferri nequit. **3636** *ad* 3; et eadem Imago velari debet tempore, quo non exponitur cum cereis accensis, si imago permagna populi veneratione colatur. *Ibidem ad* 4.

Imagines Stationum Viae Crucis tempore Passionis relinqui possunt non velatae. **3638** *ad* 2.

Imagines Deiparae fidelium venerationi expositas vestiendi indumentis diversi coloris pro diversitate festorum et temporum, easque collocandi diebus solemnioribus in loco principali Altaris, ubi SS. Sacramentum asservatur, necnon eas vestibus nigri coloris indutas deferendi in Processionibus Feria V et VI Hebdomadae maioris usus prudenti arbitrio Episcopi remittitur; dummodo tamen vestes in casu nihil indecens praeseferant aut profanum. **3690**.

Imagines duae cum monumento cuiusdam Archiepiscopi intra ambitum Cathedralis Bogotensis exsistentes, quae a rudibus fidelibus tamquam cultu dignae habentur, inde removeri et in Sacristia vel alibi collocari debent. **3715**.

Imagini antiquae B. M. V. de Rosario in Ecclesiis Confraternitatum Sacr. Rosarii non est substituenda Imago Pompeiana; nec licet illi in eodem Altari supponere Imaginem parvam Pompeianam, nec dedicare Imagini Pompeianae aliud Altare, nec extra altare ibidem Imaginem B. M. V. Pompeianam publicae venerationi exponere; nec in casu visitantes lucrarentur Indulgentias concessas. **3723**. **3732**.

Imagines plures depictas vel Statuas eumdem referentes Coelitem in una eademque Ecclesia exponere non licet. **3732**.

Imago B. M. V. in feretro depositae ac si mortua iaceret in Processione deferri toleratur in Archidioecesis Goanae Ecclesiis, ubi festum transitus B. M. V. a die 13 ad diem 14 Augusti celebratur. **3804** *ad* 4.

Imago Crucifixi in Processione converti debet ad populum, non vero ad deferentem. **1538** *ad* 1.

Imaginem Crucifixi ad se convertere licet Dominicanis ex speciali privilegio, dum Crucem in Processionibus cum aliis Ordinibus Religiosis deferunt in Ecclesia Cathedrali. **3874**.

Imago D. N. I. C. velo seu pallio contegendi usus tolerari potest in processione feriae VI Maioris Hebdomadae. **3804** *ad* 5.

Imagines virorum ac mulierum, qui cum fama sanctitatis decesserunt, sed nondum

Beatificationis aut Canonizationis honores consecuti sunt, neque altaribus utcumque imponi possunt, neque extra altaria depingi cum aureolis, radiis aliisque sanctitatis signis; possunt tamen eorum imagines vel gesta ac facta in parietibus Ecclesiae seu in vitris coloratis exhiberi; dummodo imagines illae neque aliquod cultus vel sanctitatis indicium praeseferant, neque quidquid profani aut ab Ecclesiae consuetudine alieni. **3835.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **401.**

Imagines seu Statuae Sacr. Cordis Iesu et Pur. Cordis B. M. V. applicari possunt ad utrumque latus introitus Sanctuarii, ita ut sibi invicem adversentur. **3673** *ad* 1.

Imago seu effigies Sacr. Cordis Iesu tabernaculi loco in medio Altaris maioris collocari nequit; neque, si adest tabernaculum, in quo asservatur SSmum Sacramentum, in posteriore parte eiusdem tabernaculi. **3673** *ad* 2.

Cum Imaginum D. N. I. C. Benedictionis formula, benedici debet Crux parva cum Imagine Crucifixi. **3524** *Dub.* IV *qu.* 2.

Imagines Sanctorum hinc inde iuxta Altare in solemnioribus eorum festis in Vesperis incensandi post thurificationem Altaris, Celebrante se sistente ante singulas ipsas Imagines, consuetudo valde generalis et antiqua tolerari potest, sed tantum duplici ductu. **4044** *ad* 3.

Vide **Statua.**

Immaculata Conceptio B. M. V.

Infra Immaculatae Conceptionis B. M. V. octavam omnes Hymni in Dominica secunda vel tertia Adventus terminandi sunt apud Benedictinos: *Gloria tibi Domine, qui natus es de Virgine.* **2319** *Alia Dubia ad* 9; item ex Breviario Romano in dictis Dominicis Hymni concluduntur: *Iesu tibi sit gloria etc.* **3924** *ad* 11.

Infra Immaculatae Conceptionis B. M. V. octavam quando occurrit Vigilia aut Feria quatuor Temporum, Officium recitari debet de die infra octavam; Missae autem, sive una cantetur, sive cunctae legantur, dicantur de Feria quatuor Temporum cum 2 Oratione de octava, 3 vero de Spiritu Sancto; quae semper dicitur infra Octavas Festorum B. M. V. At si Feria quatuor Temporum occurrat in die octava Conceptionis, omnes Missae privatae dicantur de octava Conceptionis cum commemoratione Feriae; Missa autem solemnis post Tertiam erit de ipsa die octava Conceptionis sine commemoratione Feriae, cum de ea cantari debeat alia Missa post Nonam sine commemoratione Conceptionis, cum 2 Oratione *Deus, qui de B. M. V. utero* ac 3 *Ecclesiae* vel *pro Papa* atque Praefatione communi. **2319** *Reliq. Dub. ad* 26.

Immaculatae Conceptionis B. M. V. novum Officium et Missa praescribitur Decreto generali. **3119.**

In Immaculatae Conceptionis B. M. V. Missis votivis in Secreta dicendum est *commemoratione* loco *solemnitate.* **3138.**

Quoad Immaculatae Conceptionis B. M. V. Officium votivum aut stricte utendum est veteri indulto, quo recitandum erat sub ritu duplici et quidem praeceptive; aut novo, veteri prorsus dimisso. **3600. 3637** *ad* 1.

In Immaculatae Conceptionis B. M. V. Officio votivo Lectiones I Nocturni tempore Quadragesimae et Sabbatis Quatuor Temporum legendae sunt ut in Festo. **3611** *Dub.* IV.

In Immaculatae Conceptionis B. M. V. Festo Missa solemnis de Requie, etiam praesente cadavere, celebrari nequit. **3624** *ad* 8.

In Immaculatae Conceptionis B. M. V. Missa votiva Praefatio dicenda est ut in Festo. **3642** *ad* 5.

Immaculatae Conceptionis B. M. V. si dies octava occurrat in Feria IV Quatuor Temporum Adventus, Evangelium ultimum in Missa non erit de Feria, sed Initium S. Ioannis. **3136** *ad* 2. **3667** *ad* 2.

In Immaculatae Conceptionis B. M. V. Missa votiva Introitus *Gaudens gaudebo* adhiberi debet. **3675** *ad* 4.

Immaculatae Conceptionis B. M. V. imagines seu simulacra lucis radios e manibus emittentis ab Ordinariis loci permitti possunt, servatis tamen cautelis, praesertim Decreto Tridentini sess. XXV et Constitutione Urbani VIII. **3419** *ad* 1.

In Immaculatae Conceptionis B. M. V. die octava Lectiones I Nocturni recitandae sunt ut in die festo. **3136** *ad* 3.

In Immaculatae Conceptionis B. M. V. Vigilia Missa de eadem Vigilia dicenda est, quando eadem incidit in Sabbatum, in quo ex Indulto Missa votiva de eadem Immaculata Conceptione celebrari licet. **3858** *Dub.* II.

Immaculatam Conceptionem B. M. V. repraesentans tabula Altaris maioris, et simulacrum Deiparae de Lourdes extans in minori Altari, debent haberi ab invicem distincta, quia diversum subiectum repraesentant; dummodo B. M. V. de Lourdes repraesentetur cum omnibus Apparitionis adiunctis. **3791.**

Immaculatae Conceptionis B. M. V. Imago ad illam formam effigiata, quam refert Numisma Parisiis a. 1830 cusum, in Altari collo-

cari nequit. **2752** *ad* 7. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **367**; sed vide supra Decretum **3419** *ad* 1.

Vide **Officium votivum** et **Missa votiva Immaculatae Conceptionis B. M. V.**

Imperator.

Pro Imperatore Romano in Orationibus Feriae VI in Parasceve nihil immutari debet. **2800.**

Pro Imperatore Romano Orationes assignatae tum Feria VI in Parasceve tum Sabbato Sancto in postrema parte Praeconii Paschalis non sunt expungendae; neque ad utramque Orationem apponi licet brevis Rubrica, sed adnotatio adiungi debet initio Missalis post Rubricas generales inter Decreta Sacr. Rituum Congregationis. **3103** *Dub.* 3.

Et Imperatore Nostro N. in Canone Missae Sacerdotes exteri (v. gr. Galli etc.) celebrantes intra ditionem Austriacam addere possunt, sed non debent. **3764** *Dub.* 1. *qu.* 1.

Pro Imperatore Austriaco Collectam, quando ab Ordinario est imperata, Sacerdotes exteri sumere debent, prout iacet. **3764** *Dub.* 1 *qu.* 2; haec Collecta in Missis parochialibus lectis in duplicibus II classis omittenda est, in Missis vero privatis est ad libitum Celebrantis. *Ibidem qu.* 3; eadem Collecta etiam dici debet in Missis solemnibus seu cantatis, quando Rubricae eam permittunt. *Ibidem qu.* 4.

Incensantiones.

Incensationes omnes omittendae sunt in Missa, quae cum cantu, sed sine Ministris cantatur; ac si, dum haec Missa cantatur, SS. Sacramentum super Altare est expositum, incensationes in Missa pariter omittendae sunt; et SS. Sacramentum incensatur tantum postquam in throno fuit collocatum, et antequam deponatur. **3328** *ad* 1.

Ante Incensationem cantato Evangelio in Missa pontificali Episcopus baculum reddere debet. **3368** *ad* 4.

Incensum quando Sacerdos imponit et benedicit in Exequiis Defunctorum, caput suum cooperiendi bireto consuetudo tolerari nequit, sed omnino tollenda est. **3580** *ad* 2.

Absque Incensatione Expositio SS̃mi Sacramenti in Ostensorio prorsus prohibenda est. **3580** *ad* 6.

Incensationes Altaris perficere nequeunt Capuccini in Missis Conventualibus sine Ministris paratis et sine cantu celebrandis; ex gratia tamen illis permittitur incensatio in Missis aliqua maiori solemnitate celebrari solitis. **3697** *ad* 3.

Incensum non adhibendi in Missa conventuali consuetudo reprobatur. **2424** *ad* 3.

Incensatio SS. Sacramenti in Vesperis ad *Magnificat,* si sacellum, in quo illud asservatur, distat a Choro, omitti potest; nisi quando SS. Sacramentum ibi solemniter sit expositum. **3839** *ad* 5.

Vide **Thurificatio. Thus.**

Inclinationes.

Inclinationem capitis nequit exigere a Sacerdotibus celebrantibus post Missam Dominus loci in loco suae iurisdictionis. **982.**

Inclinationem capitis facere debet Sacerdos pronuncians in Canone Missae nomen alicuius Sancti, de quo factum est Officium vel saltem Commemoratio. **2572** *ad* 20.

Inclinationem capitis facere debet Sacerdos seipsum signans cum Hostia et Calice consecratis ante sumptionem SS̃mi Sacramenti ad verba *Iesu Christi.* **2850** *ad* 1.

Inclinatio capitis non est facienda ad nomen Mariae in Communione Missae Assumptionis B. M. V., ubi legitur: *Optimam partem elegit sibi Maria, quae non auferetur ab ea in aeternum.* **2872** *Dub.* VI.

Inclinare profunde se debet ad formam Caeremonialis Episcoporum lib. I, cap. 22, § 2 concionator Canonicus Cathedralis in actu accipiendi benedictionem ab Episcopo. **2331** *ad* 9.

Inclinatione capitis profunda Celebrans salutabit Episcopum praesentem accedens ad Altare, in quo expositum est SS. Sacramentum in eundo, deinde genuflectit SS̃mo et procedit in Missa; in redeundo prius SS̃mo genuflectet, deinde salutabit Episcopum. **2049** *ad* 1.

Inclinandum non est in Choro ad verba *Spiritus Sancti* in festo Pentecostes. **3867** *ad* 2.

Quoad Inclinationes in Missa, servandae sunt Rubricae. **2682** *ad* 27; ex quibus etiam dignoscitur quomodo faciendae sint. *Ibidem ad* 28.

Inclinare se debent tantum caput et humeros Canonici honorarii ante Episcopum, non autem genuflectere. **3377** *ad* 2.

Inclinare se potest Celebrans quando sedet, sacris Ministris salutationem reddens, capite cooperto vel caput aperiens iuxta consuetudinem. **3434** *ad* 5.

Inclinare se capite detecto debent Celebrans et Ministri in Missa solemni, quando sedent, ad versiculos, ad quos est inclinan-

dum, sive cantantur a Choro, sive recitantur et ab Organo supplentur. **1563** *ad* 1. **2684** *ad* 13. **3457** *ad* 3.

Inclinatio capitis Cruci facienda in fine Missae, antequam Celebrans descendat ad preces recitandas non praescribitur nec prohibetur; et in recitatione precum genuflectendum est pro libitu sive in suppedaneo sive in infimo gradu Altaris. **3637** *ad* 8.

Inclinatio capitis in Missa facienda est in Festis Sanctorum, quoties nomen eorum, de quibus celebratur Missa vel fit commemoratio, exprimitur, minime vero in initiis Epistolae et Evangelii; et ad nomina B. M. V., aliorum Sanctorum et Summi Pontificis inclinatio dirigenda est versus librum seu nomen in libro expressum; nisi in loco principali Altaris habeatur statua vel imago B. M. V. aut Sancti, ad quam in casu, quia expressius repraesentant, caput inclinatur. **3767** *Dub.* XXV.

Inclinationem capitis facere debet Celebrans coram SSmo Sacramento versus Idem, quotiescumque in lectione Evangelii pronuntiat nomen Iesu. **3875** *ad* 4.

Inclinare se non debet Celebrans Episcopo in Processione Corporis Christi seu in aliis, antequam Orationem recitet. **2049** *ad* 2; recitans in Collecta Missae nomen Episcopi praesentis Celebrans non debet se inclinare versus eum, sed tantum versus librum. *Ibidem ad* 3.

Inclinare se profunde tantum Canonici Collegiatae debent in casu particulari transeuntes ante Episcopum. **1513** *ad* 8. **2493**; alias Canonici et Dignitates Collegiatae, quoties in functionibus ecclesiasticis ante Episcopum transeunt, genuflectere debent. **2356. 2361. 2443**; etsi Episcopus non vestibus pontificalibus, sed cappa tantum aut mozzetta sit indutus. **2534.**

Inclinare caput tantum debent Canonici Cathedralis ad Benedictionem Episcopi. **310. 832. 2049** *ad* 7, 8 *et* 9.

Inclinare se dumtaxat debent Canonici Cathedralis, etsi non sint parati, in accipiendis candelis ac cineribus. **2052.**

Inclinare se debet Sacerdos ad nomen Papae in Canone Missae. **2915** *ad* 5.

In Inclinationibus Diaconus et Subdiaconus (quando hic Patenam non sustinet) non debent se conformare Celebranti, quotiescumque hic caput inclinat vel seipsum signat; nec tenentur pectus sibi percutere nisi ad *Agnus Dei.* **3535** *ad* 3.

Vide **Caput. Reverentia.**

Indulgentia.

Indulgentiae non sunt concedendae, nisi pro Sanctis in Martyrologio descriptis. **1520.**

Indulgentias impertiri vel publicare Abbates non audeant absque expresso S. Sedis indulto. **1131** *ad* 12.

Indulgentiae iam concessae pro festo SS. Nominis B. M. V. die 17 Septembris cessarunt, quando idem festum pro Dominica infra Octavam Nativitatis eiusdem B. M. V. praescriptum est; quare nunc pro translatione harum Indulgentiarum Sanctissimus supplicandus est. **1730** *ad* 2.

Indulgentias consuetas inter Missarum solemnia concionatori petenti, satis est ut Episcopus dicat numerum dierum. **2682** *ad* 13.

Indulgentiae Altaris privilegiati defunctis applicari nequeunt ab iis, qui diebus liberis Missam celebrant de Festo simplici vel de Feria non privilegiata. **2743** *ad* 5. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **355.**

In Indulgentiis ab Episcopo publicandis intra Missarum solemnia servari debet dispositio Caeremonialis Episcoporum Lib. I. cap. 25. **3334** *ad* 3.

Quoad Indulgentias annuntiandas concionator servare debet Caeremoniale Episcoporum. **3104** *Dub.* 6.

Indulgentiae Societati S. Familiae concessae enumerantur **3778.**

In Indulgentiis publicandis post Missam pontificalem benedictionem, ad nomen Episcopi titulus Comitis adiungi nequit. **3799** *ad* 3.

Indulgentiarum Elenchus pro Scapulari B. M. V. de Bono Consilio profertur. **3815.**

Indulgentiae applicantur festo Sacr. Cordis Iesu, quae conceduntur per Octavam Corporis Christi. **3712.**

Pro Indulgentia plenaria, in Papali Absolutione generali impertienda, ad contagium evitandum, formula brevissima in Rituali contenta adhiberi potest. **3483.**

Indulgentiam 40 dierum Episcopus Administrator elargiri nequit sine speciali Apostolica facultate. **2274** *ad* 3.

Cum Indulgentia plenaria benedictio in articulo mortis impertienda est pueris, qui ob defectum aetatis Sacramentum Eucharistiae nondum susceperunt. **2650.** *Quinta facti species ad 3 in fine. - Vide Suffragium in IV volumine pag.* **287.**

Cum Indulgentia plenaria benedictionis formula exhibetur pro Tertiariis saecularibus ceterisque omnibus communicationem privilegiorum et gratiarum cum iisdem vel cum Regularibus cuiuscumque Ordinis habentibus. **3550.**

Indulgentiis 300 dierum ditantur Litaniae de Sacr. Corde Iesu pro universa Ecclesia approbatae. **4017.**

Indulgentiis ditata est Corona nuncupata

Indulgentiam, absolutionem etc.

Indultum.

Indultum canendi tribus vicibus Missas de Requie in qualibet hebdomada, etiam in duplicibus, locum habet in his duplicibus, licet infra hebdomadam festa ritus inferioris occurrant; insuper possunt cantari plures Missae de Requie eodem die in eadem Ecclesia. **3472** *ad* 1 *et* 2.

Indultum conceditur quoad duplicia II classis, si dies liberi pro iis reponendis in decursu anni non suppetant, ut transferri possint in alios dies proximiores, quamvis in his Festa semiduplicia, aut in horum defectu duplicia minora (non tamen Doctorum Ecclesiae) occurrant; quae pro eo anno commemoranda erunt iuxta Rubricas. **3756** *ad* 1. *Decret. gener.* In praedictis vero rerum adiunctis conceditur, ut praestantiora Officia aliis praeferantur, in proximioribus diebus ea reponere, quamvis in his duplicia aut semiduplicia occurrant: quamvis dies liberi postea subsequantur, in quibus alia Officia minus solemnia reponentur, communibus ceterum translationis regulis servatis: si nihilominus semiduplicia vel etiam duplicia ad libitum in Calendariis habeantur, haec prae aliis de praecepto pro repositione seligantur. *Ibidem ad* 2. Quocumque autem casu ita Calendariorum Ordinatores se gerere debent, ut in unoquoque mense, nonnullos dies liberos, quantum fieri possit, relinquant pro Missis de Requie celebrandis. *Ibidem ad* 3.

Indultum peculiare si non habeatur, prohibentur Missae in Oratoriis privatis diebus solemnioribus, qui describuntur in Caeremoniali Episcoporum Lib. II cap. 34 § 2 et de praecepto servantur. **3896.**

Absque Indulto Festa Dominicis vel aliis certis diebus affixa, quae concessa sunt pro locis et Ecclesiis particularibus, non sunt transferenda, sed omittenda, si quando dies illi sint impediti. **3607** *ad* 5. **3637** *ad* 3 *et* 4; quando vero praedicta festa sunt de praecepto pro aliquo Statu, sicut sunt plura festa B. M. V. concessa a Benedicto XIII pro Statu Pontificio affixa certis diebus, transferuntur **2319.** *Alia Dubia ad* 8.

Indulto obtento Festa particularia Dominicis aut Feriis affixa transferendi, si haec accidentaliter vel perpetuo impediantur, transferri possunt et debent ad primam diem insequentem liberam, tamquam in sedem propriam. **3919** *ad* 5.

Indulti declaratio pro solemnitate festorum transferenda, profertur. **3754.** *Decret. gener.*

Vide **Facultates. Privilegium.**

Indumenta vide **Paramenta. Vestes. Insignia.**

Infantes vide **Parvuli. Baptismus.**

Infantia Iesu.

Infantis divini Imago, Nativitatis tempore, principe loco super Altare exposita, thurificanda est post Crucem triplici ductu: eodem prorsus modo, quo incensatur Crux cum Imagine Crucifixi. **3288.**

Infantis divini Imago exponi nequit in maiori Altari, quando SSmum Sacramentum est expositum; exponi tamen poterit in alio Altari. **3320.**

S. Infantiae Iesu Titularis Ecclesiae celebrari debet die 25 Decembris. **3943** *ad* 1; Officium et Missa erunt de Nativitate Domini. *Ibidem ad* 2. In Suffragiis ad Laudes dicatur Antiphona ad Benedictus *Gloria in excelsis* ex Laudibus Officii de Nativitate Domini; in Vesperis autem dicatur Antiphona ad Magnificat ex II Vesperis eiusdem Nativitatis, omissis *Hodie. Ibidem ad* 3.

Infirmus.

Ad Infirmum in eadem domo decumbentem non licet deferri Communionem a Celebrante in Oratorio privato intra Missam; at si urgeat necessitas, hoc fiat expleta Missa. **2885.** Vide **2672** *ad* 1.

Vide **Communio Infirmorum.**

Pro Infirmo morti proximo Collecta in Missa diei permittitur Confraternitati Bonae Mortis erectae in Ecclesia S. Bartholomaei a Gagliano Florentinae Archidioecesis. **2804.**

Pro Infirmis vel morti proximis Confratribus, Congregationi Agonizantium Civitatis Conspicuae indulgetur in propria Ecclesia Collecta in Missa. **2771.**

Pro infirmis Sacerdotibus circa celebrationem Missae specialia Indulta vide **2920. 2921. 2924. 2926. 2947. 2948. 2977.**

Infirmitatis causa gaudens Indulto Canonicus utendi pileolo in Missa, nequit eo uti in Missis solemnibus praesente Episcopo. **1558.**

Infirmitate corporis laborantes Canonici dispensari debent ab Episcopo, ne accedant ad adorationem Crucis Feria VI in Parasceve. **2425** *ad* 16.

Vide **Episcopus aegrotans. Viaticum. Sacerdos caecutiens.**

Ingressus.

Ingrediendo ad Altare et redeundo ab eodem, sacerdotibus non licet deferre manutergium supra calicem. **2118.**

Ingrediendo ad Altare ad celebrandam Missam, Celebrans Calicem manu sinistra por-

tans ad ianuam Sacristiae potest accipere aquam benedictam et se signare, si commode fieri potest; sin minus, se abstineat. **2514** *ad* 4.

Egrediendum est a sacristia ad Altare, si stet sacristia post Altare, e parte Evangelii; et e parte Epistolae ad illam redeundum. **3029** *ad* 12.

In accessu ad Altare et recessu de eodem in plano est genuflectendum, si in Altari SS. Sacramentum est reconditum; in infimo autem gradu, quoties insuper genuflectere occurrat. **2682** *ad* 47.

In accessu et recessu utroque genu flectendum est coram SSmo Sacramento exposito; intra Missam unico genu; pro reliquis functionibus consulantur Rubricistae. **2682** *ad* 49.

In ingressu Ecclesiae Domino loci eiusque uxori Parochus nequit propriis manibus aspersorium porrigere. **2005. 2133** *ad* 4.

Ad ingrediendum Ecclesias, in quibus Processiones finem habent, Canonici ab Episcopo cogi possunt. **1907** *ad* 1.

In ingressu Processionis ad Basilicam S. Petri, Capitulo S. Petri in Vaticano et Capitulis S. Mariae Transtiberim et S. Laurentii in Damaso Urbis praescribitur quid servandum quoad salutationes exhibendas. **209.**

Ab ingressu Ecclesiae Regularium cum Cruce elevata Capitulum et Canonici Cathedralis associantes funus prohiberi nequeunt. **732. 1389**; non autem possunt ibi facere funus supra cadaver. **2206** *ad* 6. Vide **3854** *Decret. gener.*

In accessu et recessu solum genuflectendum est coram Reliquia S. Crucis exposita super Altare, et quoties opus est transire ante medium Altaris, seu a latere ad latus ut in incensatione. **2722** *ad* 1. **3966.**

Vide **Episcopus quoad Ingressum in Cathedralem et Dioecesim.**

Inhibitio discedendi, quae fit ante sacros Ordines, qui peraguntur ab Episcopo extraneo, sede vacante, legenda est nomine Vicarii Capitularis hisce verbis: *Rmus Dnus N. N. huius Dioecesis, sede vacante, Vicarius Capitularis deputatus sub excommunicationis poena praecipit etc.* **3593** *ad* 1.

Initia.

Quoad Initia librorum Prophetarum, quae proprio loco recitari nequeunt, servandae sunt Rubricae. **997.**

Initia librorum Prophetarum si mense Novembri plura sint ponenda eadem die, satis est unicam Lectionem legere pro unoquoque initio; non tamen licet in unica die poni plus quam tria initia. **2002** *ad* 7 *et* 8.

Initium Scripturae si per festum Dedicationis Ecclesiae aut aliud Festum cadens in Dominica impediatur, aut transferendum est ad diem primam liberam, etiamsi post octavam hoc eveniat, aut anticipate legendum. Sed in Officio pro quo assignatae sunt Lectiones de Communi, istae sunt legendae: et hoc vel magis faciendum est in duplici maiori, iuxta Rubricas Breviarii de Lectionibus. **2319.** *Alia Dubia ad* 4.

Initia plura in Dominica anticipata dicenda sunt ad formam Rubricarum, quatenus opus sit. **2387.**

Initia librorum Prophetarum Minorum hebdomada V mensis Novembris dicenda sunt etiam in Officio habente Lectiones proprias, quamvis uno die tria Initia recitanda sint. **2514** *ad* 3. **3665** *ad* 2.

Initium libri Esther reponendum est in die S. Hieronymi, quando festum S. Michaelis incidit in feriam V hebdomadae quartae Septembris et Sabbato sequenti celebratur festum altioris ritus cum Lectionibus propriis I Nocturni. **3237** *ad* 3.

Initium Parabolarum Salomonis, si nulla dies hebdomadae superest libera, legendum est in decursu hebdomadae in uno ex Officiis proprias Lectiones habentibus, quod ritus aut dignitatis aut solemnitatis praeeminentiam non praeseferat. **3665** *ad* 1.

Initium Dominicae anticipatae post Epiphaniam in Sabbato legendum est; dummodo eodem Sabbato non occurrat Initium alterius Epistolae S. Pauli. **2503** *ad* 1.

Vide **Lectiones I Nocturni.**

Ss. Innocentes.

In Ss. Innocentium festo Missa non est celebranda in colore rubro cum *Gloria.* **1253.**

In Ss. Innocentium festo Oratio concludi debet: *Per Dominum nostrum.* **3054** *ad* 1.

In Paradisum etc. Responsorium decantari potest iuxta consuetudinem, licet cadaver ad tumulum minime deferatur. **2696** *ad* 1. Vide **3034** *ad* 1 *et* 2.

Inquisitor generalis Hispalensis Cardinalis ad actus solemnes procedens solus praeire debet. **8.** In iisdem actibus eius locus et sedes sit dignior, ornatior et eminentior quam Inquisitorum et Episcoporum. *Ibidem.*

Insignia.

Quoad Insignium usum Canonici honorarii aequiparandi sunt Canonicis Titularibus, cum sacris funguntur ministeriis in Choro Cathedralis; omnes tamen moneantur, ut servent praescripta in Constitutione recenter edita de Privilegiis Protonotariorum. **3393.**

Insignia canonicalia adhibere nequeunt Canonici assistentes Missae privatae Episcopi, sed solummodo rochettum cum superpelliceo. **3804** *Dub.* I.

Insignibus et stallo retentis Canonicus, qui Canonicatum resignavit, potest canere Missam conventualem, dummodo ceteri consentiant. **2727.**

Vide **Canonicus quoad Insignia,**

Instructio.

Instructio pro Ecclesiae Rectore, quando vas SSmae Eucharistiae cum particulis consecratis furatum sit, exhibetur. **1.**

Instructio Clementina pro Oratione XL Horarum extra Urbem non obligat; sed laudandi sunt, qui ei se conformant. **2403. 3332** *ad* 1, 2 *et* 3.

Instructio editur quoad purificationem Calicis, si sacerdos duas celebrat Missas eadem die in Ecclesiis longe dissitis. **3068** *ad* 2.

Instructio pro nova Consecratione Altarium, in quibus Reliquiae Sanctorum vel penitus desiderantur, vel, si appositae fuerunt, rituales caeremoniae ab ecclesiasticis legibus sancitae non sunt servatae. **2777.**

Instructio et Ordo pro Oratione XL Horarum. Vide *Appendicem ad Decreta authentica in fine III voluminis.*

Ad Instructionem Clementinam Commentaria ab Aloisio Gardellini descripta. *Vide IV volumen pag.* **1 - 138.**

Instructio Clementina pro Oratione XL Horarum servanda est quoad Commemorationem SSmi Sacramenti in Missa solemni coram Eodem exposito in solemnitatibus Nativitatis, Paschae et Ascensionis Domini. **3112.** *ad* 3.

Instrumenta.

Instrumenta Passionis Domini et Lignum S. Crucis deferri permittitur sub baldachino in Processionibus; dummodo tamen id fiat seorsim et disiunctim a Sanctorum Reliquiis. **2647.** *Decret. gener.*

Instrumenta parva ex sale confecta, quibus interna oris infantium tanguntur, in Baptismo non sunt adhibenda, sed sal bene confractum et attritum iuxta Rituale Romanum. **3535** *ad* 9.

Instrumenta Passionis scilicet fragmenta S. Crucis vel Spinae Domini et similia in Processione cum SSmo Sacramento deferre non licet. **1731.** Vide **3878. 3997.**

Vide **Passionis Domini Officia. Crucis lignum. Reliquiae** (in genere.)

Interruptio Missae.

Interruptam Missam a Sacerdote subita morte correpto alter Sacerdos complere debet; qui postea celebrare nequit alteram Missam, etiamsi antehac a purificatione abstinuerit. **2630.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **234.**

Interruptum Sacrificium Feria VI in Parasceve subita morte Sacerdotis absolvi potest a Diacono, si sit Sacerdos et ieiunus; quando vero Diaconus est dumtaxat in Ordine Diaconatus, nec alius Sacerdos ieiunus adest, cesset Officium et sacra Hostia reponatur in tabernaculo, die sequenti post sumptionem Sanguinis a Celebrante sumenda. **2636.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **257.**

Interrumpere Missam non licet pro Viatici administratione, si Celebrans intra Missam Altare e conspectu suo amittat. **2672** *ad* 1. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **313.**

Interrumpere Missam post sumptionem Sanguinis Sacerdos in Oratorio privato nequit, ut deferat Communionem ad infirmum in eadem domo decumbentem; at si urgeat necessitas, id fiat expleta Missa. **2885.**

Interrumpi nequit Sacrificium Missae post Orationem Dominicam, ut recitentur preces ab Episcopo praescriptae ad impetrandam pluviam. **182.**

Interrumpi nequit Missa post Calicis elevationem vel ante *Pater noster* ad recitandas preces tempore publicae generalisque necessitatis; contrarius abusus, uti repugnans Rubricis et scandalosus, omnino tolli debet. **1588** *ad* 9.

Intonare.

Intonare Officium in Choro, absente Dignitate, spectat ad Hebdomadarium exclusive quoad alios. **1662.**

Intonare nequit Hebdomadarius initium Horae sequentis, nisi postquam Sacerdos Evangelium Sancti Ioannis finierit. **2424** *ad* 8.

Intonare tenentur Canonici Missam solemnem celebrantes *Gloria* et *Credo* sine praeintonatione. **2114.**

Intonare debet primus Canonicus e dignioribus seu senioribus quartam Antipho-

nam in Vesperis ab Episcopo solemniter celebratis. **724. 867. 3422** *ad* 2.

In intonandis Antiphonis, quoad aperiendum caput et assurgendum, Canonici et Clerici Seminarii servare debent Ecclesiae consuetudinem. **1628.**

Intonandae sunt, nonnisi stando, Antiphonae in Choro a quibuscumque seu Beneficiatis aut Mansionariis seu Canonicis. **3781** *ad* 1.

Ad Intonationem Antiphonae ab uno ex Canonicis factam, omnes in Choro praesentes surgere debent, excepto Hebdomadario, si sit paratus: vel ab una illius, qui intonat, parte, vel ab utraque, iuxta Ecclesiarum consuetudinem. **3781** *ad* 2.

Ad Intonationem Antiphonae habitam ab uno ex Beneficiatis seu Mansionariis, omnes, Canonicis exceptis, surgere debent: vel ab una tantum parte, vel ab utraque, prout Ecclesiarum fert consuetudo. **3781** *ad* 3.

Intonare et cantare nequeunt Cappellani cantores Antiphonas Sanctorum Titularium in libro sustentato per Acolythum in Ecclesiis, per quas Processio transit. **3801** *ad* 1.

Intonari debent ab Episcopo Antiphonae *Sub Altari Dei* etc. et *Sub Altari Dei audivi* etc., et a Cantoribus cantari in consecratione plurium Altarium fixorum toties quot Altaria consecranda sunt. **3613** *Dub.* II *qu.* 2.

Intonationes Hymni Angelici ac Symboli, necnon singulae modulationes a Celebrante in Missa cantata exsequendae, videlicet Orationum, Praefationis, Orationis Dominicae etc. cum relativis responsionibus ad Chorum pertinentibus ex praecepto servari debent, prout iacent in Missali; et quaecumque contraria consuetudo est eliminanda. **3891.**

Intonare Antiphonas tenentur Dignitates, uti Canonici. **983.**

Intonare Psalmos tam in Choro quam in Processionibus, Canonico celebrante, non tenetur alter ex Canonicis, cum id competat Hebdomadariis. **2328** *ad* 7.

Intonare nequit in fine Officii in Choro Antiphonam Titularis, nec Orationem dicere Canonicus Dignitas in Minoribus Ordinibus constitutus. **2786** *ad* 2.

Intonare debet Hebdomadarius in Processione SS. Rosarii et SS. Sacramenti hymnos et dicere Orationem, omniaque sibi convenientia, non vero Primicerius. **417.**

Intonatio hymni *Te Deum* in Cathedrali, occasione natalis Regis, publicationis pacis etc., competit primae Dignitati, Episcopo non celebrante. **2235** *ad* 1.

Intonanda est Antiphona *Haec dies* in Vesperis Paschae ab Hebdomadario. **2956** *ad* 4.

Quando intonantur Antiphonae a Dignitatibus et Presbyteris participantibus, omnes, excepto Hebdomadario parato, assurgere debent; nisi adsit consuetudo, ut una pars tantum assurgat. **3110** *ad* 2.

In intonandis Antiphonis, Versibus etc. Dignitates et Canonici servare debent Caeremoniale Episcoporum. **2076** *ad* 3 *et* 4.

Intonatio Antiphonae *Exultabunt Domino* in ducendo funere pertinet ad Parochum defuncti, si adsint plures Parochi. **2685** *ad* 2.

Vide **Antiphona.**

Intortitia.

Cum Intortitiis incedere in solemnitate Corporis Christi post Clerum hinc inde, ante baldachinum, Sodalibus Confraternitatis SS̄mi Sacramenti non licet; quippe qui tenentur incedere a latere eiusdem. **2320** *ad* 1.

Intortitia gestantibus Sodalibus Confraternitatis SS. Sacramenti, occasione sacrarum Processionum, debetur praecedentia super famulos Magistratus similia intortitia deferentes. **2372.**

Intortitia sex in elevatione SS̄mi Sacramenti in Missa solemni cantata a prima Dignitate Cathedralis Spoletanae nequeunt adhiberi. **1681** *ad* 2.

Intortitiorum numerus in elevatione Venerabilis, in Hymno *Te Deum* et in Cantico *Benedictus* adhibitus pro Dignitatibus, adhibendus est etiam pro Canonicis solemniter celebrantibus. **2332** *ad* 3.

Intortitium Episcopus, quando in Ecclesia sua intervenit cum cappa Processioni SS̄mi Corporis Christi, debet sibi per ministrum deferri facere. **875** *ad* 1; sed Canonici tenentur deferre intortitia per se ipsos. *Ibidem ad* 2.

Intortitia accensa deferre debent omnes, tam laici quam Clerici, in Processionibus SS̄mi Sacramenti, quae fiunt per annum, et in solemnissima Processione in festo Corporis Christi. **125.**

Intortitium ante se facere per conversum deferri nequit Abbas in Processionibus. **789** *ad* 2.

Intortitia quominus Confraternitatis SS̄mi Sacramenti Sodales in Processione Corporis Christi deferant, ab Episcopo prohiberi nequit **125;** sed aliqui cum intortitiis incedere possunt hinc inde, ante et apud Sacramentum, servata in reliquis Constitutione Gregorii XIII. **251.**

Intortitia in Missa lecta, celebritatis aut

frequentioris assistentiae causa, duo Clerici a principio Canonis usque ad Communionem sustinere possunt. **3059** *ad* 8.

Intortitia quinque in Sacr. V Vulnerum symbolum ante Crucem in Processionibus deferre licet Confraternitati S. Sepulcri in Ecclesia Barnabitarum Maceratae. **2610.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **200.**

Intortitia deferri post Capitulum in Processionibus a Confraternitatibus laicorum et Regularibus non convenit. **600.**

Cum Intortitiis accensis sex vel octo e Congregatione SSmi Sacramenti incedere possunt in Processionibus ad latera baldachini, sub quo SSmum Sacramentum defertur; reliqui vero ipsum Sacramentum sequantur. **3395** *ad* 2.

Intortitia loco candelabrorum ad Evangelium in Missa solemni et ad Orationem in Vesperis Acolythi sustinere nequeunt. **3333.** *ad* 2 in *Dub* I.

Intortitia deferre in manibus possunt Laici in solemni Processione Corporis Christi, non obstante contraria consuetudine. **1566.**

Introitus.

Introitus Gaudeamus recitari debet in Missa Ss. Martyrum etiam tempore Paschali, si Officium Missae ultra hunc Introitum habeat etiam proprium Evangelium et Epistolam; secus, si nihil aliud proprii habeat. **2340** *ad* 1.

Introitus a Cantoribus incipi nequit, antequam Sacerdos ad Altare pervenerit. **2424** *ad* 7.

Ad Introitum in Missa de Requie Sacerdos debet sinistram manum super Altare ponere, dum dextera facit signum Crucis. **2572** *ad* 25.

Introitus in Missa votiva Immaculatae Conceptionis B. M. V. est *Gaudens gaudebo.* **3675** *ad* 4.

In Introitu Missae votivae Sacr. Cordis Iesu duo *Alleluia* extra tempus Paschale omitti debent. **3137** *ad* 5; **3764** *ad* 10. (Pone in Resp. *Affirmative* pro *Negative*).

Sine Introitu legenda est Missa Sabbato Sancto, si quis privilegio gaudet Missam lectam post Campanarum sonitum celebrandi. **2616** *ad* 2. *et* 3. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **216.** - **2970** *ad* 2. 1. 3. *et* 4.

Ad Introitum peculiaris praxis thurificationis Altaris in Metropolitana Granatensi exsistens retineri potest. **3413.**

Ante Introitum intra Missam solemnem thurificatio SSmi Sacramenti, quando expositum est, fieri debet in triplici ductu duplici ictu. **4048** *ad* 9.

Introitus et Kyrie dum recitantur, Clerus stare debet. **3631** *ad* 1.

Inventio Corporis S. Francisci Assis. Vide **S. Franciscus Assis.**

Inventio S. Crucis.

Inventionis S. Crucis festum cadens in Dominica, in qua celebratur festum Dedicationis Ecclesiae, transferendum est in primam diem festo duplici vel semiduplici non impeditam. **2319** *Reliqu. Dub. ad* 8.

Inventionis S. Crucis festum, si transferatur post tempus Paschale, nonnullas variationes subit in Officio et Missa. **2430.**

Invitatorium.

Invitatorium tempore Passionis quomodo sit dicendum, statuitur. **1404** *ad* 3. **1714** *ad* 1. **1917.**

Quoad Invitatorium cantandum, Canonicis divina Officia celebrantibus, servetur solitum, sive a Mansionariis sive a Clericis cantetur. **2332** *ad* 10.

Invitatorium in Officio Defunctorum nunquam omittendum est, cum integrum recitatur Officium. **2344** *ad* 2.

Invitatorium et I Nocturnum cum Laudibus ex consuetudine semper decantari potest in Officiis Defunctorum, quae peraguntur infra annum cum aliqua solemnitate, praesertim diebus obitus et anniversarii, iuxta Rubricas Breviarii et Ritualis Romani. **3885** *ad* 5.

Invitatorium post ℣. *Gloria Patri* integre cantandi a Choro absque Chori responsione usus in Ecclesia Cathedrali Iacensi servari potest. **3468.**

S. Ioachim, Pater B. M. V.

De S. Ioachim Officium infra Octavam recitandum est, ubi ex indulto ritu duplici I classis cum Octava et Dominica secunda post Octavam Assumptionis B. M. V. celebratur, quando occurrat cum alio Officio infra Octavam Nativitatis eiusdem B. M. V. **2439** *ad* 3.

In S. Ioachim festo Dominica infra Octavam Assumptionis B. M. V. celebrando tertius versus Hymni *Iste Confessor* mutandus est. **2365** *ad* 3.

S. Ioachim festum pertinet simpliciter ad classem Confessorum; ideo in ipsius concurrentia cum festo alterius Sancti eiusdem ritus servanda est Rubrica de concurrentia. **2672** *ad* 4.

S. Ioannae Franciscae de Chantal Oratio et Postcommunio in Missa non

sunt concludendae verbis: *in unitate eiusdem Spiritus Sancti.* **2682** *ad* 45.

S. Ioannis Baptistae Decollatio.

S. Ioannis Baptistae Decollationis festum Decreto generali elevatur ad ritum duplicis maioris. **2531** *Decret. gener.*

In S. Ioannis Baptistae Cinerum Translationis festo rubeus color adhibendus est. **974.**

S. Ioannis Baptistae Nativitas.

S. Ioannis Baptistae Nativitatis festum anticipari nequit, etiam posito praetenso Indulto. **2253.**

S. Ioannis Baptistae Nativitatis festo translato ad sequentem Dominicam, ubi est Titularis primarius vel etiam Patronus praecipuus, et occurrente cum festo SS. Petri et Pauli, in Ecclesia S. Ioannis celebretur festum proprium. **2914** *ad* 3.

S. Ioannis Baptistae simulacrum in parochiali Ecclesia Castriveterani Dioecesis Mazarien., quod non supra Altare, sed extra illud sexdecim fere palmis seiunctum in propria aedicula exsistit, iuxta antiquissimam consuetudinem in Expositione SSmi Sacramenti velari non debet, praeterquam in Expositione XL Horarum. **2664** *ad* 1. 2. *et* 3. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **300.**

S. Ioannis Baptistae Nativitatis festi praeceptum ubi est a S. Sede suppressum et Missam de eodem festo cantari iussum est Dominica infra octavam; haec Missa solemnis omitti nequit, quamvis alicubi illud festum colatur ut ante suppressionem. **3689** *ad* 2.

S. Ioannis Bapt. Nativitas si concurrat cum SS. Cordis Iesu festo, Vesperae integrae erunt de S. Ioanne cum commemoratione sequentis. **3792** *ad* 12.

S. Ioannis Baptistae Nativitas ubi est Titulus Ecclesiae, pro Suffragio eiusdem in Laudibus et Vesperis recitanda est Oratio de Festo Nativitatis, mutata voce *Nativitate* in *Commemoratione.* **3803.**

S. Ioannis Baptistae Nativitatis festum quoad translationem. **3807. 3838.**

S. Ioannis Baptistae Nativitatis festum solemnioribus festis adnumerandum est. **2507.**

S. Ioannis Baptistae Nativitatis Vigilia incidens in festum Corporis Christi anticipanda est feria quarta quoad ieiunium. **657;** sed quoad Officium et Missam de eadem nihil fieri debet. **2173.**

In S. Ioannis Baptistae Nativitate in Ecclesiis parochialibus Insularum Philippinarum Missa de Requie, praesente cadavere, attentis expositis non prohibetur. **4006** *ad* 5.

S. Ioannes Apostolus et Evangelista.

In S. Ioannis Ap. et Ev. I Vesperis diei octavae servanda est Rubrica specialis Breviarii. **3957** *ad* 4. **4006** *ad* 1.

S. Ioannes a Capistrano Conf.

S. Ioannis a Capistrano festum die 28 Martii sub ritu semiduplici celebrandum extenditur ad universam Ecclesiam. **3734;** in Dioecesibus, quibus iam concessum fuerat sub ritu duplici minori, celebrandum est sub eodem ritu die assignata per Decretum extensionis ad universam Ecclesiam. **3748** *ad* 5.

S. Ioannis a Capistrano dies propria pro universa Ecclesia est dies 28 Martii; qua die celebrandum erit hoc festum sub ritu duplici in Dioecesi Senensi ex privilegio iam pridem concesso. **3938** *ad* 5.

S. Ioannes Chrysostomus Ep. Conf. Doct.

In S. Ioannis Chrysostomi Oratione non expungendum nomen *Chrysostomi,* quod adiectivum potius est, et vel facundiam vel vim et efficaciam divini sermonis, quasi supernaturali inditam virtute, designat. **2637** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **263.**

In S. Ioannis Chrysostomi Officio Lectiones I Nocturni extra Quadragesimam erunt de Scriptura occurrente, intra Quadragesimam vero de Communi Doctorum. **2319** *ad Tit. XXV Dub.* 2.

S. Ioannes Damascenus Conf. Doct.

S. Ioannis Damasceni festum die 27 Martii celebrandum sub ritu duplici, addita Doctoris qualitate, ad universam Ecclesiam extenditur. **3734.**

S. Ioannis Damasceni festum alumni Congregationis SSmi Redemptoris celebrare debent die 13 Maii; sed Missam et Officium recitare iuxta Decretum generale. **3774.**

S. Ioannis Damasceni festum, quod prius celebratum fuit 30 Maii, reponi potest ad diem 27 Martii, ad quem idem extensum est pro universa Ecclesia. **3993** *ad* 2.

S. Ioannis de Deo Confessoris nomen Litaniis agonizantium addendum est. **3663** *Decret. gener.*

In S. Ioannis Eleemosynarii Episcopi Alexandrini Oratione expungendum est cognomen: *Eleemosynarii.* **3006** *ad* 8. **3924** *ad* 8.

In S. Ioannis de Matha Conf. Officio Lectiones I Nocturni extra Quadragesimam erunt de Scriptura occurrente, in Quadragesima vero de Communi *Beatus vir.* **2319** *ad Tit.* XXV. *Dub.* 2.

S. Ioannes Nepomucenus Mart.

In S. Ioannis Nepomuceni Mart. Officio Lectiones III Nocturni tam intra quam extra tempus Paschale erunt de Homilia in Evangelium: *Nihil est opertum.* **2319** *ad Tit.* XXV. *Dub.* 1. *circa Lect. III Noct.;* quoad Evangelium et respectivas Homilias servandus est ordo Breviarii proprii Monastici nationalis. *Ibidem Dub.* 2.

S. Ioannis Nepomuceni Mart. Postcommunio in Missa non est concludenda verbis: *in unitate eiusdem Spiritus Sancti.* **2682** *ad* 45.

S. Ioseph, Sponsus B. Mariae V.

S. Ioseph Festum est de praecepto. **387.**

S. Ioseph Sponsi B. M. V. Transitus festum vetitum est celebrari die 20 Iulii. **1179.**

S. Ioseph Festum si cadat in maiori Hebdomada, de eo nihil fieri debet, quin licitum sit unam Missam cantari vel privatim dici cum consueta processione fieri. **1280** *ad* 1.

S. Ioseph Festum si occurrat Feria V in Coena Domini ac propterea transferendum sit, servari debet praeceptum audiendi Missam et vacandi ab operibus servilibus; sed providendum est, ut eo die aliquae Missae privatae ante conventualem in Ecclesiis celebrentur. **1883.** *Decretum generale* **1885** *ad* 1. **1890** *ad* 6.

In S. Ioseph Festo natali necnon alio ipsius Patrocinii dicendum est Symbolum, etiam in casu translationis extra Dominicam. **3249** *ad* 1. **3252** *Decret. gener.* In Missali vero post Evangelium Missae tam festi quam Patrocinii sufficit ut ponatur verbum *Credo.* **3249** *ad* 1. In Rubricis autem Generalibus Titulo XI de Symbolo post verba: *In festis Angelorum* addatur: *In Festis S. Ioseph Sponsi B. M. V.* **3249** *ad* 1; nec in Missali nec in Breviario vel Calendario eisdem praefixo addenda sunt verba: « *Catholicae Ecclesiae Patroni,* sed tantum in Ordine Divini Officii recitandi Sacrique peragendi, qui in usum Cleri quotannis conficitur. **3249** *ad* 2; Commemoratio S. Ioseph in Oratione *A cunctis* adiiciatur semper post invocationem B. M. V. et ante quoscumque alios sanctos Patronos, exceptis Ss. Angelis et S. Ioanne Baptista, per haec verba: *cum Beato Ioseph. Ibidem ad* 3. **3502**; et in Missali addatur sequens Rubrica post Orationem *A cunctis: In hac Oratione nomina Sanctorum Angelorum et S. Ioannis Baptistae praeponuntur Sancto Ioseph.* **3249** *ad* 3.

S. Ioseph Commemoratio inter Suffragia Sanctorum apponi debet. **3252. 3314.**

In S. Ioseph Festis adhiberi nequit Praefatio quaedam propria, concessa pro Festo Omnium Sanctorum et Festo Patroni cuiusque Ecclesiae Dioecesis Carcassonensis. **3281** *ad* 2.

S. Ioseph Cordis cultus ab Apostolica Sede non est approbatus. **3304.**

In S. Ioseph Missis votivis nomen ipsius in Oratione *A cunctis* omittendum est, quando haec Oratio tertio loco praescribitur. **3400** *ad* 3.

S. Ioseph Commemoratio in Officio parvo B. M. V. addi potest longissimae consuetudinis causa. **3572** *ad* 3.

In S. Ioseph festo a piis sodalitiis, quae in Oratoriis Officium parvum B. M. V. persolvunt, *Te Deum* dici potest. **3659.**

In S. Ioseph Festo Missa solemnis de Requie, etiam praesente cadavere, celebrari nequit. **3624** *ad* 8.

S. Ioseph Festum habet integras I Vesperas, quando concurrit cum festo S. Gabrielis Archangeli uti Titularis, de quo fit tantum Commemoratio. **3694** *ad* 3.

In S. Ioseph Missa votiva semper adhibendum est formulare Missae, quae correspondet Officio votivo. **3764** *ad* 9.

S. Ioseph Festum quando occurrerit in Dominica Passionis, transfertur in Feriam II immediate sequentem; et quoties inciderit in maiorem Hebdomadam, reponatur in feria IV post Dominicam in Albis, tamquam in sede propria. **3789. 3807. 3838.**

S. Ioseph Festum in Liturgia Ambrosiana, etiam feriis sextis Quadragesimae occurrentibus, in posterum celebrari potest. **3948.**

S. Ioseph Commemoratio non est facienda sine speciali concessione in festo Desponsationis B. M. V. **2319** *ad Tit.* IX.

S. Ioseph Commemoratio addi potest ex speciali facultate in festo Desponsationis B. M. V. in Dioecesi Tudensi. **2915** *ad* 14.

S. Ioseph Patrocinium transferri non debet occurrente die octava alicuius Sancti, nisi exstet speciale privilegium; occurrente vero alio Officio maioris ritus vel dignitatis, transferri debet ad diem primam liberam.

3201 *ad* 1. (Decretum huc allatum d. d. 10 Septembris 1847 non amplius habetur in hac nova Decretorum editione).

S. Ioseph Patrocinium ubi habet Octavam, Lectiones infra Octavam sumi possunt ex supplemento ad Octavarium Romanum, etiam absque Indulto. **3624** *ad* 4.

In S. Ioseph vel aliorum Sanctorum festo Vesperae, etiam in Ecclesiis parochialibus, ubi non adest Chori obligatio, cantari nequeunt tempore Quadragesimae post comestionem seu post meridiem ad populi devotionem fovendam. **3675** *ad* 2.

S. Ioseph Statuam, extra Altare positam, relinqui discoopertam tempore Passionis occasione Communionis primae puerorum tolerari potest; et altaria ornari tunc possunt floribus et pulsari Organa, etiam tempore Quadragesimae. **3448** *ad* 11.

In S. Iosephi a Calasanctio Conf. festo Lectiones I Nocturni, ubi celebratur sub ritu duplici II classis, debent esse: *Beatus vir.* **3254** *ad* 6.

Vide **Patrocinium S. Ioseph**

S. Irenaeus Episc. Mart.

S. Irenaei Officium celebrari debet in Dioecesi Baltimorensi die 28 Iunii: et qua ratione quoad Missam et Officium decernitur **2837** *ad* 1, 2, 3 *et* 4; hoc Officium celebrandum est prima die non impedita post diem 28 Iunii, ubi hac die occurrat dies octava S. Aloisii Gonzagae. *Ibidem ad* 5.

In S. Irenaei Missa, quae Secretam et Postcommunionem habet e Missa ad *petendam Pacem* desumptas, Collecta pro Pace, tunc forte imperata, omittenda est. **3164.**

In S. Irenaei festo Lectiones I Nocturni sunt propriae, de Epistola II S. Pauli Ap. ad Timotheum. **3102.**

S. Isidorus.

S. Isidori Episc. Conf. et Eccl. Doctoris festum (die 4 Aprilis) si transferendum sit et concurrat cum festo S. Leonis vel S. Anselmi, servanda est Rubrica generalis de Commemorat. n. 8 et Oratio dicenda uti in Communi primo loco. **3534.**

In S. Isidori Agricolae Conf. Oratione addendum est verbum *Agricola.* **3642** *ad* 1.

Iste Confessor vide Hymnus.

Ita Missa est.

Ite Missa est Celebrans in Missa solemni dicere non debet. **2572** *ad* 22.

Ite Missa est dum in Missa cantatur, pulsandi tantum Organum ad respondendum consuetudo servari potest. **2951** *ad* 5.

Ite Missa est et *Gloria* cantari debent in tono B. M. V. in festis et infra Octavam Nativitatis Domini et Corporis Christi. **3421** *in fine Dub.* I; sicut etiam in omnibus festis infra dictas Octavas incidentibus. *Ibidem Dub.* II; imo in genere, quoties Praefatio de Nativitate Domini dicenda est. *Ibidem Dub.* III.

Iube Domne benedicere.

Iube Domne dicere debet in petenda benedictione Dignitas, absente Episcopo lecturus Lectionem IX. **1050.**

Iube Domne benedicere et *Fratres sobrii estote* ad Completorium in recitatione brevis Lectionis Moniales dicere debent; et contrarius usus tamquam abusus omnino abolendus est. **1490** *ad* 7.

Iubilaeum.

Iubilaeum ad quindecim dies duraturum, publicatum prima Dominica mensis, et finiendum iuxta concessionem in tertia Dominica, includit hanc integram tertiam Dominicam. **478.**

Iubilaei vel magni concursus causa Communio fidelibus ministrari permittitur a tempore ad tempus, quo in illa Ecclesia celebrantur Missae, vel ad formam Rubricae, vel ad formam Indulti eidem Ecclesiae concessi. **2572** *ad* 23.

S. Iuliani Ep. Conf. Oratio non est concludenda verbis: *in unitate eiusdem Spiritus Sancti.* **2682** *ad* 45.

Iunctio manuum, vide Manus.

Iuramentum praestari potest diebus festivis a Medicis, occasione recipiendi lauream doctoralem. **1630.**

Iurisdictio, vide **Episcopus,** vel **Vicarius generalis quoad Iurisdictionem.**

Ius

Ius nullum super sedibus et scamnis retentis in Ecclesiis competit Laicis; et Episcopus potest ex causa de his disponere. **816.**

Ius quoad sepulturam Ecclesia non acquirit, cui Clericus fuit adscriptus in susceptione primae Tonsurae. **891.**

Inter iura Parochialia non est Benedictio navium. **1424.**

Ius habet Dignitas, etsi prima non sit, benedicendi et distribuendi Candelas in die Purificationis, si id ei fuit attributum in Decreto erectionis. **1121.**

K

Kalendarium.

Kyrie.

L

Laici.

modum thurificari solet Episcopus, si intersit, post thurificationem Reliquiarum. **1751.**

Laici Cantores, qui defectu Clericorum adhibentur in Choro, nequeunt uti pluvialibus; sed toleratur tantum, ut cottam induant, si Clerici deficiunt. **3248** *ad* 4.

Laici Congregati se associare queunt cum luminaribus, quando Clerus a Sacristia procedit ad Altare ad exponendum SS. Sacramentum, et tunc procedere debent ante Clerum. **3388** *ad* 1; ingredi autem Presbyterium non possunt, ibique per aliquod tempus orationi vacare; sed extra Presbyterium parandum est aliquod scamnum, ubi se sistere possunt tempore Orationis. *Ibidem ad* 3 *et* 4; quando cum luminibus Processionibus SS. Sacramenti intersunt, procedere debent ante Clerum saecularem et Regularem, atque etiam ante Confraternitates, si adsint, sacco indutae. *Ibidem ad* 2.

Laici Congregati tempore Missae solemnis et Vesperarum thurificari nequeunt. **3395** *ad* 1; permitti potest ut sex vel octo e Congregatione SSmi Sacramenti in Processionibus cum intorticiis accensis incedant ad latera baldachini, sub quo SS. Sacramentum defertur; reliqui vero ipsum SS. Sacramentum sequantur. *Ibidem ad* 2. Inserviens, indutus rubra veste nuncupata *gramaglia,* manuque clavam gestans vulgo *mazza,* comitari potest Congregatos, stationes et genuflexiones indicandi causa. *Ibidem ad* 3.

Vide **Congregati laici.**

« *Laici* a Clericis, feminae a viris separatae orantes in Processionibus prosequantur »; quae verba Ritualis ita intelligi debent, ut post Clerum viri a feminis separatim incedant; quoad modum vero et locum eundi Rituale nihil statuit. **797.**

Laicorum Confraternitates non habent praecedentiam super Clerum, non obstante quacumque consuetudine. **152** *ad* 6.

Laicis seu saecularibus prohibetur osculum Evangelii, usus baldachini et assistentia in presbyterio. **273. 1792** *Decret. gener.* **1831.**

Laici uxorati duo sacris vestibus induti, quamvis sine manipulo et stola, nequeunt, deficientibus Diacono et Subdiacono, in Missa solemni assistere Celebranti; cuiusmodi abusus omnino eliminandus est. **2952.**

Vid. **Confraternitas. Baro. Dominus loci. Presbyterium. Processio quoad Ordinem et Ritum.**

Lamentationes.

Lamentationes et *Lectiones* secundi et tertii Nocturni in Officio tenebrarum, si nequeunt haberi cantores, debent cantari a Canonicis, incipiendo a iunioribus. **379.**

In Lamentationibus Ieremiae in Officio Tridui Sacri pronuntiari debent litterae hebraicae *Aleph, Beth.* etc. **3642** *ad* 6.

Lamentationes, Responsoria, Ps. *Miserere* et reliquae liturgicae partes cum sono Organi fieri nequeunt in Hebdomada maiori. **3804** *ad* 2.

Quoad Lamentationum cantum servanda est dispositio Caeremonialis Episcoporum. **2337** *ad* 26; quacumque praetensa consuetudine in contrarium non obstante. **1399.**

Lampas.

Lampas retinenda est intra et ante Altare SS. Sacramenti, ut continuo ardeat; ac mos illam retinendi longe ab Altari reprobatur. **2033.**

Lampas coram SS. Sacramento ardens exstingui potest ad obtinendas tenebras pro Religiosis in Choro se flagellantibus, suppleto alio lumine extra altare occluso. **3099.** *Dub.* II.

Lampas coram SS. Sacramento ardens velo cooperiri potest, praecavendi humoris causa. **3137** *ad* 2.

Lampas coram SS. Sacramento ardens sustentari licet tam per brachium ex metallo parieti infixum ad similitudinem cornucopiae, quam ope chordularum, dummodo intra et ante Atare continuo ardeat. **3576** *ad* 4; et haec lampas ex vitro colorato esse potest. *Ibidem ad* 5.

Ad Lampadem nutriendam coram SSmo Sacramento ardentem generatim utendum est oleo olivarum; ubi vero hoc haberi nequeat, remittendum est prudentiae Episcoporum, ut lampades nutriantur ex aliis oleis, quantum fieri potest, vegetabilibus. **3121.**

Lapis.

Lapis Altaris, si sit profanatus, vendi, et emptor illum tenere potest in loco decenti et honesto. **212.**

Lapides sacri, qui Reliquiis carent, servari nequeunt. **3674** *ad* 1; retineri possunt, qui ex schisto sunt efformati. *Ibidem ad* 2; non vero illi, quamvis Reliquiis Sanctorum instructi, qui constant ex gypso. *Ibidem ad* 3.

Lapides sacri, in quibus sepulcrum non in medio, sed in eorum fronte effossum fuit, in posterum non sunt admittendi; quoad praeteritum vero, cum commode fieri possit, iterum breviori formula consecrentur. **4032** *ad* 3.

In Lapidis primarii Benedictionis Oratione: *Domine Deus, qui licet coelo et terra* etc., omisso nomine cuiusvis Sancti vel Sanctae, dicatur: *B. Mariae semper Virginis*

omniumque Sanctorum intercedentibus meritis etc.; et in Oratione *: Domine sancte Pater omnipotens* dicatur: *in honorem sanctae Crucis aut in honorem mysterii SSm̃i Sacramenti* etc., quoties Ecclesia dedicanda erit non in honorem alicuius Sancti, sed alicuius mysterii, puta S. Crucis aut SSm̃i Sacramenti. **3241** *ad* 3.

Vide **Altare. Altare fixum et portatile.**

Lateranensis Basilica.

Intra Lateranensem Basilicam consuetudo circa delationem Clavarum seu *Mazze* cum insignibus servari potest. **836.**

Lateranensis Basilicae Dedicationis festum celebrandum est ab universo Clero saeculari Urbis eiusque districtus sub ritu duplici I classis cum Octava. **2278.**

Lateranensis Basilicae Clericis Beneficiatis, tam in servitio Altaris quam in functionibus Chori, competit supplere Beneficiatorum vices; non autem Cappellanis, quibus tamen reservatur ius praeintonandi Antiphonas. **2456.**

In Lateranensi Basilica Urbis in Missa conventuali, quae a Beneficiatis cantatur, Ministri sacri ad benedictionem Celebrantis genuflectere debent, quamvis ceteri in Choro non genuflectunt **3002** *ad* 1; denegatur usus pileoli Beneficiatis, qui Pluviali induti Officio assistunt. *Ibidem ad* 2; servanda est consuetudo, ut die 6 Iulii, si in Dominicam incidat, dicatur extra Chorum Missa conventualis de Festo Pretios. Sanguinis, quia in Choro habetur Cappella Cardinalitia, quae celebrat de Octava SS. Apostolorum Petri et Pauli. *Ibidem ad* 3; expositio SS. Sacramenti infra Octavam Corporis Christi fieri potest in eodem Altari, in quo toto anni decursu SS. Sacramentum asservatur. *Ibidem ad* 4; in Processionibus SS. Sacramenti Episcopali ordine insigniti nequeunt incedere capite cooperto cum bireto. *Ibidem. ad* 5.

Lateranensis Basilicae Magistris Caeremoniarum privilegium non conceditur, ut Magistris Caeremoniarum Sanctitatis Suae ac S. Sedis in omnibus aequiparari valeant, **2639.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **266.**

Lateranensis Basilicae Dedicationis festo occurrente cum festo Dedicationis propriae Ecclesiae dicatae SSm̃o Salvatori, fieri debet de propria Ecclesia; deinde prima die non impedita iuxta Rubricas de Basilica Lateranensi. **972.**

In Lateranensis Basilicae SS. Salvatoris Dedicationis festo die 9 Nov. in Missali addenda sunt verba: *Et dicitur Credo.* **3421** *ad* 4.

Lateranensis Basilicae et Liberianae Poenitentiarii ubi pro aperitione Portae Sanctae incedere et stare debeant, statuitur. **2043. 2044.**

Lateranensis et S. Mariae Maioris Basilicae Beneficiati et Clerici parati vel non parati assistentes vel incedentes cum Episcopo vel Canonico celebrante in transitu ante Altare, et quoties Episcopus vel Canonicus capitis inclinatione salutat Crucem in Vesperis, genuflectere tenentur, **1741. 1754**; necnon in Missa. **1812.** (Sed haec est exceptio a regula generali, et afficit tantum Beneficiatos et Clericos Basilicarum S. Mariae Maioris et Lateranensis).

Lateranensis Ecclesiae de Urbe Hospitali aggregati Rectores exercere nequeunt functiones et munia ad Parochos pertinentia sine expressa Ordinarii et Parochi licentia. **294.**

Lateranensis Basilicae Magistro Caeremoniarum non licet accipere Aspersorium in Processione Rogationum, quae fit in Urbe, ab altero ex Acolythis Basilicae Vaticanae; sed iste illud tradere debet immediate Diacono ministranti Episcopo. **1818. 1834.**

In Lateranensi Basilica Processio claustralis, quae fit cunctis diebus festivis ante Missam solemnem, omittenda est iuxta laudabilem consuetudinem vigentem, cum Missa pontificalis celebratur. **3635.**

Vide **SS. Salvator. Canonici Regulares Lateranenses.**

In Latii Provincia a die 27 Octobris transfertur ad Dominicam sequentem obligatio audiendi Sacrum. **2838.**

In S. Latronis Boni festo Lectiones I Nocturni sunt de Scriptura occurrente. **3767** *ad* 28.

Ob Latronum cupiditatem pyxides argenteas furandi, etiam in locis silvestribus et imperviis SS. Sacramentum asservari nequit in pyxide vitrea. **3511.**

Lauda anima Psalmus post Vesperas in Officio Defunctorum omitti nequit, etiamsi integrum recitetur. **2002** *ad* 10. **2319** *Reliqu. Dub. ad* 24. **2344** *ad* 1. **3877**; ubi vero exsistit consuetudo eumdem omittendi in Officio Defunctorum (etsi cum uno tantum Nocturno) sub ritu duplici recitato, hic usus servari potest. **4029** *ad* 3.

Vide **Psalmi.**

Laudes.

Laudes post primam Missam in nocte Nativitatis Domini persolvendae sunt cum can-

tu in Cathedralibus; nisi aliqua urgente causa Sedes Apostolica indulgeat, ut eaedem simpliciter legi possint. **2615**. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **210.-2684** *ad* 1 *et* 2. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **321.**

Laudes sine cantu recitari post solemne Matutinum ob immemorabilem consuetudinem tolerari potest, etiam in solemnioribus Festis, exceptis diebus, in quibus Episcopus post Matutinum solemniter peractum Laudes quoque solemniter celebrare voluerit. **2684** *ad* 3; non vero tolerantur in festo triennali Patroni principalis Dioecesis. *Ibidem ad* 4.

Laudes recitari nequeunt a Cappellanis tempore nonae Lectionis et Hymni *Te Deum* etc.; sed istae recitandae sunt in Choro alternatim. Consuetudo contraria non est ferenda. **2684** *ad* 5. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **322.**

Laudes legendi in nocte Nativitatis Domini, et celebrandi secundam Missam post solis ortum, indultum conceditur Capitulo Cathedralis Atrien. ob aeris inclementiam. **2778.**

Laudes, quando in recitatione privata a Matutino separantur, inchoandae sunt ut in Psalterio. **3574** *Dub.* 2.

In Laudum fine non est dicenda in Choro Antiphona finalis B. M. V., si statim subsequatur Missa. **2148** *ad* 7.

In Laudum fine Antiphona finalis B. M. V. stando dicenda est, si recitentur die Dominica ante occasum solis pro feria secunda. **2572** *ad* 1. **2587** *ad* 7. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **181.**

Ad Laudes omitti nequit Antiphona finalis B. M. V., etiamsi statim subsequantur Litaniae, quae dicuntur pro initio orationis mentalis. **1926.**

In Laudibus Antiphona pro Commemoratione diei infra Octavam alicuius Confessoris non Pontificis, si occurrit aliud festum pariter Confessoris non Pontificis, desumenda est ex I Vesperis. **2205** *ad* 2. **2503** *ad* 2.

Ad Laudes Antiphonae in Officio parvo B. M. V. duplicantur in Choro diebus, quibus celebrantur festa duplicia, si Officium illud recitetur integrum, i. e. cum tribus Nocturnis, non vero si unum Nocturnum tantum dicatur. **3572** *ad* 2.

S. Laurentius Mart.

In S. Laurentii Ecclesia in Pane et Perna de Urbe possunt cantari Vesperae de S. Birgitta ratione concursus populi, recitatis tamen in Choro Vesperis de S. Francisco Solano. **2842.**

In S. Laurentii Ecclesia in Damaso de Urbe, in qua exstat Altare maius orientalis formae, potest extra Chorum in parte eiusdem Altaris anteriori ad populi commoditatem celebrari Missa privata, ac Communio fidelibus dispensari; item SSma Eucharistia publice exponi et cum eadem adstantibus benedici, veluti in sacris functionibus triduanis, novemdialibus aliisque eiusdem generis; in expositione tamen XL Horarum Missa in parte occidentali celebretur, si fieri potest, Choro in eadem parte adstante. **3657.**

S. Laurentii die octava excepta et duplicibus I et II classis tam occurrentibus quam translatis pariter exceptis, Dioecesi Asculanae conceditur Octava privilegiata Assumptionis B. M. V. **2611.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **200.** Vide etiam **3938** *ad* 4.

S. Laurentii Octavae praefertur Octava S. Clarae pro Monialibus eius Instituti; quae tamen cedit Octavae Assumptionis B. M. V. **1241.**

S. Laurentii in Damaso et S. Mariae Transtiberim de Urbe Capitulis cum Capitulo S. Petri in Vaticano praescribitur, quid servandum quoad salutationes exhibendas in ingressu Processionis in festo S. Marci ad Basilicam S. Petri. **209.**

De S. Laurentii Vigilia non est legenda IX Lectio in Matutino, nec Evangelium in fine Missae, quando coincidit cum festo idem Evangelium habente, quam Vigilia; de qua fit tantum Commemoratio in Laudibus et Missa. **3270. 3587** *ad* 1 *et* 2.

Lauretana alma Domus B. M. V.

In Lauretana alma Domo B. M. V., ne clausis quidem ianuis, celebrari licet unica Missa de Annuntiatione B. M. V., si hoc festum occurrat in triduo Maioris Hebdomadae, in Paschate vel duobus diebus sequentibus. **210** *ad* 2.

Quoad Lauretana in alma Domo B. M. V. existens privilegium Missas votivas B. M. V. in Dominicis, necnon Festis Apostolorum ac aliis duplicibus celebrandi, nonnulla dubia resolvuntur; et statuitur, si hoc privilegium non reperiatur, Sacerdotes in alma Domo celebrantes ad observandam Rubricam Missalis Tit. IV n. 3 cogendos esse. **1497.**

In Lauretanae almae Domus Translationis Officio VIII Benedictio debet esse: *Cuius festum colimus, ipsa Virgo virginum* etc. quia vere festum fit B. M. V. **2461** *ad* 4.

Lauretanae almae Domus Translationis festum omnes Regulares in Piceno commorantes tenentur celebrare sub ritu duplici I classis sine octava; at cum feriatione. **3959.**

Pro Lauretanae almae Domus Translatione recolenda Processiones a Capitulo Collegiatae Terrae Montis Cassiani ducendae sunt extra illius Terrae moenia, iuxta antiquum stylum. **2483** *ad* 6.

Laus tibi Domine etc. suo tempore vel *Alleluia* addi debet ad Completorium post ℣. *Deus in adiutorium,* sicut in ceteris Horis Canonicis. **3213** *ad* 3.

Lavabo.

Ad Lavabo Celebrans coram SSmo Sacramento exposito stare potest in plano Presbyterii aut in supremo Altaris gradu iuxta consuetudinem; dummodo caveat, ne terga vertat Sacramento. **2682** *ad* 48.

Ad Lavabo infra Missam privatam Episcopi nequeunt tegere sibi caput bireto. **4035** *ad* 3.

In S. Leandri Ep. Doctoris Hispanorum festo, qui ad ritum duplicem II classis evectus est cum facultate Officium et Missam de Doctoribus recitandi, Lectiones I Nocturni dicendae sunt: *Sapientiam* de Communi Doctorum, retentis tamen ceteris Lectionibus et Orationibus propriis. **3253.**

Lectiones (in genere).

Lectionum et Antiphonarum distributio a quo sit facienda, declarat S. R. C. **730.**

Lectiones in tribus ultimis diebus Maioris Hebdomadae, et in aliis infra annum, in quibus cantantur Prophetiae, cantare debent Dignitates et Canonici de Lectorili. **2049** *ad* 22.

Lectiones et Prophetias canere nequit in Choro caudatarius Episcopi, quando ibidem absque almutia et cum solo pallio nigro persistit. **2049** *ad* 23.

In Lectionibus cantandis in Choro vel Antiphonis suggerendis Canonicos solus Caeremoniarus comitari debet. **2079** *ad* 2; in iisque canendis usus *Bugiae* Canonicis non competit; sed si obscuritas ingruat, poterit apponi candelabrum prope Lectorile. *Ibidem ad* 3.

In Lectionibus cantandis aut recitandis ad Matutinum diebus solemnibus serventur dispositiones Caeremonialis Episcoporum Lib. II, cap. 5 § 4, et cap. 4 § 15; diebus vero non solemnibus recitentur Lectiones I Nocturni ab Acolythis, II Nocturni a Beneficiatis, et III Nocturni a Canonicis. **3840** *ad* 2.

In Lectionibus dicendis Hebdomadarius dans benedictionem semper surgere et stare debet. **3110** *ad* 3. **3780** *ad* 10; et Canonici ad primam, quartam et septimam etiam stare debent, non vero ad benedictionem pro aliis Lectionibus; nisi adsit consuetudo, quando Matutinum solemniter cantatur. *Ibidem ad* 11.

Lectiones propriae non admittantur pro Regularibus, nisi decretae fuerint a Capitulo generali, et de hoc fides authentica exhibeatur. **1631** *ad* 1; neque pro Monialibus Ordinario subiectis, nisi petitiones fiant ab ipso Ordinario. *Ibidem ad* 2; ita etiam Ordinariorum instantiae accedere debent petitionibus Communitatum. *Ibidem ad* 3.

Lectiones propriae non examinentur ab Emo Cardinali deputato, nisi S. R. C. eidem revisionem committat; et revisae debent ab eadem S. C. approbari. **1631** *ad* 4.

Lectiones propriae historicae diei octavae in casu speciali anticipari conceduntur in ultimam diem infra octavam. **1708** *ad* 6.

Lectiones de Scriptura si eadem die sumantur ex pluribus initiis, ut accidit mense Novembri, satis est unicam legere pro unoquoque initio; non tamen licet in unica die poni plus quam tria initia. **2002** *ad* 7 *et* 8.

Lectionum initia, quomodo sint reponenda, si legi nequeunt diebus, in quibus notantur, declaratur. **2319** *Alia Dub. ad* 4.

Lectionum plura initia in Officio Dominicae anticipatae dicenda sunt ad formam Rubricarum, quatenus opus sit. **2387.**

Lectionum initia librorum Prophetarum hebdomadae V mensis Novembris dicenda sunt etiam in Officio habente Lectiones proprias, quamvis uno die tria initia recitanda sint. **2514** *ad* 3. **3665** *ad* 2.

Quoad Lectiones Hebdomadae V Octobris servandus est ordo Breviarii Romani, si hic mensis habeat tantum quatuor Dominicas. **2319** *ad Tit.* XXV *Dub.* 4.

Lectiones libri Machabaeorum in Dominica V Octobris et biduo sequenti positae legi nequeunt in festis duplicibus Lectiones I Nocturni proprias habentibus vel de Communi assignatas, sed tantum si adsit dies libera. **3611** *Dub* 1.

Lectiones libri Machabaeorum legi debent, quando mensis Octobris quatuor hebdomadas tantum habet, Feria V, VI et Sabbato hebdomadae quartae. Si Feria V occurrat festum Lectiones proprias habens, Feria VI legi debent Lectiones Dominicae V. **3667** *ad* 1.

Lectiones unius mensis in Officio votivo S. Scholasticae, quae non fuerint recitatae, non sunt legendae mense sequenti. **2319** *ad Tit.* VIII.

Lectiones diei infra Octavam S. Scholasticae impeditae non sunt dicendae die sequenti. **2319** *ad Tit.* XXV *Dub.* 5.

Lectiones de Scriptura in Octava Ascen-

sionis Domini ab utentibus Breviario Monastico exigendae sunt iuxta dispositionem huius Breviarii; et si aliquod initium legi nequeat, eo anno omittatur. **2319** *ad Tit.* XV *Dub.* 3.

Lectiones et Homiliae legendae sunt quae in proprio Breviario assignantur. **2587** *ad* 5.

Quoad Lectiones aliquorum Sanctorum differentes in Breviariis diversarum Dioecesium, attendendae sunt concessiones particulares, iisque standum est. **3254** *ad* 1.

In Lectionum fine, quando verba *Tu autem Domine miserere nobis* dicuntur, sedentes in Choro non detegunt caput, nisi adsit consuetudo. **3434** *ad* 7.

Lectiones singulis diebus Octavae Assumptionis B. M. V., si fiat de Octava, legendae sunt ut in Proprio assignatae; secus, quae exstant in Breviario; in Officio autem I vel II classis Lectiones dicendae sunt Officio ipsi assignatae. **3637** *ad* 2.

Letiones dierum infra Octavam Patrocinii S. Ioseph, ubi est Titulare, sumi possunt absque indulto ex Supplemento ad Octavarium Romanum. **3624** *Dub.* 4.

Ad Lectionum Benedictionem Abbas pontificaliter assistens Matutino in diebus ei permissis sedere potest. **2457.**

Lectionis tempore Canonicus Theologus semper est dispensatus a servitio Chori. **2079** *ad* 11.

In Lectionis brevis recitatione ad Completorium Moniales dicere debent: *Iube Domne benedicere* et *Fratres sobrii estote*; et contrarius usus tamquam abusus omnino abolendus est. **1490** *ad* 7.

Lectiones Matutini cantaturos designandi, non a primo Caeremoniarum Magistro, sed ab alio deputato Chori Magistro, consuetudo servari potest. **3445.**

In Lectione Martyrologii annuntianda sunt Officia votiva persolvenda insequentibus diebus, et Officia per accidens translata. **2735** *ad* 4 *et* 5.

Vide **Martyrologium.**

Lectiones I Nocturni

Lectiones I Nocturni in Officio S. Ioannis Chrysostomi extra Quadragesimam erunt de Scriptura occurrente; intra Quadragesimam vero de Communi Doctorum. Item in Officio S. Ioannis de Matha extra Quadragesimam de Scriptura occurrente, in Quadragesima autem de Communi: *Beatus vir;* in Officio tamen S. Anselmi, quocumque tempore recitetur, Lectiones semper erunt de Communi Doctorum: *Sapientiam.* **2319** *ad Tit.* XXV *Dub.* 2. Quando Lectiones assignantur sive propriae sive de Communi, non sunt omittendae, ut reponatur aliquod initium Scripturae, quod reponendum erit infra Hebdomadam in Officio ritus inferioris, minoris dignitatis ac solemnitatis, etiamsi tale Festum habeat Lectiones proprias aut sint de Scriptura. *Ibidem.*

Lectiones I Nocturni in die octava Dedicationis semper repetendae sunt de ipso Festo. **2319.** *Alia Dubia ad* 5. **2365** *ad* 7.

Lectiones I Nocturni in festis SS. Apostolorum Philippi et Iacobi, occurrente infra Hebdomadam IV post Pascha, erunt illae, quae notantur in illa Feria; et initium Epistolae B. Iacobi ponatur suo loco in Dominica IV. **2319.** *Alia Dubia ad* 6.

Lectiones I Nocturni in festis S. Mariae Magdalenae de Pazzis et S. Alexii dicantur de Communi apud Benedictinos, cum Officium Monasticum plerumque careat in primo Nocturno Lectionibus sacrae Scripturae. **2319.** *Reliqua Dubia ad* 16 *et* 17.

Lectiones I Nocturni in Festo S. Teresiae sunt de Scriptura occurrente. **2365** *ad* 7.

Lectiones I Nocturni in Dominica anticipata leguntur de eadem Dominica; et dicenda sunt plura Initia ad formam Rubricarum, quatenus opus sit. **2387.**

Lectiones I Nocturni in Sabbato ante Septuagesimam, in quo occurrit Officium novem Lectionum cum commemoratione Dominicae anticipatae post Epiphaniam, legendae sunt de Dominica anticipata; dummodo in eodem Sabbato non occurrat Initium alterius Epistolae S. Pauli. **2503** *ad* 1.

Lectiones I Nocturni in festo S. Pulcheriae Imp. Virg. debent esse de Scriptura occurrente, nisi constet de speciali concessione. **2682** *ad* 44.

Lectiones I Nocturni in Officio duplicis minoris semper esse debent de Scriptura occurrente, nisi constet de speciali concessione. **2748** *ad* 5. 6. 7 *et* 8.

Lectiones I Nocturni sunt de Communi in Officiis, quae habent Responsoria propria. **2748** *ad* 9.

Pro Lectionibus I Nocturni standum est verbis concessionis. **2929** *ad* 2.

Lectiones I Nocturni in festis S. Raymundi Nonnati, S. Stanislai Kostkae, S. Boni Latronis sunt de Scriptura occurrente. **3006** *ad* 10; **3767** *Dub.* 28.

Lectiones I Nocturni in festo S. Irenaei Ep. Mart. sunt propriae, scil. de Epistola II B. Pauli Ap. ad Timotheum. **3102.**

Lectiones I Nocturni in festo S. Eulaliae Emeritanae sunt *De virginibus.* **3767** *Dub.* 7; quamvis antea fuissent de Scriptura occurrente. **2587** *ad* 4. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **180.**

Lectiones I Nocturni in die octava Immaculatae Conceptionis B. M. V. recitandae sunt ut in die festo. **3136** *ad* 3,

Lectiones I Nocturni in festis Ss. Fulgentii et Leandri Doctorum Hispanorum, qui ad ritum duplicem II classis evecti sunt pro ditionibus Hispaniae cum facultate Officium et Missam de Doctoribus recitandi, dicendae sunt: *Sapientiam* de Communi Doctorum. **3253.**

Lectiones I Nocturni in festis S. Dominici, S. Ignatii, S. Iosephi Calasanctii, ubi celebrantur sub ritu duplici II classis, debent esse: *Beatus vir.* **3254** *ad* 6.

Lectiones I Nocturni in festo S. Dominici Conf. dupl. mai. sunt: *Beatus vir.* **3586** *ad* 2.

Lectiones I Nocturni in festo S. Hilarii Ep. Conf. Doct. sunt de Scriptura occurrente. **3607** *ad* 6.

Lectiones I Nocturni in Officio votivo S. Iacobi Apostoli tempore Quadragesimae legendae sunt: *Sic nos existimet* ut in Festo. **3611** *Dub.* 2.

Lectiones I Nocturni in Officio votivo SS. Sacramenti tempore Quadragesimae legendae sunt ut in Festo; Lectiones vero III Nocturni dicti Officii sunt pro mensibus Ianuario et Februario ut Feria II infra Octavam, pro Martio autem et Aprili uti in Sabbato. **3611** *Dub.* 3.

Lectiones I Nocturni in Officio votivo Immaculatae Conceptionis B. M. V. tempore Quadragesimae et Sabbatis Quatuor Temporum legendae sunt ut in Festo. **3611** *Dub.* 4.

Lectiones I Nocturni in festo SS. Iustinae et Rufinae Virg. Mart. dicuntur: *De virginibus.* **3767** *Dub.* 5.

Lectiones I Nocturni in festo S. Leocadiae V. M. sunt de Scriptura occurrente. **3767** *Dub.* 6.

Lectiones I Nocturni in Officiis S. Dominici Silensis et S. Nicolai Factoris, quando venerint in Quatuor Temporibus, dicendae sunt de Communi 1 vel 2 loco, habita ratione ad aetatem. **3767** *Dub.* 8.

Lectiones I Nocturni propriae vel de Communi Sanctorum sunt in posterum adhibendae tantum in Duplicibus I vel II classis; illis Lectionibus exceptis, quae approbatae iam fuerint vel in Breviario habentur pro duplicibus seu maioribus seu minoribus; vel aliis, quas pro specialibus rationibus aut adiunctis S. R. C. approbare deinceps censuerit. **3923.**

Lectiones I Nocturni in festo S. Agapiti Conf. Pont. occurrente in Quatuor temporibus erunt: *Laudemus.* **3928.**

Lectiones I Nocturni Dominicarum Sexagesimae, Quinquagesimae, secundae, tertiae et quartae Quadragesimae, occurrente in iisdem Dominicis festo duplici I classis, resumendae sunt infra illam Hebdomadam, quando fit de festo carente Lectionibus I Nocturni propriis, vel quando desumerentur e Scriptura occurrente, si festum illud extra Quadragesimam incidisset. **4028.**

Lectiones I Nocturni in die octava Titularis SS. Salvatoris sunt de Scriptura occurrente. **3745** *ad* 2.

Lectiones II et III Nocturni.

Lectiones II et III Nocturni in die octava Sanctorum, si propriae non adsint, sumendae sunt ex Octavario Romano. **2735** *ad* 1.

Lectiones II et III Nocturni in die octava S. M. Magdalenae sumi debent ex Octavario Romano in festo eiusdem Sanctae. **2981** *ad* 1.

Lectiones II Nocturni in die octava B. M. V. de Auxiliis, ubi sub hoc titulo colitur ut Patrona Ecclesiae, recitandae sunt ut in festo Patrocinii eiusdem B. M. V. **3197** *ad* 3.

Lectiones proprias Sanctorum, quae alibi in II et III Nocturno recitantur, extendi conceditur in casu ad Titulares Ecclesiarum. **3431** *p.* II. *Dub.* II.

Lectiones II et III Nocturni infra octavam utriusque Cathedrae S. Petri repetantur ex die festi. **3624** *ad* 3.

Lectiones II et III Nocturni infra octavam Sacr. Rosarii B. M. V. repetantur ex die festi. **3624** *ad* 5.

Lectiones II Nocturni in die octava alicuius Sancti, quae non reperiuntur in Breviario, sumi debent de die festi, deficiente Octavario Romano. **3876** *ad* 9.

Lectiones II Nocturni in nova editione Breviarii Ordinis Minorum mutandae sunt quoad appellationes: *Observantes* vel *Reformatos* vel *Excalceatos* vel *Strictioris* vel *Regularis Observantiae,* ita ut nulla Familiarum extinctarum mentio fiat, sed solum Ordinum Fratrum Minorum. **3990.**

In Lectione VIII Officii S. Gregorii II in Breviario Monastico expungendus est dies obitus. **2319** *ad Tit.* XXV *Dub.* 6.

Lectiones de Sermone S. Laurentii Iustiniani in II Nocturno conceduntur Benedictinis in Germania pro festo S. Georgii. **2319** *ad Tit.* XXV. *Dub.* 7.

In Lectionis VI fine festi Ss. Hemeterii et Calcedonii legendum est: *quinto Nonas Martii.* **3767** *Dub.* 3.

Ad Lectionem VI festi Sacr. Cordis Iesu specialis additio praescribitur pro universa Ecclesia. **3734**; quae tam in Officio pro universa Ecclesia in corpore Breviarii contento, quam in altero pro aliquibus locis indulto, adhibenda est. **3742.**

Lectiones duae primae III Nocturni, quando Matutinum ab Episcopo solemniter celebratur, cantandae sunt a duobus Canonicis, qui eidem assistunt, nec ab aliis sub quovis praetextu consuetudinis. **349**; etiam in Matutino Nativitatis Domini. **3108** *ad* 8.

Lectionis VII Evangelii Homiliae lectori assistere nequeunt duo Acolythi cum cereis accensis durante Lectione Evangelii, si non adsit legitima consuetudo. **3975** *Dub.* 6 *qu.* 2.

Lectiones III Nocturni in festo S. Ioannis Nepomuceni Mart., tam intra quam extra tempus Paschale, erunt de Homilia in Evangelium *Nihil est opertum.* **2319** *ad Tit.* XXV *Dub.* 1 *circa Lect. III Noct.;* quoad Evangelium et respectivas Homilias, quae aliquando differunt, servandus est Ordo Breviarii proprii Monastici nationalis. *Ibidem. Dub.* 2.

Lectiones III Nocturni in die octava Dedicationis Ecclesiae legendae sunt, quae primae post recitatas infra octavam omissae fuerint; quando vero omnes lectae sunt, in die octava erunt ut in festo. **3576** *Dub.* 14.

Lectiones III Nocturni in festo S. Agapiti Pont. Conf. dicuntur de Communi Conf. Pont. 2 loco. **3928.**

Lectiones III Nocturni dum Hebdomadarius legit, ad Evangelium manus tenere potest aut super Breviarium aut iunctas ante pectus. **2735** *ad* 3.

Lectiones III Nocturni Officii SSmi Sacramenti erunt pro mensibus Ianuario et Februario ut feria II infra Octavam Corporis Christi; Martio autem et Aprili ut in Sabbato eiusdem Octavae. **3611** *Dub.* 3.

Lectio Nona.

Lectionem IX et ultimam cantare pertinet ad Episcopum, quando Matutinum solemniter celebrat. **349.**

Lectionem IX canente digniore Presbytero, dignior de Choro debet benedictionem impertire his verbis: *Ad societatem etc.;* et abusus est et corruptela omnino revocanda, quod Chorus absque benedictione respondeat: *Amen.* **1108.**

Lectio IX Matutini diebus solemnioribus legenda est ab Hebdomadario, non vero a Capituli Praeside; et consuetudo contraria est abusus eliminandus. **3601.**

Ad Lectionem IX legendam in Officio solemni Matutini non induere Pluviale, nisi tantum ad Altaris incensationem, Celebranti non licet. **3722** *ad* 7.

Lectionem IX canente Epicopo vel Canonico Pluviali induto, omnes debent stare in Choro. **3780** *ad* 12.

Lectio IX de festo simplici, quando occurrat festum duplex, dicenda est etiam infra Octavam Corporis Christi. **1431** *ad* 1. **1890** *ad* 4. **2152** *ad* 7.

Lectio IX de Sancto simplici legi debet sine titulo. **1991** *ad* 2.

Lectio IX de Sancto simplici legi debet in Dominica in Albis. **2319** *ad Tit.* XXV *circa Lect. III Noct. Dub.* 3.

Lectio IX de Feria omittenda est, quando Officium S. Eliae Prophetae occurrit in Sabbato Quatuor Temporum vernalium, quod habet idem Evangelium ac illud Feriae. **2496.** Vide **3270. 3587** *ad* 2.

Lectio IX coniungi debet octavae, si Lectio sit historica; secus, potest convenientius; sed occurrente Lectione IX de Homilia, Lectio IX simplicis omitti debet. **2735** *ad* 2.

Lectio IX historica, sive una ex duabus aut tribus, de Duplici vel Semiduplici occurrente ad instar simplicis redacto legenda est. **3551.** *Breve Apost.*

Lectio IX historica de Semiduplici occurrente ad instar Simplicis redacto, omittenda est infra Octavam Corporis Christi, quum de hac fit Officium. **3637** *ad* 5.

Lectio IX de Sancto ad instar Simplicis redacto legi debet in Vigilia Pentecostes, si sit historica. **3844** *ad* 8.

Lectio IX de Simplici occurrente recitari debet infra Octavam alicuius Festi (praeter ea quae describuntur in Breviario Romano) ita privilegiatam, ut duplicia tantum I et II classis admittat. **4026** *ad* 2.

Ad Lectionem IX benedictionem impertiri nequit Canonicus tantummodo Clericus, uti tertia Dignitas, diebus, quibus prima Dignitas celebret solemniter Matutinum, absente a Choro secunda Dignitate. **2498** *ad* 2.

Lectionem IX legens Dignitas loco Episcopi in petenda benedictione dicere debet: *Iube Domne.* **1050.**

Lectionem IX Dignitate canente et celebrante, benedictio danda est a digniore Canonico, si aliae Dignitates absint. **1210.**

Lectionem IX dicturus Hebdomadarius in Choro, non discedat a prima sede quam occupat. **1085.**

Lectio IX de Simplici in Dominica infra Octavam Corporis Christi excluditur, ubi haec solemnitas respuit alia Festa, praeterquam I et II classis. **2555. 3027** *ad* 2; imo ubique excludenda est, si de eadem Dominica recitatur Officium. **3027** *ad* 1.

Lector.

Lector in Lectionibus ad Officium tenere potest manus vel super legile, vel iunctas ante pectus. **2735** *ad* 3.

Lectori VII Lectionis Evangelii Homiliae assistere nequeunt duo Acolythi cum cereis accensis durante Lectione Evangelii, si non adsit legitima consuetudo. **3975** *Dub.* 6 *qu.* 2.

In Lectoris Ordinatione per codicem tradendum intelligitur Missale vel Breviarium vel Sacrae Scripturae. **3315** *ad* 5; et Episcopus in admonitione ad Lectorem dicere potest: « Lectorem siquidem oportet legere ea quae praedicat », vel « Lectorem siquidem oportet legere ei qui praedicat ». *Ibidem ad* 6.

Lectorile vide **Legile.**

Legatum.

Legatum relictum cum onere celebrandi qualibet Dominica Missam de Resurrectione Domini, nequit adimpleri; et per SSmum commutabitur voluntas. **528.**

Legata pia relicta cum onere celebrandi aliquod Officium sub altiori ritu, quam qui notatur in Calendario, non vitiantur; licet adimpleri nequeat apposita conditio quoad ritum ecclesiasticum, et tantummodo possit quoad pompam extrinsecam. **865:** quare tuta conscientia retineri possunt huiusmodi Legata recitando Officia iuxta ordinem Breviarii Romani. **907.**

Legatum relictum celebrandi Missam quotidianam et singulis Feriis sextis de Passione et cum onere recitandi, terminata Missa, Passionem Domini secundum Ioannem, implendum est; sed exutis vestibus Sacerdotalibus et cum sola cotta, in Altari vel in Sacristia. **1393.**

Legati pii, de cuius fundatione documenta deficiunt, pro recitanda post Missam Conventualem Passione Domini a Festo Resurrectionis usque ad Festum S. Lucae, onus explicatur; et modus in posterum servandus praescribitur. **2603.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **196.**

Vide **Testator.**

Legatus.

Legato Cardinali praesente, Episcopi mozzettam deponere debent. **388.**

Legato Cardinali porrigendum est Aspersorium a Digniori Ecclesiae, ad quam Emus Cardinalis accedit. **582.**

Vide **Cardinalis.**

Legile.

Ad Legile accedere debent Dignitates et Canonici, dum cantare debent Lectiones et Prophetias. **2049** *ad* 22.

Ad Legile non tenentur descendere et assistere Dignitates et Canonici, qui ex gratia S. R. C. facultatem obtinuerunt, ut propriis expensis ad munus Diaconi et Subdiaconi sufficerent duos presbyteros non de gremio Capituli. **2100** *ad* 5.

Ad Legile pro canendis Antiphonis et Responsoriis descendere Canonici ab Episcopo cogi nequeunt, quando ad hoc munus implendum adsunt alii Presbyteri. **551** *ad* 1.

Legile ornatum tapeti cum libro, in quo intonet Antiphonas, Hymnum et Capitulum, Canonicus, Vesperas et Laudes solemniter celebrans, coram se habere potest; quocirca servari debet Caeremoniale. **3110** *ad* 19.

Prope Legile canere per se ipsos non tenentur Primicerius et Cantor in Missis et Officiis solemnibus, sed possunt alios ad canendum substituere. **2332** *ad* 12.

In S. Leocadiae Virg. Mart. festo Lectiones I Nocturni sunt de Scriptura occurrente. **3767** *Dub.* 6.

Libera me Domine.

Libera me Domine etc. In hoc responsorio repeti debent verba: *Quando coeli,* dicto iam ℣. *Tremens.* **2725.** *ad* 8. **2820.**

Libera me Domine etc. Responsorium in Absolutione ad tumulum non est canendum, nisi finita Missa; et illud Cantores incipiant, cum Sacerdos fuerit Pluviali indutus, et Subdiaconus cum Cruce ad pedes tumuli pervenerit, etiam si castrum doloris adsit in medio Chori. **3108** *ad* 4. **3110** *ad* 17; et spectat ad Caeremoniarum Magistrum dare signum Cantoribus, ut dictum Responsorium incipiant. **3110** *ad* 17; Celebrans autem debet se exuere planeta et manipulo, atque assumere Pluviale in plano ad cornu Epistolae. **3108** *ad* 5.

Libera me Domine etc. in Absolutione ad tumulum etiam in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum cantandum est, nec licet aliud quodlibet Responsorium ex novem, quae sunt in Officio Defunctorum, cantare. **2915** *ad* 12.

Libera me Domine a Choro cani nequit, expleta Missa de Sancto currente, pro Absolutione circa castrum doloris. **2186.** **3014** *ad* 1.

In Libera me Domine canendo pro Absolutione ad tumulum in casu, Archidiaconus praecedere debet Archypresbyterum in funeribus Episcopi dumtaxat vel alicuius magni Principis; in aliis funeribus id spectat ad Archipresbyterum. **1394.** **1433.**

Post Libera me Domine cantatum, semel vel pluries in via depositum Feretrum aspergendi usus cum multiplici Cleri emolumento tolerari potest, dummodo turpis lucri gratia non fiat. **3644.**

Vide **Absolutio ad Tumulum.**

Libri.

Librum sustinere tenetur Dignitas assistens Episcopo, dum hic aliquid canit; dum vero aliquid legit, sustinere debet Cappellanus. **1055.**

Librum Episcopo sustinere debet ad formam Caeremonialis prima Dignitas in Missis et Vesperis pontificalibus. **2425** *ad* 1.

Librum Evangeliorum sive ante pectus sive in Lectorile exsistentem, Subdiaconus sustinere debet, Diacono Evangelium cantante. **2425** *ad* 3.

Libri illi soli adhibendi sunt, et illae tantum benedictiones quae Rituali Romano sunt conformes. **2689** *ad* 4.

In Librorum Liturgicorum editionibus serventur Constitutiones et Decreta Summorum Pontificum. **2692. 2701. 2716** *Decret. gen.*

De Libris Liturgicis, in quorum editione non fuerunt servatae conditiones ab Apostolicis Constitutionibus requisitae, edixit S. R. C. servari Decretum generale diei 26 Aprilis 1834. **2855.**

Libros in functionibus ecclesiasticis adhiberi non licet, qui probati non fuerint a S. Sede, vel saltem ab Ordinariis. **3059** *ad* 16.

In *Librorum* Liturgicorum editione adamussim serventur leges in Constitutionibus et Bullis Summorum Pontificum conscriptae. **3241** *Dub.* 2.

Libri devotionis nuncupati cum Ordine Missae, praesertim Canone, in lingua vulgari a canonicis praescriptionibus et Apostolicis Decretis Episcoporum auctoritati omnino reservantur; ideoque licitum non est fidelibus horum uti editionibus, nisi istae expressam praeseferant Episcoporum approbationem. **3427.**

Liber Hebdomadae maioris, qui Rubricas lingua hispanica continet, edi conceditur, etiam post Constitutionem Apostolicam de prohibitione et censura librorum, cum approbatione Episcopi. **3950** *Dub.* 1; eiusdem libri editio nova conceditur, in qua locis respectivis et vernacula lingua inseritur Memoriale Rituum Benedicti XIII. *Ibidem Dub.* 2.

Libros chorales in quodam armario custodiri in Altaris maioris parte posteriori, sub gradu candelabrorum, non tamen sub mensa, tolerari potest. **3978** *ad* 1.

Libri de vitis, rebus gestis ac miraculis Servorum Dei imprimi non possunt, inconsulta S. R. C. **2617** *Decr. gener.*

Librum sustinens Acolythus Beneficiatus seu Clericus Basilicae Vaticanae Cardinali Archipresbytero, dum hic sedens legit aliquid vel cantat, debet genuflectere ad placitum eiusdem Cardinalis; vel etiam Episcopi Pontificalia peragentis, dum ante eum librum sustinet. **2467** *ad* 1. 2. *et* 3.

Lignum S. Crucis vide S. Crucis lignum vel Reliquia.

Lingua Slavica.

Circa Linguae Slavicae usum in functionibus liturgicis resolutiones S. R. C. praeferuntur. **3768.**

De Linguae Slavicae usu in sacra Liturgia Litterae S. R. C. ad Archiepiscopos, Episcopos et Ordinarios Provinciarum Goritien. Iadren. et Zagabrien. **3999.**

Lingua vernacula.

Lingua vernacula et latina legi debent Litterae Summi Pontificis seu Breve ante Benedictionem Apostolicam impertiendam. **2871.**

Lingua vernacula tantummodo legere Litteras Summi Pontificis in impertienda Benedictione Apostolica conceditur Episcopo Corisopitensi. **2931.**

Lingua vernacula cantari nequit a Musicis aliqua laus, vulgo *aria,* in Missa solemni praeter cantum ipsius Missae. **3113** *ad* 1.

Lingua vernacula tam in Missa solemni, dum S. Communio distribuitur per notabile tempus, quam in solemni Processione cum SSmo Sacramento, alternatim cum Hymnis liturgicis, non licet. **3975** *Dub. V qu.* 1.

Lingua vernacula cantari possunt carmina coram SSmo Sacramento exposito et in Processionibus cum Eodem, attenta consuetudine. **3124** *ad* 7.

Lingua vernacula cantari possunt Hymni a choro Musicorum coram SSmo Sacramento exposito, dummodo non agatur de Hymnis *Te Deum* et aliis quibuscumque liturgicis precibus, quae nonnisi latina lingua decantari debent. **3537** *ad* 3.

In Lingua vernacula impressum Officium parvum B. M. V. tolerari potest; dummodo Ordinarius caveat, ut in libro eiusdem Officii extet in alia columna textus latinus. **3221. 3373.**

In Linguam vernaculam translationem Officii parvi B. M. V. Episcopus auctoritate ordinaria approbare potest. **3897** *ad* 1; quod Officium translatum et approbatum in lucem edi et adhiberi potest a fidelibus et Congregationibus religiosis utriusque sexus Dioecesis Buscoducensis, sed tantum pro recitatione privata. *Ibidem ad* 2.

Lingua hispanica Officium parvum B. M.

V. recitandi consuetudo tolerari potest; quae responsio a S. R. C. in una Ss. Conceptionis de Chile data extendi valet ad Rempublicam Mexicanam. **3945** *ad* 1.

Lingua hispanica Rubricas continens liber Hebdomadae maioris edi conceditur, etiam post Constitutionem Apostolicam de prohibitione et censura librorum, cum approbatione Episcopi. **3950** *ad* 1.

In Lingua vernacula preces ante et post Missam recitari possunt. **3537** *ad* 1 et 2.

In Lingua vernacula preces immediate ante benedictionem cum SSño Sacramento recitari non permittitur. **3530** *ad* 2.

Lingua vernacula preces permittuntur coram SSño Sacramento exposito, dummodo agatur de precibus approbatis. **3157** *Dub.* VIII.

Lingua vernacula Cantiones inter Missarum solemnia prohibitae sunt; et ubi hic usus invaluit, Episcopus prudenter se gerat, ut possit sensim sine sensu hunc morem removere absque fidelium scandalo. **3230.**

In Lingua vernacula Cantica in functionibus et Officiis liturgicis solemnibus non sunt toleranda, sed omnino prohibenda; extra functiones liturgicas servetur consuetudo. **3496** *ad* 1.

In Lingua vernacula Cantilenae in Missis cantatis tolerari nequeunt; **3994** *ad* 1; et in his Missis cantatis sine Ministris sacris organarii et Chorus semper exsequi debent cantu vel voce intelligibili cum Organo omnes partes ex Graduali Romano. *Ibidem ad* 2.

In Lingua vernacula cani possunt Cantiones vel preces vel hymni solummodo in Missa privata cum consensu Ordinarii; in Missa vero solemni sive cantata non licet. **3880.**

In Lingua vernacula quaecumque Cantiones omnino prohibitae sunt in omnibus Missis, quae vel solemniter vel solum in cantu celebrantur; ita ut modulationibus, quas liturgico idiomate Rubricae praescribunt, nulli liceat alias ab illis addere vel immiscere; et consuetudo contraria tamquam abusus et corruptela prorsus eliminanda est. **3827** *ad* 1.

Lingua vernacula preces *Dio sia benedetto* coram SSño Sacramento exposito recitari possunt aut immediate ante benedictionem post Orationem *Deus qui nobis etc.* aut post benedictionem cum Eodem. **3237** *ad* 1.

Lingua vernacula recitare possunt Patrini in Baptismo *Pater* et *Credo,* dum Parochus ea recitat latino sermone. **3535** *ad* 10.

Ad Lingua vernacula explicandas caeremonias Baptismi solemnis adultorum eaedem non sunt interrumpendae. **3496** *ad* 2.

Lingua vernacula recitari nequeunt formulae *Ecce Agnus Dei* et *Domine non sum Dignus* in administranda Communione. **2725** *ad* 5.

Linteamina vide **Alba. Corporale. Palla. Tobaleae.**

Litaniae.

Litaniae non approbantur praeter consuetas impressas in Breviario, et alias de B. M. V. prout recitantur in Alma Domo Lauretana. **248** *ad* 14. **463. 576. 782.**

In Litaniis addi nequeunt nomina Sanctorum, quorum Reliquiae asservantur in Ecclesia. **380. 3236** *ad* 4; nec Titularium aut Patronorum. **562. 957** *ad* 1. **3236** *ad* 4. **3313;** aut Sanctorum Ordinis. **957** *ad* 1. **2093.**

Litaniae in honorem S. Antonii prohibentur; et Episcopo iniungitur, ut earum omnes formulas tam impressas quam in Mss. colligat et ad S. R. C. transmittat. **995.**

Litaniae in honorem S. Annae reprobantur. **1723.**

Ad Litanias canendas in Processionibus et alias preces a Clero saeculari cantari solitas Regulares possunt ab Episcopo cogi. **1289.**

In Litaniis non possunt invocari nomina, nisi illorum Sanctorum, qui in ipsis descripti reperiuntur. **1002. 1322** *ad* 16.

Litanias abbreviatas decantari non licet in Oratorio publico. **1501.**

In Litaniis et *Confiteor* nomen Fundatoris iuxta morem regionis addi, aliquando tolerari potest. **1518;** sed nequit addi a Regularibus vi communicationis privilegiorum. **2166** *ad* 2.

Ad Litanias quae dicuntur in collatione Ordinum, promovendi tum ad Subdiaconatum tum ad Diaconatum aut Presbyteratum procumbere debent. **1665** *in Resp. ad quaes. post.*

Ad Litanias in Sabbato Sancto Episcopus cum Mitra procumbere debet. **1665** *ad* 3.

In Litaniis nihil addendum, nisi doceatur de privilegio seu licentia S. R. C. **1711** *ad* 3. **3074** *ad* 3.

Quoad Litanias et Processiones in festo S. Marci, occurrente per octavam Paschae vel in Dominica, servanda est peculiaris Rubrica Missalis; si vero alicubi adnexa sit huic festo abstinentia, servetur consuetudo regionis. **2148** *ad* 4.

Litaniae maiores ab iis, qui non intersunt Processionibus, nequeunt anticipari die

praecedenti post recitatum Matutinum, sed recitari debent in eadem die, in qua cadunt. **2503** *ad* 4.

Litaniis Lauretanis elogium: *Auxilium Christianorum* a Pio VII inseritur. **2566.**

In Litaniarum maiorum Missa, dum incidunt in Dominicam, non dicitur *Credo*. **2572** *ad* 16.

Litaniis Sanctorum vel Lauretanis nullum versiculum addere licet, nisi constet de Apostolica concessione. Ita etiam prohibentur quaecumque formulae, tam impressae quam manuscriptae, Litaniarum, de quarum approbatione non constat. **2613** *ad* 7. **2791** *ad* 3. **3733.**

Litaniae non aliae recitentur in Oratione XL Horarum praeter impressas typis Camerae Apostolicae vel eisdem plane conformes. **2613** *ad* 7.

Litaniae, quae assignantur pro Sabbato Sancto et Vigilia Pentecostes, nequeunt recitari aliis temporibus. **2709** *ad* 1.

Litaniae in Rogationibus sunt recitandae de praecepto. **2740** *ad* 8; et singuli Litaniarum versus integre a Cantoribus et a Clero repeti debent. **3135;** non vero duplicantur nisi in Processione. **3011** *ad* 2. **3580** *ad* 4; et omnes versus tam intra quam extra Ecclesiam cantandi repeti debent. **3993** *ad* 4.

In Litaniis omnium Sanctorum dici debent versiculi: *A peste, fame et bello,* ac *A flagello terrae motus* post ℣. *A fulgure et tempestate.* **2956** *ad* 1.

In Litaniis incipiendis post Benedictionem Fontis Baptismalis in Sabbato Sancto, Episcopo non praesente, servanda est Rubrica Missalis. **3108** *ad* 10.

Litaniae Sanctorum propriae alicuius Ordinis in illis Conventibus, in quibus Religiosus Parochus solus cum populo assistit Processionibus, non sunt recitandae in festo S. Marci et in Rogationibus, sed communes Ecclesiae. **3133** *ad* 1; et Parochus satisfacit suae obligationi. *Ibidem ad* 2; in conventibus, in quibus omnes Religiosi Processionibus intersunt, et populus nolit recitare Litanias Ordinis, easdem religiosa familia in Choro vel in alia Processione recitare non tenetur *Ibidem ad* 3.

Litaniae speciales Apparitionis B. M. V. *de la Salette* in Ecclesiis recitari nequeunt. **3419** *ad* 5.

Ad Litaniarum in festo S. Marci et triduo Rogationum privatam recitationem sunt obligati etiam Religiosi extra monasterium commorantes. **3428.**

Ad instar Litaniarum Sacratissimi Cordis Iesu invocationes nequeunt licite recitari in Ecclesia, praesertim coram SS. Sacramento, quia S. Sedis approbatione prorsus carent. **3523.**

Circa Litaniarum approbationem Monitum S. R. C. respicit Litanias in liturgicis et publicis functionibus recitandas; possunt vero, imo tenentur Ordinarii alias seu novas Litanias examinare, et quatenus expedire iudicaverint, approbare; at nonnisi pro privata atque non liturgica recitatione. **3555.**

In Litaniarum Lauretanarum B. M. V. praeconiis in fine addendum est: *Regina Sacratissimi Rosarii, ora pro nobis.* **3598.**

In Litaniis agonizantium nomina S. Camilli et S. Ioannis de Deo post nomen S. Francisci inserenda sunt. **3663.**

In Litaniis Sanctorum, quae extraordinariis de causis cantantur in publicis supplicationibus invocari possunt Patroni Dioeceseos et Civitatis Urgellensis. **3689** *ad* 1.

In Litaniis in Dedicatione Ecclesiae, quando plura Altaria consecrantur, bis sunt invocandi respectivo ordine Sancti illi, quorum nomini dedicantur Altaria; et sancti Martyres, quorum Reliquiae in ipsis Altaribus reponuntur, si eorum nomina innotescant. **3729** *ad* 6.

Litaniae, in Ordinatione Sabbato Sancto facienda, dicendae sunt in Missali assignatae, additis quae Episcopus proferre debet super Ordinandos post ℣. *Ut omnibus fidelibus defunctis* etc. **3731** *ad* 6.

In Litaniis Lauretanis ante Orationem solum dicendus est ℣. *Ora pro nobis* etc. uti Rituale Romanum praescribit, non vero *Domine exaudi* et *Dominus vobiscum.* **3751.**

In Litaniis Lauretanis ad ℣. *Ora pro nobis* tempore Paschali non est addendum *Alleluia.* **3764** *ad* 18.

Litaniae illae tantum publice recitari possunt in Ecclesiis et Oratoriis publicis, quae habentur in Breviario aut in recentioribus editionibus Ritualis Romani, ab Apostolica Sede approbatis. **3820** *ad* 1; et haec prohibitio complectitur quamlibet earum recitationem a pluribus coniunctim in Ecclesiis vel Oratoriis publicis, absque ministri Ecclesiae, qua talis, interventu. **3916.**

Litaniae in honorem Sacrae Familiae, Mariae Perdolentis, S. Ioseph aliorumque Sanctorum in Ecclesiis vel Oratoriis publicis recitari nequeunt. **3820** *ad* 2.

Litanias S. Francisci Salesii aliasque in Breviario aut Rituali Romano non contentas recitandi vel canendi antiquissimam consuetudinem in Choro Moniales a Visitationibus B. M. V. retinere nequeunt. **3917.**

Litaniae S. Familiae recitari nequeunt ab Archiconfraternitatis Sodalibus commu-

niter in Ecclesiis et Oratoriis publicis, etiam ianuis clausis. **3980.**

Litaniae peculiares ita strictim non sunt prohibitae, ut singulis privatim eas non liceat cantare vel recitare **3981** *ad* 1; verum ita strictim prohibentur, ut a Religiosis Familiis communiter in Choro publico vel in publico Oratorio illas cantare vel recitare minime liceat. *Ibidem ad* 2; has Litanias fidelibus in publica Ecclesia cantare vel recitare privatim liceat, non vero communiter. *Ibidem ad* 3.

Litanias SS. Cordis Iesu approbat et indulget S. R. C. ex speciali gratia tum Dioecesibus Massiliensi et Augustodunensi tum universo Ordini Visitationis B. M. V., ut eaedem in Ecclesiis et Oratoriis publice recitari et decantari possint. **3996.**

Quoad Litanias occasione Expositionis SSmi Sacramenti in forma XL Horarum ante benedictionem cum Venerabili recitandas expedit servare Instructionem Clementinam. **4015** *ad* 5.

Litaniae de Sacr. Corde Iesu approbantur pro universa Ecclesia et ditantur Indulgentiis 300 dierum. **4017.**

In Litaniis quae cantantur post Vesperas tempore Adventus, Quadragesimae et Vigiliarum, Organa pulsari possunt, attenta consuetudine. **2424** *ad* 4.

Litterae.

Litterae Apostolicae ad locorum Ordinarios, quibus declaratur et moderatur assertum privilegium Sodalitatis S. Mariae de Campo Sancto communicandi indiscriminatim facultatem utendi Ara portatili. **2586.**

Litterae Apostolicae in forma Brevis super observantia et reductione Festorum pro utriusque Siciliae Regno. **2589. 2590.**

Litterae Circulares, quibus edicitur regulam esse, quod non liceat in una eademque Ecclesia exponere imagines depictas vel statuas eumdem referentes Coelitem; et hanc regulam prae oculis habuisse S. R. C. quoad nonnulla dubia respicientia imaginem Deiparae, quae colitur in templo Vallis Pompeianorum. **3732.** Vide **3723.**

Litterae encyclicae S. R. C. ad Rev. Italiae Ordinarios circa Musicam sacram. **3830** num. VI.

Litterae S. R. C. de centenaria solemnitate celebranda redemptionis humanae. **3857.**

Litterae Sacr. Rituum Congregationis ad Archiepiscopos, Episcopos et Ordinarios Provinciarum Goritien. Iadren. et Zagabrien. de usu linguae Slavicae in Sacra Liturgia. **3999.**

Litterae Summi Pontificis seu Breve ante Benedictionem Apostolicam impertiendam lingua latina et vernacula legi debent **2871.**

Litteras Summi Pontificis legere in Benedictione Apostolica impertienda tantummodo sermone vernaculo Episcopo Corisopitensi conceditur. **2931.**

In Litterarum Apostolicarum exsecutione, quando diriguntur Dignitati, Coadiutor ipsius nequit se ingerere. **476** *ad* 1.

In Liturgia Ambrosiana celebrari possunt festa S. Ioseph Sponsi B. M. V. et Annuntiationis eiusdem B. M. V. etiam feriis sextis Quadragesimae occurrentibus, adhibitis iisdem Officiis et Missis iam revisis. **3948.**

Loci benedictionis formula tam in Missali quam in Rituali concludenda est: *nunc et in omnia saecula saeculorum.* **3421** *ad* 5.

Locumtenens.

Locumtenens de iure Communi eodem honore afficiendus est, et eumdem locum tenere debet, quem teneret is, cuius personam designat. **302.**

Locumtenens Archiepiscopi debet sedere in Choro in loco suae receptionis; nec ei convenit sedes distincta cum pulvino, in habitu communi, nec thuris et pacis honor ante Dignitates et Canonicos. **304.**

Locumtenens Magistratus thurificari debet duplici ductu. **1396** *ad* 2.

Lotio pedum vide Mandatum.

Lourdes (de) B. M. V.

Lourdes (de) B. M. V. simulacrum in minori Altari et tabula princeps Altaris maioris repraesentans Immaculatam Conceptionem eiusdem B. M. V. debent haberi distincta, iuxta diversum subiectum ab alterutro repraesentatum; dummodo B. M. V. de Lourdes repraesentetur cum omnibus Apparitionis signis. **3791.**

Lourdes (de) B. M. V., de la Salette necnon Immaculatae Conceptionis lucis radios e manibus emittentis imagines seu simulacra ut exponantur ad publicam fidelium venerationem in Ecclesia, ab Ordinariis loci permitti potest; servatis tamen cautelis, praesertim Decreto Tridentini sess. XXV et Constitutione Urbani VIII. **3419** *ad* 1. *Vide* **Apparitiones.**

S. Lucae Evangelistae festum non est transferendum, quando occurrat in festo Sacr. Reliquiarum in iis locis, ubi hoc

festum sub ritu duplici II classis celebratur. **2319.** *Reliqu. Dub. ad* 12.

S. Ludovicus Rex Conf.

In S. Ludovici festo Oratio concluditur: *Qui tecum vivit et regnat* etc. **1490** *ad* 5.

S. *Ludovicus* ubi est Titularis, festum S. Bartholomaei celebrari debet die 24 Augusti; et servanda est specialis Rubrica Missalis etiam quoad Vigiliam die 23 vel 24 Augusti. **3694** *ad* 2.

Lumen.

« *Lumen Christi* » vide **Arundo.**

Lumen aliquod eo artificio collocare in Expositione SS. Sacramenti a parte postica Spherae, ut recta illuceat in ipsam SS. Hostiam, quae exinde lucida appareat, non licet. **2613** *ad* 5. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **203.**

Lumina ex oleo, saltem ex parte, in expositione SS. Sacramenti, substitui nequeunt luminibus cereis. **3173.**

Lumina saltem duo super gradus Altaris ponenda sunt, dum in Choro divina Officia peraguntur, etiam casu quo circa Reliquiam super Altare Chori expositam alia lumina collucescunt. **3204.**

Lumina ante Cruces positas in parietibus in Anniversario Dedicationis Ecclesiae accendi debent ea die, ad quam Dedicationis festum transfertur, si transferri contingat. **1686.**

Ut Lumina duo in Ecclesia accendantur super Altare, quotiescumque expositum est SSm̃um Sacramentum pro fidelium Communione, Episcopus praecipere potest. **482** *ad* 1.

Lumina ex oleo, quae mensae Altaris imminent et ardent etiam tempore Sacrificii, in Ecclesiis non permittuntur. **4035** *ad* 6.

Vide **Cereus. Candela. Candelabrum.**

Luminaria.

Luminaria duo cum oleo, loco candelarum, non sunt permittenda, dum Horae Canonicae peraguntur in Choro diebus ferialibus. **2070** *ad* 15.

Cum Luminaribus laici alicuius Congregationis se associare possunt, quando Clerus a sacristia procedit ad Altare ad exponendum SSm̃um Sacramentum, et tunc procedere debent ante Clerum. **3388** *ad* 1; quando cum luminaribus intersunt Processionibus cum SSm̃o Sacramento, procedere debent ante Clerum saecularem et regularem, atque etiam ante Confraternitates, si adsunt sacco indutae. *Ibidem ad* 2.

Lunula.

Quoad Lunulae benedictionem servandae sunt Rubricae. **926** *ad* 5.

Lunula Ostensorii esse potest ex cupro deaurato. **3162** *ad* 6.

Lux electrica in Ecclesiis ad cultum adhiberi nequit, sed tantum ad depellendas tenebras ecclesiasque splendidius illuminandas; cauto tamen ne modus speciem praeseferat theatralem. **3859.**

M

Machina ad elevandum et deponendum Ostensorium in Expositione SS. Sacramenti non permittitur. **3425.** Vide **3349.**

S. M. Magdalena.

S. M. Magdalenae Poenit. festo ritus duplicis maioris ob insignem eius Reliquiam concurrente cum festo S. Liborii Ep. Conf. duplicis maioris pariter ob insignem eius Reliquiam, Vesperae sunt dimidiandae iuxta Rubricam Tit. XI. n. 2. **3563.**

In S. M. Magdalenae Poenit. die octava Lectiones II et III Nocturni iis in locis, ubi eadem Sancta veneratur ceu Patrona vel Titularis, sumi debent ex Octavario Romano in festo eiusdem Sanctae. **2981** *ad* 1.

In S. M. Magdalenae de Pazzis Virg. festo Lectiones I Nocturni apud Benedictinos dicantur de Communi, cum Officium Monasticum plerumque careat in I Nocturno Lectionibus Sacrae Scripturae. **2319** *Reliqu. Dub. ad* 16.

Magister Caeremoniarum.

Magister Caeremoniarum non habet certum locum in Processionibus, sed ubique assistere et discurrere debet, ut ordo necessarius servetur. **108.**

Magister Caeremoniarum seu eius substitutus, quando munus suum actualiter exercet et vestibus Magistri Caeremoniarum indutus est, licet sit ex numero Cappella-

norum, debet sedere et assistere apud Celebrantem sive eius Assistentes pluvialibus indutos, et in Processionibus apud eos incedere et discurrere, quando opus est ad dirigendas Processiones: quando vero non exercet dictum Officium, sed tamquam Cappellanus in Choro assistit ad Horas Canonicas, debet sedere in loco suae receptionis inter alios Cappellanos: **279. 350. 2071. 2578** *ad* 8 *et* 9. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **161.**

Magistri Caeremoniarum, Ministri et Officiales Ecclesiarum Collegiatarum seu etiam Patriarchalium Urbis non audeant vel praesumant caeremonias ordinarias immutare vel novas ordinare diverso ac vario modo tum ab eo, qui in Rubricis Missalis et Breviarii Romani et Caeremonialis Episcoporum praescribitur, tum ab usu et consuetudine universali et communi aliarum similium Ecclesiarum, sine expressa licentia S. R. C. sub poenis adversus contrafacientes, arbitrio eiusdem S. C. imponendis et exequendis. **297.**

Magistri Caeremoniarum assistentia non competit Vicario Apostolico. **1076.**

Magister Caeremoniarum in Processionibus, in quibus Episcopus exercet Pontificalia et Canonici sacris vestibus sunt ornati, nequit deferre intortitium, si sit in habitu chorali. **2332** *ad* 15.

Magister Caeremoniarum, Episcopo Pontificalia exercente, stare vel potius sedere potest in scabello iuxta consuetudinem, extra tamen solium. **2332** *ad* 16.

Magister Caeremoniarum in defectu superiorum Dignitatum potest assistere throno episcopali et pro directione Caeremoniarum alium substituere. **2332** *ad* 17.

Magister Caeremoniarum potest esse Canonicus. **1072** *ad* 2. **1889.**

Magistro Caeremoniarum impedito, Hebdomadarius signum in Choro dare debet pro incipiendis Matutino et Vesperis. **1311.**

Magistri Caeremoniarum Episcopi eligantur ab Episcopo; Capituli a Capitulo. **1900** *ad* 6.

Magistri Caeremoniarum duo esse debent in Cathedralibus, quorum alter serviat soli Episcopo, alter Dignitatibus et Canonicis ad sacras Caeremonias opportune peragendas. **1904.**

Magistri Caeremoniarum electio pro functionibus Canonicalibus competit Capitulo; confirmatio vero electionis spectat ad Episcopum, qui eam denegare potest, quin teneatur causas exprimere. **2307** *ad* 1 *et* 2. **2310** *ad* 1 *et* 2; nec tamen sic electus censendus est privative deputatus ad assistendum, tam intra quam extra Cathedralem, Episcopo, qui eligere potest alium pro se suisque functionibus. **2307** *ad* 3 *et* 4; atque illi ab Episcopo electo omnes Capitulares tenentur obedire in iis quae divinum cultum respiciunt. **2307** *ad* 5. **3201** *ad* 4; nam in sui muneris exercitio est Capitularium Director, non famulus. **2578** *ad* 10. *Vide Suffragium in IV volumine p.* **162.**

Magister Caeremoniarum aliquis adhiberi potest pro directione Caeremoniarum in Missis et Vesperis solemnibus, quae celebrantur in Ecclesiis parochialibus. **1643** *ad* 6.

Quoad Magistri Caeremoniarum Cathedralis stipendium servari debet id quod disponit Caeremoniale Episcoporum lib. I c. 5 § 8. **667.**

Magistro Caeremoniarum Cathedralis competit usus vestis violaceae, non tamen sericae materiae nec cum globulis aliisque ornamentis rubei coloris. **1213.**

Magister Caeremoniarum Cathedralis veste violacea uti potest tantum in functionibus Episcopalibus ex dispositione Caeremonialis Episcoporum, non vero ex dispositione Capituli. **2310** *ad* 3.

Magistris Caeremoniarum solummodo Ecclesiae Cathedralis, et non aliis, competit habitus violaceus cum ferula; et Caeremoniarii Collegiatarum nequeunt associare Canonicos alicuius Collegiatae in veste violacea et cum gestatione ferulae in Processionibus, in quibus non interveniunt Canonici Cathedralis. **2286. 2375** *ad* 5. **2420** *ad* 9.

Magistri Caeremoniarum aliique qui vident in Ecclesia non peragi functiones iuxta Rubricas nec observari Decreta S. R. C. adeant loci Ordinarium, qui stricte tenetur opportunis remediis providere, ut Rubricae et S. R. C. Decreta rite serventur. **2621** *ad* 1. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **225.-3417** *Dub.* II.

Magister Caeremoniarum a Canonicis cogi nequit, ut veste violacea indutus eisdem assistat in functionibus ecclesiasticis non capitularibus tam intra quam extra Cathedralem. **2578** *Dub. addit. ad* 3. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **165.**

Magistri Caeremoniarum Cathedralis veste violacea uti nequeunt extra servitium Episcopi et respective Capituli. **2621** *ad* 12.

Magistri Caeremoniarum Patriarchalium Urbis quoad usum vestis violaceae servare debent stricte formam privilegii. **2621** *ad* 12.

Magistri Caeremoniarum quoad vestes serventur dispositionem Caeremonialis Episcoporum. **3398** *ad* 1.

Magister Caeremoniarum, si sit Canonicus, potest exercere suum munus cum In-

signibus canonicalibus, id est cum veste violacea et superpelliceo super rochetto. **3165** *ad* 1. **3840** *ad* 1.

Magistri Caeremoniarum Capituli et Sacristae munere fungens Mansionarius Chorali habitu (prout est mozzetta) uti potest in Choro tantum, et in Processionibus, in quibus ceu Mansionarius incedit. **3022** *ad* 1.

Magister Caeremoniarum, dum assistit Missis solemnibus aliisque divinis Officiis, uti nequit pileolo. **2308.**

Magister Caeremoniarum, non vero Acolythus, debet recipere biretum primi Presbyteri assistentis Canonico celebranti in Vesperis, tempore quo a Celebrante thurificantur Altaria SSmi Sacramenti et Ss. Apostolorum. **2018.**

Magister Caeremoniarum, etiamsi sit Canonicus, tenetur comitari Acolythum thurificaturum in Missa solemni seu in Vesperis Magistratum saecularem. **1290** *ad* 2.

Magister Caeremoniarum in egressu e sacristia ad Altare, comitando Celebrantem et Ministros etc. pro Matutinis, Vesperis et Missa celebrandis, praecedere debet, servato modo in Caeremoniali praescripto b. II cap. 3 § 1. **2578** *ad* 2. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **160.**

A Magistro Caeremoniarum vel a Ministris Missae solemni servientibus Palmatoria tenenda est iuxta generalem consuetudinem. **2796. 3417** *Dub.* 1.

Magister Caeremoniarum genuflectere debet ad ℣. *Et incarnatus est*, quando cantatur a Choro; quamvis ipse stet pro monendo Celebrante de inclinatione facienda. **3029** *ad* 3.

A Magistro Caeremoniarum Catalogus pro omnibus Chori functionibus disponendus est, deinde approbandus a prima Dignitate seu Praefecto Chori. **3108** *ad* 13.

Ad Magistrum Caeremoniarum spectat dare signum Cantoribus, ut Responsorium: *Libera me Domine* in Absolutione ad tumulum incipiant. **3110** *ad* 17.

Quoad Magistri Caeremoniarum assistentiam in Missis conventualibus de Feria vel de Vigilia cantandis per Cappellanos, servanda est consuetudo. **3328** *ad* 3.

A Magistro Caeremoniarum primo Lectiones Matutini cantaturis non designandi, sed ab alio deputato Chori Magistro, consuetudo servari potest. **3445.**

Magistri Caeremoniarum sine habitu chorali ministrantes gaudent distributionibus quotidianis suorum Beneficiorum iuxta decretum S. Congr. Concilii diei 27 Iulii 1839 in Pisana *ad* VIII. **3398** *ad* 2.

Magister Caeremoniarum Cathedralis, qui mandavit celebrationem Missae et distributionem Communionis extra Altare ubi SSmum Sacramentum erat expositum, sua non excessit nec Parochi iura usurpavit, sed in casu optime se gessit. **3505** *ad* 1.

Magistri Caeremoniarum Cathedralis mandatis et ordinationi Parochus resistere nequit; quod si celebret in Altari expositionis ibique distribuat Communionem, agit male, et violat auctoritatem legitimam et regulas Ecclesiae. **3505** *ad* 3.

Magister Caeremoniarum Cathedralis ius habet et obligationem iubendi, ut regulae liturgicae observentur etiam extra Chorum, in Exequiis et in administratione Baptismi et Matrimonii et in omnibus parochialibus functionibus. **3505** *ad* 5.

Magistri Caeremoniarum non tenentur exquirere consensum et approbationem Capituli ad exsecutionem alicuius Decreti S. R. C., sed istud antea notum facere debent Episcopo et Capitulo. Quoad autem consuetudinem oppositam alicui Decreto de re gravi et rationabili, consulenda est S. Congregatio. **3611** *ad* 7.

Quod Magister Caeremoniarum Missae Conventuali diebus non festivis attenta antiqua consuetudine non assistat, servari potest. **2424** *ad* 3.

Magistro Caeremoniarum Ecclesiae Lateranensis non est tradendum Aspersorium in Processione Rogationum, quae fit in Urbe, ab altero ex Acolythis Basilicae Vaticanae, sed immediate Diacono ministranti Episcopo. **1818. 1834.**

Magister Caeremoniarum solus assistere debet Canonicis aliisque Lectiones cantantibus vel Antiphonas suggerentibus. **2079** *ad* 2.

Magister Caeremoniarum in consecratione Ecclesiae debet ascendere scalam cum Episcopo et abstergere Cruces in parietibus, quatenus Oleum sanctum per murum defluat, si locus non sit Ministris sacris ascendendi scalam. **3729** *ad* 4.

Ad Magistrum Caeremoniarum spectat intra presbyterium Archiepiscopo Divina peragenti vel publice iisdem assistenti praestare obsequium et assistentiam, non vero ad Praefectum cubiculi Archiepiscopi. **1145** *ad* 1.

Magister Caeremoniarum in Ecclesia Collegiata S. Michaelis in Foro Civitatis Lucanae porrigere debet aspersorium Canonico Decano. **2867** *ad* 3.

Vide **Praefectus Caeremoniar.**

Magister Caeremoniarum Apostolicus.

Magistris Caeremoniarum Apostolicis in equitationibus conceditur usus pilei semipontificalis, eo quod ipsi Protonotariorum

Apostolicorum non participantium et secretorum Pontificis cubiculariorum praerogativis fulgeant. **863.**

Magistris Caeremoniarum Apostolicis debentur a Causarum Postulatoribus in Sanctorum Canonizatione pictae tabulae Sanctos ipsos repraesentantes. **2810.**

Magistris Caeremoniarum Basilicae Lateranensis privilegium non conceditur, ut Magistris Caeremoniarum Sanctitatis Suae ac S. Sedis in omnibus aequiparari valeant. **2639.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **266.**

Magister Cappellae.

Magister Cappellae nullo modo debet incedere cum Beneficiatis, sed ire et incedere cum Cantoribus. **288. 289.**

Magistro Cappellae Cathedralis Gerundensis iubilato conceditur gratia fruendi iisdem insignibus et praeeminentiis in Choro aliisque functionibus, quibus ante iubilationem fruebatur. **2314** *ad* 1; et non solum super Beneficiatis in Cathedrali, sed etiam in omnibus ecclesiasticis functionibus, quae fiunt in Ecclesia S. Lucae. *Ibidem ad* 2.

Magister Chori Ecclesiae Lauretanae, etiamsi coniugatus, si tamen est Clericus et in habitu clericali incedit, potest intonare et legere Antiphonas, Capitula aliasque similes fuctiones facere. **13.**

Vide **Chorus.**

Magister Sacri Palatii nequit permittere impressionem librorum circa caeremonias, Officia et ritus sine expressa licentia Sacr. Rituum Congregationis. **378.**

Magistratus quoad locum et sedem in Ecclesia.

Magistratus aut Iudices laici proprias sedes Dignitatum aut stalla Canonicorum in Choro aut in Presbyterio occupare nequeunt. **275.**

Magistratus occupare nequit digniorem locum ante Canonicos. **415.**

Magistratus nequit occupare Capituli et Cleri locum, qui debet esse dignior immediate post Episcopum. **808** *ad* 1.

Magistratui non licet quidquam innovare circa sedis ornatum. **1012.**

Magistratui non est concedenda dextera ab Episcopo, etiamsi sit in aedibus Episcopalibus. **1147** *ad* 3.

Magistratus, tam in funeralibus quam in aliis functionibus, sedere debet in scamno, non in sedibus. **1328.**

Magistratus stans ad versum *Et incarnatus est* debet genuflectere; sedens vero inclinare caput. **1476** *ad* 5. **1570** *ad* 2.

Magistratui assignandus est ab Episcopo locus pro audiendis concionibus. **1537** *ad* 3.

Magistratus quoad sessionem, dum cantantur *Kyrie, Gloria,* Epistola, Graduale et *Credo,* servare debet consuetudinem. **1476** *ad* 10.

Magistratus locum habere nequit in Presbyterio. **1838** *ad* 1. **1849. 1910** *ad* 2. **2036.** licet in loco inferiore et a Clero separato. **2141**; non obstante transactione inita inter ipsum et Capitulum, quae non sustinetur. **1808** *ad* 1 *et* 2; neque potest uti sedibus, cum suppedaneo et pulvinaribus cum tapete in Presbyterio. **1792. 1808** *ad* 3. **1959,** sed tantum sedibus sine suppedaneo extra Presbyterium. **1830** *ad* 3. Decreta, quae prohibent ne Magistratus locum habeat in Presbyterio, extenduntur etiam ad Ecclesias Regularium. **1792** *Decret. gener.* **1832** *ad* 1.

Magistratui Barensi S. R. C. indulsit sedile ligneum sine suppedaneo, panno coopertum tam in Ecclesia Cathedrali quam in aliis Ecclesiis Saecularium et Regularium extra Presbyterium. **1840.**

Magistratui Civitatis Spoleti S. R. C. indulsit tantum in casu, quo Episcopus pontificaliter celebret, sedile a latere Altaris maioris, attento quod locus assignatus non comprehenditur in Presbyterio. **1868.**

Magistratus nequit habere et tenere scamnum in Ecclesia cum postergali, suppedaneo et genuflexorio et brachiorum fulcro. **1952** *ad* 7.

Magistratus Camerinus nequit quidquam innovare circa pannum, super quo genuflectit, in actu associationis. **1959**; et quoniam Magistratus Camerinus minime obtemperabat, duo S. Rit. Congregationis Cardinales ad id deputati quaedam ediderunt Decreta a Gubernatore et Magistratu omnino servanda, quae leguntur sub num. **1995** et confirmantur sub num. **2015.**

Magistratus habere potest sedilia, si sita sint extra Presbyterium. **2007.**

Magistratus, Iudices et ceteri Laici nequeunt habere locum in Synodo. **2047** *ad* 7.

Magistratui debentur pulvinaria lanea tantum. **2462** *ad* 4; nec ei permittendum est scamnum in Presbyterio Ecclesiarum Regularium. *Ibidem ad* 5.

Pro Magistratu Civitatis Praenestinae in Ecclesia parandum est sedile ligneum sine suppedaneo, panno coopertum: lanea item, et non serica pulvinaria genuflexorio supposita. **2753** *ad* 2. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **367.**

Magistratus quoad obsequia Episcopo praestanda.

cineres et palmas, tum etiam ad solemnem benedictionem genufléctere debet. **1476** *ad* 6. **1570** *ad* 3. **2415.**

Magistratus quoad Pacem et Thus.

Magistratui Pax dari potest cum Instrumento argenteo, servata forma Caeremonialis lib. I, cap. 24, § 6. **1830**; quod Instrumentum illi defertur ab eodem Ministro, qui Pacem per osculum defert Dignitatibus et Canonicis interessentibus. **3780** *ad* 9.

Magistratus thurificandus est post Canonicos et ante Beneficiatos. **26. 1365. 1387. 1830.** sed etiam post Subdiaconum paratum **1396** *ad* 1; in parvis Oppidis et Paroeciis post omnes de Choro. **1512. 1519. 1578;** non vero per Diaconum, licet afferatur consuetudo, neque per Canonicum, quamvis Episcopus id iusserit, sed satis est ut fiat per Sacristam. **1192**, vel per Acolythum. **1898.**

Magistratus thurificari debet duplici ductu. **1537** *ad* 2. **1579. 2753** *ad* 7, quacumque consuetudine non obstante. **1826.**

Magistratui inferiori Episcopus nequit concedere thurificationem duplici ductu. **1952** *ad* 6.

Magistratus Civitatis Veliternae in Ecclesiis extra Cathedralem non est thurificandus triplici ductu. **2255** *ad* 2.

Magistratus thurificatio in Missis Defunctorum omnino est prohibita. **690.**

Ad Magistratum thurificandum in Missa solemni seu in Vesperis Magister Caeremoniarum, etiamsi sit Canonicus, tenetur comitari Acolythum. **1290** *ad* 2.

Cum Magistratu simul convenientes mercenarii nullo modo sunt thurificandi. **1396** *ad* 3 *et* 4.

Magistratus dare debet praeeminentiam Canonicis in thurificatione, non obstante inita transactione. **1078.**

Magistratum thuris honore privare potest Episcopus in poenam renuentiae eum a palatio ad Ecclesiam associandi. **993.**

Post Magistratum alii ex omni genere personarum sedentes in scamnis inferioribus vel prope vel e conspectu dicti Magistratus, per Diaconum inservientem Missae solemni thurificari nequeunt, non obstante consuetudine immemorabili. **2175.**

Pro Magistratus Cancellario quoad thurificationem servari debet dispositio Caeremonialis **700.**

Vide **Pax. Thurificatio.**

Magistratus quoad Praeeminentiam.

Magistratus dare debet praeeminentiam Canonicis Cathedralis assistentibus in habitu Canonicali divinis Officiis et concioni, tam in propria, quam in alia quacumque Ecclesia. **281.**

Supra Magistratum nulla competit praecedentia Canonicis, quando sine habitu Canonicali Divinis assistunt. **557.**

Magistratus in associatione Episcopi nequit procedere ante Episcopum et simul cum Vicario. **419;** nec ante Canonicos. **615** *ad* 4.

Magistratui debetur praecedentia ante Canonicos, quando hi assistunt non collegialiter, sed uti singuli. **461. 609.**

Magistratui candelae distribuuntur post omnes de Choro. **729.**

Inter Magistratum Sapientum et Capitulum Civitatis Ravennatensis controversia praecedentiae resolvitur. **815.**

In Magistratui distribuendis candelis, cineribus et palmis, nec non in Processionibus et adoratione Crucis, servandum est Caeremoniale Episcoporum. **808** *ad* 4-8; nec valet consuetudo contraria. **1105.**

Magistratus potest ante se per famulum deferri facere clavam, dummodo consuetudo sit legitime praescripta. **1111** *ad* 2.

Magistratus Civitatis Veliternae in festo S. Francisci Xaverii potest incedere cum clava et eodem comitatu ac incedit in festivitatibus quatuor SS. Patronorum. **2255** *ad* 1; nequit exigere reverentiam a Celebrante post finem Missae tam solemnis quam privatae. *Ibidem ad* 3; eodem interessente Missae privatae, licet accendere in Altari quatuor candelas, dummodo ille incedat in habitu consulari. *Ibidem ad* 4; nequit immediate post Canonicos ante Beneficiatos admitti ad Crucis adorationem et ad cineres. *Ibidem ad* 5; si accedat ad Cathedralem aliasque Ecclesias Civitatis cum comitatu et clava, licitus est sonitus tubarum, et, quando assistat Missae privatae, etiam in actu elevationis SSmi Sacramenti, sed extra ianuam. *Ibidem ad* 7 *et* 8.

Magistratus Civitatis Mileti, postquam associaverit Episcopum usque ad Altare SSmi Sacramenti, transire potest per Presbyterium ad effectum prosequendi eiusdem associationem usque ad locum baldachini. **2282** *ad* 1; eidem licet in functionibus ecclesiasticis uti Clava tam extra quam intra Ecclesiam, tam praesentibus quam absentibus Episcopo et Capitulo. *Ibidem ad* 2 *et* 3; etiam intus Ecclesiam, tempore quo non celebrantur functiones ecclesiasticae. *Ibidem ad* 4.

Magistratui a concionatore initio concionis titulus *Illm̃i* attribui nequit. **1147** *ad* 1.

Magistratus non est salutandus in transitu a Celebrante sacrisque Ministris detecto capite, sed capite cooperto. **1279. 2753** *ad* 4.

Magistratus aliique nobiles viri adstantes Divinis nequeunt cooperire capita cum pileis, dum Ecclesiastici illa contegunt biretis. **1763** *ad* 2. **1841** *ad* 4.

Magistratus nequit exigere a Celebrante reverentiam ante et post celebrationem Missae. **1837** *ad* 1. **2231** *ad* 6; neque exigere potest reverentiam a Capitulo et Canonicis paratis exsistentibus in Presbyterio, quoties hi procedentes ad sedendum vel ad Altare redeuntes se inclinant Cruci et Chorum hinc inde salutant. **2349** *ad* 2.

Magistratus nequit recipere Cineres, vel adorare Crucem Feria VI in Parasceve, vel accedere ad Communionem Feria V in Coena Domini, ante Sacerdotes paratos. **1559** *ad* 4.

Magistratus potest Communionem recipere Feria V in Coena Domini ad gradus Altaris. **2753** *ad* 6.

Magistratus ad Communionem accedens Feria V in Coena Domini est admittendus post universum Clerum. **3024.**

Magistratu solemniori Missae interveniente, Celebrans pluviali indutus cum illo Confessionem facere nequit, sed indutus casula iuxta Rubricam Missalis. **3780** *ad* 9.

Magistratui, quando significaverit Capitulo Ecclesiae Collegiatae B. M. V. Terrae Montis Cassiani se interventurum in habitu et forma ad sacras functiones, idem Capitulum debet denunciare imminentem earumdem celebrationem. **2483** *ad* 1; et advenientem Magistratum Sacerdos cotta indutus aspergat aqua benedicta ad ianuam maiorem Ecclesiae. *Ibidem ad* 2; eidem Celebrans cum Ministris in primo accessu ad Altare et ultimo recessu, salutationem per capitis inclinationem peragat. *Ibidem ad* 3. In distributionibus candelarum, cinerum et palmarum ac SS. Eucharistiae Sacramenti Magistratus non est praeferendus Sacerdotibus et Clericis. *Ibidem ad* 4.

Magistratum Episcopus in limine Ecclesiae ultimo loco aspergere debet. **911.**

Magistratus et Gubernator Civitatis Praenestinae, dum vestibus Consularibus induti consuetis diebus ad Cathedralem accedunt, excipi debent ab altero ex Canonicis vel Capitularibus cappa induto, qui aspergillo ipsis aquam benedictam porrigit **2753** *ad* **1**; Canonici aliique Capitulares vel coniunctim vel seorsim ad Chorum euntes vel redeuntes tenentur capite detecto exhibere reverentiam Magistratui stanti in proprio scamno. *Ibidem ad* 3; Celebrans vero et Ministri parati capite tecto. *Ibidem ad* 4. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **367.**

Magistratus quoad Processiones.

Magistratus incedendi in Processione SSm̃i Sacramenti antiqua consuetudo apud et post baldachinum in Civitate Foroliviensi est servanda; quamvis Caeremoniale praescribat, ut Magistratus incedat ante Crucem Cleri. **330.**

Magistratus in Processione nequit ire ante Episcopum et simul cum Vicario. **419.**

Magistratus nequit incedere cooperto capite, dum defert hastas Baldachini in Processionibus cum sacris Reliquiis insignibus **1800. 1810.**

Magistratus in Processionibus, in quibus non gestantur Reliquiae, incedere potest capite cooperto. **1841** *ad* 2.

Magistratus tenetur interesse in Ecclesia Cathedrali festis solemnibus et Processionibus annuis. **2085. 2087.**

Magistratui non licet incedere in Processionibus pari gradu cum Episcopo; sed Episcopus solus praeire debet. **2231** *ad* 4.

Magistratus in Processione Corporis Christi nequit incedere cum intortitiis immediate post SSm̃um Sacramentum. **2753** *ad* 5.

Magistratus eiusque Officiales in Processionibus debent deferre intortitia manibus propriis. **2255** *ad* 6.

Magistratus in Processione Feriae V in Coena Domini locum tenet post baldachinum; cuius hastas intra Ecclesiam deferre debet. **3024.**

Super Magistratus famulos intortitia deferentes, occasione sacrarum Processionum, debetur praecedentia Sodalibus Confraternitatis SSm̃i Sacramenti similia intortitia gestantibus. **2372.**

Magnatum venientium ad Ecclesiam receptio in Ecclesia Collegiata Mediolanensi S. Ambrosii facienda est tam a Monachis quam a Canonicis ad formam Concordiae. **1759** *ad* 1; apparatus genuflexorii autem pro Magnatibus spectat ad Canonicos. *Ibidem ad* 2.

Magnificat.

Ad Magnificat, quando in Altari Chorali, coram quo decantantur Vesperae, asservatur SSm̃um Sacramentum, hoc unum Altare tantum thurificari debet. **1322** *ad* 1.

Ad Magnificat in Antiphona, tam ante quam post hoc Canticum recitanda, surgere

non est in more Ecclesiae Romanae. **1322** *ad* 14.

Ad Magnificat in Vesperis Defunctorum Sacerdos potest accipere stolam et pluviale, sed non tenetur. **3029** *ad* 9.

Magnificat in feriali Officio ante Nativitatem Domini, in quo Antiphonae maiores solemni modo cantantur, cantari potest aut solemni modo quo Antiphona, aut in cantu feriali, iuxta consuetudinem. **3054** *ad* 2.

Ad Magnificat et ad *Benedictus* ab omnibus signum Crucis faciendum est, tam in Choro quam extra, iuxta laudabilem praxim, praesertim in alma Urbe servatam. **3127.**

Ad Magnificat in Vesperis thurificari potest populus ex sanctuario a laico thuriferario triplici ductu; dummodo iste laicus, uti Clericus ex officio, cotta sit indutus, et non sit diversus ab eo qui Clero thus dedit. **3539** *ad* 2.

Ad Magnificat in Vesperis solemnibus et cantatis thurificatio Altaris, in quo SSm̃um Sacramentum asservatur, est praeceptiva, praeter thurificationem Altaris choralis, ubi SSm̃um non exsistit, quando Episcopus Vesperas non persolvit. **915** *ad* 3. **3110** *ad* 6. **3410** *ad* 1; quando autem Episcopus Vesperas peragit, ad *Magnificat* Altare SSm̃i Sacramenti non est thurificandum. **3410** *ad* 2.

Ad Magnificat thurificationis Altaris peculiaris praxis in Metropolitana Granatensi exsistens retineri potest. **3413.**

Ad Magnificat et *Benedictus* versiculos itemque Antiphonas repetere intelligibili voce tenentur Mansionarii, dum pulsatur Organum. **1180** *ad* 6.

Ad Magnificat in Vesperis cantatis coram SSm̃o Sacramento exposito, thurificari debet tantummodo Altare maius, in quo illud expositum est, non autem alia Altaria, licet ibi quoque SSm̃um Sacramentum asservetur. **2390.** *ad* 6.

Ad Magnificat in Vesperis SSm̃um Sacramentum expositum Hebdomadarius incensare debet genuflexus super suppedaneo Altaris. **2928** *ad* 5.

Ad Magnificat dum Hebdomadarius et Assistentes a Choro ad Altare maius accedunt, illud incensandi causa, possunt caput cooperire vel non, iuxta consuetudinem, si Altare maius a Choro distet. **3839** *ad* 4.

Ad Magnificat thurificatio omitti nequit, etiamsi ab Hebdomadario solo cum unico Clerico Vesperae decantentur. **3009** *ad* 5. **3844** *ad* 2.

Mandatum.

Mandatum fieri debet in Cathedrali, etiamsi absit Episcopus. **624.**

Ad Mandatum velum Crucis Altaris coloris violacei esse debet et mutari nequit. **926** *ad* 4. **2524** *ad* 4.

Mandatum fieri potest etiam ab aliqua Confraternitate, dummodo fiat diversa hora et post Episcopum. **1204.**

Ad Mandatum Assistentes Episcopo sedere debent in scamnis nudis; et consuetudo contraria abusus declaratur. **1795** *ad* 1 *et* 2.

Mandatum faciendum est hora congrua determinanda ab Episcopo, et in loco solito, assistentibus omnibus Canonicis. **2425** *ad* 7.

Ad Mandatum Episcopus debet habere assistentiam duarum Dignitatum et aliam pariter Dignitatem, quae munus Diaconi et Canonicum, qui munus Subdiaconi subeat. **2471** *ad* 8.

In Mandato ab Archiconfraternitate Sacr. Stigmatum servanda est Rubrica Missalis Romani, firma semper manente prohibitione peragendi lotionem pedum in Ecclesia. **2574.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **155.**

Pro Mandato faciendo curandum est in casu, ut, non obstante consuetudine lavandi pedes opulentis Fratribus Sodalitatis SSm̃i Sacramenti, eligantur potius, si fieri potest, tot pauperes; quod iuxta Caeremoniale Episcoporum videtur maiorem humilitatem et caritatem praeseferre. **3108** *ad* 9.

Mandatum faciendum est in Sacrario aut in alio cubiculo prope Ecclesiam; nisi Ecclesia tam ampla sit, ut in quodam Sacello lotio pedum exsequi possit absque ullo irreverentiae periculo erga SSm̃um Sacramentum expositum. **3110** *ad* 18; non autem ante Sacellum, ubi SSm̃um Sacramentum asservatur. **3317** *ad* 2.

Mandatum si Sacerdos solus faciat sine Ministris sacris, utatur stola et pluviali coloris violacei super alba. **3841.**

In Mandato lotio pedum facienda est a Sacerdote, adiuvantibus sacris Ministris, iuxta praescriptum Rubricae Feriae V in Coena Domini, non vero a laico moderatore vel praefecto Sodalitatis. **3317** *ad* 1; et si in Ecclesia fieri nequit, dictus moderator Mandatum perficere potest in interiori domo Hospitalis absque incenso, cantu Evangelii aliisque caeremoniis a Rubrica praescriptis, sed tantum cum assistentibus laicis, qui aquam ei ministrent. *Ibidem ad* 3; consuetudo vero laici Sodalitii moderatorem praeferendi Sacerdoti, qui cum sacris Ministris ad faciendam lotionem sit paratus, est abusus intolerabilis et omnino eliminandus. *Ibidem ad* 4; et Episcopus eamdem iure ordinario cohibere potest et debet. *Ibidem ad* 5.

Pro Mandato Feria V in Coena Domini

electus Presbyter Graeci Ritus in Cappella Pontificia sumere debet sacram Eucharistiam cum aliis Presbyteris in Azymo. **2584.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **167.**

Non post Mandatum Feria V in Coena Domini Altaria denudanda sunt, sed post Vesperas. **2684** *ad* 7.

Post Mandatum Feria V in Coena Domini concio, itemque de Passione nocte huius Feriae sermo habendus est in pulpito nudo, sine ullo prorsus ornatu. **2891** *ad* 2 *et* 3.

In Manicis et fimbriis Albarum tolerari potest, ut fundus coloratus supponatur textili denticulato vel operi phrygio; quoad manicas autem in rochettis, fundus esse potest coloris vestis talaris relativae dignitatis. **3780** *ad* 5.

Manipulus.

Manipulus deponi debet a Celebrante et Ministris in adoratione Crucis Feria VI in Parasceve. **2326** *ad* 4.

Manipulum debet assumere Episcopus in Missis de tempore Passionis ante ℣. *Deus tu conversus.* **3575** *ad* 3.

Manipulum non deferens, Clericus in minoribus constitutus vel saltem tonsura initiatus, in casu tamen verae necessitatis, pro Missa solemni in locum Subdiaconi deficientis substitui potest. **2002** *ad* 13. **2221** *ad* 1. **3832** *ad* 7; contraria vero consuetudo extra casum absolutae et praecisae necessitatis abscindenda est. **2525** *ad* 1.

Manna.

Manna S. Nicolai non est deferenda ad infirmos solemniter cum superpelliceo et lanternis. **196.**

Mannae S. Nicolai distributio privative spectat ad Thesaurarium. **2147** *ad* 4.

Mansionarii.

Mansionarii seu Beneficiati Cathedralis praecedere debent Curatos Rurales atque etiam Curatos ipsius Civitatis. **686.**

Mansionarii, electi ex numero Cappellanorum de massa per Capitulum, tenentur repetere Antiphonas ad *Benedictus* et *Magnificat* et versiculos intelligibili voce, dum pulsatur organum. **1180** *ad* 6.

Mansionarii inservire debent iuxta legem fundationis, ac proinde celebrare Missas conventuales; item frui debent vacatione ad formam testamenti fundatoris respectu assistentiae Chori tantum. **1909** *ad* 1 *et* 2; sed sub nomine Missarum conventualium non veniunt Missae votivae et de Requie. **2081** *ad* 1. **2094**; quare non tenentur Mansionarii Ecclesiae Collegiatae SSm̃i Salvatoris ad praedictas Missas cantandas. **2081** *ad* 2.

Mansionariis incedentibus in Processionibus cum suo Cathedralis Capitulo debetur praecedentia supra Parochos; sed in Choro solitum servari debet. **2445** *ad* 1.

Mansionarii Cathedralis Senogallien. tenentur celebrare seu canere Missam conventualem diebus ferialibus. **2548** *ad* 1; non tenentur praestare ministerium Diaconi et Subdiaconi Canonico ubique celebranti, atque eo minus ei porrigere sacras vestes, dum eas induit in sacrario Canonicorum. *Ibidem ad* 2 *et* 3; et si horum alter fungatur officio Diaconi, in petenda benedictione a Canonico celebrante dicere debet *Benedicite Reverende Pater,* non autem *Reverendissime Pater. Ibidem ad* 4. Mansionarii in Missis et Vesperis thurificandi sunt unico ductu. *Ibidem ad* 5.

A Mansionariis dignioribus in solemni Processione Corporis Christi hastae Baldachini deferendae sunt usque ad ianuam Ecclesiae, ibique laicis tradendae. **2341** *ad* 1.

Mansionarius, qui est etiam Caeremoniarius et Sacrista, uti nequit insignibus Mansionarii, nisi quando ceu Mansionarius incedit; et si Choro intersit, gaudet distributionibus, nisi aliter fuerit in Constitutionibus provisum. **3022** *ad* 1 *et* 2.

Mansionarii seu Participantes Ecclesiae Cathedralis Melphitanae, aucti honorificis Insignibus, non solvuntur ab illis oneribus, ad quae prius tenebantur. **2625.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **229.**

Mansionariis incedentibus sine Capitulo in Processionibus funeralibus non licet deferre pelles super brachio. **2160** *ad* 3.

Mansionarii seu Beneficiati Antiphonas praeintonare debent Canonicis, qui in Matutinis, Laudibus et Vesperis cantandis Antiphonas intonant. **3801** *ad* 2.

Mansionarii seu Praebendarii parati tenentur canere versiculos et *Benedicamus Domino* in Vesperis solemnibus. **1471.**

Mansionariis non debetur praecedentia supra Parochos in processionibus funeralibus, nisi intersint cum Capitulo. **2160** *ad* 1. **2357**; sed iisdem praecedentia debetur supra Viceparochos, nisi hi exerceant ius parochiale. *Ibidem ad* 2.

Mansionarii et Canonici consuetudinem sustinere nequeunt in Missis conventualibus, nedum in pontificalibus, non canendi neque submissa voce recitandi *Kyrie, Gloria, Credo, Sanctus* et *Agnus Dei*, sed haec omnia ab Organista peragere sinendi; stare

Manus.

Manuum debilitas.

Mappae; *vide* Tobalea. Alba.

S. Marcus Evangelista.

Ex S. Marci et Ss. Apost. Philippi et Iacobi Festis translatis, illud S. Marci primum est reponendum. **2171.**

In S. Marci festo ac in Feriis Rogationum, in quibus fit festum duplex vel semiduplex, in locis ubi una tantum Missa cantatur, convenientius est Processionem facere post Nonam et cantare Missam Rogationum. **2319** *Alia Dubia ad* 3; sed ex gratia conceditur, ut Missa Rogationum cantari possit ante Processionem pro populi commoditate. *Ibidem Reliqua Dubia ad* 20.

In S. Marci Evang. Festo Missa de Feria canenda est post Processionem, nisi Processio finem habeat in Ecclesia eidem Sancto dicata. **1890** *ad* 9. **2687** *ad* 2.

In S. Marci Evang. Festo occurrente infra Hebdomadam Paschae servetur peculiaris Rubrica Breviarii. **2934** *ad* 3.

S. Marci Evang. festum, incidens infra Octavam Paschae, in Dioecesi Brugensi ex peculiari concessione, transfertur ad feriam IV post Dominicam in Albis; et si hac feria occurrat festum Ss. Ap. Philippi et Iacobi vel Inventionis S. Crucis, Processio et abstinentia a carnibus protrahitur ad feriam V sequentem. Sin autem hac feria V occurrat festum Patroni praecipui, abstinentia et Processio transferatur ad feriam VI sequentem, festum vero S. Marci in primam diem liberam. **2958.**

In S. Marci festo, quando occurrat Feria II post Pascha, ad Litaniarum processionem in Ecclesiis parochialibus, queis unicus Sacerdos addictus est, Missa celebratur de die cum commemoratione Rogationum sub unica conclusione. **3088.**

S. Marci Octavae Officium ratione Tituli ex Proprio Basilicae S. Marci de Urbe sumi potest ex gratia, dummodo ex eadem Ecclesia sumatur Officium diei festi. **3872** *ad* 6.

In S. Marci festo in Ecclesiis, ubi plures sunt Sacerdotes sed unica tantum Missa Rogationum celebratur, congruentius est, ut haec Missa cantetur, non tamen stricte praecipitur; nisi agatur de Ecclesiis, ubi Missa conventualis quotidie cantanda est. **3069** *ad* 3. **3924** *ad* IX *qu.* 1.

In S. Marci festo, in Ecclesiis, in quibus adest solus Parochus, post Processionem Missa dicenda est de Feria cum secunda Oratione Festi occurrentis aut Dominicae in Albis (si in hac Dominica cadat) ac tertia, quae secundo loco in Missa Rogationum praescribitur. **2915** *ad* 2. **3924** *ad* 9 *qu.* 2. **4006** *ad* 3.

Quoad S. Marci festum eiusque translationem Capuccini servare debent Calendarium et Breviarium Ordinis approbatum. Sin autem Decreta particularia comprehendant ex consuetudine Regulares, ab his serventur; si secus, stetur Rubricis. **3925** *Dub.* VI *qu.* 2.

In S. Marci Festo seu Rogationum diebus, occurrente Patroni praecipui vel Titularis festo, dicatur in Ecclesiis, ubi unus vel duo tantum Sacerdotes celebrant, post Processionem Missa de festo cum Commemoratione Rogationum. **2942** *ad* 1; idem servetur in Ecclesiis, quarum Patronus est S. Marcus. *Ibidem ad* 2; quibus in casibus Commemoratio Rogationum fiat sub unica conclusione cum Oratione festi. *Ibidem ad* 3.

S. Marci Vigilia, si de praecepto sit, et cadat in feria III Paschatis, transferenda est ad diem, quae praecedit festum eiusdem Sancti translatum. **1935.**

S. Marci Basilicae de Urbe Capitulum occasione Processionis Rogationum excipiat Praesulem celebraturum, Missae celebrationi assistat a cornu Epistolae in suis sedibus, et Celebrantem ipsum comitetur ad sacrarium, eumque ad Altare revertentem associet usque ad sacrarii ostium. Cum autem universus Clerus processionaliter discessit, tunc Capitulum ipsum S. Marci perficiat suam Processionem. **2992.**

In S. Marci die, si Processio pro Litaniis maioribus terminatur ad Ecclesiam S. Marco dedicatam, ibidem Missa de S. Marco celebranda est, non de Litaniis. **128.** Vide **1890** *ad* 9. **2687** *ad* 2.

In S. Marco dedicata Ecclesia post finitam Processionem Rogationum, hora Tertia solemniter est cantanda; quo tempore Episcopus recitat Psalmos et accipit paramenta rubra pro Missa pontificali. **3006** *ad* 3.

Vide **Processiones Rogationum. Missa Rogationum.**

B. Maria Virgo.

B. Mariae V. singulae festivitates videantur **sub peculiaribus Titulis** eiusdem B. M. V., v. gr. *Desponsatio, Nativitas, Nomen* etc.

B. Mariae V. festivitates quaedam, utpote de Mercede, Desponsationis etc., celebrari debent sub ritu duplici minori, si in Decreto concessionis non exprimitur qualitas ritus duplicis maioris. **1719** *ad* 3. **1721** *ad* 2.

B. M. V. festa Patrocinii etc., quae in Dominicis decernuntur celebranda, si quando impediuntur aliquo festo altioris ritus vel primario vel octava, eo anno omittenda sunt; vel recurrendum pro assignatione alterius Dominicae ad S. R. C. **1721** *ad* 2.

B. Mariae V. in Patronam principalem

electionem S. R. C. approbavit et confirmavit, sed simul adiecit clausulam delendi titulum *della Montagna delle Grazie;* praedictaeque B. M. V. sic in Patronam principalem electae Festivitati praerogativas omnes Sanctorum Protectorum principalium Festis competentes attribuit ac concessit. **2480.**

B. Mariae V. Titulo gaudentes Ecclesiae sine denominatione alicuius Mysterii, de quo speciale festum celebretur, habent pro Titulari festum Assumptionis eiusdem B. M. V. **2529** *ad* 1 *et* 2.

In B. Mariae Officio in Sabbato apud Benedictinos facienda est Commemoratio S. Benedicti, non autem S. Scholasticae. **2319** *Reliq. Dub. ad* 21.

S. Mariae in Cosmedin Basilicae de Urbe Archipresbytero competit ius dandi possessionem novis Canonicis et Beneficiatis, quando in Litteris executorialibus nominatur dignior ex Canonicis. **2936.**

S. Maria Magdalena; vide **S. M. Magdalena.**

S. Mariae Maioris Basilica de Urbe.

S. Mariae Maioris Basilicae Beneficiati et Clerici parati vel non parati assistentes vel incedentes cum Episcopo aut Canonico celebrante, in transitu ante Altare, et quoties Episcopus capitis inclinatione salutat crucem, genuflectere tenentur. **1741. 1754. 1812.** (Haec Decreta sunt exceptiones a regula communi, et afficiunt tantum Beneficiatos et Clericos Basilicarum Lateranensis et S. Mariae Maioris).

S. Mariae Maioris Basilicae Poenitentiarii, ubi incedere et stare debeant pro aperitione Portae Sanctae, declaratur. **2043. 2044.**

S. Mariae Maioris Basilicae Capitulum occasione Processionis Rogationum Missae celebrationi non assistat in Basilica S. Marci; sed Missa pontificali finita, se associet Processioni. **2992.**

S. Mariae Maioris Basilicae Ministri, qui a dicta Basilica seu Capitulo transmittuntur ad defunctum cum stola recipiendum et deducendum, praeferri et praecedere debent proprio Parocho defuncti. **445.**

S. Mariae trans Tiberim Basilica de Urbe.

Pro S. Mariae trans Tiberim Basilica consuetudines peculiares ibi exsistentes approbantur. **3491.**

S. Mariae trans Tiberim et S. Laurentii in Damaso Urbis Capitulis cum Capitulo S. Petri in Vaticano praescribitur, quid servandum quoad salutationes exhibendas ingressu Processionis ad Basilicam S. Petri. **209.**

In S. Mariae trans Tiberim Basilica spectat locus optionis ad Canonicatum Presbyteralem vacantem privative ad Canonicum Curatum. **2655** *ad* 1; et in futuris vacationibus est locus ascensui eiusdem Canonici Curati. *Ibidem ad* 2. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **291.**

Pro S. Mariae trans Tiberim Basilica Decretum super Caeremoniis et Ritibus non introducendis absque consensu et approbatione Capituli nullum declaratur ex defectu iurisdictionis. **18.**

Ss. Martyres.

Ss. Martyrum omnium Commemoratio die 26 Decembris facienda illa est, quae olim praescripta fuit pro Statu Romano, occasione reductionis festorum. **2591** *ad* 11, et ubi haec Commemoratio fuit concessa, in Missa facienda est sub distincta conclusione. **2914** *ad* 1; et non immediate post Orationem festi, sed suo loco. **3157** *ad* 12. Haec Commemoratio respicit etiam Regulares in territorio Reipublicae Gallicanae, quamvis utantur Calendario Urbis. *Ibidem.*

Ss. Martyrum Missa, cuius Introitus est *Gaudeamus omnes* etc., quando festum transferatur ad tempus Paschale, retinet eumdem Introitum, si etiam habeat proprium Evangelium et Epistolam; secus, si nihil aliud proprii habeat. **2340** *ad* 1; si huiusmodi Missa habeat Evangelium proprium, retinendum est etiam tempore Paschali. *Ibidem ad* 2.

Ss. Martyrum Turritanorum baptizatorum Officia abroganda sunt. **2487** *ad* 1; conceditur semel in anno recitandum in eorumdem honorem Officium de Communi plurimorum Martyrum die ab Ordinario designanda. *Ibidem ad* 2.

Si S. Martyris alicuius festum, habens Missam de Communi tempore Paschali, transferri contingat extra tempus Paschale, Officium et Missa sumantur de Communi Martyrum extra tempus Paschale, retentis Lectionibus et Oratione, et si quid aliud habetur in Proprio. **2839** *quaest.* 5; sed hoc casu pro Missae determinatione regula sumatur ex Evangelio vel Oratione, si sint de Communi, quae indicant utrum sumpta sint ex primo an secundo loco. *Ibidem ad* 6.

De Ss. Martyribus baptizatis Officium ratione Reliquiarum dici nequit. **1670.**; item si non constet de identitate Corporis sive Reliquiae insignis alicuius Sancti in Martyrologio descripti. **1815** *ad* 3.

Ss. Martyres ex arenariis extracti, quorum ignorantur nomina et dies, nequeunt gaudere Officio et Missa. **2180** *ad* 2.

Vide **Martyrologium.**

Martyrii signum censeri debent phialae vitreae aut figulinae sanguine tinctae, quae ad Loculos sepultorum in sacris Coemeteriis vel intus vel extra ipsos reperiuntur. **3120.**

Martyrologium.

Martyrologium legendum est statim post ℣. *Benedicamus Domino,* ad Primam, quin Missa intromittatur. **19** *ad* 4.

In Martyrologio non debent annuntiari Festa, nisi illorum Sanctorum, qui in ipsis descripti reperiuntur. **1322** *ad* 16.

In Martyrologio apponendi sunt tantummodo Sancti canonizati, non autem Beati. **1651.** *Decretum generale.*

Martyrologium, quod cantari debet in Vigilia Nativitatis, transferri nequit ad ipsum diem Nativitatis mutato colore, sub praetextu maioris solemnitatis. **2176;** quo ritu erit canendum in eadem Vigilia, declaratur. **2684** *ad* 21.

In Martyrologio si reperiantur plures Ss. Martyres eiusdem nominis et diversis diebus, Officium et Missa de aliquo celebrari nequeunt, cuius nomen et dies ignorantur. **1815** *ad* 3. **2180** *ad* 2.

In Martyrologio Festa, quae perpetuo a die obitus ad aliam diem fixam translata sunt, annuntiari debent iisdem diebus et verbis in eodem descriptis. Quod si eorum transferantur Officia, pridie quam celebrentur, debet nunciari Festum illius Sancti, de quo sequenti die agetur solemnis memoria. **2319.** *Alia Dub. ad* 11.

In Martyrologio praenuntianda sunt Festa perpetuo in aliam diem translata ipso die, quo notantur et quo celebrantur. **2365** *ad* 4.

Martyrologium in Vigilia Nativitatis D. N. I. C. Sacerdos Regularis cantaturus, Stola et Pluviali indutus, per se ipsum debet imponere incensum in thuribulo; neque ei licet accedere ad Superiorem gestantem habitum quotidianum, eique naviculam administrare pro impositione thuris, flexisque genibus ab eo petere benedictionem. **2514** *ad* 1.

Pro Martyrologio canendo in Vigilia Nativitatis Domini Pluviale debet esse coloris violacei. **2573.**

In Martyrologii lectione annuntianda sunt Officia votiva et translata. **2735** *ad* 4 *et* 5.

Martyrologium legendum est, uti iacet; pridie autem annuntiatur Festum a die obitus ad aliam diem fixe translatum his verbis: *Festum sancti N. etc. de quo agitur. etc.* **2872** *Dub.* V *qu.* 1.

Martyrologii Rubrica quoad festa anno bissextili post 25 Februarii celebranda servanda est. **3457** *ad* 1.

In Martyrologio Sancti non descripti Officium et Missam ratione Reliquiae insignis Officium habere nequeunt, vel si non constet de identitate Reliquiae eiusdem Sancti. **1234** *ad* 1. **1722.** Vide *Decret. gener.* **1853;** si Reliquia insignis sit de Sancto in Martyrologio notato, non licet diem Dominicam pro eiusdem festo statuere, sed alia seligenda est dies vel obitus vel martyrii. **1234** *ad* 1.

In Martyrologio Romano Sanctorum descriptorum Festa, quae immemorabili consuetudine celebrantur, observari possunt; de non descriptis celebrari nequeunt. **2390** *ad* 1.

Nec in Martyrologio nec in Supplemento Dioecesis contentum Festum Episcopus designare potest pro Titulari alicuius novae Ecclesiae. **3876** *Dub.* V.

Maternitas B. M. V.

In Maternitatis B. M. V. Officio Capitulum ad Tertiam sumendum est proprium ex Vesperis, non ex Communi festorum B. M. V. **3060** *ad* 1.

Maternitatis B. M. V. Festum, Dominicae II Octobris assignatum, quando in aliqua Ecclesia Festo maioris ritus perpetuo impediatur, assignari non debet alia die fixa, sed perpetuo omittendum est; nisi supplicetur pro translatione. **2745** *ad* 9.

Maternitatis B. M. V., si accidentaliter impediatur, absque privilegio transferri nequit, sed eo anno omittendum est. **3607** *ad* 5. **3637** *ad* 4.

S. Mathiae Ap. festum in anno bissextili transfertur ad sequentem diem; quod fiet etiam quoad alia festa assignata diebus 24, 25, 26, 27 et 28 Februarii. **1663** *ad* 3. **3604** *ad* 3. **3611** *Dub.* V.

Matrimonium.

Matrimoniorum publicatio fieri debet a proprio Parocho, non autem a Vicario foraneo. **780.**

Matrimoniorum publicatio facienda est tam in propria Ecclesia parochiali, quam in Cathedrali. **2469** *ad* 4.

In Matrimonio celebrando, si immediate sequitur Missa, Sacerdos praeter Albam et Stolam induere debet etiam Planetam. **3158** *ad* 3.

Matrimonium in facie Ecclesiae seu in Ecclesia maxime celebrari decet. Haud tamen vetitum est locorum Ordinariis, ut si nullum immineat periculum ac laudabiles concurrant causae, illud celebrari quandoque pro sua prudentia permittant in Oratoriis privatis, in quibus Sacrum fieri valeat. **3265** *ad* 1 *et* 2; et in his Oratoriis tunc celebrari potest Missa nuptialis. *Ibidem ad* 3.

Matrimonio privatim assistere nequeunt Parochi et Sacerdotes tempore clauso sine Episcopi venia. **3380** *ad* 2.

In Matrimonii sacramenti ritu usus vetustissimus veli in Ecclesiis Mexicanae regionis et Galliarum Dioecesibus vigens servari permittitur. **3656.**

Vide **Benedictio Nuptialis. Missa pro Sponso et Sponsa.**

Matrix Ecclesia.

Matrici Ecclesiae simplici Parochiali S. R. C. attribuit in aliquo casu particulari has praerogativas super Collegiatam noviter erectam sine cura animarum: 1. processio Corporis Christi deducenda est ab Ecclesia parochiali matrice; 2. delatio SS. Sacramenti in dicta die spectat ad Parochum matricis; 3. in festo S. Marci et triduo Rogationum Capitulum convenire debet ad Ecclesiam parochialem matricem; 4. ad Parochum matricis spectat sacramenta administrare Canonicis Collegiatae, illorum funus ducere et Officium facere circa illorum cadaver, dum defertur ad sepeliendum; nisi secus provisum sit a S. Sede in erectione Collegiatae, et nisi Collegiata gaudeat aliquo privilegio Apostolico. **1255.**

Matricitatem adiudicat S. R. C. Ecclesiae Parochiali regulari Portus Salvi Civitatis Vallettae Melitae adversus Parochialem saecularem Naufragii S. Pauli. **2275** *ad* 1, ac propterea etiam praecedentiam super Parocho saeculari. *Ibidem ad* 2; quoad praecedentiam autem Parochorum occasione associationis cadaverum servanda est concordia. *Ibidem ad* 3 *et* 4; in dicta associatione omnes incedere debent sub una Cruce et quidem Ecclesiae tumulantis. *Ibidem ad* 5; in visitatione vero Episcopi, sub Cruce Ecclesiae visitandae. *Ibidem ad* 6; ad Parochum Portus Salvi competit Processio in die Festo Corporis Christi post Vesperas. *Ibidem ad* 8; haec nequit circumduci intra limites alterius Parochiae, irrequisito Parocho. *Ibidem ad* 9; nequeunt cogi Patres Dominicani ad interessendum dictae processioni. *Ibidem ad* 10.

Matrice Ecclesia diruta et solo aequata, Clerus non tenetur ad Dedicationem eiusdem cum Octava. **2567** *ad* 1.

Matrici Ecclesiae ius competit pulsandi primum campanas in Sabbato Sancto. **36. 405. 673. 1079. 1138. 1440.** *ad* 6. **1842. 2799** *ad* 3.

Matrix Ecclesia Collegiata plures habet praeeminentias et praerogativas supra alias Collegiatas loci. **634.**

Supra Matricem competunt omnes praeeminentiae et praerogativae Collegiatae noviter erectae; illi tamen ius competit ante omnes alias Ecclesias pulsandi campanas in Sabbato Sancto. **370.**

Ad Matricem Ecclesiam ut processionaliter accedant in solemnitate Corporis Christi, Communitatum homines compelli possunt. **1996** *ad* 4.

Matrici Ecclesiae debent praestare cereum Ecclesiae Communitatum. **1996** *ad* 8.

S. Matthaeus Ap. et Evang.

S. Matthaei Ap. et Evang. Vigilia anticipari conceditur ex gratia quoad Commemorationem in Officio et ieiunium, ob occurrens festum principalis Patroni. **1706.**

In S. Matthaei Ap. et Evang. Vigilia infra Octavam VII Dolorum B. M. V. incidente, ubi haec est privilegiata uti Octava Corporis Christi, Missa celebranda est de Octava cum Commemoratione Vigiliae. **3169.**

Matutinum.

Matutinum recitandi tempus ab Ecclesia praescriptum non est alterandum a Monachis S. Victoriani. **34.**

Matutinum in nocte Nativitatis Domini post pulsatam primam horam inchoare ad populi commoditatem, Fratribus Ordinis Minorum Conventualium conceditur, et statim Missam celebrare, etiamsi debitam horam praeveniant. **44.**

Matutinum in Choro recitare non licet pro die sequenti post Completorium. **64. 67. 71;** neque post idem Completorium in Quadragesima. **2331** *ad* 10; neque occasione Processionum et Festivitatum, absque licentia Episcopi. **2432** *ad* 2.

Matutinum in Ecclesia Segobien. recitare die praecedenti tolerari potest dumtaxat per Octavam Corporis Christi. **69.**

In Matutinis solemnioribus tantum admittitur usus Pluvialium. **1572** *ad* 1.

Matutinum pro Commemoratione omnium Fidelium Defunctorum cantari potest in Choro pridie post Vesperas. **2002** *ad* 15. **2067** *ad* 3. Vide **3864** *ad* 1 *et* 2. *Decret. gener.*

Matutino pontificaliter assistens Abbas in diebus ei permissis, ad benedictionem Lectionum, sedere potest. **2157.**

In Matutinis solemnibus celebrandis Re-

gulares nequeunt uti Pluvialibus a principio Officii. **2515** *ad* 2.

In Matutinis tenebrarum numerus Cereorum debet esse conformis Caeremoniali. **2684** *Dub.* 6.

In Matutino Noctis Nativitatis Domini duo Sacerdotes parati, cantaturi primas Homilias, nequeunt deferre sub pluviali stolam; ex quibus si unus sit Subdiaconus, abstineat a cantando Evangelio cum Lectione. **2689** *ad* 1.

In Matutino Noctis Nativitatis Domini Antiphonae praeintonari debent. **3108** *ad* 7; Lectio septima et octava III Nocturni huius Matutini cantari debent a duobus assistentibus Episcopo. *Ibidem ad* 8.

Matutinum in Choro a Laudibus seiungi nequit, ita ut Matutinum anticipetur pridie primis vespertinis horis, et Laudes recitentur summo mane. **3241** *ad postulat.*

Matutini cum Laudibus privata recitatio diei subsequentis incipi potest, quando sol medium cursum tenet inter meridiem et occasum. **3391.**

Matutini Lectiones cantaturos designandi, non a primo Caeremoniarum Magistro, sed ab alio deputato Chori Magistro, consuetudo servari potest. **3445.**

Matutinum in recitatione privata, quando separatur a Laudibus, concludendum est Oratione de Officio diei; Laudes autem inchoandae sunt ut in Psalterio. **3574** *Dub.* II.

Matutini Lectio nona diebus solemnioribus ab Hebdomadario legenda est, non vero a Capituli praeside; et consuetudo contraria est abusus eliminandus. **3601.**

Matutinum, quoties in recitatione privata a Laudibus separatur, concludendum est post respectivam Orationem per ℣. *Dñus vobiscum.* ℣. *Benedicamus Dño* et ℣. *Fidelium animae* etc. **3653.**

Matutinum cum Laudibus cantare pro Vigiliis celebrandis ante Reliquias in consecratione Ecclesiae vel Altaris recondendas sufficit. **3686** *ad* 3.

In Matutini Officio solemni non licet Celebranti induere Pluviale ad Altaris incensationem tantum, et non ad legendam Lectionem IX, **3722** *ad* 7.

A Matutini principio pluviale sumi nequit ab Hebdomadario et Assistentibus, nisi adsit legitima consuetudo. **3975** *Dub.* VI *quaest.* 1.

Matutinum cum Laudibus insequentis diei anticipari post Vesperas et Completorium ex gratia conceditur Capitulo Cathedralis Dertonensis ob gravia adiuncta ibi exsistentia; sed tantum a festo omnium Sanctorum usque ad Pascha Resurrectionis exclusive. **2834** *ad* 1.

In Matutini fine, quando separatur a Laudibus in feriis, preces feriales non addendae sunt. **4011** *ad* 1.

Ad Matutinum Antiphonae in Officio parvo B. M. V. duplicantur in Choro diebus, quibus celebrantur festa duplicia, si Officium recitetur integrum, i. e. cum tribus Nocturnis, non vero si unum Nocturnum tantum dicatur. **3572** *ad* 2.

Vide **Lectiones. Nocturnum. Laudes.**

S. Mauri Abbatis festum ritus simplicis transferri nequit, quando occurrat cum festo duplicis I classis. **3438** *ad* 1.

Memoriale Rituum.

Memoriale Rituum s. m. Benedicti XIII adhibendum est in functionibus solemnioribus per annum a Parochis in Paroeciis minoribus, in quibus non adest Clerus. **2915** *ad* 1. **2970** *ad* 5. **4049** *ad* 1.

Iuxta Memoriale Rituum Benedicti XIII functiones Hebdomadae sanctae aliaeque similes persolvi nequeunt in minoribus Ecclesiis non parochialibus et Oratoriis Regularium ac Monialium sine facultate S. Sedis peculiari. **3390.**

Iuxta Memoriale Rituum Benedicti XIII functiones nequeunt persolvi cum cantu. **3505** *ad* 6.

Memoriali Rituum Benedicti XIII uti possunt Capuccini in Hebdomada sancta, si tres aut quatuor Clericos tantum habeant. **3697** *ad* 17.

Memoriale Rituum Benedicti XIII evulgari potest in altera editione lingua hispanica insertum inter textum Missalis et Breviarii Hebdomadae sanctae. **3950** *ad* 2.

Mendicantes.

Mendicantibus Fratribus non suffragatur, quod in praestando consensu ius praecedendi Monachis Coelestinis sibi reservaverint; sed attendendum est ius commune, quod Monachis semper et ubique supra Mendicantes tribuit praecedentiam. **374.**

Vide **Praecedentia. Regulares. Monachi.**

Mensa Altaris; vide **Altare fixum.**

Mercede (de) B. M. V.; vide **Apparitiones.**

Meruit supremos; vide **Hymnus.**

Metropolitana Ecclesia; vide **Cathedralis Ecclesia. Ecclesia.**

Metropolitanus.

Metropolitanus accedens ad Ecclesias sibi Suffraganeas potest elevare crucem et mozzettam deferre, et prohibere eiusdem usum Suffraganeis, ipso praesente. Potest etiam in propria domo erigere altare ad tempus. **1256**; sed novissime omnes Episcopi sive Dioecesani sive Titulares condecorati sunt privilegio in proprio habitationis Oratorio aut super Ara portatili, ubicumque degunt, Missam faciendi, aliamque in sui commodum permittendi. **3906** *Decret. gener.*

Metropolitanus, sive Cardinalis sive non, potest assistere cum mitra et pluviali Missae solemni in Ecclesia alicuius Suffraganei sive ab Ordinario sive ab alio, ipso praesente, celebrandae. **4001** *ad* 1. Quoad usum baculi pastoralis observandum est Caeremoniale Episcoporum, praesertim lib. I cap. 17 § 5; et quoad Presbyterum assistentem detur Decretum S. C. Caeremonialis 16. Dec. 1837. *Ibidem ad* 1 *et* 2. In dictis circumstantiis Metropolitanus habere potest usum libri et scotulae ad legendum Introitum etc. *Ibidem ad* 3. Metropolitano praesente, sive Cardinali sive non, cappa induto, simul cum Ordinario loci Missae solemni a Canonico vel Sacerdote simplici celebratae, ad Metropolitanum spectant benedictiones thuris, ministrorum etc. *Ibidem ad* 4.

Metropolitano praesente, Episcopo Suffraganeo non licet deferre Mozzettam. **392.** **1256** *ad* 2. **2706** *ad* 1 *et* 2. **2976** *ad* 2. **4001** *ad* 5.

Metropolitano solum excepto, Episcopus in sua Dioecesi praeferendus est aliis Episcopis antiquioribus: debet tamen advenas et peregrinos Episcopos in sua Dioecesi honorare, et ex urbanitate dexteram et locum digniorem eis cedere. **268.**

Vide **Archiepiscopus.**

S. Michael Archangelus.

In S. Michaelis Archangeli festo Benedictio VIII dicenda est: *Quorum festum colimus.* **1885** *ad* 2.

S. Michaelis Archangeli Octavae commemoratio facienda est, ubi celebratur sub ritu duplici I classis cum Octava, in festo Ss. Angelorum Custodum. **3406.**

S. Michaelis Archangeli Commemoratio in Suffragiis in iis locis, ubi est Titulus Ecclesiae, non est facienda in Officio votivo Ss. Angelorum. **4006** *ad* 7.

Militiae armatae Officiales Processioni interessentes incedere nequeunt inter Clerum et capsam Reliquiarum, sed hinc inde a lateribus capsae. **1633.**

Minister.

Ministro vel Principe Reipublicae praesente, non debet Celebrans ad eum se convertere, dum dicit: *Tibi Pater* et *Te Pater,* nec ante benedictionem in fine Missae ei caput inclinare; nec convenit ei textum Evangelii, vel eius loco manipulum ad osculandum tradi. **1114** *ad* 1-3.

Minister laicus vulgo *Portigherius,* cui incumbit onus dirigendi Processiones, locum proprium non occupat; hinc potest discurrere ante, post vel inter Clericos, prout necessitas aut opportunitas id exigit. **265.**

Ministri Patriarchalium, associantes cum stola funus ad alteram ex Patriarchalibus, praecedentiam habere debent super Parochum Defuncti. **445.** **1338.**

Vide **Laici.**

Minister in Missa privata.

Ministros pueros in Missis privatis sacristae et Choro inservientes saltem primam tonsuram habere convenit; dummodo per aetatem eiusdem tonsurae sint capaces. **113** *ad* 6.

Ministerio mulieris tantum pro responsis Celebrans uti potest, urgente necessitate: omnibus sibi prius commode dispositis, quae ad Sacrificium occurrere possunt, ne mulieres inserviant Altari. **2745** *ad* 8. **4015** *ad* 6.

Ministro in Missa privata non licet Missale aperire ad designandam Missam. **2572** *ad* 5; nec quaerere varias partes Missae et Communionem in Missali pro commoditate Sacerdotis. **3448** *ad* 14; nec potest praeparare Calicem, aquam infundere etc., etiam si sit Sacerdos vel in Sacris constitutus. **2572** *ad* 6.

Minister unicus in Missa stricte privata inservire debet iuxta Decreta; sed quoad Missas Parochiales vel similes diebus solemnioribus, et quoad Missas quae celebrantur loco solemnis atque cantatae, occasione realis atque usitatae celebritatis et solemnitatis duo Ministri inservire possunt. **3059** *ad* 7; et in his Missis duo Clerici a principio Canonis usque ad Communionem intorticia sustinere possunt. *Ibidem ad* 8.

Minister seu inserviens Missae conventuali debet esse Clericus cum cotta. **3108** *ad* 3, **3647** *ad* 6; sed ex necessitate tolerari potest laicus, dummodo veste talari et superpelliceo sit indutus. **3647** *ad* 7.

Minister adhiberi potest in Missa cantata sine Ministris sacris, qui folia vertit et calicem discooperit, ipsumque mundat, vinum et aquam infundit, eumdemque calicem infra actionem palla cooperit et discooperit,

necnon ipsum tergit post Communionem suisque ornamentis instruit. **3377** *ad* 1.

Minister in Missa privata coram SS. Sacramento exposito debet genuflectere in accessu et recessu utroque genu, intra Missam unico genu. **3426** *ad* 6.

Minister in Missa privata coram SSm̃o Sacramento exposito unicam genuflexionem facere debet, quando transfert Missale a cornu Epistolae ad cornu Evangelii. **3975** *Dub.* I. *qu.* 1; si vero ad Offertorium et Purificationem ascendit ad Altare et descendit, tam ante ascensionem ad Altare, quam post descensionem de eodem, in plano genuflexionem facere debet. *Ibidem qu.* 2.

Ministro sacrificii Communio prius administranda est quam aliis, quamvis dignioribus, non ratione praeeminentiae sed ministerii. **1074.**

Ministri sacri.

Ministri sacri scil. Diaconus et Subdiaconus Dalmaticis induti in Processionibus incedere nequeunt unus post alium ante Celebrantem, ut duo Canonici seu Parochi superpelliceis induti assistant Celebranti pluviali induto; sed ipsi Ministri sacri incedere debent hinc inde ad eiusdem latus. **2482** *ad* 3.

Ministri sacri non tenentur genuflectere, quando Celebrans facit reverentiam Cruci in Sacristia. **2515** *ad* 7.

Ministri sacri Dalmaticis uti nequeunt in Dominicis Adventus et Quadragesimae ratione Expositionis SS. Sacramenti. **3161** *ad* 2.

Ministri sacri parati inter Missam solemnem privatim recitare nequeunt Horas Canonicas. **3201** *ad* 9.

Ministri sacri et assistentes, quoad sessionis ordinem, quando Episcopus sermonem habet ad populum, servare debent dispositionem Caeremonialis Episcoporum lib. II cap. 8 § 48 et 49, post Evangelium Missae solemnis positam. **3202** *ad* 4.

Ministri sacri nequeunt concomitari in paramentis sacris primam Dignitatem, in habitu canonicali incedentem post Missam cantatam processionaliter per Ecclesiam ad aulam Capitularem. **3248** *ad* 2.

Pro Ministris sacris, ubi desunt Diaconus et Subdiaconus, pro caeremoniis Missarum solemnium, inservire nequeunt duo laici, sive iuvenes sive uxorati, induti vestibus sacris, quin tamen aliquam functionem ad sacros ordines pertinentem obeant; haec vero consuetudo tamquam abusus omnino est eliminanda. **2952.**

Cum Ministris sacris Missa lecta loco Missae solemnis celebrari nequit. **3031** *ad* 1.

Absque Ministris sacris Episcopus nequit cantare Missam in Dominicis Festisque in sua Cathedrali solus. **3223** *ad* 2; nec Missam cantatam habere solus pro Defunctis. *Ibidem ad* 3.

Ministri sacri Celebrantem adiuvare debent, dum sacras vestes pro Missa solemni induit; nisi consuetudo contraria vigeat. **3866** *ad* 1.

Ministri sacri in solemni benedictione cum SSm̃o Sacramento impertienda post Completorium induantur. Dalmatica et Tunicella super Albam; et Sacerdos celebrans Albam deferat sub Pluviali. **3799** *ad* 1; color vero dictorum paramentorum debet esse dumtaxat albus. *Ibidem ad* 2.

Vide **Dalmatica.**

Cum Ministris sacris solis, quum praesto non sit aliquis Ministrorum, Missam solemnem celebrandi usus ferri nequit. **3104** *ad* 2.

Ministri sacri non debent se conformare Celebranti, quotiescumque hic caput inclinat vel seipsum signat; nec tenentur pectus sibi percutere nisi ad *Agnus Dei*. **3535** *ad* 3.

Vide **Diaconus. Missa solemnis. Subdiaconus.**

Super Miraculorum verificatione et approbatione formatio Processus et examinatio Testium pertinet ad Episcopum, in cuius Dioecesi Imago gloriosae V. Mariae inventa fuit. **343.**

Miserere.

Miserere Psalmum et in fine *Requiem aeternam* recitare, dum pro Defunctis SSm̃um Sacramentum publice expositum est, tolerari potest, ubi viget consuetudo. **2856;** sed ubi eadem non adest, introduci nequit. **3616.**

Miserere Psalmum recitando, Viaticum, praesertim in Xenodochiis, tempore Missae administrari non licet a Celebrante, qui ab Altari ad aegrotorum lectum recedat. **2672** *ad* 1. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **313.**

Miserere Psalmus per viam, et ℣. *Pax huic domui* et Antiphona *Asperges etc.* cum ℣℣. et Oratione *Exaudi* in cubiculo infirmi recitari debent in Communione infirmis deferenda, etiamsi eadem fiat non per modum Viatici; et data Communione, alia Oratio *Domine sancte etc.* recitanda est. **3769** *ad* 2.

Missa (in genere).

Missam celebrare licet cuilibet Sacerdoti orta iam die. **62.**

Missae, non adprobatae pro vivis et defunctis quae circumferuntur sub nomine S. Gregorii, vel de quindecim Auxiliatoribus, vel de Patre aeterno, sunt prohibitae. **460** *ad* 4. **555** § *Missas.* Haec tamen prohibitio non intelligitur de Missis numero 30 pro Defunctis, quarum meminit S. Doctor in cap. 55 Dialogorum. **477** *in fine.*

Missa in honorem divini Sacerdotii D. N. I. C., omnium Summorum Pontificum et Sacerdotum non conceditur. **1183.**

Missae celebrationem in Oratoriis Confraternitatum separatis ab Ecclesiis parochialibus ante Missam parochialem diebus festivis prohibere non potest Plebanus **484. 716. 778. 1309,** nec Episcopus aut Synodus nisi tantum in Ecclesiis Parochialibus, (scilicet in Oratoriis exsistentibus in Ecclesiis parochialibus). **619. 881**; nec Parocho licet id Regularibus interdicere **620. 745,** nisi eadem Ecclesia aliquo speciali iure subiectionis ipsi parochiali sit obnoxia. **842.**

Missae de Sanctis in Calendario non notatis possunt celebrari in diebus, in quibus notantur eorum natalitia in Martyrologio, servata tamen forma Rubricarum. **843** *ad* 2.

Ad Missas celebrandas in Altaribus vel Cappellis iuxta erectionem praescriptis Sacerdotes inobservantes cogendi sunt. **924** *ad* 1.

In Missarum celebratione tam privatarum quam solemnium, quoad ritus in Missali praescriptos, Regulares nihil addere, minuere vel immutare possunt; sed omnia in eodem Missali et Caeremoniali praescripta ad unguem servare tenentur. **937** *ad* 2.

Missa celebrari potest in Cappella Palatii Episcopalis, absente Episcopo vel Sede vacante; et illam audientes satisfaciunt praecepto. **1196. 3021.** Vide **3906** *Decret. gener.*

Missae celebratio ante diurnam lucem vel post meridiem est prohibita; permittenda tamen arbitrio Episcopi. **1361** *ad* 2.

Missa in festo Ss. Innocentium non est celebranda in colore rubro et cum *Gloria.* **1253.**

In Missae fine fit reverentia Cruci infra gradus, capite discooperto. **1333** *ad* 7.

Missa de festo currenti, non de Sancto Patrono celebranda est die, qua aliqui Parochi simul convenientes collationes faciunt. **1575.**

Missae sacrificium intermitti nequit, ut interim dicantur preces tempore publicae necessitatis. **1588** *ad* 9.

Missarum tabellam facere et assignare Presbyteros per turnum pertinet ad Digniorem Capituli. **1619** *ad* 3.

Missa prima in nocte Nativitatis Domini celebrari nequit circa tres horas noctis post Matutinum. **1645.**

Missa absque usu bursae corporalis celebrari nequit. **1866** *ad* 2.

In Missae Collecta Celebrans recitans nomen Episcopi praesentis non debet se inclinare ad eum, sed tantum versus librum. **2049** *ad* 3.

Missa Ss. Martyrum, cuius Introitus est *Gaudeamus omnes in Domino,* quando festum transfertur ad tempus Paschale, retinet eumdem Introitum, si etiam habeat proprium vel Evangelium vel Epistolam; secus si nihil aliud proprii habeat. **2340** *ad* 1; item si huiusmodi Missa habeat Evangelium proprium, hoc retinendum est etiam tempore Paschali. *Ibidem ad* 2.

Missae in Sabbato Sancto celebrandae benedictio Ignis et Cerei praecedat; et ante Missam Prophetiae omitti non debent. **2436** *ad* 4.

In Missa Vigiliae Nativitatis Domini omitti debent Orationes a Superiore praescriptae, pro pace, serenitate etc. **2461** *ad* 2. **2618** *ad* 2. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **220.**

Missae sunt celebrandae ad formam cuiusdam testamenti omnibus diebus, in quibus fit Officium B. M. V. sub ritu duplici maiori vel altioris ritus tam in Ecclesia universali quam in Calendario Dioecesano. **2460.**

Missam celebrandi usus partim solemnem cum Ministris sacris et cantu, partim privatam et lectam sine Ministris, qui invaluit in Ecclesia Aretina occasione publicarum Processionum, reprobatur; et Episcopo praecipitur, ut huiusmodi abusum abscindat. **2521.**

Missae duae diversae celebrari possunt eadem die in eadem Ecclesia, ut satisfiat Monialibus diversi Instituti, quae in eodem Monasterio degunt, separatae quidem in omnibus, at Ecclesiam communem habentes, exceptis diebus Dedicationis et Titularis eiusdem Ecclesiae. **2565.**

Missae quae praescribuntur ab Ordinario Feria V in Coena Domini, ut populus commodius satisfacere possit praecepto, occurrente festo S. Ioseph vel Annuntiationis, dici debent cum *Gloria* et *Credo* **2572** *ad* 8; in hoc vero casu Missae dicendae sunt de praedicta Feria, non autem de Festo, etiam ubi est Titulare. *Ibidem ad* 9.

In Missa Celebrans debet ponere manum sinistram super Missale ad Evangelium, dum dextera facit signum Crucis super ipsum. **2572** *ad* 11.

In Missae Canone Sacerdos inclinationem capitis facere debet pronuncians nomen ali-

cuius Sancti, de quo factum est Officium vel saltem Commemoratio. **2572** *ad* 20.

In Missa servandae sunt Rubricae quoad capitis inclinationem. **2682** *ad* 27; ex quibus etiam apparet, quomodo faciendae sint. *Ibidem ad* 28; servandae illae sunt pariter, quando Crucis signum faciendum est in fine *Gloria, Credo* et *Sanctus. Ibidem ad* 29.

In Missae sacrificio tolerari potest consuetudo ampullis aureis vel argenteis utendi. **3149.**

In Missa S. Vincentii Mart. pro regno Hispaniarum addendum est Symbolum ex privilegio. **2748** *ad* 1.

Missa quaenam legenda sit, quando Officia Ss. Vincentii et Anastasii ob elevationem festi dividuntur, statuitur. **2748** *ad* 3 *et* 4.

In Missae Canone Sacerdos se inclinare debet ad nomen Papae. **2915** *ad* 5.

Pro Missae celebratione Indulta specialia Sacerdotibus infirmis etc. data afferuntur sub num. **2920. 2921. 2924. 2926. 2947. 2948. 2977**; item celebrandi Missam in mari. **2945.**

Missa Dedicationis et Titularium Ecclesiae cum Octava conceditur Vicario, qui continuo residet in Ecclesia subsidiaria, ibique Sacramenta administrat; exclusa tamen Octava pro festis in Quadragesima occurrentibus. **3404.**

Missa celebrari nequit a Sacerdote, qui complevit sacrificium ab altero subita morte extincto interruptum, etiamsi a purificatione abstinuerit. **2630.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **234.**

Missa Feria VI in Parasceve absolvi potest a Diacono, si sit Sacerdos et ieiunus, quando scil. Sacerdos, qui sacrificium inchoavit, subita morte interemptus est; quando vero Diaconus est dumtaxat in Ordine Diaconatus, et alius Sacerdos ieiunus non adest, cesset Officium et sacra Hostia reponatur in tabernaculum, et sumatur die sequenti a Celebrante post sumptionem Sanguinis. **2636.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **257.**

Missam bis in die festo celebrari, Episcopus concedere nequit Sacerdotibus sine facultate Apostolica. **3484** *ad* 4.

Missa Solemnitatum translatarum (v. gr. Epiphaniae), quae celebrantur in Gallia Dominica immediate sequenti, non potest esse tantum lecta, sed necessario cantari debet. **3735** *ad* 1. **2914** *ad* 2.

In Missa, in qua vota solemnia emittuntur in die professionis apud Benedictinos, addi non expedit Orationes ex authenticis Romani Ritus fontibus desumptae. **3736.**

Missae in festis S. Antonini, Ss. Gabini et Soc., Ss. Germani et Servandi, S. Raphaelis Archangeli, Ss. Innumerabilium Martyrum Caesaraugustanorum, Ss. Aciscli et Victoriae, S. Leocadiae V. M. et Ss. Fructuosi et Soc. in Hispania celebrandae, dicendae sunt ut in codice Ratisbonensi, servatis peculiaribus concessionibus, et excepta Archidioecesi Toletana quoad Missam S. Leocadiae. **3767** *ad* 11. 12. 13. 14. 15. 16 *et* 17.

Quoad Missas celebrandas in Oratoriis privatis standum est Indultis peculiaribus. **3767** *ad* 23.

Missae Dedicationis aut Titularis, de quibus in Ecclesia parochiali etiam festum agitur, in Ecclesiis vel Oratoriis publicis Ecclesiae parochiali subiectis sub eodem vel solemniori ritu celebrari nequeunt. **3780** *ad* 3.

Quoad Missam de Sancto die non propria, quae ob speciale privilegium canitur et legitur ut in festo, servari debent peculiare Indultum et Decreta. **3949** *ad* 4.

Missa de festo occurrente celebrari potest diebus, quibus prohibetur Missa de Requie, pro anima alicuius Defuncti; sed prius dari nequit signum lugubre pro eadem Missa cum aere campano. **4015** *ad* 7.

Ut Missa incipiat in meridie in aliqua solemnitate, ita ut ob solemnitatem cantus et concionem Missa se protrahat usque ad horam secundam vel amplius, prudenti arbitrio Ordinarii permittitur. **4044** *ad* 4.

Missa die 31 Dec. 1899 et 1900 media nocte in templis et sacellis, ubi SSm̃a Eucharistia rite asservatur, coram SSm̃o Sacramento exposito lecta vel cantata conceditur. **4046.**

In Missae celebratione cantare secundum quandam cantilenam traditionalem nullibi adnotatam, nec secundum cantum in Missali impressum, uti corruptela exstirpanda est. **3292** *ad* 1. **3891**; sed in Missa cantus Romanus Gregorianus adhiberi debet; et quidem ex editionibus a S. R. C. approbatis vel pro authentico testimonio Ordinarii cum illis cohaerentibus. **3292** *ad* 2.

Si Missas duas Sacerdos celebrat eadem die in Ecclesiis longe dissitis, usus duorum Calicum permitti potest. **3068** *ad* 1. Vide adnexam Instructionem quoad purificationem Calicis. *Ibidem ad* 2.

Missam in duabus diversis Ecclesiis eodem die celebrans Sacerdos deferre potest secum purificationem primae Missae in aliquo vase eamque sumere cum purificatione secundae Missae. **3798** *ad* 5.

In Missae Canone Episcopus Ordinarius, qui in aliena Dioecesi celebrat, semetipsum nominare debet. **3764** *ad* 19.

Vide **Celebrans. Caput. Inclinatio.**

Missae Applicatio.

Missam applicare poterit Sacerdos pro se vel pro aliis, si Missae celebrentur sive ex fundatione sive ex contractu inter Parochum et Parochianos pro horum commoditate, quin aliquid certum statutum fuerit pro Missae applicatione. **2892** *ad* 1.

Missam applicare pro populo tenentur Parochi solum, qui animarum curam primariam exercent, etiam in festis abrogatis. **2892** *ad* 2.

Missa de Requie celebranda prima die mensis in Cathedralibus et Collegiatis debet applicari generatim pro Benefactoribus. **2928** *ad* 2.

Missam pro populo applicare potest Parochus per se vel ex legitima causa per alium, quin requiratur Missa solemnis. **2939** *ad* 4. **2967.**

Missam utramque applicare debet Parochus pro populo, si diebus festivis celebrat eadem die in duabus Parochiis suae curae commissis. **2981** *ad* 4.

Missa diebus Dominicis et Festivis pro populo non est applicanda per illam, cui populus ipse adstare consuevit et celebratur ab alio Sacerdote; sed semper a Parocho applicari debet, etiamsi privatim celebret. **3128.**

Missa pro populo applicare tenentur Parochi etiam in Festis abrogatis. **2592** *ad* 4. *Vide Suffragium in volumine pag.* **187. 3042** *ad* 6.

Missam pro ovibus non tenentur applicare Vicarii Capitulares, Sede vacante. **2682** *ad* 23.

Missam pro ovibus applicare tenetur Episcopus post adeptam possessionem. **2682** *ad* 22.

Missa, quam Parochi diebus festivis etiam abrogatis tenentur applicare pro populo, Parochialis Missa appellanda est; et in ea Collecta pro Imperatore in universa Ditione Austriaca addi debet. **3623** *ad* 1.

Ad Missam celebrandam et applicandam pro populo Episcopi Ditionis Austriacae Dominicis Festisque non tenentur. **3623** *ad* 2.

Ad Missam applicandam pro populo Parochus non tenetur in festo Titularis, qui non est de praecepto, si in festo Contitularis applicatio pro populo fit. **3645** *ad* 1.

Missam applicare pro populo in Solemnitate festorum translata Parochus tenetur. **3890** *Dub.* I qu. 2.

Missam pro populo celebrare debent Parochi non solum in Festo primario principalis Patroni propriae Parochiae, sed etiam in Festo primario Patroni praecipui Dioeceseos, si hoc celebretur cum feriatione, saltem de iure. **3957** *Dub.* II.

Missa applicanda est pro populo Feria V in Coena Domini, quando festum Annuntiationis B. M. V. incidat in dicta feria; non vero feria II post Dominicam in Albis, in quam quoad Chorum tantum illud transferendum erit. **3189** *ad* 1. **3503** *ad* 3 *et* 4.

Missam pro populo applicare non tenetur Sacerdos, qui Dominicis festisque celebrat in Cappella ab Ecclesia parochiali remota pro incolarum necessitate vel commoditate; quatenus per fundationem vel contractum de applicando Sacro ad certam intentionem nihil statutum sit. **2892** *ad* 1.

Ad Missam applicandam pro populo Parochi omnes tenentur in festis principalibus Patronorum Status et uniuscuiusque loci. **2576.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **158.** Vide etiam **2633** *ad* 2. et *Suffragium in IV volumine pag.* **251.**

Missa pro populo applicari potest per Missam Rogationum in festo S. Marci occurrente in Dominica, in Ecclesiis ubi unicus est Sacerdos. **3069** *ad* 2.

Per Missae de die occurrente applicationem Missis votivis et de Requie a fidelibus petitis satisfieri nequit sine facultate S. Sedis Apostolicae. **3284. 3285**; et Missae votivae non sunt acceptandae, nisi pro iis diebus, in quibus celebrari possunt; et si ob multitudinem non sufficiunt dies non impediti, Pontifex aliquando in casu particulari dispensat, ut pro Missis iam acceptatis sufficiat valor Missae currentis tam pro vivis quam pro defunctis. **321. 3284. 3285;** sed novissime S. R. C. hanc decisionem mitigavit et declaravit, Sacerdotem suae obligationi satisfacere Missam dicendo Officio conformem, cum aliunde petitam Missam ritus diei non permittat, dummodo applicet iuxta intentionem dantis eleemosynam; sed consultius est, ut quantum fieri potest, intentioni eleemosynam erogantis satisfiat per Missam vel de Requie vel votivam. **4031** *ad* 4. Vide etiam n. **3922** § IV *n.* 3. *Decret. gener.*

Missam de die occurrente dicendo Sacerdos, obligatus ad celebrandum Missas votivas vel de Requie ratione fundationis vel accepti manualis stipendii, diebus quibus celebrari possunt, propriae obligationi non satisfacit: expressa enim voluntas testatorum vel postulantium, dummodo sit rationabilis, debet impleri. **2461** *ad* 7.

Missa in die Commemorationis Omnium Fidelium Defunctorum applicari potest ad libitum. **1275** *ad* 9.

Missam de festo currenti in Duplicibus cum applicatione celebrando, satisfieri debet oneri imposito in vim perpetui legati. **1523.**

Missam audiendi obligatio.

Missam audiens Commissarius carcerum cum sua familia in aula sui palatii ex fenestra quae respondet Cappellae carceris, ubi Missa celebretur, non satisfacit praecepto Ecclesiae. **1750.** (Sed iuxta decretum **4007** Cappellae carcerum Oratoriis semipublicis annumerandae sunt; et Missae ibi celebratae assistentes praecepto ecclesiastico satisfacere possunt).

Missam audientes in Cappella Palatii Episcopalis, absente Episcopo, vel Sede vacante satisfaciunt praecepto. **1196. 3021.**

Missam audiendi e fenestra privatae domus Ecclesiam introspiciente privilegium, strictim servandum est; sed tantum pro familia privilegiata valet, non pro aliis inquilinis. **2674.** (At secundum novum ius liturgicum haec privilegia non ita rigorose restringenda sunt).

Missam audientes in Oratorio Episcopali aut super Ara portatili, ubicumque Episcopi Dioecesani vel Titulares degunt, celebratam sive ab ipso Episcopo sive ab alio Sacerdote, praeceptum Ecclesiae adimplent. **3906.** *Decret. gener.*

Missam audire non tenetur populus in feria VI in Parasceve, si festum de praecepto incidat in dictam feriam. **2164. 2305.**

Missam audiendi obligatio in Latii Provincia pro die 27 Octobris transfertur ad Dominicam sequentem. **2838.**

Missam audientes diebus festivis in Oratoriis Sodalitatum intra septa Religiosorum erectis et ab Episcopo approbatis et benedictis, satisfaciunt praecepto. **2832.**

Missam audientes diebus Dominicis et festivis in Oratoriis, quae iuxta Decretum generale semipublicis annumeranda sunt, praeceptum Ecclesiae adimplent. **4007.**

Missa privata audita, piscatores civitatis Castri Maris per Breve Apostolicum licentiam obtinuerunt piscandi diebus festivis. **93.**

Missam audiendi praecepto in privatis aedibus non satisfaciunt Sodales Confraternitatum, si earum Rectores seu Cappellani ibi Missam celebrant; quod vi Bullae Clementis VIII facere non licet. **3443.**

Missam audire et abstinere a servilibus in festo Patroni principalis Dioeceseos non tenentur Civitates et Oppida quae iam habent proprium principalem Patronum. **2682** *ad* 38.

Missae Binatio; vide **Binatio Missae.**

Missa cantata.

Missae duae cantari possunt, una de die, altera de festo, ubi est Titulus Ecclesiae vel concursus populi ad celebrandum festum, quod transferri debet, **1332** *ad* 1. Si hoc festum accidit in Quatuor Temporibus Pentecostes, utraque Missa celebranda est post Nonam. *Ibidem ad* 2.

In Missis cantatis diebus festivis plures candelae accendi possunt. **1470** *ad* 2.

Missa unica tantum cantanda est in Dominicis infra octavas vel a festo duplici impeditis; de Dominica scilicet cum Commemoratione Octavae infra Octavas, vel de duplici occurrente cum Commemoratione et Evangelio Dominicae in fine, si fiat de festo duplici. **2427** *ad* 9.

In Missis quae cum cantu celebrantur, cantica in lingua vernacula non sunt toleranda, sed omnino prohibenda. **3496** *ad* 1.

Missam cantare debent Parochi in casu in Festis suppressis, etiamsi consuetudo fidelium asistendi desierit **2592** *ad* 4. *Vide Suffragium in IV volumine pag* **187.-3166** *ad* 1 et 2.

In Missa cantata sine Ministris incensum adhiberi nequit absque speciali Indulto. **3611** *ad* 6. **937** *ad* 3. **2515** *ad* 8. **3697** *ad* 3. **3328** *ad* 1; si vero, dum haec Missa cantatur, SSmum Sacramentum super Altari est expositum, incensationes in Missa pariter omittendae sunt; et SSmum Sacramentum incensatur tantum, postquam in throno fuit collocatum et antequam deponatur. **3328** *ad* 1.

In Missis cantatis petitis a fidelibus, cantus *Gloria,* Gradualis, Tractus, Sequentiae et *Credo* omitti nequit; et consuetudo contraria veluti abusus prorsus eliminanda est. **3624** *ad* 11.

Missam cantandi usus modo quasi psalmodico seu semitonato retineri potest. **3697** *ad* 5.

In Missa quae canitur absque Ministris sacris, Celebrans sedere potest, dum cantatur *Gloria* et *Credo,* sed in scamno ornato cum remissiori apparatu quam qui Canonicis exhibetur. **3626.**

In Missa cantata sine Ministris sacris, si nullus adsit Clericus inserviens, qui superpelliceo indutus Epistolam cantet iuxta Rubricas, satius erit ut Epistola legatur sine cantu ab ipso Celebrante: nunquam vero in Ecclesiis Monialium decantetur Epistola ab una ex ipsis. **3350.**

In Missa cum cantu sine Ministris sacris adhiberi possunt plures quam duae candelae, et Minister qui folia vertit et Calicem discooperit, ipsumque mundat, vinum et aquam infundit, eumdemque Calicem infra actionem palla cooperit et discooperit, necnon post Communionem ipsum tergit suisque ornamentis instruit. **3377** *ad* 1.

In Missis cantatis cantilenae vernaculae tolerari nequeunt. **3994** *ad* 1; et in his Missis cantatis sine Ministris sacris, organarii et Chorus semper exsequi debent cantu vel voce intelligibili cum Organo omnes partes ex Graduali Romano. *Ibidem ad* 2.

In Missis cantatis non conventualibus sine Ministris sacris omittenda est Commemoratio Sancti simplicis in Duplicibus II classis. **2572** *ad* 4.

Missa Solemnitatum translatarum (v. gr. Epiphaniae quae celebratur in Gallia Dominica immediate sequenti) non potest esse tantum lecta, sed necessario *cantari* debet. **3735** *ad* 1.

Missae cantatae plures de eodem Sancto vel Mysterio in eadem Ecclesia eadem die sive ad petitionem viventium sive ex fundatione non sunt prohibitae; dummodo ante vel post absolutum chorale Officium, ac sine ulla cum eo relatione, concinantur. **3921**.

In Missae celebratione cantare secundum quamdam cantilenam traditionalem nullibi adnotatam, nec secundum cantum in Missali impressum, corruptela exstirpanda est. **3292** *ad* 1. **3891**; sed in Missa cantus Romanus Gregorianus adhiberi debet: et quidem ex editionibus a S. R. C. approbatis vel pro authentico testimonio Ordinarii cum illis cohaerentibus. **3292** *ad* 2.

Quoad Missam de Sancto, die non propria, quae ob speciale privilegium canitur et legitur ut in festo, servari debent peculiare Indultum et Decreta. **3949** *ad* 4.

In Missa cantata sine Ministris sacris Celebranti licet Passionem legere usque ad *Munda cor meum,* et aliam partem quae sequitur canere in tono Evangelii, si aliter fieri nequeat. **4031** *ad* 2; sed Celebrans ipsemet nequit exsequi partem Christi in Passione et laici partes Chronistae et Synagogae. **4031** *ad* 3.

Ad Missam canendam Sacerdotes obligati, ob impotentiam vel imperitiam cantus praescripti in Missali Romano non sunt dispensati ab hoc onere. **3936** *ad* 3.

Missae cantatae aliisque sacris functionibus Episcopus Ordinarius assistere potest in Ecclesiis minoribus, tantum cappa indutus. **3935** *ad* 3.

Missa Conventualis quoad obligationem et cantum.

Missa Conventualis omnino est celebranda de Officio currenti; nec excusat Missa votiva ex dotatione vel pro Defunctis vel alia lecta in aurora celebrata. Si secus fiat, non satisfit, nec licite distributiones percipi possunt. **292**. S. R. C. declarat, hoc Decretum esse intelligendum de illis diebus, in quibus ex Rubricis duae Missae conventuales cantandae sunt; in reliquis diebus Missam lectam de festo occurrente celebratam in aurora sufficere: dummodo tamen vera adsit consuetudo immemorabilis. **333**.

Missa Conventualis nunquam omittenda est, licet sint aliae Missae votivae celebrandae ex fundatione. **404** *ad* 2. **430**. **431**. *ad* 1; aut de Requie **2524** *ad* 1; nec contraria consuetudo introduci potest. **431** *ad* 2. **804**.

Missa Conventualis de Feria numquam est omittenda in Quadragesima, Quatuor Temporibus et Vigiliis, etiamsi occurrat festum duplex aut semiduplex aut dies Octava, sub praetextu faciendi Capitulum. **404** *ad* 3. **603**. **970** *ad* 4. **1599** *ad* 3. **1677**. **1694**; aut stante obligatione et onere celebrandi Anniversaria. **480**; nec excusat tenuitas Praebendarum. **925**.

Missa Conventualis omnino cantanda est ad hoc, ut licite distributiones percipi possint, non obstante quavis contraria consuetudine, quam abusum esse declaravit S. R. C. **552**.

Missa Conventualis omitti nequit, quando celebratur Officium defunctorum cum Missa solemni; neque licet in principio cuiuslibet mensis canere Missam Conventualem cum sola Collecta pro Defunctis. **593**.

Missae Conventualis loco cantari nequit Missa de Requie in Anniversario aut Depositione Defuncti. **2002** *ad* 6.

Missa Conventualis a Capitulo in Choro quotidie cantanda est. **3096** *ad* 1.

Missa Conventualis legi debet a Canonicis, etiam diebus festivis in quibus Episcopus applicare debet pro ovibus suis; et quidem ab Hebdomadario, vel ab eo cui onus inest Missae Conventualis, ante vel post Missam Pontificalem. **2682** *ad* 20.

Missa Conventualis celebranda est ab Hebdomadario, non autem a Canonicis, etiam adstante Episcopo. iis diebus in quibus ad eum id pertinet. **1699**.

Missa Conventualis celebranda est in casu speciali ex iure a solis Canonicis, non vero a Mansionariis vel Beneficiatis. **2896** *ad* 1.

Ut Missam Conventualem Feriae cum Diacono et Subdiacono in feriis Quadragesimae a Cappellanis canere faciant, Canonici possunt adstringi. **440** *ad* 1.

Missae Conventuales canendae sunt Choro praesente et post Horas canonicas iuxta Rubricas. **2791** *ad* 1.

Missa Conventualis semper esse debet de Officio occurrente. **2914** *ad* 2.

Missa Conventualis, quae celebrari debet per turnum, nequit ab Archipresbytero

semper celebrari; sed in diebus Stationum Ecclesiae et in solemnioribus festivitatibus per annum, in quibus Archipresbyter de more Missam Conventualem solet celebrare, nequit hanc demandare alteri Dignitati quae non sit de gremio Ecclesiae, vel alicui Sacerdoti sibi beneviso; at ipso nolente vel impedito, id pertinet ad illum, qui ei proxime succedit. **921** *ad* 1-3.

Missa, praecipue *Conventualis,* quoad fieri potest, concordare debet cum Officio; et licet Rubricae aliquando admittant votivas pro Conventuali, non tamen admitti debent Anniversaria ex obligatione. **1322** *ad* 5.

Missa Conventualis, qualibet feria V (extra Adventum et Quadragesimam) non impedita Officio novem Lectionum, erit de SSmo Sacramento; **1332** *ad* 3; quomodo haec Missa celebranda sit, declaratur. *Ibidem.* Vide **3581** *ad* I.

Missa Conventualis de Requie cum Officio in prima die mensis, si sit impedita, transferri debet ad aliam diem non impeditam. **2380.**

« *Missa Conventuali de die non omissa* », clausula non obligat eas Ecclesias, ubi nulla obligatio est Missam Conventualem cantandi. **2495.**

Ad Missae Conventualis assistentiam Regulares non tenentur; et assistentes laudandi sunt, sed non cogendi. **2514** *ad* 5.

Missam Conventualem canendam pro Benefactoribus in festis legi, quando alia Missa solemnis celebranda est ex oblatione fidelium, tolerari potest ex consuetudine; dummodo eidem Missae lectae Capitulum assistat. **3602.**

Quoad Missam Conventualem apud Regulares Decretum generale d. d. 2 Dec. 1891 diversas declarationes affert. **3757.**

Missa Conventualis celebrari potest in Cathedrali in Altari dedicato Sancto, de quo agitur Officium, manentibus in Choro Canonicis aliisque Praebendatis, dummodo Altare nimis non distet a Choro; secus, Missa celebretur in Altari Chorali: vel Chorus adscititius paretur ad Altare, ubi Missa Conventualis celebranda sit. **3842** *ad* 5.

Missam Conventualem de Octava Omnium Sanctorum celebrans in Commemoratione omnium fidelium Defunctorum, duas alias Missas de Requie in Regno Lusitaniae celebrare potest. **3855** *ad* 1.

Missam Conventualem Officio diei correspondentem celebrandi obligatio, quam uti clausulam S. R. C. interdum, aliquam extrinsecam festivitatem indulgens, apponere solet, adest pro Ecclesiis, in quibus ea die fit Officiatura Choralis; Missa vero Parochialis Officio diei conformis esse debet, quando peragenda sit cum applicatione pro populo. **3887.**

Missa Conventualis sine cantu debet celebrari praesente Capitulo. **3914** *ad* 1; intra quam Capitulum recitare nequit Horas Canonicas parvas. *Ibidem ad* 2.

Missa Conventualis in Altari maiori celebrari potest, dum in Choro a Communitate Monialium Horae Canonicae persolvuntur, si Altare maius non prospiciat Chorum; secus, non licet. **3972** *ad* 3.

Missae Conventualis tempore, recitatione privata Sextae et Nonae nequit satisfieri Chori obligationi. **2699.**

Missam Conventualem canere potest Canonicus, qui Canonicatum resignavit, retentis Insignibus et stallo, dummodo ceteri consentiant. **2727.**

Ad Missarum Conventualium celebrationem Canonici per seipsos tenentur, non per Presbyteros conductionis, **874;** nisi adsint Cappellani, qui hoc munus explere consueverint. **901** *ad* 1; et Missarum Conventualium celebrationem ac munus Diaconi et Subdiaconi praestare debent per turnum iuxta distributionem faciendam a prima Dignitate iuxta cuiusque praerogativam; quatenus haec distributio ab alia Dignitate fieri non consueverit. *Ibidem ad* 3.

Ad Missam Conventualem Canonici, etsi pauci sint numero, quotidie tenentur, neque huic oneri satisfaciunt celebrando Missam votivam seu aliam ex legato praescriptam; secus, licite lucrari nequeunt distributiones. **1819** *ad* 3.

Missae Conventualis obligatio in festivitatibus, quae ad Dominicam insequentem transferuntur cum unica Missa votiva solemni, respicit tantum Cathedrales et Collegiatas. **2974** *ad* 2 *et* 3.

Missa Conventualis quoad numerum.

Duae Missae Conventuales cantandae sunt in occursu festi duplicis vel semiduplicis vel simplicis, quando a Rubricis praescribuntur. **525** *ad* 1 *et* 2. **1609** *ad* 4; vel si celebretur Anniversarium ex obligatione stipendii. **1322** *ad* 5; vel ratione Officii votivi **3597** *ad* 6. **3627** *ad* 2; et si ita non sit factum, supplicari debet SSmus pro gratia sanationis. **3722** *ad* 4; sed ob penuriam Canonicorum S. R. C. permisit, ut, cantata Missa Conventuali de die, altera posset celebrari sine cantu, cum interventu tamen omnium Canonicorum. **571.**

Ad plures Missas Conventuales cantandas Regulares non tenentur. **1332** *ad* 6.

Si duae Missae Conventuales celebran-

tur, Canonici assistere debent ad utramque Missam. **1677. 1694.**

Duae Missae Conventuales non sunt cantandae, si festum simplex occurrat feria III Rogationum. **2002** *ad* 3.

Plures Missae Conventuales si ex Rubricae praescripto celebrandae sunt in Cathedrali, omnes celebrari debent cum cantu; nec licet aliquam ex illis planam celebrare. **2331** *ad* 11.

Si duae Missae Conventuales a Rubrica praescriptae sunt, tunc Missam unicam cantandi in Cathedrali aliamque legendi consuetudo non est toleranda; reservato tamen iure probandi antiquam consuetudinem, **2424** *ad* 1.

Si duae Missae Conventuales ex Rubricarum praescripto cantandae sunt, altera in cantu omitti nequit sub praetextu insufficientiae temporis ob alias Missas votivas ex fundatione cantandas. **2427** *ad* 7; et satius est votivas legere, ex rationabili causa ab Ordinario dignoscenda et approbanda, quam alteram ex Conventualibus. *Ibidem ad* 8.

Duae Missae Conventuales non sunt cantandae in Dominicis Adventus et Quadragesimae, si occurrat Duplex I classis. **2002** *ad* 9.

Duae Missae Conventuales non sunt cantandae in Dominicis infra Octavas vel aliis a festo duplici impeditis, sed tantum una: in Dominicis quidem infra octavas de Dominica cum commemoratione Octavae: in aliis vero Dominicis non privilegiatis et in quibus fit de occurrente festo duplici, Missam de Festo cum commemoratione Dominicae et Evangelio eiusdem in fine. **2427** *ad* 9.

Duas Missas Conventuales tenentur canere in Feriis et Vigiliis, in quibus ieiunatur, Canonici Regulares in eorum Ecclesiis; quamvis non ex consuetudine antiqua, neque ex fundatione aut lege, sed tantum ex usu ab aliquot tantum annis introducto ad id sint obligati. **1245.**

Plures Missae Conventuales in Cathedralibus horis statutis cantari debent iuxta Rubricam: scilicet de Festo, post Tertiam; de Simplicibus et Feriis per annum, post Sextam; de Feria maiori et Vigilia, post Nonam. **2960** *ad* 4.

Missam unam Conventualem cantandi facultas a S. Sede concessa diebus, quibus duae vel plures Missae ex Rubricae praescripto cantandae forent a Capitulo, non valet pro diebus, quibus, recurrente Anniversario, cantanda est Missa pro Defunctis; nec quando aliqua Missa solemnis cantatur more votivo. **3738** *ad* 1 *et* 2.

Duas Missas Conventuales non cantandi in Vigiliis, Quadragesima etc. consuetudo non per coniecturas, sed concludentissime probari debet. **691.**

Ad duas Missas Conventuales in diebus a Rubricis praescriptis tenentur Collegiatae, quacumque non obstante consuetudine. **970** *ad* 4.

Vide **S. Marcus. Missa Rogationum.**

Missa Conventualis quoad ritum.

In Missa Conventuali thurificatio fieri nequit, quando celebratur sine Ministris. **2067** *ad* 11, etiamsi sit cantata. **2515** *ad* 8, **3611** *Dub.* VI; sed S. R. C. permisit Capuccinis ex gratia ut in Missis aliqua maiori solemnitate celebrari solitis incensationes fieri possint. **3697** *ad* 3.

In Missa Conventuali non adhibendi incensum consuetudo reprobatur; servari tamen potest mos, quo diebus non festivis Magister Caeremoniarum non assistit. **2424** *ad* 3.

Missa Conventualis, si absolutis Horis Canonicis statim dicatur, licet sine cantu et sine consuetis Caeremoniis, immediate est incipienda, quin dicatur Antiphona, quae iuxta temporum rationem dici debet post Officium. **2148** *ad* 7.

In Missa Conventuali assistens seu serviens de Altari debet esse Clericus cum cotta **3108** *ad* 3. **3467** *ad* 6; sed ex necessitate tolerari potest laicus, dummodo veste talari et superpelliceo sit indutus. **3647** *ad* 6 *et* 7.

In Missa Conventuali cani semper debent iuxta praescriptum Caeremonialis *Gloria, Credo,* totum Graduale, Offertorium, Praefatio et *Pater noster.* **2424** *ad* 2. **3365** *ad* 7.

In Missis Conventualibus, nedum in Pontificalibus, non canendi neque submissa voce recitandi *Kyrie, Gloria, Credo, Sanctus* et *Agnus Dei,* sed haec omnia ab Organista peragi sinendi consuetudo, a Canonicis et Mansionariis Cathedralis Dianen. sustineri nequit; sed standum est in omnibus Caeremoniali Episcoporum. **3786.**

In Missa Conventuali non cantata sed lecta Commemoratio Sancti simplicis fieri nequit in Duplicibus II classis. **2514** *ad* 8. **2148** *ad* 7.

In Missa Conventuali plana non est omittenda Commemoratio Simplicis in Duplicibus II classis, quando ratione Solemnitatis altera Missa cantatur. **2740** *ad* 7.

Missae Conventuales sine cantu considerari possunt uti solemnes quoad Collectas

et Preces in fine Missae dicendas. **3697.** *ad* 7.

In Missa Conventuali Commemoratio SSmi Sacramenti fieri nequit, si haec celebretur, postquam Idem reconditum iam fuerit. **2528** *ad* 5.

In Missa Conventuali Tractus integre canendus est, quum Organum non pulsetur. **3108** *ad* 14.

In Missa Conventuali Dignitates et Canonici stare debent ad Confessionem et Benedictionem, etiam quando sacris vestibus non sunt induti. **3459.**

In Missa Conventuali de Feriis Quadragesimae vel de Vigilia aut Quatuor Temporum aut Rogationum etc. adiungi potest et debet Collecta imperata pro vivis, etiam in casu festi I classis; et Collecta pro Defunctis sive imperata sive ad libitum Sacerdotis celebrantis, ita ut in his casibus attendatur solum qualitas Missae, non vero ritus festivitatis. **3553** *ad* 2.

In Missis Conventualibus Feriarum Adventus etc. omnes in Choro genuflectere debent, a dicto per Celebrantem *Sanctus* usque ad *Pax Domini* inclusive. **3624** *ad* 10.

Missam Conventualem celebrans Sacerdos, in qua Chorus cantare tenetur Symbolum, illam prosequi nequit eo tempore quo a Choro dictum Symbolum cantatur. **1936.**

In Missa Conventuali feriali, quae canitur in Quadragesima post Nonam, adhibendi sunt Ceroferarii et Incensum. **2890** *ad* 1.

Quoad Missas Conventuales vel parochiales in diebus solemnioribus, et quoad Missas quae celebrantur loco solemnis atque cantatae, occasione realis atque usitatae celebritatis et solemnitatis, tolerari possunt duo Ministri Missae inservientes et plures candelae quam duae in Altari accensae; quando ob inopiam cantorum istae cantari nequeunt diebus Dominicis festisque. **3059** *ad* VII *et* IX. **3065.**

Missae Conventualis tempore Cereus Paschalis diebus non festivis accendi nequit; nisi aliter ferat consuetudo. **3697** *ad* 11.

Missae Conventuali, quae canitur in Dominicis, sive cum Diacono et Subdiacono, sive absque sacris Ministris, in Ecclesiis Collegiatis aspersio aquae benedictae de praecepto praemittenda est; et in Ecclesiis non Collegiatis eadem aspersio praefatis diebus saltem fieri potest. **4051** *ad* 1.

Missa Conventualis quoad tempus.

Missa Conventualis dici debet post Tertiam in festis duplicibus et in diebus Dominicis, non vero post Sextam **9** *ad* 7.

Missa Conventualis celebranda est quoad Horam iuxta Rubricas Missalis tit. XV n. 2. **862** *ad* 1. **2345. 2459. 2578** *ad* 1. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **159. 2682** *ad* 26. **2791** *ad* 1. **3039** *ad* 1. **3096** *ad* 3. **3250** *ad* 2. **3919** *ad* 20; in die festo Corporis Christi celebrari potest ex Indulto post Nonam; infra Octavam et diebus duplicibus infra eam occurrentibus, post Tertiam. **1609** *ad* 6 *et* 7.

Missa Conventualis de Feria in Adventu, Quadragesima, Quatuor temporibus et Vigiliis quae ieiunantur, dicenda est post Nonam. **2067** *ad* 1; item Missa solemnis de Requie in Commemoratione omnium Fidelium Defunctorum. *Ibidem ad* 2; et post Benedictionem Cinerum. *Ibidem ad* 4.

Missa Conventualis de Sancto sub ritu Duplici vel Semiduplici in feriis Adventus occurrente, semper celebranda est post Tertiam. **2618** *ad* 1.

Quoad Missae Conventualis Horam observanda est Rubrica; et celebratio Capituli in aliud magis opportunum tempus reiicienda est, non obstante statuto et consuetudine quacumque. **1609** *ad* 5.

Missa Conventualis in Ecclesia Cathedrali Molinen., in qua iuxta consuetudinem Nona dicitur ante meridiem, cantari potest post Sextam, quamvis aliqua Missa non correspondeat Officio; nisi agatur de Missis tempore Adventus, Quadragesimae, Quatuor Temporum et Vigiliarum quae ieiunantur, vel de Missis votivis solemnibus pro re gravi, vel de Requie: pro quibus servandae sunt Rubricae. **3059** *ad* XII.

Missa ex legato aut votiva B. M. V. cantari nequit uti Conventualis post Tertiam, sed Missa ex legato cani debet post Tertiam; et votiva post Nonam. **3914** *ad* 3. **3922** *ad* IV *n.* 1. *Decret. gener.*

Missa Conventualis de die in Cathedrali Vicen. singulis mensibus Dominica tertia ex gratia celebrari potest post Tertiam; absoluta autem Nona, altera votiva de SSmo Sacramento, nisi occurrat Dominica vel festum I classis: quo casu in Missa Conventuali de die fieri potest Commemoratio SSmi Sacramenti. **2643.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **270.**

Missa in aliena Ecclesia vel Oratorio publico.

Missam Conventualem Sacerdos celebrans in Ecclesiis Cisterciensium Congregationis Trappistarum debet adhibere Missale Ordinis et dicere Missas dictae Religioni concessas. **3378** *ad* 3.

Missas quum Sanctorum tum Beatorum, etsi Regularium proprias, omnes et singuli

Sacerdotes tam saeculares quam regulares, in Ecclesia aliena vel Oratorio publico alieno celebrantes, omnino celebrent Officio eiusdem Ecclesiae vel Oratorii conformes, sive illae in Romano sive in Regularium Missali contineantur; exclusis tamen peculiaribus ritibus Ordinum propriis. Si vero in dicta Ecclesia vel Oratorio Officium ritus duplici inferioris agatur, Celebranti liberum est Missam de Requie vel votivam vel de feria occurrenti celebrare, exceptis diebus, in quibus Rubricae Missalis has Missas prohibent. **3862. 3919** *ad* 18 *et* 19; sub hoc Decreto comprehenduntur etiam Regulares, non obstantibus privilegiis concessis. **3883**; et hoc decretum non patitur aliquam exceptionem; quare non licet Missam Officio proprio ritus classici convenientem celebrare, nec addere Symbolum. **3924** *Dub.* III.

Missa in aliena Ecclesia, si Sacerdos habet festum duplex I classis, non est celebranda more votivo, licet ibidem ritus permittat Missas de Requie et votivas; quia per se, in casu, semper est festiva. **3892** *ad* 5.

Missae quae celebrantur in Oratoriis seu Cappellis Episcoporum, Seminariorum, Collegiorum, piarum Communitatum, Hospitalium et Carcerum, respondere debent Calendario loci; dummodo agatur de Cappella principali, quae instar Oratorii publici, ad effectum memorati Decreti, habenda sit. **3910.**

Quoad Missae celebrationem, ubi unus tantum Sacerdos addictus sit Oratoriis competenti auctoritate erectis in Gymnasiis, Hospitalibus ac Domibus quarumcumque piarum Communitatum, hic, si sit saecularis tenetur sequi Calendarium Dioecesis in qua extat Oratorium; et si Regularis, Calendarium Ordinis, quatenus proprio gaudeat, relinquere; et si quando celebrant extranei, hi debent se conformare Calendario Sacerdotis eiusmodi Oratoriis addicti: dummodo Oratoria illa habenda sint ut publica; secus vero, non. **3919** *ad* 17.

Missae, quae celebrantur a Religiosis in Oratoriis piarum Sororum seu Religiosarum, quae proprium Calendarium non habent, conformes esse debent Calendario Dioecesano, non vero Calendario Religiosorum. **3927** *ad* 1; et privilegium, quo Religiosi iuxta suum Calendarium celebrare valeant, non conceditur. *Ibidem ad* 2.

Missam in Ecclesia Monialium, in qua praeter proprium Confessarium alter Sacerdos ab Ordinario loci destinatus est pro speciali causa, hic debet celebrare iuxta Calendarium Monialium, non vero Dioecesis. **3972** *ad* 4.

In Missa Sacerdotes alienae Dioecesis dicere debent Orationem ab Episcopo loci praescriptam, ubi celebrant. **3985.**

Missam celebrans Sacerdos in aliena Ecclesia, ubi Officium ritus duplici inferioris agatur, si quando celebrare velit de die infra Octavam vel de Sancto simplici, de quibus in Officio sibi proprio solam fecit commemorationem; Missam istam celebrare non debet uti votivam seu more votivo, sed uti festivam et uti in festo. **4020.**

Missam celebrantes in Ecclesiis alicui Religiosae Familiae concreditis Sacerdotes exteri debent sequi Calendarium eiusdem Familiae proprium, si habeatur. **4051** *ad* 2; secus vero dicendum est de Ecclesiis, quae non Religiosae Familiae, sed tantum alicui personae privatae, etsi ad eamdem Familiam pertinenti, commissae sunt. *Ibidem ad* 3.

Missa ferialis.

In Missis ferialibus et Festorum simplicium tantum admittuntur Collectae pro Defunctis. **1322** *ad* 8.

In Missis omnibus ferialibus, etiam infra octavas, genuflectendum est in Choro. **2319** *Reliqu. Dub. ad* 27.

In Missis ferialibus a Dominica Passionis usque ad Feriam V in Coena Domini, occurrente festo simplici, nec non infra Octavas Paschatis et Pentecostes, tertia Oratio non est dicenda. **2325.**

Missae de Feria, non autem de Festo dicendae sunt, quando festum S. Ioseph vel Annuntiationis occurrat in Feria V in Coena Domini, et aliquae Missae ab Ordinario praescribuntur, ut populus commodius satisfacere possit praecepto. **2572** *ad* 8 *et* 9.

In Missa feriali conventuali, quae dicenda est die octava Nativitatis B. M. V., si haec dies incidat feria Quatuor Temporum, Praefatio ferialis dicitur. **428.**

Vide **Feria. Quadragesima. Quatuor Tempora.**

Missae interruptio; vide Interruptio Missae.

Missa pro Ordinatione.

In Missa pro Ordinatione generali, quae fit Sabbato Quatuor Temporum, etsi occurrat festum duplex, nulla de hoc fieri debet Commemoratio; et in hac Missa feriali dicenda est Collecta pro Ordinandis praeter consueta suffragia. **1049** *ad* 3 *et* 4. **3576** *ad* 9.

Missam planam in Ordinationibus celebranti Episcopo, quinam assistere et ministrare debeant declaratur. **235** *ad* 2.

Missam privatim in Sabbato Sancto in proprii palatii sacello pro Ordinibus conferendis Episcopus peragere nequit. **2095;**

hoc tamen decretum S. R. C. postea resolvit, ut infra; si quidem in Sabbato Sancto Episcopus pro collatione Sacrorum Ordinum in suo domestico Oratorio Missam celebret, haec incipienda est a Prophetiis. **2375** *ad* 1. **2616** *ad* 2. **3044** *ad* 1.

Missa pro Ordinatione in Sabbato Quatuor Temporum, etsi occurrat Festum duplex, debet esse ferialis. **2179** *ad* 1; **2294** *ad* 1-4. **2375** *ad* 2. **3576** *ad* 9; haec Missa debet esse solemnis cum Ministris, praesente Clero. **2179** *ad* 2; et Episcopus in fine debet benedicere populum solemniter; *Ibidem ad* 2; si conferatur uni tantum Ordo Subdiaconatus aut Diaconatus, noviter promoti nequeunt cantare Epistolam et Evangelium, ut fit in Ordinationibus generalibus. *Ibidem ad* 3.

Missa pro Ordinatione, etiamsi Episcopus Missam privatam sine cantu celebret, debet esse de Feria. **2473** *ad* 1; nullatenus ferenda, sed omnino abolenda est consuetudo celebrandi statutis pro Ordinatione temporibus Missam de Festo occurrente, si Episcopus privatim Ordinationes peragat. *Ibidem ad* 2.

Missam pro Ordinatione Ordinandi Presbyteri debent inchoare non ab initio, sed ab Oratione oblationis *Suscipe Sancte Pater etc.* **2404** *ad* 1; debent prosequi Missam non stantes, sed genuflexi. *Ibidem ad* 2; nec facere actiones, quae facit Episcopus in Missa. *Ibidem ad* 3.

Missa pro Ordinatione si fiat cum cantu, Presbyteri Ordinati Praefationem et alia, quae ab Episcopo cantantur, legere debent. **2682** *ad* 11; et recitare ultimum Evangelium cum Episcopo. *Ibidem ad* 12.

Missam in Ordinibus conferendis Episcopus ipse celebrare debet. **2772.**

Missae tres votivae ab Episcopo in Ordinatione Sacerdotibus iniunctae celebrari debent diebus a Rubrica praescriptis. **2802** *ad* 4.

Missae Postcommunio in collatione sacrorum Ordinum concludenda est: *Qui vivis et regnas etc.* **3103** *Dub.* XIII.

Missa in Ordinatione si dici debet de festo occurrente, Commemoratio Simplicis facienda est; si vero Missa sit de feria, ut in Sabbatis Quatuor Temporum et Sabbato *Sitientes*, haec Missa nullam admittit Sanctorum occurrentium Commemorationem. **3642** *ad* 3.

In Missa lecta pro Ordinatione, duo Canonici in Metropolitana Mechliniensi ad Altare ministrantes induere debent superpelliceum super rochettum, dum assistunt Archiepiscopo vel Episcopo Suffraganeo sacras peragenti Ordinationes, tam in maioribus quam in minoribus Ordinibus. **3203.**

In Missa lecta pro Ordinatione Archidiaconus assistere nequit in habitu chorali, sed cotta super rochettum indutus; prout duo Canonici Episcopo assistentes Officium exercere debent ad tramitem Pontificalis Romani. **3700** *ad* 2.

In Missa Ordinationum Episcopus Ordines conferens in Sabbato Quatuor Temporum, si Vigilia occurrat, debet solum Commemorationem huius facere per Orationes, non vero eiusdem Evangelium legere in fine. **3638** *ad* 1.

Missa Parochialis.

Missa Parochialis appellanda est, quam Parochi diebus Festis, etiam abrogatis, tenentur applicare pro populo; et in ea, Collecta pro Imperatore in universa Ditione Austriaca addi debet. **3623** *ad* 1.

Missam Parochialem cum cantu celebrare et pro populo applicare Parochi tenentur etiam in Festis abrogatis. **2592** *ad* 4. **3166.**

Ante Missam Parochialem in Cappella rurali, quae a Parochia parum distans, exstructa est in domo privatae personae et in publicum usum inservit, Missa celebrari nequit absque licentia Ordinarii. **3801** *ad* 4.

Missa Parochialis non habet rationem conventualis; quare in ea, si legatur, supprimi nequeunt Commemoratio Simplicis et preces post Missam. **3957** *ad* 3.

Missa Parochialis Officio diei conformis esse debet, quando peragenda est cum applicatione pro populo. **3887.**

In Missis Parochialibus vel conventualibus duo Ministri adhiberi et plures candelae quam duae in Altari accendi possunt; quando ob inopiam cantorum eaedem cantari nequeunt diebus Dominicis festisque. **3059** *ad* 9. **3065.**

Ante Missam Parochialem celebrationem Missae in Oratoriis Confraternitatum separatis ab Ecclesiis parochialibus diebus festivis nec Plebanus **484. 716. 778. 1309;** nec Episcopus aut Synodus prohibere possunt, sed tantum in Oratoriis exsistentibus in Ecclesiis Parochialibus. **619. 881;** nec Parocho licet id Regularibus interdicere, **620. 745;** nisi eadem Ecclesia aliquo speciali iure subiectionis ipsi Parochiali sit obnoxia. **842.**

Missa Pontificalis aut Missa solemnis, cui Episcopus pontificaliter assistit, vel cum Cappa.

Missae solemni assistens cum cappa pontificali Episcopus habebit Assistentes; secus,

si sine cappa. **86** *ad* 3. *Ibidem ad* 8; sine cappa non debet facere Confessionem cum Celebrante. *Ibidem ad* 4; eidemque tunc non sunt exhibenda solemniter ea, quae alias Caeremoniale Episcoporum exhiberi praescribit. *Ibidem ad* 6.

In Missa Episcopo, quotiescumque *pontificaliter* celebrat sive Ordinationem peragit, saltem illae personae assistant, de quibus Caeremoniale mentionem habet. **219.**

In Missa Pontificali solemni Episcopo semper inservire debent qui de Capitulo sunt. **621.**

Missam Pontificalem celebrans Episcopus prohibere potest, quominus in eadem Ecclesia Missae privatae interea celebrentur. **989.**

Missam Pontificalem celebraturus Episcopus debet intonare Tertiam et in fine cantare Orationem. **2425** *ad* 4.

Missa Pontificali expleta, Episcopus benedictionem Apostolicam impertiri debet. **2720**; sed ea impertiri nequit extra dies in Litteris Apostolicis designatos. **2732.**

Missae solemni pontificaliter assistens Episcopus benedicit Canonicos, dum ascendit ad Thronum vel ex eo descendit, post circulos et quotiescumque Canonici collegialiter obsequium praestant Episcopo. **2682** *ad* 19.

Missam Pontificalem pro Defunctis celebranti Episcopo assistere debent duo Diaconi assistentes paramentis sacris induti. **2769** *Dub.* IX *ad* 1.

Pro Missa Pontificali, paramentis in Presbyterio apud Sedem sumptis, Episcopus non debet imponere thus in thuribulo, antequam procedat ad Altare. **2776** *ad* 2.

Missae solemni pontificaliter assistens Episcopus in Dominica Palmarum nequit legere Passionem, sed servare debet Caeremoniale Episcoporum. **3059** *ad* III.

Missae solemni in Dominicis festisque diebus Episcopus, mozzetta tantum et rochetto vestitus, assistere nequit. **3411.**

Missam Pontificalem celebranti Episcopo Oscen. assistere debent Archidiaconus et alter Diaconus parati, cum Priore Canonicorum in Officio Presbyteri assistentis. **9** *ad* 12.

Missae cantatae assistens Episcopus genuflectere potest aut in faldistorio contra Altare aut in plano vel ante gradus Sedis episcopalis tempore elevationis et distributionis Communionis; item vel genuflexus manere potest durante tempore Communionis, vel solum eo temporis momento, in quo Celebrans discedit ad Communionem ministrandam: prouti ferat consuetudo. **3239** *ad* 1 *et* 2.

Cum Missa Pontificalis celebranda est, Processio claustralis, quae fit cunctis diebus festivis ante Missam solemnem, omittenda est, iuxta consuetudinem in Archibasilica Lateranensi vigentem. **3635.**

Pro Missa Pontificali Canonici Cathedralis sacra Paramenta sumere possunt in Sacristia; quae si forte sit valde distans, possunt eadem sumere in propriis sedilibus; a quibus non discedent ad faciendos circulos: hi enim a Canonicis sacris Paramentis indutis fieri non debent. **3228** *ad* 2.

In Missis Pontificalibus et conventualibus Canonici et Mansionarii consuetudinem sustinere nequeunt, neque canendi neque submissa voce recitandi *Kyrie, Gloria, Credo, Sanctus* et *Agnus Dei,* sed haec omnia ab Organista peragi sinendi; stare enim debent in omnibus Caeremoniali Episcoporum. **3786.**

Missae solemni sive pluviali sive cappa indutus Episcopus assistens, quoad reassumendum pileolum post consecrationem, consuetudinem servare potest. **3188. 2895** *ad* 3.

In Missa Pontificali Episcopus assumere non potest chirothecas Communione peracta. **3213** *ad* 6; nec mitram, dum imponit thus pro Oblatis thurificandis. *Ibidem ad* 7.

Missam Pontificalem solemnem celebrare nequit Episcopus cum Diacono tantum et Subdiacono. **3223** *ad* 1. **3315** *ad* 1. **3507** *Dub.* II.

In Missa Pontificali Evangelio cantato Episcopus reddere debet baculum ante incensationem. **3368** *ad* 4.

Post Missam Pontificalem solemnem Canonicus Subdiaconus Episcopo debet detrahere sandalia; cuiusmodi actio non pertinet ad scutiferos. **2634.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **252.** (Sed confer **3228** *ad* 3 et **4015** *ad* 2; quibus Decretis praesens aliquantulum emendatur).

Missam pontificaliter celebrare potest Episcopus in festis SS. Apostolorum Petri et Pauli et Assumptionis B. M. V., quamvis contraria vigeat consuetudo. **1559** *ad* 1.

In Missis et Vesperis solemnibus Episcopo nullatenus licet sedere in throno cum rochetto et mozzetta, vel cum pluviali et cappa, adhibendo simplices Clericos superpelliceo indutos loco sacrorum Ministrorum assistentium; sed S. R. C. indulget, attentis expositis circumstantiis, ut Episcopus assistere possit his sacris functionibus in primo stallo in Choro super omnes alios. **3540.**

A Missae solemni assistente privatim et in habitu camerali Episcopo Diaconus et Subdiaconus in Missa assistentes non debent petere benedictionem ad canendum Evange-

lium seu legendam Epistolam, nec tunc ei deferre Evangelium ad osculandum. **3110** *ad* 22.

In Missa Pontificali Diaconus et Subdiaconus ob Clericorum defectum possunt supplere locum Diaconorum assistentium, in casu, attenta necessitate. **3114** *ad* 3; et etiam Presbyteri assistentis. **3315** *ad* 1.

In Missa Pontificali Feria V in Coena Domini Diaconus et Subdiaconus ministrantes possunt, recedentibus qui erant assistentes ad sedem, in Ecclesia Metropolitana Ianuensi remanere ministraturi Archiepiscopo in Processione. **3163.**

Missam pontificaliter celebranti Episcopo non debent inservire duo Canonici iuniores pluvialibus induti. **1401** *ad* 1.

Missam pontificaliter celebraturo Episcopo, tenetur Capitulum usque ad aulam accedere ad eum excipiendum; in reditu satis est, ut eum comitetur usque ad atrium seu portam palatii. **1760** *ad* 4. Vide **Canonici quoad associationem.**

Missam pontificaliter celebranti Episcopo duo Canonici assistere debent, donec alii quinque in Sacrario sumant paramenta. **2079** *ad* 6.

Missae solemni assistens pluviali vel cappa indutus Episcopus, dum benedicit aquam, tantum dicere debet: *In nomine Patris et Filii ✠ et Spiritus Sancti. Amen.* **3569** *Dub. II.*

In Missa Pontificali Diaconus nequit canere Evangelium super *praedella* Altaris, in qua se sistunt etiam Subdiaconus, Acolythi et Thuriferarius; cuiusmodi consuetudo est abusus omnino eliminandus. **3337.**

Missa Pontificalis fieri potest in festo Corporis Christi cum Expositione SSmi Sacramenti. **3604** *ad* 1.

A Missae solemni in throno cum cappa vel pluviali assistente Episcopo Benedictio in fine Missae, etiamsi sit expositum SSmum Sacramentum, impertiri debet, non autem a celebrante. **3618.** *ad* 1.

In Missa Pontificali tertia Nativitatis Domini Episcopus debet genuflectere ad *Et Verbum caro etc.*, dum Diaconus Evangelium cantat, non autem dum ipse idem legit. **2184** *ad* 4.

Missa Pontificalis, quae ex speciali Indulto de Patrocinio S. Catelli, praecipui Patroni, in Cathedrali Castrimaris Stabiae cantatur in festo Patrocinii S. Ioseph, celebranda est post Nonam. **3949** *ad* 1; quae Missa de S. Catello dicatur cum unica Oratione et Praefatione de tempore. *Ibidem ad* 3; et Hora Nona in casu concordare debet cum Officio diei currentis. *Ibidem ad* 2.

Missae pontificaliter ab Episcopo celebratae nec ab ipso nec per alium describendae sunt in libro iuxta Decretum Alexandri VII in sacristia retinendo. **2074.**

In Missa Pontificali Subdiaconus ascendere nequit ad dexteram Diaconi in cornu Epistolae ad recitandum *Agnus Dei* simul cum Pontifice, nec ad aquam infundendam, dum Pontifex se purificat post Communionem. **3769** *ad* 4; nec potest ascendere ad *Sanctus,* ubi talis viget consuetudo; at servetur Caeremoniale Episcoporum. *Ibidem ad* 5.

In Missa Pontificali inservientes Diaconus et Subdiaconus non possunt osculari Altare, cum Pacem recipiunt. **4015** *ad* 3.

Missae per alium cantatae assistenti Episcopo Diaconi Canonici assistentes stare debent a tergo Episcopi et Celebrantis, dum Episcopus facit Confessionem cum Celebrante; Presbyter vero assistens cum aliis Canonicis. **2682** *ad* 15.

Missam solemnem Celebrans, statim ac Evangelium ab Episcopo assistente osculatum sit, continuare potest, sed non prius. **2049** *ad* 4.

Missae solemni assistens Episcopus legere debet Evangelium capite cooperto et ante illud dicere *Munda cor, Iube Domine* et *Dominus vobiscum.* **1476** *ad* 7.

Missae solemni quando assistit Episcopus cum cappa vel pluviali, debet facere confessionem a dexteris Celebrantis non Episcopi, et Celebrans eidem uti Minister respondere debet usque ad ℣. *Deus tu conversus etc.* exclusive; cetera Episcopus debet explere cum Diaconis assistentibus, et Celebrans cum Ministris sacrificii. **1275** *ad* 7. **1583** *ad* 6.

Missam pontificaliter celebrans Episcopus in aliqua Ecclesia occasione Visitationis debet habere assistentiam suorum Canonicorum, non vero digniorum eiusdem Ecclesiae. **845** *ad* 2.

Missam Pontificalem celebrans extra Cathedralem Episcopus potest assumere tres Canonicos pro assistentia. **958**; adduntur duo, qui fungantur officio Diaconi et Subdiaconi. **976.**

Pro Missis pontificalibus Episcopus cogere potest Parochos ad sibi praestandam solitam assistentiam; caveat tamen, ne quid detrimenti veniat animarum servitio. **1212.**

Missae solemni assistenti Episcopo cum cappa, Canonico celebrante, non tenetur unus ex Canonicis, sed alius minister librum Episcopo sustinere ad legendam Epistolam, Evangelium, Offertorium. **1504** *ad* 2.

Missae solemni assistens Episcopus in Pontificalibus, cum ad Praefationem Celebrans incipit: *Per omnia saecula saeculorum,* surgere debet sine Mitra. **1921.**

Missae solemni assistens Episcopus cum cappa thurificandus est tantum post Oblata. **1275** *ad* 8. **2049** *ad* 5. **2195** *ad* 2.

Ad Missam Pontificalem, quando Episcopus in fine Benedictionem Apostolicam impertiturus est, omittere debet Absolutionem et Benedictionem post Homiliam. **2682** *ad* 14 *qu.* 2.

Missae solemni assistens Episcopus cum cappa stare debet capite cooperto, dum cantatur Confessio inter Missarum solemnia. **2682** *ad* 14 *qu.* 3; et stare debet sine bireto, dum ipse a Presbytero assistenti thurificatur. *Ibidem qu.* 4.

Missae solemni assistens Episcopus, sive paratus sive non, mitram et biretum deponere debet a Consecratione usque ad Communionem. **2895** *ad* 3.

Missae solemni assistens Episcopus, dicto in Confessione ℣. *Indulgentiam etc.,* non debet reverti ad sedem suam, sed stans in eodem loco Confessionem absolvere cum Diaconis assistentibus; Celebrans vero se retrahat Confessionem perfecturus cum Diacono et Subdiacono. **3213** *ad* 8.

Missae solemni assistens Episcopus rochetto et mozzetta indutus, quoad osculandum textum Evangelii et dicendum: *Per evangelica dicta etc.,* Caeremoniale Episcoporum servare debet. **3434** *ad* 2.

Missa pro populo applicanda; vide **Missae applicatio.**

Missa privata

Missa privata audita, piscatores civitatis Castri Maris per Breve Apostolicum licentiam obtinuerunt piscandi diebus festivis. **93.**

Missae privatae statim post decantatam solemnem in nocte Nativitatis Domini non sunt celebrandae. **752. 781. 1584. 1683. 2086;** et haec prohibitio ligat omnes non habentes privilegium in contrarium. **1761.**

Missas lectas celebrari licet in propriis Ecclesiis Regularium in die Corporis Christi et per Octavam ante completam Missam solemnem et Processionem consuetam. **1811.**

Missae privatae in Sabbato Sancto omnino prohibentur. **1335. 1822. 1873;** sed peculiaribus attentis circumstantiis, aliquibus Ecclesiis privilegium concessum est unam vel alteram Missam lectam celebrandi post unicam solemnem. **2616** *ad* 3. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **216.**

In Missa lecta coram SSm̃o Sacramento exposito, sed velato vel in Pyxide, observari debent omnes genuflexiones, quae alias fiunt coram SSm̃o Sacramento publice exposito. **2427** *ad* 10.

Missae privatae in festo Nativitatis Domini non sunt celebrandae ante auroram sine Indulto Apostolico; et contraria consuetudo est abusus ab Episcopo abscindendus. **2520** *ad* 1 *et* 2.

In Missis privatis permitti nequit, ut Minister aperiat Missale ad designandam Missam. **2572** *ad* 5. **3448** *ad* 14; nec licet ut Minister praeparet Calicem, aquam infundat, abstergat etc., etiamsi sit Sacerdos vel in Sacris constitutus. **2572** *ad* 6.

In Missa privata Praelati Episcopo inferiores, quoad indumenta, caeremonias, ministros, Altaris ornatum, a simplici Sacerdote non discrepant. **1131** *ad* 21; nec Canonici quoad ministros et numerum candelarum **1125. 2984;** nec Vicarius Generalis. **441. 567. 1051. 2331** *ad* 15.

Missa privata celebrari nequit in Altari maiori, tempore quo in Choro Officium Defunctorum recitatur; quamvis in Ecclesia obligatio Chori non exsistat, sed Sacerdotes occasione funerum hoc Officium in communi recitent. **3474** *ad* 1 *et* 2.

In Missis privatis Canonici et Dignitates Cathedralis adhibere nequeunt Ministrum, qui Missale aperit et in fine claudit, simul Introitum, Orationes etc. indicat, ante Offertorium Calicem e medio Altaris retrahit, discooperit etc.; sed tenentur omnino se conformare Rubricis Missalis. **2262. 2268. 3647** *ad* 1, 2 *et* 3. Vide **1530. 1771.**

In Missae privatae celebratione duo candelabra cum candelis accensis poni non debent necessario super mensam Altaris, sed locari etiam possunt super gradum eiusdem superiorem. **3759** *ad* 2.

Missam privatam celebrandi in Altari Chorali, dum Horae Canonicae persolvuntur, abusus omnino eliminetur; sin autem Missa ad aliquod Altare e conspectu Chori positum celebretur, campanula nec ad *Sanctus* nec ad elevationem Sacramenti pulsetur; quod si campanula quandoque pulsetur et elevatio SSm̃i Sacramenti advertatur, Chorales omnes caput tunc temporis detegant et Horas Canonicas prosequantur. **3814** *Dub.* I *qu.* 1, 2 et 3.

In Missis privatis omnibus, quae tempore piae supplicationis celebrantur, usus campanulae est omnino prohibitus; si vero ex errore pulsetur, omnes ante Altare transeuntes, ubi fit elevatio SSm̃i Sacramenti, bini et bini unicum genu flectant, et piam supplicationem prosequantur. **3814** *Dub.* II.

Missa lecta cum Ministris sacris seu cum Diacono et Subdiacono prohibetur. **3031** *ad* 1.

In Missa stricte privata unicus Minister inservire debet iuxta Decreta; sed quoad Missas Parochiales vel similes diebus sole-

mnioribus, et quoad Missas quae celebrantur loco solemnis atque cantatae, occasione realis atque usitatae celebritatis et solemnitatis, duo Ministri inservientes tolerari possunt. **3059** *ad* 7; in his Missis duo Clerici a principio Canonis usque ad Communionem possunt intortitia sustinere. *Ibidem ad* 8; et ad Altare plus quam duo cerei accendi possunt. *Ibidem ad* 9. **3065.**

In Missa privata ab Episcopo celebranda Cappellanus, qui immediate assistit, stolam habere nequit. **2741** *ad* 1. **3367.**

In Missis privatis coram SSmo Sacramento exposito Minister genuflectere debet in accessu et recessu utroque genu; intra Missam vero unico genu. **3426** *ad* 6.

Missas privatas celebrari in Altari Expositionis in Ecclesiis, in quibus non desunt alia Altaria, non licet sine necessitate vel gravi causa vel ex speciali Indulto. **3448** *ad* 1.

In Missis privatis, etiam in Altari laterali, celebrandis campanula pulsari nequit, durante Expositione SSmi Sacramenti. **3157** *ad* 10. **3448** *ad* 2.

In Missis lectis a consecratione ad sumptionem tertium cereum non accendendi consuetudo servari potest. **4029** *ad* 2.

Missae privatae aliquae permittuntur in festo Annuntiationis B. M. V. occurrente in Feria V in Coena Domini ante conventualem ob praeceptum feriationis. **1890** *ad* 6. **2240** *Decret. gener.;* sed praefatae Missae celebrari nequeunt, ubi dictum festum abrogatum fuit, nisi de speciali Indulto. **3179.** **3400** *Dub.*I. **3503** *ad* 2.

In Missis privatis ad Episcopo inserviendum Canonici Cathedralis non sunt cogendi. **1056** *ad* 1. **1900** *ad* 3. **1907** *ad* 3; praesertim si Episcopus celebrat extra Cathedralem. **2407** *ad* 1, 2 *et* 3; et ultro volentes, prohiberi possunt a detrectantibus. *Ibidem ad* 4.

Missam privatam audienti Episcopo Parochus praebere nequit in casu librum Evangeliorum et pacem ad osculum. **791** *ad* 1.

In Missa privata campanula a ministro pulsanda est in Oratoriis privatis. **3638** *ad* 3.

Pro Missa privata usus duorum candelabrorum hinc inde parieti, Altare fere tangenti, infixorum abolendus est. **3137** *ad* 1.

In Missa privata Celebrans non debet bis dicere *Confiteor,* quando sine Ministro eamdem legit. **3368** *ad* 1.

Missam privatam celebrantes Canonici et Dignitates nequeunt exigere eas honorificentias, quae soli conveniunt Episcopo; sed se gerere debent eo modo quo simplices Sacerdotes. **2310** *ad* 4.

Missae privatae Episcopi assistentes Canonici debent adhibere solummodo rochettum cum superpelliceo, non vero Insignia canonicalia. **3804** *Dub.* I.

Missam privatam celebrans Dignitas, quocumque honore praefulgeat, nequit adhibere quatuor candelas, *bugiam,* Canonem, ministrum Sacerdotem praeter Clericum, ac duo intortitia ad elevationem. **1125.** **1148.**

Missam privatam Feria V in Coena Domini celebrari Episcopus potest interdicere Canonicis aliisque de gremio Ecclesiae; et mandare ut Communionem ab eius manu recipiant, non obstante contraria consuetudine. **970** *ad* 1.

Missis privatis celebrandis horam in Cathedrali Episcopus praescribere potest, sed cum consensu Capituli. **2331** *ad* 3; et hae Missae celebrandae erunt tam ab his qui tenentur ex obligatione, quam ab aliis etiam de Capitulo, si recipiant eleemosynam. *Ibidem ad* 4.

Missam legendi in Oratoriis privatis licentiam Episcopi impertiri nequeunt sine speciali Indulto S. Sedis. **2404** *ad* 5.

Missas privatas in eadem Ecclesia prohibere potest Episcopus, in qua eodem tempore Pontificalia celebrat. **989.**

In Missa privata non admittuntur Collectae pro Defunctis, nisi in Missis Festorum Simplicium et in Ferialibus. **1322** *ad* 8.

Missam planam seu sine cantu in solemnitate Corporis Christi Episcopus celebrare nequit, indutus omnibus pontificalibus paramentis cum assistentia omnium Ministrorum paratorum et cum incensatione ad Introitum et ad Offertorium; et huiusmodi consuetudo utpote abusus et corruptela est omnino eliminanda. **3576** *Dub.* VII.

In Missis lectis feriae III et IV Rogationum, si in eis incidat festum duplex I classis, omittenda est commemoratio Rogationum. **3009** *ad* 1.

Missae privatae lectae in Oratoriis privatis prohibentur in solemnitate Festorum translata. **3890** *Dub.* I *ad* 1. **3933.**

Missae lectae in Oratoriis privatis, peculiare privilegium non habentibus, prohibentur illis diebus solemnioribus, qui describuntur in Caeremoniali Episcoporum lib. II cap. 34 § 2, et qui de praecepto servantur. **3896.**

Vide **Oratoria.**

Missa de Requie cantata seu solemnis.

Missam de Requie cantatam S. R. C. aliquando permisit qualibet feria VI in Altari privilegiato, etiam in duplici non de praecepto, non omissa Conventuali de die. **519.**

Missa de Defunctis dicenda non est feria II post Dominicam Passionis, nec Oratio *Fidelium* in Missa. **843** *ad* 4.

Missa solemnis de Requie diebus festivis celebrari potest praesente cadavere, non vero Missae privatae. **1333** *ad* 2.

Missae de Requie ex sola devotione cantari nequeunt in Duplicibus. **2083.**

Missa de Requie cantari nequit in Duplicibus, licet Defunctus iusserit plura Officia Defunctorum pro parentibus, benefactoribus etc., et licet aliqua Confraternitas ratione suorum statutorum habeat obligationem pro quolibet Consodali cantandi Officium Defunctorum cum Missa. **2197** *ad* 1, 2 *et* 3.

Missam de Requie cantatam a laicali Confraternitate qualibet feria II pro anima cuiuslibet Confratris nuperrime Defuncti celebrari S. R. C. indulget in Duplicibus, quae non sunt I et II classis aut de praecepto. **2364. 2401.**

Missae de Requie cantatae a Defunctis relictae sine praefixione dierum celebrari debent diebus a Rubrica permissis. **2482** *ad* 1.

Missam de Requie solemnem unicam celebrari feria II post Dominicam infra Octavam Omnium Sanctorum, etiam in festo duplici, conceditur Confraternitati, vulgo *Irmandade,* animarum Purgatorii, in Ecclesia S. Laurentii Dioecesis Elven. erectae. **2502.**

Missa de Requie non est cantanda, si in Altari laterali expositum sit SSmum Sacramentum. **2671.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **312.**

Missae solemnes de Requie, pro quibus oblata est eleemosyna a fidelibus in concione habita tempore Quadragesimae, non sunt habendae uti Anniversaria, et proinde non sunt celebrandae in Duplicibus. **2733.**

Missa de Requie celebranda prima die mensis est praeceptiva pro Cathedralibus et Collegiatis. **2928** *ad* 1; debet applicari pro Benefactoribus in genere. *Ibidem ad* 2; dicenda est cum Orationibus iuxta peculiarem Rubricam. *Ibidem ad* 3; tempore Adventus, Quadragesimae et Paschae est omittenda. *Ibidem ad* 4.

In Missa de Requie cantata praetermitti nequit cantus Introitus, Offertorii, Communionis, vel Sequentiae, vel partis Absolutionis post Missam; sed omnia, quae precationem suffragii respiciunt, cantari debent. **2959** *ad* 2; verba *precatio suffragii* includunt etiam Sequentiam *Dies irae.* **3051** *ad* 1; et omnino cantari debet in his Missis Offertorium. *Ibidem.* Vide **Dies irae.**

Missa de Requie cantanda est cum quatuor saltem cereis accensis super Altare. **3029** *ad* 7.

Missa de Requie, ubi ex Indulto Apostolico ter in qualibet hebdomada diebus ritus duplicis cantatur, potest etiam cantari die 2, 3, 4 et 5 Ianuarii. **3049** *ad* 2.

Missae de Requie cantatae, quae non die propria 3, 7, 30 et Anniversario celebrantur, sumendae sunt ut in Quotidianis; nec possunt celebrari in Duplicibus. **3049** *ad* 3.

Missae de Requie solemnes quotannis a fundatione Capituli celebrandae cani possunt etiam extra proprios dies, ut in Anniversario; excepta Missa pro Episcopo defuncto, quae celebrari debet ut in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum. **3213** *ad* 5.

Missa de Requie unica solemnis a S. R. C. concessa est quolibet anno, Sabbato post Dominicam Passionis celebranda, in Cathedrali Clodien. ex eleemosynis a civibus collectis; nisi occurrat Duplex I vel II classis aut festum de praecepto. **3365** *ad* 8.

Missae de Requie ex Indulto cantandae in Duplicibus locum habent, etiamsi cantentur sine Ministris sacris nec fiat Absolutio in fine. **3369** *ad* 1.

Missa de Requie, quae ex Indulto cantatur tribus vicibus in qualibet hebdomada etiam in festis duplicibus, cantari potest, etiamsi infra hebdomadam festa ritus inferioris occurrant; et possunt cantari plures Missae de Requie eodem die in eadem Ecclesia diebus ritus duplicis. **3472** *ad* 1 *et* 2. **3514.**

Missa de Requie decantari nullibi licet in Anniversario Dedicationis propriae Ecclesiae, ne praesenti quidem cadavere. **3541.** *Decret. gener.*

Missa de Requie ad tramitem Rubricarum in Cathedrali celebrari debet, etiamsi non vigeat consuetudo recitandi Officium Defunctorum. **3856** *ad* 1.

In Missis de Requie cantatis, quae ex mandato Ordinarii quater in anno celebrari solent, unica Oratio cum Sequentia dicenda est, ad instar Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum. **3963** *ad* 1.

In Missis de Requie cantatis, quae aliquot diebus post obitum vel semel in hebdomada aut mense pro Defunctis Paroeciae celebrantur, plures Orationes dicendae sunt ut in Missa quotidiana, quae in casu sumenda est. **3963** *ad* 2.

Missa de Requie, ubi ex Indulto saepius in anno cantantur Vesperae Defunctorum post Vesperas Officii currentis, sequenti die cantanda est ut in Quotidianis. **3049** *ad* I *qu.* 4.

In Missa de Requie solemni Canonici pluvialibus induti, qui deferunt cannas argenteas, ad Orationes debent genuflectere, sicut ceteri. **3722** *ad* 6.

Missa exsequialis vel de Requie in die obitus seu depositionis.

Missa de Requie ut in die obitus dicenda est, si in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum cadaver sit tumulandum, praeter aliam pro omnibus Defunctis; Missae vero privatae omnes sint de Communi Defunctorum. **893** *ad* 4. **1788.**

Missa una cantata de Requie, praesente corpore, permittitur infra Octavam Corporis Christi. **1431** *ad* 2.

Missa de Requie quaenam in depositione sive Anniversario simplicis Sacerdotis celebranda sit, satis explicatur in Rubrica Missalis in fine quartae Missae pro Defunctis. **2040.**

Missa de Requie, pro depositione Defuncti vel die Anniversario cantanda, non excusat a Missa Conventuali celebranda. **2002** *ad* 6.

Missa cantata de Requie in Ecclesia Collegiata, praesente cadavere, celebrari debet a Canonicis, non vero a Curatis Mansionariis. **2406** *ad* 2.

Missa de Requie in sepultura cadaveris vel in anniversario pro Sacerdote defuncto, prima vel secunda dici poterit, dummodo Oratio *Deus, qui inter Apostolicos etc.* omnino adhibeatur. **2417** *ad* 8.

Missa de Requie praesente cadavere prohibita est in festis Immaculatae Conceptionis B. M. V., S. Ioseph, S. Ioannis Baptistae **2872** *Dub.* VII *qu.* 1. **3624** *ad* 8; et in translata solemnitate festorum ad Dominicam. **3890** *Dub.* I. *ad* 1. **3933.**

In Missis de Requie, corpore praesente, quae non cantantur, Diaconus et Subdiaconus adhiberi nequeunt. **3066** *ad* 1.

Missa de Requie una solemnis cum Absolutione et precibus, quae in die obitus fieri et recitari solent, permittitur etiam in festis de praecepto et duplicibus II classis; quando cadaver non sit praesens in Ecclesia ob civiles praescriptiones, sed adhuc insepultum asservetur in loco decenti: apposito tamen in Ecclesia lodicis et nigri panni signo, diverso ab eo quod in Anniversario adhibetur, ut fideles intelligant Missam hisce diebus offerri in expiationem animae illius Defuncti, cuius corpus traditum terrae non fuit. **3112** *ad* 1. (Sed vide **3755** *ad* I *et* II, quo hoc Decretum aliquantulum immutatur).

Missa de Requie celebrari potest pro pauperibus in Ecclesia aliena et apud Regulares, servatis tamen Rubricis, quamvis funeralia in Ecclesia parochiali sine Missa celebrentur. **3494** *ad* 1; ad hanc Missam invitari possunt propinqui et amici per litteras. *Ibidem ad* 2; et in dicta Ecclesia cantari potest pro defuncto Missa de festo vel de feria, etiamsi Missa exequialis pro Defuncto in Ecclesia parochiali non celebretur. *Ibidem ad* 3.

Pro Missa exequiali in die obitus a S. R. C. plures declarationes eduntur Decreto generali. **3755.**

Missa exequialis cantari potest, quoties praesente cadavere permittitur, si cadaver absens sit ob civile vetitum vel morbum contagiosum, non solum insepultum, sed et humatum, dummodo non ultra biduum ab obitu; quo casu censeri potest ac si foret cadaver physice praesens. **3767** *Dub.* XXVI.

Missae privatae de Requie praesente cadavere licitae sunt in quibuslibet Ecclesiis vel Oratoriis sive publicis sive privatis, dummodo cadaver sit physice vel moraliter praesens; sed si agatur de Ecclesiis et Oratoriis publicis, fieri debet etiam funus cum Missa exequiali. **3944** *ad* 3. **3957** *Dub.* I; sed hae Missae privatae applicari debent pro Defuncto, cuius cadaver est vel censetur praesens. **3944** *ad* 4; nec celebrari possunt diebus, qui festa duplicia I classis excludunt, uti v. gr. feria IV Cinerum. *Ibidem ad* 5

Missa de Requie in funeribus pauperum legi non potest, nisi agatur de Missa de die obitus seu depositionis pro paupere defuncto. **3977.**

Missa exequialis pro paupere defuncto, cuius familia impar est solvendo expensas huius Missae cum cantu, legi potest; dummodo in Dominicis aliisque festis de praecepto non omittatur Missa Officio diei currentis respondens. **4024.**

Missa exequialis prohibita est tantum in Dominica translatae Solemnitatis Patroni, non vero die quo illius celebratur Officium. **4003** *qu.* I *ad* 1; sed in festis suppressis, quorum Solemnitas non transfertur in Dominicam sequentem, Missa exequialis celebrari nequit. *Ibidem ad* 2 *et* 3.

Missa de Requie, praesente cadavere, in Nativitate S. Ioannis Baptistae in Ecclesiis parochialibus Insularum Philippinarum, attentis expositis, non prohibetur. **4006** *Dub.* V.

Missa solemnis de Requie praesente cadavere Sabbato Sancto cantari nequit. **2725** *ad* 7.

Praeter Missam unicam de Requie cantatam, praesente cadavere, de die obitus in duplicibus minoribus aut maioribus, duas vel tres alias eadem die de die tertia, septima et trigesima cantandi consuetudo non est toleranda. **2915** *ad* 11.

Missa de Requie in funeribus cantari potest a Sacerdote diverso ab illo, qui Officium persolvit. **3035** *ad* 3.

Missa de Requie nuntio primo de obitu alicuius accepto.

Missa de Requie, si Sabbato post meridiem accipiatur nuntium de obitu alicuius in loco dissito, cantari potest feria secunda, etsi Officium sit duplex non festivum. **2461** *ad* 6.

Missa de Requie in die obitus celebrari potest pro prima tantum vice post obitum vel eius acceptum a locis dissitis nuntium, die quae prima occurrat, non impedita a festo duplici I aut II classis vel a festo de praecepto. **3755** *ad* 3.

In Missa de Requie pro Defuncto in loco dissito, cum primo nuntius mortis accipitur, Oratio recitari debet, prout est in Missali (in die obitus). **3764** *Dub.* IV.

Missa de Requie diebus 3, 7 et 30.

Missae de Requie celebrari possunt diebus 3, 7 et 30, etiamsi fiat de Duplici per annum, non tamen diebus festivis de praecepto, dummodo sermo sit de Missis cantatis; et praedicti dies numerari possunt a die obitus sive a die sepulturae, iuxta diversam Ecclesiarum consuetudinem. **2482** *ad* 2.

Missa de Requie extra diem 3, 7, 30 post Missam depositionis cantari nequit sub ritu duplicis maioris ut in die obitus cum unica Oratione, sine speciali Indulto. **2939** *ad* 1.

Missam de Requie canendi diebus 3, 7 et 30 et in funeribus praesente cadavere ius habet Parochus, simul Canonicus supernumerarius; non vero in Anniversariis aliisque functionibus; quod in casu spectat ad Hebdomadarium. **2971** *ad* 2.

Ad Missam de Requie diebus 3, 7, 30 celebrandam in Duplici non impedito, non requiritur ut Defunctus sic ordinaverit in suo testamento, sed sufficit voluntas consanguineorum, amicorum et testamenti exsecutorum; dummodo sermo sit de Missa cantata. **3112** *Dub.* II.

A Missis de Requie, sive solemnibus sive lectis, celebrandis diebus Orationis XL Horarum iuxta Instructionem Clementinam abstinendum est; Missa tamen solemnis pro Defuncto cani potest die 3, 7, 30 ac Anniversario a die obitus vel depositionis Defuncti. **3357.**

Quod de Anniversariis diebus pro Defunctis S. R. C. statuit, (vide *Decret. gener.* **3753** *ad* I *et* II) extendendum est quoque ad dies 3, 7 et 30 ab obitu, sive quoad Missam de Requie cum cantu, sive quoad translationem si impediatur. **3753** *ad* III. Dies autem 3, 7 et 30 tam a die obitus, quam a die depositionis computari possunt. **3753** *ad* IV. *Decret. gener.*

Missae de Requie, quae non die propria 3, 7, et 30 celebrantur, sumendae sunt ut in Quotidianis; nec celebrari possunt in Duplicibus. **3049** *ad* III. *qu.* 1.

In Missis de Requie etiam lectis, diebus 3, 7 et 30 privilegiatis vel Anniversario, Sequentia *Dies irae* dicenda est. **3956.**

Missa de Requie in die Anniversaria; vide **Anniversaria pro Defunctis.**

Missa de Requie in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum vide **Commemoratio omnium Fidelium Defunctorum.**

Missa de Requie privata.

Missa de Requie in festis I et II classis, etiam in Altari privilegiato, vetitae sunt. **924** *ad* 4; nec non in Duplicibus de praecepto. **1333** *ad* 1.

Missae de Requie diebus Dominicis et Duplicibus celebrari nequeunt, absque apostolico indulto. **1110. 3223** *Dub.* IV; nisi cadaver praesens sit. **1322** *ad* 8. **1333** *ad* 3 (sed vide **4024**); diebus duplicibus Missae pro Defunctis celebrantur de festo occurrente cum applicatione sacrificii. **1235;** atque ad rem habetur Decretum generale a SSmo confirmatum. **1238. 1343. 1392. 2228. 3352** *ad* 4.

Missae de Requie infra Octavam Corporis Christi prohibentur. **1403;** ne celebrandae quidem sunt, si occurrat Anniversarium, sed tantum permittitur tunc una Missa cantata de Requie praesente corpore. **1431** *ad* 2; item prohibentur in duplicibus, infra Octavas Epiphaniae, Paschatis, Pentecostes et Corporis Christi, feria IV Cinerum, tota Hebdomada maiori, Vigilia Pentecostes et Nativitatis Domini. **1549. 1649;** item in Vigilia Epiphaniae. **1973** *ad* 5.

Missae privatae de Requie in Duplicibus et infra Octavas privilegiatas sive a Sacerdotibus saecularibus sive a regularibus nullatenus sunt celebrandae; et Ordinarii locorum in facientes contrarium pro modo culpae animadvertant. **1714** *ad* 2.

Missa de Requie in Ecclesia, ubi expositum est SSmum Sacramentum occasione Orationis XL Horarum, regulariter dici nequit, etiamsi agatur de Missa cantata pro adimplenda mente testatoris vel de Anniversario satisfaciendo. **1743** *ad* 5. (vide **3357**, quo hoc Decretum emendatur); porro congruentius est eamdem non celebrare. **1967.**

Missae de Requie extra Altare, ubi est expositum SSmum Sacramentum, celebrari

poterunt; dummodo tamen Expositio non sit ex publica causa. **2390** *ad* 4.

Missae de Requie in Altari, ubi publice exponitur SSmum Sacramentum, sive in Pyxide sive in Ostensorio, tempore quo Expositio perdurat, omnino prohibentur. **3302** *Dub.* II.

Missae de Requie celebrari possunt a Sacerdotibus confluentibus ad Ecclesiam parochialem, ubi adest Altare privilegiatum, quamvis Parochus ea die celebraverit Officium duplex ad libitum. **1858. 3792** *Dub.* VI.

Missas de Requie celebrari vetuit S. R. C. infra Octavam Epiphaniae ad illorum suffragium, qui occubuerunt occasione terraemotus die 11 Ianuarii Cataniae sequuti. **1984.**

A Missis de Requie sive lectis sive solemnibus diebus Orationis XL Horarum iuxta Instructionem Clementinam abstinendum est. **3357.**

Missae de Requie Mediolani non sunt celebrandae iis diebus, quibus iuxta ritum Ambrosianum prohibetur fieri de Duplici sive de Solemni. **2373** *ad* 1; Missae vero aliae pro enuntiatis diebus praescriptae, ad Altaria privilegiata celebratae, animabus Defunctorum perinde suffragantur ac si celebrarentur de Requie. *Ibidem ad* 2.

Missae de Requie privatae, etiam praesente corpore, dici nequeunt in Duplicibus aliisque diebus a Rubricis reservatis. **2711. 2725** *ad* 6. Sed vide **3944** *ad* 3. **3957** *Dub.* I *et* **3944** *ad* 5.

Missa de Requie privata pro iis, qui privilegio gaudent, singulis feriis II non impeditis Officio novem Lectionum, vel eis impeditis die immediate sequenti, prohibetur tantummodo (praeter Vigilias, Ferias et Octavas privilegiatas ac Festa de praecepto servanda) ob occurrentiam Officiorum IX Lectionum, quae gaudent ritu duplicis maioris aut duplicis I vel II classis. **3370.**

Circa Missas de Requie in Sacellis sepulcreti et in Ecclesiis ac in Oratoriis tam publicis quam privatis, vide Decretum generale. **3903**; hoc privilegium Sacellis sepulcreti concessum favet sive Ecclesiae sive Oratorio publico ac principali ipsius sepulcreti; non vero aliis Ecclesiis vel Cappellis extra Coemeterium, subter quas ad legitimam distantiam alicuius Defuncti cadaver requiescit. **3944** *Dub.* I.

Missa unica privata *de Requie* Defunctis applicanda infra hebdomadam, diebus non impeditis a festo ritus duplicis quod iure translationis pollet, a Dominicis aliisque festis de praecepto servandis necnon a Vigiliis, Feriis, Octavisque privilegiatis, singulis petentibus S. R. E. Cardinalibus, Episcopis aliisque Praelatis, quibus Oratorii privati ius competit, permitti potest in eodem Oratorio. **3915.**

In Missis de Requie fidelibus Communio administrari potest; at si fiat ante vel post Missam, Benedictio omittenda est. **1711** *ad* 2. **3177** *Decret. gener.*

Ante vel post Missam de Requie si Communio administranda est tempore Paschali, Oratio et ℣℣. debent esse de tempore; *Alleluia* vero omittendum est. **3465.**

In Missa de Requie Sacerdos ponere debet manum sinistram super Altare, dum facit dextra signum Crucis ad Introitum. **2572** *ad* 25.

In Missa de Requie Evangelio finito non sunt recitanda verba: *Per evangelica dicta etc.* **2956** *ad* 10.

In Missis de Requie quoad Orationes et Sequentiam dicendas, vide Decretum generale. **3920.**

Pro Missis de Requie celebrandis Ordinatores Calendariorum ita se gerere debent, ut in unoquoque mense nonnullos dies liberos, quantum fieri possit, relinquant. **3756** *ad* 3.

Missa de Requie exequialis legi potest pro paupere defuncto, cuius familia impar est solvendo expensas huius Missae cum cantu; dummodo in Dominicis aliisque festis de praecepto non omittatur Missa Officio diei currentis respondens. **4024.**

Missa Rogationum.

Missa Rogationum in festo S. Marci non est celebranda ante Processionem. **862** *ad* 2.

Missam Rogationum in Ecclesiis Regularium, occasione Processionis, etsi S. R. C. prius respondisset pertinere ad Capitulum Collegiatae, in binis tamen aliis propositionibus, recedendo a decisis, edixit ad Regulares spectare. **2311.**

In Missa Rogationum, quando festum S. Marci incidit in Dominicam, non est dicendum Symbolum. **1801. 2572** *ad* 16; item si infra Octavam Paschae. **2002** *ad* 12.

Missa Rogationum dicenda est in Rogationibus, si fiat Processio; si secus, dicitur Missa de festo cum Commemoratione earumdem. **2682** *ad* 35.

Missam Rogationum per Canonicos celebrari in Ecclesia Regularium, in qua Processio finem habet, Episcopus iubere potest. **121**; Romae celebranda est in Ecclesia, in qua Processio finem habet, licet Episcopus eam celebraverit in Ecclesia, unde illa discessit. **872.**

Missa Rogationum dicenda est post Processionem in festo S. Marci, nisi Processio

finem habeat in Ecclesia eidem Sancto dicata; quo casu Missa celebratur de S. Marco. **1890** *ad* 9. **2687** *ad* 2. **2740** *ad* 9.

Missa Rogationum in festo S. Marci ac in Feriis Rogationum, in quibus fit festum duplex vel semiduplex, in locis ubi una Missa tantum cantatur, convenientius est processionem fieri post Nonam et cantari Missam Rogationum. **2319** *Alia Dub. ad* 3; sed ex gratia conceditur, ut Missa Rogationum cantari possit ante Processionem pro populi commoditate. *Ibid. Reliq. Dub. ad* 20.

Missa Rogationum in Ecclesiis, in quibus adest solus Parochus, post Processionem dicenda est de Feria cum secunda Oratione festi occurrentis, aut Dominicae in Albis, si in hac Dominica festum S. Marci cadat, ac tertia, quae secundo loco praescribitur in Missa Rogationum. **2915** *ad* 2. **3924** *Dub.* IX. *qu.* 2. **4006** *ad* 3.

Rogationum diebus, seu in festo S. Marci, occurrente festo Patroni principalis vel Titularis, dicatur in Ecclesiis, ubi tantum unus vel duo Sacerdotes celebrant, post Processionem Missa de festo cum Commemoratione Rogationum. **2942** *ad* 1; idem servetur in Ecclesiis, quarum Patronus est S. Marcus. *Ibidem ad* 2; quibus in casibus Commemoratio Rogationum fiat sub unica conclusione cum Oratione festi. *Ibidem ad* 3.

Missa Rogationum cantari et Processio fieri potest, si in feria III et IV Rogationum incidat festum duplex I classis; in aliis vero Missis omittenda est Commemoratio Rogationum. **3009** *ad* 1.

Missa Rogationum in Ecclesiis, ubi unicus est Sacerdos, quando dies 25 Aprilis occurrat in Dominica, valet etiam pro adimplendo onere Missae parochialis; haec Missa non admittit *Gloria* et *Credo*, et cantari debet in tono feriali. **3069** *ad* 2. **3189** *ad* 2; congruentius autem est Rubricis, ut haec Missa cantetur, non tamen stricte praecipitur; nisi agatur de Ecclesiis, in quibus Missa Conventualis quotidie cantanda est. **3069** *ad* 3, **3924** *Dub.* IX. *qu.* 1.

Missa de die cum commemoratione Rogationum sub unica conclusione celebranda est ad Litaniarum processionem in Ecclesiis parochialibus, queis unicus Sacerdos addictus est, quando festum S. Marci occurrat feria II post Pascha. **3088**.

In Missa Rogationum, quae canitur a Beneficiatis sive Cappellanis, nequit collocari Crux Capituli in cornu Evangelii. **3568**.

In Missa Rogationum feriae IV, quae unica in Ecclesia celebratur cum Commemoratione festi occurrentis, neque fieri debet Commemoratio Vigiliae Ascensionis, neque lectio Evangelii eiusdem Vigiliae in fine. **3924** *Dub.* X.

Missam de Feria tribus diebus Rogationum a Canonicis cantari in Cathedrali, deinde Processionem peragi ad Ecclesiam parochialem, ubi Parochus Missam privatam de Feria celebrans Processionem exspectat, priusquam consecrationem efficiat, non licet. **4015** *ad* 4.

Vide **S. Marcus. Rogationes.**

Missa coram SSmo Sacramento exposito.

Missa, quae praemittitur Processioni SS̃mi Sacramenti fieri solitae Dominica III singulis mensibus, debet celebrari de Dominica vel de festo currente cum Commemoratione SS̃mi Sacramenti. **954**.

Missam celebrari non licet in Altari, in quo expositum est SS̃mum Sacramentum, nisi sit pro eo reponendo; et si ex necessitate faciendum id esset, populus benedicendus foret more consueto, non vero cum SS̃mo Sacramento. **1421** *ad* 5. Vide **1406**.

In Missa lecta coram exposito SS̃mo Sacramento, sed velato vel in Pyxide, omnes genuflexiones observari debent, quae alias fiunt coram SS̃mo Sacramento publice exposito. **2427** *ad* 10, **2769** III *ad* 3.

Missae tempore in Altari Expositionis SS̃mi Sacramenti Crux collocari potest; hoc tamen non est de praecepto, sed quaelibet Ecclesia relinquenda est in sua praxi. **2365** *ad* 1.

Missa in Altari Expositionis SS̃mi Sacramenti, si sit de die, celebrari debet in paramentis coloris Officio convenientis. **2417** *ad* 3.

Missa in Dominica infra Octavam Corporis Christi, in qua fit solemnis Processio per diversas Parochias et Ecclesias Civitatis, debet esse de Dominica aut de Festo occurrente cum Commemoratione SS̃mi Sacramenti. **2552** *ad* 4.

In Missa solemni, in qua duae consecrantur Hostiae, una pro Sacrificio, altera pro Expositione SS̃mi Sacramenti facienda immediate post Missam, dici debet Collecta de SS̃mo Sacramento, licet accidentaliter omittatur Processio. **2598** *ad* 2. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **191**.

In Missis durante Expositione SS̃mi Sacramenti Collecta de eodem dici potest; non autem in iis quae ante Expositionem celebrantur. **2745** *ad* 6. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **363**.

Praeter Missam Expositionis in Altari Expositionis SS̃mi Sacramenti, aliam solemnius celebrari, attenta consuetudine immemorabili, toleratur. **3124** *ad* 2. **3558** *ad* 1; item Capitularem. **3124** *ad* 3; item

Conventualem, etiam lectam, de Vigilia vel de Feria. *Ibidem ad* 4.

Intra Missam, Expositione SSmi Sacramenti durante, etiam in Altari laterali celebrandam, campanula pulsari nequit. **3157** *ad* X. **3448** *Dub.* II.

Si Missa, exposito SSmo Sacramento, canitur pro quacumque tribulatione, et statim sequuntur Litaniae, Benedictio et Repositio SSmi Sacramenti, omnia in paramentis violaceis sunt peragenda; si vero Missa non habeatur, sed tantum preces, tunc in Expositione et Repositione SSmi Sacramenti color albus est adhibendus. **3175** *ad* 3.

Missa coram SSmo Sacramento in Eiusdem Expositione, ubi die 2 Novembris facienda est, dici potest de Sancto occurrente, si ritu duplici celebretur; si secus, dici potest de Octava vel votiva SSmi Sacramenti cum Orationibus tempori congruentibus. **3302** *ad* 1.

Missae de Requie in Altari, ubi sive in Pyxide sive in Ostensorio SSmum Sacramentum exponitur, tempore quo Expositio durat, omnino prohibentur. **3302** *ad* 2.

Missas in Altari Expositionis SSmi Sacramenti celebrari non licet sine necessitate aut gravi causa, vel ex speciali indulto, in ecclesiis, in quibus non desunt alia Altaria; nec in illo Altari distribui potest Communio, sive intra sive extra Missas. **3448** *ad* 1 *et* 5. **3505** *ad* 1; ad hoc etiam Ecclesiae parochiales rurales obligantur: in quibus Ecclesiis Altari laterali apponatur parvum Ciborium amovibile, et si opus sit, loco transennae, vulgo *Balaustra,* scamna circumponantur. **3525** *ad* 4.

In Missa solemni, exposito SSmo Sacramento, cui Episcopus in throno assistit cappa vel pluviali indutus, benedictio non a Celebrante, sed ab Episcopo danda est. **3618** *ad* 1.

Missarum legata, celebrandarum coram SSmo Sacramento solemniter exposito in suffragium Defunctorum, attenta inveterata consuetudine, admitti possunt; de Requie tamen Missae celebrari numquam possunt, et celebrari debent in Altari privilegiato. **3070.**

In Missa coram SSmo Sacramento exposito Celebrans versus Idem inclinationem facere debet, quotiescumque in lectione Evangelii pronuntiat nomen Iesu; et ad verba: *Et Verbum caro factum est* genuflectere aliquantulum versus Illud. **3875** *ad* 4.

Missam coram SSmo Sacramento exposito celebrandi (occasione Novendialium) consuetudo, in qua fit post Evangelium praedicatio Verbi Dei, tolerari potest; apposito tamen velamine ante SSmum Sacramentum, dum habetur concio. **3728** *ad* 2.

Intra Missam solemnem coram exposito SSmo Sacramento thurificatio Eiusdem ante Introitum et ad Offertorium fieri debet in triplici ductu cum duplici ictu. **4048** *ad* 9.

In Missa privata votiva de SSmo Sacramento vel de Festo duplici ob Expositionem Eiusdem SSmi Sacramenti non debet dici *Credo,* nisi idem dicendum sit ob aliam rationem. **1743** *ad* 3.

Intra Missam coram exposito SSmo Sacramento genuflectendum est a Celebrante et Ministris unico genu: in accessu autem et recessu utroque genu. **2682** *ad* 49 **3434** *ad* 6; idem valet etiam pro Ministro in Missa privata. **3426** *ad* 6.

Missa unica de SSmo Sacramento non omittatur in Expositione pro Oratione XL Horarum, si habenda sit die 2 Novembris in Commemoratione omnium fidelium defunctorum; at reliquae omnes sint pro defunctis, quae ad Altare Expositionis non dicantur, et celebrentur in colore violaceo. **3864** *ad* 4. *Decret. gener.* Vide **3177** *Decret. gener.*

In Missa, quae pro exponendo SSmo Sacramento celebratur ratione Expositionis pro Oratione XL Horarum, post Communionem Ostensorium cum Eodem ponendum est super mensa Altaris, nullo apposito velo. **2990** *ad* 2.

Ad Missam celebrandam in Altari, in quo expositum est SSmum Sacramentum, Celebrans in eundo salutet Episcopum, si praesens sit, et Altare situm in notabili distantia, profunda capitis inclinatione, deinde genuflectat SSmo Sacramento, et procedat in Missa; in redeundo prius Eidem genuflectat, deinde salutet Episcopum. **2049** *ad* 1: si tamen Altare non multum distet a throno, Celebrans exposito SSmo Sacramento, dum pervenit ad Altare, non debet reverentiam praestare praesenti Episcopo genuflexo, neque dum ascendit ad impertiendam fidelibus benedictionem. **2928** *ad* 6.

In Missa coram SSmo Sacramento exposito Celebrans, dum dicit *Flectamus genua,* versus librum genuflectere debet. **2859.**

In Missa coram SSmo Sacramento exposito Celebrans ad thurificationem et *Lavabo* stare potest in plano Presbyterii aut in supremo Altaris gradu iuxta consuetudinem; dummodo caveat, ne terga vertat Sacramento. **2682** *ad* 48.

In Missa votiva de SSmo Sacramento pro solemni Expositione et Repositione ratione Orationis XL Horarum omittenda est quaelibet Commemoratio et Collecta. Infra Octavam Corporis Christi Missa erit de Octava cum Sequentia et unica Oratione absque Commemorationibus et Collectis. In Dominicis vero

privilegiatis I et II classis, Festis pariter I et II classis, feria IV Cinerum, feria II, III et IV Maioris Hebdomadae, omnibus diebus Octavae Paschae, Pentecostes et Epiphaniae, Vigiliis Nativitatis Domini et Pentecostes, necnon Octava propria privilegiata, canenda est Missa diei currentis cum Oratione SSmi Sacramenti sub unica conclusione, omissis Collectis et Commemorationibus. Quod si Festum aliquod I vel II classis occurrat in Dominica, tunc secundo loco sub distincta conclusione fit Commemoratio Dominicae et dicitur eius Evangelium in fine. Missae tandem *pro Pace* adiungitur Oratio SSmi Sacramenti sub unica conclusione. In diebus tamen exceptis, ut supra, Missa canenda erit diei currentis cum Oratione *pro Pace* sub unica conclusione. **3574** *Dub.* V *qu.* 1-4. Vide **2515** *ad* 1. **3365** *ad* 5.

In Missa coram SSmo Sacramento exposito ratione Orationis XL Horarum, si occurrat Feria IV Cinerum, Orationes, Praefatio et *Pater noster* in tono feriali cantentur, et Oratio super populum non omittatur. **3574** *Dub.* V *qu.* 5.

Missa votiva de SSmo Sacramento in Dominicis privilegiatis I vel II classis, in quibus facienda est solemnis Expositio SSmi Sacramenti, cantari nequit; sed Missa erit de Dominica cum Commemoratione SSmi Sacramenti sub unica conclusione. **2509** *ad* 1.

In Missis solemnibus coram SSmo Sacramento ratione Orationis XL Horarum in Dominicis Adventus et Quadragesimae celebrandis, Ministri sacri Dalmaticis uti nequeunt. **3161** *ad* 2.

In Missis ante SSmum Sacramentum expositum celebrandis Communio administrari nequit, non obstante consuetudine. **3482.**

In Missa, quae celebratur in Altari quo publicae venerationi est expositum SSmum Sacramentum, Subdiaconus sustinens Patenam, non debet genuflectere, dum Celebrans genuflexus post Offertorium Illud thurificat. **2474.**

In Missa quae celebratur in Altari coram SSmo Sacramento exposito, Crux (si forte collocata sit Crux super Altari; vide n. **2365** *ad* 1) incensari non debet post thurificationem SSmi Sacramenti. **2340** *ad* 4.

In Missa coram exposito SSmo Sacramento per Octavam Corporis Christi, thurificatio Cleri consueto more peragenda est. **1248.**

In Missa solemni, quae celebratur coram SSmo Sacramento exposito, dum verba in Symbolo: *Et incarnatus est* cantantur a Choro, omnes de Choro stantes genuflectere debent; sedentes vero genuflectere non debent, praeterquam in Nativitate Domini et in Festo Annuntiationis B. M. V.; in quorum diebus etiam sedentes genuflectere debent. **1476** *ad* 2.

In Missa coram SSmo Sacramento exposito in solemnitatibus Nativitatis, Paschae et Ascensionis Domini, quoad Commemorationem SSmi Sacramenti servanda est Instructio Clementis XII d. d. 1 Sept. 1730 pro Oratione XL Horarum. **3112** *ad* 3.

Vide **Commemoratio SSmi Sacramenti. Expositio SSmi Sacramenti. Missa votiva de SSmo Sacramento.**

Missa solemnis.

In Missae solemnis fine benedictio unico Crucis signo danda est. **9** *ad* 3.

Missae solemnes pertinent in absentia Archipresbyteri vel etiam in eius praesentia, si ipse celebrare noluerit, ad Dignitates seu antiquiores Presbyteros, non autem ad Archipresbyteri substitutum. **120. 360. 2147** *ad* 1 *et* 2. **2188** *ad* 2; et his Decretis revocatum est aliud **328.**

In Missae solemnis fine ante benedictionem Canonicus, in aliqua Collegiata Ecclesia de Urbe celebrans, proprio Vicario illius Ecclesiae praesenti reverentiam facere non tenetur. **160.**

Missam solemnem cum Ministris sacris Sacerdos celebrans non debet confessionem facere a cornu Epistolae, adstante Rege vel magno Principe. **835.**

Missa solemnis in festivitate Corporis Christi celebranda est ante Processionem. **1232.**

Missa solemnis de Annuntiatione B. M. V. celebrari nullo modo potest, quando hoc festum occurrat in Dominica Palmarum. **1022.**

Missas solemnes, quae Stationum diebus in aliqua Collegiata celebrari solent, Presbyteris advenis delegandi, exclusis Canonicis, consuetudo reprobatur. **967.**

Missa solemnis de SS. Sacramento, quando et quomodo cantanda sit in Ecclesiis, in quibus ex privilegio Apostolico transfertur solemnitas in aliquam diem Dominicam vel festivam, declaratur. **1421** *ad* 4.

Missa solemnis celebranda est iuxta Rubricas; nec licet adiungere aliquos Presbyteros Pluvialibus indutos pro facienda confessione et praeintonatione Hymni Angelici et Symboli. **1711** *ad* 4.

Missa solemnis prosequi non licet, dum cantatur Symbolum. **1936.**

In Missa solemni, qui actu in Choro cantant, stare debent. **2065.**

Missam solemnem celebrantes Canonici

Gloria et *Credo* intonare tenentur sine praeintonatione. **2114.**

Missa solemnis de Festo, omissa alia de die, ex gratia permittitur, si Festum Titularis transferri debeat; ubi non est obligatio cantandi quotidie Missam. **2198** *ad* 1.

Missae solemnis celebratio et intonatio hymni *Te Deum* in Cathedrali, occasione natalis Regis, publicationis pacis etc., competunt primae Dignitati, Episcopo non celebrante. **2235** *ad* 1.

In Missa solemni sive cantata ad elevationem SS. Sacramenti cani potest *Tantum ergo* vel aliqua Antiphona tanti Sacramenti propria. **2424** *ad* 6; sed hoc Decretum emendatum est altero generali, quo

In Missa solemni Cantores ad elevationem omnino silere et adorare debent SSmum Sacramentum. Elevatione autem peracta, usque ad Orationem Dominicam aliquid modulari licet; dummodo de iis quae ex Liturgia canenda sunt, nihil praetermittatur, Celebrans a Missa continuanda non impediatur et quod concinitur ad SS. Sacramentum pertineat. **3827** *ad* 3. *Decret. gener.*

In Missa solemni sive cantata *Benedictus qui venit etc.* cantari debet post calicis elevationem, non vero immediate post primum *Hosanna in excelsis.* **2682** *ad* 31. **3827** *ad* 3. *Decr. gener.* Vide **2424** *ad* 2.

Missarum solemnium aliarumque functionum celebratio, Episcopo absente vel impedito, ac prima et secunda Dignitate impedita, spectat non ad tertiam Dignitatem privative, sed ad Dignitatem, quae Hebdomadam habet. **2437** *ad* 1 *et* 2; sed hoc Decretum emendatum est alio Decreto generali, quo praefatae Missae solemnes et functiones, Episcopo absente vel impedito, pertinent ad primam Dignitatem, et hac impedita, ad alias ordine successivo; et omnibus Dignitatibus impeditis, ad Canonicum digniorem. **3865** *Decret. gener.* Vide **188. 247. 837** *ad* 1. 2. *et* 3. **1697. 2088** *ad* 2. **2120. 2219** *ad* 4.

Missa unica solemnis cantari potest de Festo translato in Dominicis, ad quas ob populi commoditatem ex indulto Festa transferuntur, non omissa Missa conventuali de Festo occurrente. **2494** *ad* 5; (haec tamen clausula non obligat eas Ecclesias, in quibus nulla obligatio est cantandi Missam conventualem. **2495.** Vide **3887**).

In Missa solemni duo Missalia, unum in cornu Epistolae, alterum in cornu Evangelii, permitti nequeunt. **2572** *ad* 7.

In Missa solemni Celebrans non debet dicere *Ite Missa est;* dicere vero debet: *Benedicamus Domino* et *Requiescant in pace.* **2572** *ad* 22.

Missa solemnis in aurora Nativitatis Domini celebranda in Ecclesiis Cathedralibus omitti nequit, stante consuetudine. In casu particulari Summus Pontifex indulsit, ut ea protrahi posset ad unam alteramve horam post solis ortum. **2631** *ad* 1. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **240.**

In Missa solemni Celebrans capite detecto procedit ad scamnum et e scamno ad altare; item caput detegere debet, quando Rubrica praecipit inclinandum esse caput. **2684** *ad* 13. **3457** *ad* 3.

In Missis solemnibus ritus duplicis I et II classis tantum, omittuntur aliae Orationes de Simplici. **2803.**

Missa solemnis unica de S. Andrea, Titulari Ecclesiae Cathedralis, conceditur Dominica II Adventus ex speciali gratia. **2831** *ad* 1.

Missa solemnis unica de SS. Sacramento ex gratia conceditur in quadam Ecclesia parochiali Dioecesis Asturicen. Dominica, qua in ea recolitur festum SS. Corporis Christi. **2981** *ad* 2.

Missa solemnis de Sancto, cuius Officium est transferendum, nequit celebrari; nec addi potest eius Commemoratio in Missa solemni de die. **3009** *ad* 2.

In Missa solemni cum sacris Ministris et etiam in Missa solemni de Requie thus semper adhibendum est. **3039** *ad* 6.

In Missa solemni coram Episcopo cantata Diaconus quoad oscula manus Celebrantis servare debet dispositionem Caeremonialis Episcoporum. **3059** *ad* II.

Quoad Missam solemnem servandae sunt strictim Rubricae Missalis, non obstante contraria consuetudine. **3096** *ad* 4.

In Missa solemni Celebrans, dicto *Munda cor meum,* nequit benedicere incensum et Diaconum, neque Evangelium legere, dum illud cantatur, neque prosequi Missam statim ac a Choro cantatum est: *Et incarnatus est,* neque omittere cantum Praefationis et Orationis Dominicae. **3104** *Dub.* I; nec valet usus Missam solemnem celebrandi cum solo Diacono et Subdiacono sine aliis Ministris. *Ibidem Dub.* II; et Canonicus celebrans cum Ministris nequit sedere in latere Evangelii, in loco ubi sedes Episcopi collocatur. *Ibidem Dub.* III; nec in sedibus cameralibus. *Ibidem Dub.* IV.

In Missa solemni praeter cantum ipsius Missae nequit cantari a Musicis aliqua laus vulgo *aria* sermone vernaculo. **3113** *ad* 1.

Missa solemnis in Altari expositionis SS. Sacramenti praeter aliam Missam expositionis toleratur, attenta consuetudine immemorabili. **3124** *ad* 2; item alia Capitularis. *Ibidem ad* 3; item Conventualis, etiam lecta, de Vigilia vel de Feria. *Ibidem ad* 4.

Ad Missam solemnem, diebus praesertim festivis, usus procedendi ad Altare pares Celebrans et Ministri in Cathedrali Gerundensi in Hispania tolerari potest, dummodo tam Celebrans quam Ministri eiusdem sint dignitatis; usum vero veli oblongi Episcopus pro sua prudentia eliminari curet. **3268** *ad* 4.

In Missa solemni, etiam pontificali, Diaconus nequit canere Evangelium super *praedella* Altaris, in qua se sistunt etiam Subdiaconus, Acolythi et Thuriferarius; haec enim consuetudo est abusus omnino eliminandus. **3337.**

In Missa solemni pro Expositione SS. Sacramenti ad instar XL Horarum Oratio SS. Sacramenti in fine aliarum Commemorationum de praecepto addenda est in Duplicibus I vel II classis, Dominicis I vel II classis aut aliis diebus, in quibus Missam de SSmo Sacramento cantari non licet. **2515** *ad* 1. **3365** *ad* 5. Vide **3574** *Dub.* V. *qu.* 1-4.

In Missa solemni sive cum, sive sine Ministris, quae cum sonitu Organi celebratur, Graduale, Tractus, Sequentia, Offertorium, Benedictus et Communio cantari debent. **2424** *ad* 2. **3365** *ad* 7.

In Missa solemni Celebrans, quando sedet, sacris Ministris salutationem reddere potest caput aperiens, aut inclinationem tantum faciens capite cooperto, iuxta consuetudinem. **3434** *ad* 5; concionatorem benedicere nequit. *Ibidem ad* 8.

Missa solemnis et Orationes ob Regis regressum in Missis lectis, iam pluribus abhinc annis non amplius in usu, non sunt iterum decantandae et recitandae in Dioecesibus Pedemontanis. **3606** *ad* 3.

In Missa solemni etiam coram exposito SS. Sacramento benedictio non a Celebrante, sed ab Episcopo in throno eidem Missae, cappa vel pluviali induto, assistente, dari debet. **3618** *ad* 1.

In Missa solemni votivo-festiva Patroni principalis, ubi illius solemnitas transfertur ad Dominicam insequentem, neque de die infra octavam, neque de Simplici commemoratio facienda est. **3624** *Dub.* I.

Missae solemnis vel cantatae tempore praeter cereos super candelabra positos in gradu Altaris superiori non requiruntur duae candelae accensae super mensa. **3759** *ad* 1.

In Missa solemni coram SS. Sacramento exposito pacis osculum omitti nequit. **3792** *Dub.* IV.

In Missa solemni pectus percutere tenentur Ministri sacri, simul cum Celebrante, tantum ad *Agnus Dei*. **3535** *ad* 3.

In Missa solemni Diaconi et Subdiaconi munere fungentes Canonici Celebrantem adiuvare debent, dum sacras vestes induit; nisi consuetudo contraria vigeat. **3866** *ad* 1.

In Missa solemni, dum sacra Communio per notabile tempus distribuitur, cantari lingua vernacula non licet. **3975** *Dub.* V. *qu.* 1.

In Missis non pontificalibus ampullae ministrari debent a Subdiacono, sive Canonico sive Beneficiato, licet adsit Presbyter assistens. **4018** *Dub.* I.

In Missis solemnibus procedere debent Celebrans et Ministri unus post alium; Presbyter vero assistens incedat ad sinistram Celebrantis; dum e sacristia ad Altare pergunt et viceversa. **4018** *Dub.* II. *qu.* 1.

In Missa solemni, interessente Episcopo parato vel cum cappa, tam in circulis quam in Altari, *Gloria, Credo, Sanctus* et *Agnus Dei* ab omnibus simul, non vero alternatim, dici debent. **3507** *Dub.* I. *qu.* 1 *et* 3.

Vide **Missa pontificalis. Solemnitas.**

Missa votiva privata.

Missae votivae acceptandae non sunt, nisi pro iis diebus, in quibus celebrari possunt. **321**; item acceptatae transferantur ad dies, in quibus eas celebrare licet. *Ibidem;* si ob multitudinem non sufficiant dies non impediti, Summus Pontifex aliquando in casu particulari dispensat, ut pro Missis iam acceptatis sufficiat valor Missae currentis tam pro vivis quam pro Defunctis. *Ibidem.*

Missae votivae celebrandae non sunt, nisi ad formam Rubricarum. **529.**

Missa votiva nullo modo dicenda est in Dominica Palmarum. **893** *ad* 1.

In Missa votiva, quae celebratur infra Octavam festi propriam Praefationem et *Communicantes* habentis, dicenda est Praefatio propria de Missa votiva, *Communicantes* vero de Octava. **1265** *ad* 3.

Missa votiva aliquando ex Rubrica potest esse Conventualis, non tamen Anniversarium ex obligatione. **1322** *ad* 5.

Missae votivae prohibitae sunt infra Octavam Corporis Christi. **1403**; nec celebrandae sunt in Duplicibus, infra Octavas Epiphaniae, Paschatis, Pentecostes et Corporis Christi, feria IV Cinerum, tota Hebdomada maiori, Vigilia Pentecostes et Nativitatis Domini. **1549. 1649.**

Missae votivae et de Requie in Vigilia Epiphaniae celebrari nequeunt. **2256.**

Missa votiva, quae aliquando celebratur infra octavam, ordinanda est hoc modo: prima Oratio erit propria de Missa, secunda de Octava, tertia autem de Feria (si fit de ea commemoratio); nec in fine recitabitur

Evangelium Feriae, sed illud S. Ioannis. **2319** *Reliq. Dub. ad* 28.

In Missa votiva lecta, etsi ex Indulto celebretur in solemnioribus anni diebus, non dicitur *Credo* in Dominicis. **2597** *ad* 1.

Missae tres votivae, quae Sacerdotibus post Ordinationem ab Episcopo iniunctae fuerunt, celebrari debent diebus a Rubrica permissis. **2802** *ad* 4.

Missis votivis a fidelibus petitis nequit per applicationem Missae de die occurrente satisfieri, sine facultate S. Sedis Apostolicae. **3284. 3285;** sed novissime S. R. C. has decisiones mitigavit, quatenus declaravit Sacerdotem suae obligationi satisfacere dicendo Missam Officio conformem, cum alias petitam Missam ritus dici non permittat; dummodo illam applicet iuxta intentionem dantis eleemosynam; consultius tamen est, ut quantum fieri potest, intentioni eleemosynam erogantis satisfiat per Missam vel votivam vel de Requie. **4031** *ad* 4.

Missae votivae respondentes Officiis votivis per annum persolvendis loco Officiorum ferialium, praeterquam in feriis IV Cinerum, totoque tempore Passionis et Adventus a die 17 ad 24 Decembris, conceduntur pro singulis hebdomadae diebus. **3581** *Decret. Urbis et Orbis ad* I. (Hae Missae dicuntur cum *Gloria* sine *Credo* et cum tribus Orationibus pro temporis diversitate, iuxta Rubricam specialem Missalis).

Ad Missas votivas privatas vel Defunctorum celebrandas Sacerdos obligatus, ratione fundationis vel accepti manualis stipendii, diebus, quibus celebrari possunt, propriae obligationi non satisfacit dicendo Missam de die occurrente; expressa enim voluntas testatorum vel postulantium, dummodo sit rationabilis, debet adimpleri. **2461** *ad* 7. Sed vide **3922** §. IV. n. 3. *Decret. gener.*

In Missis votivis privatis, quando obtentum fuit ab aliqua Ecclesia privilegium vel canendi unam Missam vel omnes Missas recitandi, quae non concordent cum Officio Ecclesiae, addenda est Oratio Officii diei et aliorum occurrentium, etiam in Missa cum cantu, quatenus de festo currenti prius alia Missa non celebretur; dummodo aliter non constet ex speciali privilegio. **3365** *ad* 4.

Missam votivam dicere, aut Missae currenti Commemorationem addere illius Sancti vel Mysterii, in cuius honorem pro Sacro faciendo eleemosynam accepit, Sacerdos non potest, quando ritus non permittit celebrationem Missae votivae. **2981** *ad* 3.

Missae votivae privatae vel ex privata causa, quaenam celebrari possint. **3922** § III *n.* 1 *Decret. generale;* nec non quando et quomodo dicendae sint, traditur. *Ibidem n.* 2 *et* 3.

Missa votiva solemnis et cantata.

Ad Missam votivam solemnem cantandam res gravis censeri potest, quando ab Episcopo et universo Clero et Civitate Missa solemniter celebratur cum interventu Magistratus et populi, propter pluviam petendam, pro serenitate, pro quacumque necessitate, pro Principe infirmo etc; et tunc dicitur *Gloria* et *Credo,* dummodo Missa non sit celebranda in paramentis violaceis: quia tunc nec *Gloria* nec *Credo* (excepta Dominica, in qua cantatur Symbolum) dicitur; Organa tamen pulsari licet. **235** *ad* 12. **3575** *ad* 9. Vide **3922** §. II.

Missa votiva solemnis, Dominica infra Octavam alicuius Sancti, de eo celebrari nequit; licet de licentia Episcopi fiat Processio ad eius Ecclesiam. **1174.**

In Missis votivis solemnibus, in quibus paramenta violacea adhibentur, *Gloria* et *Credo* non dicuntur (excepta Dominica, in qua dicitur Symbolum). **1333** *ad* 4.

In Missa votiva solemni pro re gravi de aliquo Sancto semper dici debet *Gloria* et *Credo,* et adhiberi color uti in festo Sancti, cuius Missa canitur. **1357** *ad* 3. **3922** §. II. *n.* 3.

Missae votivae in cantu fundatae in Dominicis et Duplicibus non sunt celebrandae; sed eorum loco, Missa de festo currenti cum applicatione sacrificii. **1714** *ad* 6.

Missae votivae, quae celebrantur ob peculiarem devotionem alicuius privatae personae et solemniter celebrantur cum Altaris apparatu et magno musicorum concentu, nequeunt habere *Gloria* et *Credo,* nisi sint pro re gravi et publica causa. **1843** *ad* 1 *et* 2. **3922** §. IV *n.* 2.

Missa votiva solemnis contra Paganos occasione Orationis XL Horarum, in Adventu, Quadragesima, Quatuor Temporibus et Vigiliis celebranda est post Nonam, et quidem post Missam de Feria, quae pariter celebranda est post Nonam. **2058;** (sed iuxta Instructionem Clementinam occasione XL Horarum non est dicenda Missa contra Paganos, sed pro Pace, uti ex sequenti Decreto patet):

Missa votiva de Pace pro secunda die tempore Orationis XL Horarum cantanda celebrari debet, in quantum fieri potest, iuxta Instructionem Clementinam in Altari, in quo SSm̄um Sacramentum non asservatur; suppleri tamen potest (extra Romam) per aliam Votivam ex iis, quae in Missali continentur, arbitrio Episcopi. **3049** *ad* 4.

In Missa votiva, quae ex fundatione cantatur praeter Conventualem, non est facienda

Commemoratio Feriae occurrentis. **2323** *ad* 3. **2327** *ad* 3.

In Missis votivis solemnibus, quae celebrantur pro re gravi, vel ob occursum festi solemnis in aliam diem translati, etsi unica tantum cantatur Missa, unica tantum Oratio dicenda est. **2417** *ad* 7. **3352** *ad* 6.

Missa votiva solemnis pro re gravi cani nequit in festis votivas Missas excludentibus. **3009** *ad* 6.

In Missis votivis solemnibus pro re gravi ac in illis de Festo, quod iuxta Rubricas transferri debet, unica Oratio dicenda est, ubi onus Missae Conventualis non adest. **3365** *ad* 4.

Missae votivae solemni de festivitate, quae ad Dominicam sequentem transfertur, in Ecclesiis in quibus non solet celebrari Missa Conventualis, addantur Commemorationes Officii currentis. **2974** *ad* 1; sed hoc Decretum altero emendatum est, quo iubetur ut, ubi non adsit obligatio Missae Conventualis, addatur sola Commemoratio Dominicae sub distincta conclusione et eius Evangelium in fine; ubi autem exstat obligatio Missae Conventualis, haec Missa cantetur cum unica Oratione, *Gloria* et *Credo* ac Evangelio S. Ioannis in fine. **3754** *ad* 2; haec Missa votiva solemnis cantanda est in omnibus Ecclesiis et Oratoriis publicis, si ibi cantetur Missa in aliis Festis, **2974** *ad* 4; in Ecclesiis vero Regularium et Monialium servetur consuetudo. *Ibidem ad* 5.

Missae cantandae novemdiales ante festum alicuius Sancti sunt votivae; et in illis servandae sunt Rubricae Missalis. **1843** *ad* 5 *et* 6.

Missae votivae per singulos hebdomadae dies distributae et cantandae ex fundatione ab antiquis temporibus in Metropolitana Gnesnensi celebrari nequeunt Dominica I Adventus, feria IV Cinerum, Dominicis I Quadragesimae et Palmarum cum tota maiore Hebdomada, Dominica Resurrectionis et Pentecostes cum duobus sequentibus diebus, die Nativitatis Domini, Epiphaniae, Ascensionis, Corporis Christi et omnibus diebus, in quibus celebrari debet iuxta Calendarium Dioecesanum aliud festum respondens Missae votivae; ac diebus, in quibus celebratur praedicta Missa votiva, praeter eamdem celebrari debet etiam Missa Conventualis seu diei festi currentis. **3199** *ad* 1.

Missa votiva in cantu celebrari nequit in Duplicibus sine speciali Indulto. **3209** *ad* 1; et si habetur Indultum, omittendum in ea est *Gloria* et *Credo,* nisi aliter concessum sit in Indulto. *Ibidem ad* 2.

Missa votiva solemnis ratione Congregationum Dioecesis celebrari nequit nisi diebus a Rubricis permissis vel de speciali indulto. **3487** *ad* 1.

Missa, quae dici potest occasione benedictionis et impositionis primarii lapidis pro Ecclesia aedificanda est votiva, sive cantetur, sive legatur, pro re gravi, exclusa omni Commemoratione; nec prohibita est nisi diebus solemnioribus infra annum; et si Episcopus nolit eamdem celebrare, alius Sacerdos legere potest. **3605** *Dub.* I.

Missa, quae dici potest occasione benedicendi novam Ecclesiam, debet esse de Sancto, in cuius honorem dedicatur Ecclesia; et celebranda est ritu solemniori. **3605** *Dub.* II.

Missa, quae praescribitur in Pontificali Romano, peracta Consecratione Ecclesiae, potest celebrari iuxta Rubricas et Decreta omnibus diebus permissis: diebus vero prohibitis fieri debet Commemoratio Dedicationis sub una conclusione; aliis diebus fiant Commemorationes, quae etiam in duplicibus primae classis omitti nequeunt; in Missa autem Consecrationis Altaris hae Commemorationes omitti debent. **3605** *Dub.* III.

Missa votiva solemnis pro re gravi et publica Ecclesiae causa quae sit, statuitur in Decreto generali. **3922** § II *n.* 1; quando celebrari possit. § *Ibidem n.* 2; et quomodo. *Ibidem n.* 3.

Missae votivae non pro re gravi et ex non publica causa celebrari nequeunt in Dominicis et festis duplicibus. **3922** *Decret. gener.* § IV *n.* 1; ob has Missas votivas numquam dispensatur Missa Conventualis de die, et in ipsis fieri nequit Commemoratio festi occurrentis; in Ecclesiis vero, quae ad Missam Conventualem non tenentur, si de festo occurrenti prius alia Missa celebrata non fuerit, Missae votivae addantur tam Oratio diei quam aliae occurrentes. *Ibidem ad* 2; et semper omittatur *Gloria* et *Credo,* nisi exstet speciale indultum. *Ibidem.*

Missae votivae dum prohibentur, intelligi debent vetitae etiam illae quae ex fundatione cantari solent; hisque substitui possunt Missae de Festo, ac satisfieri fundationi cum Missa lecta loco cantatae, ex rationabili causa ab Ordinario cognoscenda et approbanda. **2427** *ad* 3, 4 *et* 5; neque licet has Missas votivas cantare diebus infra Octavas privilegiatas. *Ibidem ad* 6.

Missa votiva pro aliqua gravi necessitate v. gr. ad petendam pluviam, ad postulandam serenitatem etc., sumenda est Missa *pro quacumque necessitate;* atque Collecta particularis necessitatis sub una conclusione est addenda. **3605** *Dub.* IV.

Missa votiva solemnis Dominica infra Octavam alicuius Sancti conceditur tantum per privilegium a S. R. C. **3767** *Dub.* XXIX *ad* 18.

Missa votiva solemnis de Patrono trans-

ferendo decantari nequit in Dominicis Passionis, in Albis et SSmae Trinitatis. **3924** *Dub.* V.

Missas votivas aliquas solemnes pro certis diebus constitutas praesente Capitulo celebrandi ante Horas canonicas consuetudo continuari potest; dummodo de singulis Missis habeatur Indultum. **3914.** *Dub.* IV. **3941.**

Missa votiva B. M. V. aut ex legato cantari nequit uti Conventualis post Tertiam; sed Missa ex legato cani debet post Primam; altera votiva post Nonam. **3914** *Dub.* III.

Missam solemnem votivam et omnes Missas privatas proprias alicuius Festivitatis extra diem propriam celebrandi Indultum acceptari nequit quoad solas Missas privatas. **3461** *ad* 2.

Missae votivae solemnes semper cantari debent post Nonam ad formam Rubricarum. **3914** *ad* 3. **3922** § IV *n.* 1.

Missae votivae speciales.

a) De Sanctis Angelis.

Missa votiva de Ss. Angelis in Exequiis parvulorum legatur vel cantetur diebus tantum a Rubricis permissis. **3481** *ad* 2.

Vide **3581** *Decret. Urbis et Orbis ad* I.

b) De Ss. Apostolis.

In Missis votivis Ss. Apost. Petri et Pauli Oratio secunda dicitur: *Concede nos famulos tuos:* in votivis omnium Ss. Apostolorum: *A cunctis.* **3612** *ad* 1.

Vide **3581** *Decret. Urbis et Orbis ad* I.

c) Missa votiva de Sacr. Corde Iesu.

Missa Sacr. Cordis uti votiva celebrari potest. **2784** *ad* 3. **3605** *Dub.* V *qu.* 3.

Missa votiva de Sacr. Corde conceditur prima feria VI cuiusvis mensis, si peculiaria exercitia peragantur; dummodo in illam diem non incidat aliquod festum Domini aut Duplex I classis vel Feria, Vigilia et Octava privilegiata. **3712**; et haec Missa votiva solemniter celebranda est cum *Gloria, Credo* et unica Oratione. **3731** *ad* 1. **3769** *ad* 3; etiamsi sit solummodo lecta. **3773** **3792** *Dub.* I.

In Missa votiva de Sacr. Corde ad Introitum et Offertorium omitti debent *Alleluia* extra tempus Paschale. **3137** *ad* 5. **3764** *Dub.* X. (Pone in posteriore Resp. *Affirmative* pro *Negative*).

Missa votiva de Sacr. Corde licita est diebus, in quibus recitatur Officium votivum de SS. Sacramento, de Passione Domini etc.; et tunc Oratio secunda sumenda est de tempore, quando non occurrunt aliae Commemorationes. **3764** *Dub.* XI.

Missa votiva de Sacr. Corde celebrari nequit in Commemoratione omnium Fidelium Defunctorum, occurrente prima feria VI Novembris. **3855** *ad* 2.

Pro Missa votiva de Sacr. Corde post Septuagesimam praescribitur Tractus, et tempore Paschali *Alleluia* etc. **2784** *ad* 3. **3168** *ad* 1.

d) Missa votiva de S. Cruce.

Missam votivam de S. Cruce non licet celebrare feria VI infra Octavam Nativitatis Domini, quacumque obligatione et consuetudine non obstante. **1377.**

e) Missa votiva de S. Francisco Assis.; vide S. Franciscus Ass. Conf.

f) Missa votiva de S. Ioseph, Sponso B. M. V.

In Missa votiva de S. Ioseph nomen ipsius in Oratione *A cunctis* omittendum est, quando haec Oratio tertio loco praescribitur. **3400** *ad* 3.

Missa votiva de S. Ioseph correspondens Officio votivo per annum persolvendo loco Officii ferialis, praeterquam in feria IV Cinerum, toto tempore Passionis et Adventus a die 17 ad 24 Decembris inclusive, pro feria IV hebdomadae conceditur. **3581** *Decret. Urbis et Orbis ad* I. (Haec Missa dicitur cum *Gloria* sine *Credo* et cum tribus Orationibus pro temporis diversitate iuxta specialem Rubricam Missalis).

In Missa votiva de S. Ioseph semper adhibendum est formulare Missae, quae correspondet Officio votivo. **3764** *ad* 9.

g) Missae votivae B. Mariae Virginis.

In Missa votiva B. M. V. in Sabbatis *Gloria* dici debet. **235** *ad* 10. **1814.** **2788** *ad* 1; extra Sabbatum (et extra Octavam eiusdem B. M. V.) *Gloria* omitti debet, non obstante quacumque consuetudine. **1877.** **3146** *ad* 3. Sed vide **3922** § V n. 3 *Decret. gener.*

Missa votiva B. M. V. nullo modo in Vigilia Pentecostes dici potest. **937** *ad* 1.

Missae votivae B. M. V. (etiamsi in alma Domo Lauretana celebrentur ex privilegio in Dominicis, festis Ss. Apostolorum et aliis duplicibus) dici nequeunt cum *Credo,* nisi solemnes sint pro re gravi et publica causa. **1497** *ad* 1; in fine semper legendum su-

mant Evangelium S. Ioannis. *Ibidem ad* 2; nec celebrari possunt infra Octavas festivitatum eiusdem B. M. V. *Ibidem ad* 3.

Missae votivae B. M. V. Hispali celebrari solitae per novem dies ante Nativitatem Domini, uti repugnantes Rubricis, interdicuntur. **1588** *ad* 7.

Missa assignata festivitati Conceptionis B. M. V. in Sabbatis celebrari nequit uti votiva. **1637** *ad* 1. (Sed hoc Decretum revocatum est aliis **3138. 3605. 3642** *ad* 5. **3675** *ad* 4. **3858** *Dub.* II.)

Missa votiva B. M. V. celebranda est sine *Credo* ad formam Rubricae. **1785**; atque ex legato celebranda qualibet feria III, dici nequit cum *Gloria* et *Credo*. **1817.**

Missa votiva B. M. V. ad instar solemnis pro re gravi celebrari singulis diebus in Novemdiali ante Nativitatem Domini S. R. C. interdum indulsit ex gratia; dummodo non omitteretur Missa Conventualis. **2223. 2238. 2257. 2259.**

Missa votiva cantata *Rorate* de B. M. V. in Polonia celebrari potest singulis diebus Adventus, exceptis solemnioribus festivitatibus, dummodo cantetur sine *Gloria* (praeterquam in Sabbatis et infra octavam eiusdem B. M. V.) et sine *Credo,* non omissa Missa Conventuali. **2378** *ad* 7; in Ecclesiis minoribus, in quibus unica celebratur Missa, nequit omitti illa occurrentis festi de praecepto, ut cantetur votiva. *Ibidem ad* 8; haec autem votiva, etiamsi solemniter celebretur et cum populi concursu, non est adnumeranda votivis pro re gravi et pro publica causa, sed dumtaxat haberi poterit ut mera populi devotio. **2417** *ad* 5.

Missam votivam petentibus de Assumptione, Purificatione, Conceptione B. M. V. etc. non est satisfaciendum iuxta petitionem; quia non sunt violandae Rubricae imperitorum laicorum causa: et satis erit celebrare alteram ex Missis votivis B. M. V. iuxta temporis congruentiam. **2417** *ad* 6. **2427** *ad* 2. **3605** *Dub.* V *qu.* 2.

Missam votivam B. M. V. quotidie celebrandi facultate a S. Sede donatus Episcopus ob gravem oculorum infirmitatem, eadem frui poterit etiam diebus Ordinationum; quatenus ex concessione Apostolica possit habere Ordinationes extra tempora. **3152.**

Missa votiva B. M. V., ubi ex Indulto fiat Officium de eius SSmo Nomine semel in mense, vel singulis Sabbatis de Conceptione, concordare debet cum Officio, mutato tamen Graduali in Adventu, et addito Tractu post Septuagesimam. **2494** *ad* 3; votiva de Conceptione in singulis Sabbatis Franciscanis concessa celebranda est sine *Credo* et cum Orationibus a Rubricis pro Missis votivis praescriptis. **2503** *ad* 3; scil. in feriis, simplicibus et semiduplicibus tres dicendae sunt Orationes, duae in duplicibus et semper Hymnus Angelicus ratione Sabbati. **2542** *ad* 1. Si occurrat in Sabbato aliquod festum B. M. V. vel dies infra Octavam eiusdem, celebranda est Missa festivitatis vel de die infra Octavam tamquam non votiva, si de eadem Octava fiat Officium; si vero occurrat alterum B. M. V. festum, de quo fieri debet Officium, Missa pariter erit de die infra Octavam, sed more votivo. **2542** *ad* 2. **2683** *ad* 1 *et* 2.

In Missis votivis B. M. V. semper adhibendus est color albus; usus caerulei coloris uti abusus eliminari debet. **2788** *ad* 2. **3146** *ad* 2.

Missam votivam B. M. V. celebrandi indultum habens Sacerdos caecutiens nequit celebrare tres Missas in Nativitate Domini. **2802** *ad* 3; **3146** *ad* 6; et in festis B. M. V. non tenetur ad Missam de festo. **2951** *ad* 7.

Missa votiva B. M. V. ubi ex consuetudine in Sabbatis cantari solet, occurrente Vigilia Assumptionis B. M. V. (similiter et Immaculatae Conceptionis) sola Missa de Vigilia cantari debet, etiam ad implementum oneris Missae votivae. **2961. 3922** § V *n.* 1. *Decret. gener.*

Missa votiva B. M. V. ob confraternitatem Sacr. Rosarii in omnibus Sabbatis cantari nequit absque speciali Indulto; quod S. R. C. concessit Episcopo Dioecesis SSmi Nominis Iesu pro unica Missa votiva singulis Sabbatis cum cantu celebranda, modo non occurreret duplex I vel II classis, Feria, Vigilia aut Octava privilegiata. **3044** *ad* 4.

Missa votiva B. M. V. cantata in Ecclesiis olim Ordinis B. M. V. de Redemptione Captivorum omnibus Sabbatis, vel etiam festiva in eiusdem festo conceditur per speciale Indultum. **3124** *ad* 1.

Missam votivam B. M. V. celebrandi facultatem habens Sacerdos ratione infirmitatis aliave rationabili causa potest celebrare hanc Missam in festis solemnioribus vel diebus privilegiatis. **3146** *ad* 1; debet semper uti colore albo. *Ibidem ad* 2; eamdem dicere debet sine *Gloria,* praeterquam in Sabbatis, et sine *Credo,* etiam in festis solemnioribus; *Ibidem ad* 3; debet tantum illas Orationes dicere, quae Missae votivae conveniunt, nempe de Spiritu Sancto et *Ecclesiae tuae* vel pro Papa. *Ibidem ad* 4; non debet addere Collectam ab Ordinario praescriptam. *Ibidem ad* 5.

Missa votiva B. M. V. de Cingulo, posito Indulto, infra Octavam Nativitatis eiusdem B. M. V. dici nequit; sed canenda tunc est Missa de Nativitate B. M. V. **3209** *ad* 3; item in Dominica infra Octavam et in festo

Nativitatis B. M. V. omittenda est Missa votiva. *Ibidem ad* 4 *et* 5.

In Missis votivis B. M. V. quolibet Sabbato per privilegium cantandis Commemorationes faciendae sunt iuxta Rubricas et *Credo* omittendum est. **3365** *ad* 6.

Missa Immaculatae Conceptionis B. M. V. *Gaudens gaudebo* uti votiva celebrari potest. **3605** *Dub.* V. qu. 1.

Vide **3851** *Decret. Urbis et Orbis ad* I.

In Missa votiva de Immaculata Conceptione adhiberi debet Introitus *Gaudens gaudebo,* servata tamen Rubrica Missalis Missis votivis per annum praeposita. **3675** *ad* 4.

Missae votivae B. M. V. prout in die Nativitatis Domini, mutatis etiam mutandis, celebrari nequeunt Feria III Pentecostes ex voto facto tempore contagii; sed festum est solemnizandum cum Missa currentis Feriae. **1378.**

Missa votiva B. M. V. solemnis per Novemdiale ante festum Nativitatis Domini ratione consuetudinis et concursus populi decantari potest, etiamsi occurrat festum S. Thomae Apostoli vel Dominica III et IV Adventus: non omissa tamen Missa de die currente, et quidem solemnius cantanda. **1093.**

De Missis votivis B. M. V. vide *Decretum generale* **3922** § V.

Missae Votivae in Novemdialibus debent esse ex Votivis B. M. V. in fine Missalis positis, nunquam vero propriae de Festivitatibus eiusdem, nisi in ipsis Festivitatibus et per octavas earum; et celebrari debent sine *Gloria* et sine *Credo* et cum tribus Orationibus, nisi habeatur speciale Indultum. **3922** § V *n.* 3. *Decret. gener.*

In Missa votiva VII Dolorum B. M. V. Oratio, ubi ex privilegio quolibet Sabbato Officium eiusdem votivum celebratur, respondere debet Orationi ipsius Officii. **3607** *ad* 1.

Vide **Rorate.**

h) Missa votiva de Passione.

In Missa votiva de Passione, quae feriis VI per annum alicubi celebrari solet, colore utendum est violaceo, iuxta Rubricas, nec pulsanda sunt Organa. **3922** § IV *n.* 2. *Decret. gener.*

Vide **3581** *Decret. Urbis et Orbis ad* I.

i) Missa votiva de Ss. Apostolis Petro et Paulo.

In Missis votivis Ss. Apost. Petri et Pauli secunda Oratio dicitur: *Concede nos famulos;* in votivis omnium Ss. Apostolorum dicitur secunda Oratio *A cunctis.* **3612** *ad* 1.

k) Missa votiva de SSmo Sacramento.

Missa votiva de SSmo Sacramento, pro initio XL Horarum cantanda in Altari Expositionis, debet esse illa, quae habetur circa finem Missalis, non autem festiva SSmi Corporis Christi, cum *Gloria,* unica Oratione et *Credo* ac Praefatione de Nativitate. **1332** *ad* 7 *et* 8.

Missa votiva de SSmo Sacramento vel de Festo duplici non est celebranda cum Symbolo, eo quod celebratur in Ecclesia, in qua expositum est SSmum Sacramentum, nisi ei conveniat ob aliam rationem. **1743** *ad* 3; in Expositione XL Horarum in Missis privatis fieri potest Commemoratio SSmi Sacramenti, exclusis duplicibus I vel II classis. *Ibidem ad* 4.

Missa votiva de SSmo Sacramento Dominica Palmarum aliisque tribus diebus sequentibus in Oratione XL Horarum celebrari nequit. **1786.**

In Missa votiva de SSmo Sacramento tertia Oratio est, quae secundo loco dicenda erat ratione temporis occurrentis; non autem illa, quae assignata est secundo loco infra Octavam Corporis Christi. **2155.**

Missa votiva de SSmo Sacramento ab iis, qui gaudent Indulto eam celebrandi singulis feriis quintis, dicenda est sine Sequentia et sine *Credo.* **2550** *ad* 1 *et* 2.

Missa votiva de SSmo Sacramento singulis mensibus Dominica tertia celebrari conceditur Cathedrali Vicen. et quidem post Nonam, nisi occurrat Dominica privilegiata vel festum primae classis: quo casu in Missa Conventuali fieri poterit Commemoratio SSmi Sacramenti. **2643.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **270.**

Missa votiva de SSmo Sacramento celebrari nequit ratione Adorationis perpetuae, nisi SSmum Sacramentum exponendum sit in forma XL Horarum. **2814** *ad* 3.

In Missis votivis de SSmo Sacramento canenda est Praefatio de Nativitate in tono feriali; quae apponi permittitur ad calcem Missalis cum Rubrica speciali. **3168** *ad* 3.

Missa votiva de SSmo Sacramento quaenam sit celebranda, et quomodo, declaratur **3922** § I. *Decret. gener.*

Vide **3581** *Decret. Urbis et Orbis ad* I.

Missa votiva de SSmo Sacramento celebrari nequit ante Processionem SSmi Sacramenti sive infra sive extra Octavam Corporis Christi vel qualibet III Dominica mensis; sed Missa coram SSmo Sacramento cantari solita celebranda est de Dominica seu de festo duplici occurrente cum Commemora-

tione SSmi Sacramenti. **3922** § IV *n.* 1. *Decret. gener.*

Vide **Expositio SS. Sacramenti. Commemoratio SS. Sacramenti. Expositio SS. Sacramenti occasione Orationis XL Horarum. Missa coram SSmo Sacramento.**

l) Missae votivae de Spiritu Sancto.

In Missa votiva de Spiritu Sancto secunda Oratio debet esse de Officio occurrente, tertia *A cunctis.* **1332** *ad* 4.

Missa votiva de Spiritu Sancto dici nequit in vestitione et professione Monialium, occurrentibus Duplicibus vel Dominicis; et consuetudo contraria uti abusus omnino abroganda. **1714** *ad* 5. **2101**; et hoc valet etiam quoad Episcopum celebrantem pro eligenda Abbatissa. **2184** *ad* 5. **3922** § IV. *n.* 1. *Decret. gener.;* his Decretis aliud, in casu speciali propositum, **1358** *ad* 2 revocatum est.

Circa Missam votivam de Spiritu Sancto, in qualibet Feria V praescriptam per Decretum Urbis et Orbis d. d. 11 Aprilis 1869, plura Dubia solvuntur. **3211.**

Missa votiva solemnis de Spiritu Sancto, attenta consuetudine immemorabili, conceditur Cathedrali Urgellensi pro inauguratione Capitulorum, quotannis feria II post Dominicam in Albis celebrandorum; dummodo non occurrat Duplex I vel II classis. **3248** *ad* 1.

Missa votiva solemnis de Spiritu Sancto, etiam in duplicibus (non vero I et II classis), cum *Gloria* et *Credo,* occasione Parochorum conventuum conceditur, attenta antiqua consuetudine. **3475.**

Missam votivam solemnem de Spiritu Sancto occasione electionis Summi Pontificis singulis Ecclesiis parochialibus Episcopus praescribere potest; itemque post electionem pro gratiarum actione. **3487** *ad* 2.

Missa votiva solemnis de Spiritu Sancto in initio scholarum celebranda dependet ab Episcopo; qui tamen nequit indulgere veniam, ut in perpetuum haec Missa celebretur. **3804** *Dub.* VII.

m) Missa votiva pro Sponso et Sponsa.

Missa pro Sponso et Sponsa omitti debet itemque Benedictio Nuptiarum, si mulier sit vidua et alias hanc benedictionem acceperit. **2461** *ad* 1.

Missa pro Sponso et Sponsa celebranda est ut votiva, sine *Gloria* et *Credo,* cum tribus Orationibus, prima scil. eiusdem Missae votivae propria, 2 et 3 diei currentis, *Benedicamus Domino* et ultimo Evangelio S. Ioannis. **2582.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **166.**

Missa pro Sponso et Sponsa celebrari nequit in Octava Epiphaniae vel in Vigilia Pentecostes; nec infra Octavam Corporis Christi, quatenus huius privilegium concessum sit ad instar Octavae Epiphaniae. **2619** *ad* 5; si celebretur Missa de die, commemoratio pro Sponso et Sponsa fieri nequit sub unica conclusione. *Ibidem ad* 6, sed facienda est primo loco post alias de praecepto. *Ibidem ad* 7 *et* 8. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **222** et **223.**

In Missa pro Sponso et Sponsa, dicenda diebus Rogationum, earumdem commemoratio facienda est. **2693** *ad* 4.

Missa pro Sponso et Sponsa nequit dici temporibus ab Ecclesia vetitis, cum haberi non possit solemnis benedictio Nuptiarum; neque addi potest commemoratio pro Sponso et Sponsa in Missa currenti; neque Orationes resumendae sunt extra Missam, tempore prohibito elapso. **2797.**

In Missa pro Sponso et Sponsa, etiamsi celebretur in cantu, addi nequit Symbolum; in Paroeciis autem, ubi unus tantum est Sacerdos, Dominicis Festisque diebus Missae occurrenti addatur commemoratio pro Sponso et Sponsa. **2798.**

Missa in Nuptiis semper debet esse votiva pro Sponso et Sponsa, ut in Missali, praeterquam in festis de praecepto et Duplicibus I et II classis: in quibus Missae occurrenti addenda est commemoratio pro Sponso et Sponsa; benedictio vero non est impertienda nisi in Missa; et omittendae sunt Missa et benedictio temporibus vetitis. **3016** *ad* 1 *et* 3. **3617** *ad* 1.

Ante Missam pro Sponso et Sponsa in Missali apponi debet Rubrica ad formam Decreti Urbis et Orbis Pii VI. **3103** *Dub.* XIV.

Missa pro Sponso et Sponsa celebrari potest etiam in Oratoriis privatis, quando in eisdem cum permissu Episcopi Matrimonium celebratur. **3265** *ad* 3.

Missa pro Sponso et Sponsa dici potest etiam in casu, quo Sponsi infra Missam Communionem non accipiant; curent tamen Parochi adhortari fideles nupturos, ut in Missa, in qua benedictiones nuptiales impertiuntur, communicent. **3329. 3531** *ad* 7.

De Missa pro Sponsis Decretum generale. **3922** § VI.

Vide **Benedictio Nuptialis.**

n) Missa votiva de SSma Trinitate.

Missa votiva de SSm̃a Trinitate vel eiusdem Commemoratio ad reddendas gratias pro donis et privilegiis concessis B. M. V. indulta pro una Urbis Ecclesia est extensa ad alias Dioeceses sub quibusdam regulis, conditionibus et limitationibus. **2569.**

In Missa votiva de SSm̃a Trinitate infra aliquam Octavam B. M. V. tertia Oratio dicenda est de Spiritu Sancto. **3764** *Dub.* XII.

Missale.

In Missalis principio apponenda sunt Decreta generalia, quae praecipue versantur circa Anniversaria, Missas de Requiem et Reliquias Sanctorum. **2228.**

Missalia duo, unum in cornu Epistolae, alterum in cornu Evangelii, in Missa solemni permitti nequeunt. **2572** *ad* 7. **3342.**

Super Missale Sacerdos manum sinistram ponere debet ad Evangelium, cum dextera facit signum Crucis super ipsum. **2572** *ad* 11; in Missa vero de Requie super Altare, dum dextera facit signum Crucis ad Introitum. *Ibidem* ad 25.

Missalis et Breviarii innovatio pro Ecclesia Cenomanensi facta anno 1748 aut 1749, inconsulta S. Sede, declaratur illicita. **2993** *ad* 1; nec legitima evadit ob consuetudinem unius saeculi, ita ut possit tuta conscientia servari. *Ibidem ad* 2; pro conscientia recurrendum est ad Constitutiones S. Pii V *Quod a nobis* d. d. 9 Iulii 1568 et *Ex proximo* d. d. 20 Sept. 1571. *Ibidem ad* 3; quae etiam de reliquis libris liturgicis sunt intelligendae. *Ibidem ad* 4.

In Missalibus noviter edendis, aliquae additiones vetantur, aliquae vero conceduntur. **3103.**

Missali Monastico a Paulo V approbato Monachi Cistercienses debent omnino uti, et Missam tam solemnem quam privatam celebrare cum ritibus et caeremoniis ibidem praescriptis. **1218.**

Ad Missalis calcem apponi potest cum Rubrica speciali Praefatio de Nativitate Domini, quae canenda est in Missis votivis de SSm̃o Sacramento in tono feriali. **3168** *ad* 3.

Missale quando Celebrans ipse defectu ministri transfert a cornu Epistolae ad cornu Evangelii et vicissim, in Altari, in quo asservatur SS. Sacramentum, genuflectere haud debet **3975** *Dub.* II. *qu.* 1.

Missale in Ordinatione Diaconis et Subdiaconis tradi potest loco libri Epistolarum et Evangeliorum. **3315** *ad* 7.

Ut Missale per Clericum cotta indutum elevetur, ita tamen ut pars inferior haereat Altari, tolerari potest, Dignitatibus solemniter celebrantibus, praesente vel absente Episcopo; et idem valet quoad Breviarium in Vesperis et Laudibus. **1210.**

Missale Dominicanum adhibere et Missa celebrare debet iuxta ritum Ordinis proprii Alumnus Ordinis S. Dominici, qui in Missionibus ab Episcopo collatis extra claustra degit. **3310** *ad* 1; nec ei Episcopus, in locis in quibus Dominicani non adsunt, in celebratione Missae praefatum ritum prohibere potest. *Ibidem ad* 2.

Missalis ac Breviarii Dominicani usus competit de iure Tertiariis Ordinis S. Dominici collegialiter viventibus, in celebratione Missae, in recitatione divini Officii atque in aliis functionibus; ac servandi ab eis sunt ritus et Caeremoniae eiusdem Ordinis ad tramitem Constitutionum Sũmmorum Pontificum. **3205.**

In Missalis libro ultimum Evangelium S. Ioannis *In principio* neque sub Canone indicari per citationem ad tertiam Missam Nativitatis Domini, neque ibi apponi permittitur per extensum. **3103** *Dub.* II.

Vide **Canon Missae.**

Missionarii.

Missionariis Oceaniae permittitur in S. Missa celebranda usus Candelarum, quae ex adipe Ceti conficiuntur. **2985.**

Missionariis Vicariatus Apostolici in Dania facultates speciales sunt concessae quoad administrandam Communionem infirmis, quoad Officia recitanda, quoad baptismum infantium; et aliqua Dubia circa has facultates enodantur. **3234** *Dub.* I, II *et* III.

Missionarii Oblati in Ecclesiis parochialibus, quibus deserviunt per unum ex suis, in publicis Officiis suum Calendarium sequi nequeunt. **3397** *ad* 1, 2 *et* 3.

Missionarii, qui curam animarum parochialem exercent in pluribus simul oppidis valde dissitis et in uno tantum regulariter resident, non tenentur ad celebrandum Officium Titularium omnium Ecclesiarum sub ritu duplici I classis, sed tantum Ecclesiae, apud quam residere solent, vel dignioris. **3554. 3571** *ad* 2. **3661** *ad* 2.

Missionarii qui ob defectum cantorum diebus Dominicis et Festivis Missam tantum legunt, in eadem quatuor lumina et duos Ministros adhibere possunt; sed debent post eamdem preces praescriptas recitare, nisi Missa celebretur immediate post divini Officii recitationem. **3858** *Dub.* I. *qu.* 1 *et* 2.

Ab Missionum ad Exteros Seminarii Alumnis apponi debet inter Suffragia San-

ctorum Commemoratio S. Ioseph iuxta formam Brevis Apostolici; Commemoratio vero S. Francisci Xaverii sumenda est prout infra Octavam eiusdem Sancti. **3314.**

Missionis Congregatio vide **Congregatio.**

Mitra.

Mitra, quando Dignitates Ecclesiae Cathedralis habentes usum Mitrae illa utuntur in solemnioribus diebus, absente Episcopo a Choro, per Cappellanos seu Ministros inferiores ipsis est ministranda. **831** *ad* 6.

Mitrae et Insignium pontificalium usus in Ordinationibus et Benedictionibus cum sacro Oleo conceditur Abbatibus Cassinensibus. **1163** *ad* 17.

Mitrae usum habentibus Dignitatibus Ecclesiae Metropolitanae Sypontinae non licet in Processionibus penes se Mitram deferri facere cum velo appenso. **1374** *ad* 1; non tamen eis interdicitur in Processionibus usus Mitrae. *Ibidem ad* 2; ea uti nequeunt invitati vel alio modo accedentes ad alias Ecclesias exemptas vel non exemptas, capitulariter vel seiunctim, sive intra civitatem sive intra Dioecesim. *Ibidem ad* 3; neque ea uti possunt in Officiis et Missis Defunctorum aut in diebus feriatis, sed tantum in solemnioribus et ubique de praecepto. *Ibidem ad* 4.

Mitrae usum habentes Canonici vel Abbates per se debent eam sibi imponere et auferre. **1546. 1753** *ad* 2.

Mitra a Canonicis, eius usum habentibus, deferri nequit in capite in Processione SS. Corporis Christi, non obstante immemorabili consuetudine. **1690. 2418** *ad* 13.

Mitram Canonici, habentes eiusdem usum ex Indulto, possunt deferre, Episcopo non celebrante sed absente, aut Sede vacante ad formam Indulti. **1728** *ad* 1; extra Ecclesiam Canonicis singulatim invitatis Mitram deferre non licet, non praesente toto Capitulo. *Ibidem ad* 2; si Canonicus solemniter celebrat, potest manus lavare et thuris honorem accipere cum Mitra, sive absente sive praesente Episcopo. *Ibidem ad* 4; non licet tamen illi eam capiti imponere, priusquam Episcopus Sacris indutus solium ascenderit. *Ibidem ad* 5. Mitra uti non licet Diacono Evangelium cantaturo. *Ibidem ad* 6 *et* 7. Mitram ministrare Canonico solemniter celebranti spectat ad Diaconum Evangelii. *Ibidem ad* 8; ad Acolythum vero illam tenere cum holoserico velo ad collum pendente. *Ibidem ad* 9. Mitra debet esse ex tela. *Ibidem ad* 10. Cum Mitra Canonicus defunctus nequit efferri et tumulari. *Ibidem ad* 11; nec Mitra supra tumulum apponi aut ad tholum prope sepulcrum suspendi potest in funerali seu anniversario. *Ibidem ad* 12 *et* 13.

Mitra ab Episcopo in Pontificalibus assistente deponenda est, antequam surgat ad Praefationem. **1921.**

Pro Mitrato Episcopo (quibus verbis utitur Caeremoniale lib. I cap. 23 § 13) intelligitur Episcopus assistens cum Pluviali et Mitra. **1963.**

Mitra non sumitur ab Episcopo solemniter celebrante, dum imponit thus pro Oblatis thurificandis. **3213** *ad* 7.

Mitra et baculo uti nequit Abbas extra propriam Ecclesiam. **168** *ad* 3.

Mitra uti nequeunt Abbates Regulares in functionibus, quae fiunt in ambitu monasterii Dominica Palmarum, in coemeteriis die Commemorationis omnium fidelium Defunctorum et similibus. **2060.**

Mitra coloris rubri vel violacei, quando paramenta sunt eiusdem coloris, tolerari nequit; et super Mitrae qualitate et usu consulendum est Caeremoniale Episcoporum. Lib. I cap. 17. **3729** *ad* 1.

Cum Mitra et baculo benedictionem in fine Missae solemnis impertiri potest Archipresbyter, secunda Dignitas Capituli Metropolitanae Sypontinae, tantum in Ecclesia metropolitana; minime tamen cum cantu et modo ac forma Episcopali. **3765** *ad* 3.

Mitrae et baculi usus quatuor Dignitatibus Ecclesiae Metropolitanae Sypontinae per privilegium concessus taxative intelligendus est; ita ut usus mitrae et baculi tantummodo permittatur in Missis solemnibus, non vero in ceteris functionibus vel Processionibus a Capitulo peragendis. Insuper vetatur in solemnibus Pontificalibus Archiepiscopi vel Episcopi, necnon dum ipsae Dignitates in enuntiatis Missis solemnibus thurificationem accipiunt. **3765** *ad* 4.

Mitra uti nequeunt Sacerdotes simplices in consecratione Episcopi ex privilegio assistentes Episcopo consecranti. **3834.**

Mitram pretiosam Abbates et Praelati inferiores Episcopo non adhibeant, nisi iis expresse a S. Sede sit indulta; ac sub Mitra pileolum nigri tantum coloris induant. **1131** *ad* 8. **1753** *ad* 3.

Mitra pretiosa uti nequit Praepositus S. Agathae Civitatis Cremonensis et tenetur baculum pastoralem cooperire velo albo; et eidem non licet in Processionibus extra suam Ecclesiam et iurisdictionem faciendis sibi facere deferri Mitram et baculum pastorale, iuxta tenorem Bullae Pii IV. **1782.** *ad* 4.

Mitra auriphrygiata et baculo episcopali Abbas Collegiatae Ecclesiae uti nequit, sed Mitra tantum ex tela simplici et baculo abbatiali cum velo. **2930** *ad* 1.

Mitra utatur solus Celebrans ad formam concessionis Pii VII, absente Episcopo, inter Canonicos Capituli Metropolitanae Barensis. **2677.**

Mitrato Abbati, vigore privilegii obtenti ante Concilium Tridentinum, non licet conferre Ordines minores, consecrare Calices, benedicere Campanas et similia agere, in quibus unctio adhibetur. **409** *ad* 3. **1486** **2377** *ad* 1.

Mitrae et baculi usum habentes Abbates nequeunt uti paramentis pontificalibus extra proprias Ecclesias sine indulto Apostolico; et Ordinarii locorum nequeunt illis impertiri hanc facultatem. **577. 768. 803. 873. 1815** *ad* 2.

Mitrato Abbati non licet habere stallum ceteris eminentius prope Sedem Episcopalem **1351.**

Quoad Mitram simplicem Abbates in Synodo servare debent Caeremoniale Episcoporum. **1783** *ad* 2.

Mitrati Abbates in Synodo praeeminentiam non habent supra Dignitates et Canonicos Cathedralis. **1783** *ad* 1.

Mitram et biretum a Consecratione usque ad Communionem deponere debet Episcopus assistens Missae solemni, sive paratus sive non. **2895** *ad* 3.

Mitram et pileolum deponere debet Episcopus, quando cum Reliquia S. Crucis sive cum alia insigni alicuius Sancti populum benedicit. **2769** IV *qu.* 2 *et* 3.

Mitram gestare nequeunt Episcopi, sive Dioecesani sive Titulares, in Missa privata, dum populo trinam benedictionem impertiunt. **4035** *ad* 3.

Cum Mitra Episcopus ad Litanias in Sabbato Sancto procumbere debet. **1665** *ad* 3.

Mitra serico-damascena uti possunt Canonici et Dignitates Metropolitanae Ravennaten., dummodo dissimilis ea sit in textura ab illa Rmorum Cardinalium; et quoad Processionem SSmi Corporis Christi strictim serventur Decreta. **2648.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **274.**

Mitram, baculum et quaevis alia insignia Abbates in Ordinationibus Canonicorum, Clericorum et Monachorum non adhibeant, nisi de expressa S. Sedis concessione. **1131** *ad* 17.

Mitras tres, uti Episcopi, Abbas parochus in sua Ecclesia abbatiali pontificaliter celebrans adhibere nequit. **3172** *ad* 3.

Mitra uti nequeunt Canonici Metropolitanae Urbinaten. in vestitione et velatione Monialium facienda de commissione Episcopi. **2418** *ad* 10; neque in Metropolitana possunt uti Mitra et pontificaliter celebrare Missam pro defunctis. *Ibidem ad* 11; in Insignibus et Armis suae familiae Mitram tantum apponere possunt. *Ibidem ad* 12; in Processionibus SS. Corporis Christi nequeunt incedere capite Mitra cooperto. *Ibidem ad* 13.

Mitra uti potest Episcopus in Processionibus sanctum verae Crucis lignum deferens. **3434** *Dub.* IV.

Monachi.

Monachi an et ad quas Processiones sint cogendi, statuitur. **99.**

Monachi et Canonici regulares etiam exempti compelli possunt ab Episcopo ad processiones indictas pro publico bono vel publico honore. **272. 929. 1704;** quod intelligitur de omnibus et quibuscumque Regularibus. **282. 331.**

Monachis semper et ubique debetur praecedentia supra Mendicantes, non obstante qualibet protestatione reservationis iurium per Mendicantes emissa. **374.**

Monachi utentes Breviario Benedictino reformato tenentur recitare Officia Sanctorum addita in Calendario Romano post acceptationem dicti Breviarii Benedictini. **683.**

Monachis non permittitur usus bireti presbyteralis, etiamsi Doctoratu sint insigniti. **938.**

Monachi non tenentur accedere ad Processiones, a quibus vigore privilegiorum sunt exempti, si correctioni et visitationi Episcopi non subiiciuntur. **1073.**

Monachis Cassinensibus; (i. e. Abbatibus) non competit usus Baldachini, nisi in tribus tantum Solemnitatibus; et signanter eis non licet in vestitione Monialium. **1100.**

Supra Monachos competit praecedentia Cappellanis saecularibus unum corpus, ut Collegium, constituentibus. **1082.**

Monachi nequeunt recusare obsequia praestanda Episcopo ad ipsorum Ecclesiam accedenti ad exercenda Pontificalia Ordinis, non tamen Iurisdictionis. **1173.**

Monachi Cistercienses debent omnino uti Missali Monastico a Paulo V approbato, et Missam tam solemnem quam privatam celebrare cum ritibus et caeremoniis ibidem praescriptis. **1218.**

Monachis Cassinensibus aliisque Regularibus non licet in funeralibus erigere propriam Crucem, interveniente Capitulo Cathedralis. **1285.**

Monachi Cassinenses et Cistercienses, circa praecedentiam quoad Processiones, servent Mediolani Decretum Emi Archiepiscopi. **1468.**

Monachi Coelestini Civitatis Lucerinae

non possunt compelli ut accedant ad processiones Rogationum aliasque huiusmodi, exceptis Processionibus SSmi Sacramenti et aliis expressis in Decreto generali. **1522** *ad* 1; nequeunt cogi ad associanda cadavera ad eorum Ecclesiam deferenda; et quatenus interesse debeant, debent accedere ad Cathedralem et procedere sub eius Cruce. *Ibidem ad* 2.

Monachi Cassinenses accedere tenentur ad Processionem Corporis Christi, etiamsi sint numero pauci. **1716.**

Monachi Cassinenses quomodo teneantur excipere Episcopum processionaliter ad eorum Ecclesias accedentem; et num erigere teneantur baldachinum, si Pontificalibus vel Cappa indutus ille Missae solemni assistere velit, statuitur. **1929.**

Monachi Benedictini degentes in Hospitio S. Callisti (licet eorum aliqui tempore aestivo pergant ad Basilicam S. Pauli ad persolvendas Horas canonicas matutinas) in praefato Hospitio tenentur celebrare Festum S. Callisti sub ritu duplici primae classis cum octava: non item in Basilica S. Pauli; qui vero in hacce iam Horas matutinas persolverunt, debent in Vesperis idem continuare Officium, licet has persolvant in Hospitio S. Callisti. **1985**; postea S. R. C. censuit servari posse contrariam consuetudinem. **2863.**

Monachi S. Basilii oppidi Stili Squillacen. Dioecesis tenentur accedere tam ad Processiones ordinarias quam ad extraordinarias; et quatenus deferant Reliquias, hae deferendae sunt per Monachum incedentem loco digniore. **2116. 2182.**

Monachi Cassinenses Monasterii S. Xysti Civitatis Placentinae non tenentur accedere ad Processionem SS. Sacramenti, quae fieri solet a Cathedrali in Octava Corporis Christi. **2346.**

Monachi S. Benedicti, qui habitant Coenobium canonice erectum sub titulo Prioratus simplicis et iurisdictione Monasterii principalis, sed situm in altera Dioecesi et nondum Ecclesia consecrata munitum, celebrare nequeunt annuatim festum Dedicationis Ecclesiae Abbatiae, in cuius Abbatis potestate sunt. **3847** *ad* 1; sed debent celebrare Dedicationem omnium Ecclesiarum consecratarum, prout indulto Card. Caprara pro universa Gallia praescriptum est. *Ibidem ad* 2.

Super Monachos Cassinenses S. Proculi Clero saeculari Civitatis Bononiae competit praecedentia in Processione SS. Corporis Christi, quae fieri solet Bononiae infra octavam eiusdem Festi. **2511.**

Monachi Cassinenses et Abbas Ecclesiae S. Columbani excipere debent Episcopum, et non solus Monachus Curatus, in dictam Ecclesiam, in qua Processio Rogationum terminatur. **1233.**

Vide **Regulares.**

Moniales.

Moniales nequeunt ad confessionem mutare verba *Fratres* in *Sorores,* et *Te Pater* in *Te Mater;* sed verba recitare debent prout in Breviario. **512. 1334** *ad* 4. **1490** *ad* 7.

Monialium praecedentia petenda est a Professione. **720. 1059**; prius professa praecedit alteri prius in monasterium receptae. **775.**

Ad Monialium Confessarium sive Cappellanum spectat Officium facere super cadaveribus in earumdem Ecclesia sepeliendis, non autem ad Capitulum Cathedralis. **751,** aut Collegiatae. **2559.**

Moniales, quae ab erectione Monasteriorum usae sunt Breviario Romano, nequeunt sine expresso indulto S. Sedis recitare Officia propria Ordinis S. Benedicti. **968** *ad* 1; quoad Officia de Ss. Ecclesiarum Titularibus celebranda cum Octavis, servare debent Rubricas Breviarii Romani. *Ibidem ad* 2.

Moniales debent Episcopum initio visitationis sub baldachino sedentem revereri cum genuflexione, et singulae benedictionem ab eo accipere, non attenta prohibitione a Fratribus perperam interposita. **1124.**

In Monialibus vestiendis, si actio fit in Cathedrali, in Dominica cantari possunt duae Missae, una de Dominica seu festo currente, altera de Spiritu Sancto votiva, tamquam pro re gravi cum *Gloria, Credo* et Praefatione de Spiritu Sancto et sine commemoratione Dominicae; si vero in Ecclesia Monialium, sufficit una de Spiritu Sancto, alias de Dominica, vel in utraque Ecclesia de Dominica seu Festo occurrente cum commemoratione de Spiritu Sancto. **1358** *ad* 2; hoc Decretum, in casu speciali propositum, revocatum est per alia sub n. **1714** *ad* 5. **2101** et **2184** *ad* 5 infra allata.

Moniales, quae non habent ritum proprium, debent se conformare, quoad Officia Dedicationis Cathedralis aut Patroni Regni et Civitatis, cum Calendario loci. **1358** *ad* 4.

Moniales, sub regula S. Augustini professae, utentes Breviario Romano, nequeunt assumere Officia cum Psalmis, Hymnis et Lectionibus propriis Ordinis, sine Apostolico Indulto. **1561.**

In Monialium vestitione aut professione dici nequit Missa votiva de Spiritu Sancto, occurrentibus duplicibus et Dominicis; et contraria consuetudo uti abusus omnino abroganda est. **1714** *ad* 5. **2101**; hoc etiam

valet quoad Episcopum celebrantem pro eligenda Abbatissa. **2184** *ad* 5.

Moniales, quae gaudent indulto recitandi Officia Sanctorum Ordinis Benedictini vel Cisterciensis, sed cum Breviario Romano, debent sumere Lectiones II Nocturni de Communi, si propriae non habeantur in Breviario Romano. **1752** *ad* 1; ac nequeunt recitare Officium votivum S. Benedicti solis Monachis indultum. *Ibidem ad* 2.

Moniales Capuccinae, etsi Ordinario subiectae, possunt uti Calendario Ordinis Capuccinorum. **1790** *ad* 2.

Monialibus quibusdam, quae Breviario Romano utuntur, privilegium concessum recitandi Officia propria Sanctorum indulta Ordini S. Augustini, quomodo sit accipiendum, ad quae Officia extendatur et quae excludat, decernitur. **1934.**

Monialium Ordinis S. Benedicti Confessarii et Cappellani nequeunt in Missa Commemorationis OO. SS. Ordinis addere in Introitu, Orationibus et Collectis: « sub honore Sanctorum omnium *Ordinis nostri* ». **1994.**

Monialibus imponi debet velum Consecrationis ad formam Pontificalis; et Episcopo competit dirigere modum egressus ad Ecclesiam exteriorem et regressus in Monasterium. **2001. 2012.**

Moniales Ordinario subiectae nequeunt sine speciali indulto celebrare Festum Patroni principalis et Dedicationis Cathedralis cum Octava. **2092. 2691.**

Monialium Confessariis permittendum non est, ut Feria III maioris Hebdomadae ingrediantur Monasterii septa ad aspergendum aqua benedicta Monialium cubicula. **2026.**

Moniales, quibus concessum est indultum recitandi Officia Ordinis S. Augustini, nequeunt vi huius concessionis recitare etiam Officia Canonicorum Lateranensium. **2061.**

Monialibus non licet in Dominica Palmarum et Feria IV in Parasceve canere in Passione partem ad turbam spectantem; quod ab Episcopo prohibendum est sub poena suspensionis. **2169.**

Moniales Ordinario subiectae, utentes Calendario Dioecesano, et simul habentes privilegium recitandi Officia Ordinis S. Augustini, possunt recitare Officium votivum dicti Sancti semel in mense, die non impedito; quod si occurrat Officium Dioecesis etiam translatum, eo mense omitti debet Officium votivum S. Augustini. **2269.**

Monialibus Ordinis S. Benedicti Monasterii S. Donati Florentiae conceditur, ut in die eiusdem Festo et infra Octavam Orationem et Lectiones proprias, atque in *Confiteor* nomina Ss. Benedicti et Bernardi recitare possint. **2297.**

Monialium cadavera asportanda non sunt ex monasterio ad Ecclesiam Prioriae S. Petri in Silice Civitatis Volaterrae. **2351.**

Moniales Ordinis S. Augustini, licet Ordinario subiectae, si vivunt sub earum Religiosorum cura, uti possunt Breviario Augustiniano. **2411.**

In Monialium Ecclesiis in Missa cantata Epistola nunquam decantetur ab una ex ipsis. **3350** *Dub. II.*

Monialium velatio seu consecratio, licet facienda sit in Ecclesia exteriori, permittitur arbitrio et iuxta votum Ordinarii, ut fieri possit ad fenestellam vestitionum quoad illas, quae ob salutis incommodum et virium imbecillitatem ad Ecclesiam accedere nequeunt; et quoad aliquam laborantem chronica infirmitate, ut inter Missarum solemnia a duobus Monialibus velum benedictum ad eamdem deferatur. **2476.**

In Monialium Ecclesiis duplex benedictio cum SS. Sacramento, una scilicet versus Moniales exstantes in Choro sive Oratorio retro Altare, altera versus populum, prohibetur; et unica tantum benedictio cum Eodem interessenti populo impertienda est. **2499** *Decret. gener.*

Ut Monialibus diversi Instituti satisfiat, quae in eodem Monasterio degunt (separatae tamen in omnibus) et Ecclesiam communem habent, Missae diversae eadem die celebrari possunt in eadem Ecclesia, exceptis diebus Dedicationis et Titularis Ecclesiae ipsius. **2565.**

Monialibus Ordinis S. Clarae Civitatis Faventinae confirmatur privilegium recipiendi Velum benedictionis iuxta Pontificale Romanum. **2686.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **330.**

Moniales Capuccinae utentes Calendario Ordinis tenentur addere solum Officia Patroni, Dedicationis Cathedralis et alia concessa utrique Clero; nec debent quoad alia dimittere Calendarium Ordinis, quo utuntur. **2736** *ad* 6.

Monialibus Cisterciensibus S. Susannae in Urbe conceditur de speciali gratia, nullo unquam tempore in exemplum afferenda, ut occasione vestitionis et professionis in Missa de Officio occurrenti commemoratio Spiritus Sancti fieri possit; dummodo non occurrat duplex I vel II classis aut Dominica privilegiata. **2766.**

Moniales Ordinis S. Clarae Civitatis Havanae addere possunt ad *Confiteor* et in Officio nomen S. Clarae. **2972.**

Moniales Ordinis S. Clarae Civitatis Massilien. possunt anticipare Psalmos Graduales die praecedenti Feriam IV Cinerum, non vero Officium parvum B. M. V., quod cum

Officio feriali est uniendum iuxta Rubricas. **2983** *ad* 1; servare debent consuetudinem invectam quoad ℣ ℣. et Psalmos dicendos ante unicam comestionem in Vigiliis Nativitatis, Epiphaniae et Ascensionis, quibus ieiunant. *Ibidem ad* 2; urgente praesertim necessitate, recitare possunt tantummodo primum ex septem Psalmis poenitentialibus, quum alicui Moniali morti proximae Extrema Unctio administratur. *Ibidem ad* 3; in delatione Monialis defunctae ad Chorum, si Officium differtur ad aliam horam, post ℟. *Subvenite* addere possunt preces cum aspersione. *Ibidem ad* 4; ad *Confiteor* addere possunt nomen S. Clarae. *Ibidem ad* 5; non vero in Litaniis Rogationum vel in aliis ex devotione. *Ibidem ad* 6; possunt retinere usum recitandi post Officium Litanias Sabbati Sancti cum quibusdam Orationibus. *Ibidem ad* 7; servare possunt consuetudinem, ut Abbatissa benedicat sorores in conclusione Capituli culparum, easque aspergat de sero. *Ibidem ad* 8.

Moniales seu piae feminae vitam communem sub regula degentes non possunt abluere Corporalia, Pallas et Purificatoria, etiam cum licentia Ordinarii. **3059** *ad* 26.

Moniales non tenentur ad Officia Dioecesis, nisi in Rescripto concessionis haec Officia declarata fuerint de praecepto etiam pro Regularibus Calendario Dioecesano minime utentibus. **3084** *ad* 1; sed pro festis S. Patroni, Titularis et Dedicationis Ecclesiae Cathedralis, etiam ad Officia Dioecesis propria tenentur, si haec Officia etiam ad Regulares extensa sunt; dummodo Breviarium, quo Moniales utuntur, non discrepet a forma Breviarii Romani. *Ibidem ad* 2.

In Monialium ecclesia, in quarum Coenobio, pro lege suppressionis, degit etiam aliqua Communitas alterius Ordinis, occurrente Festo Fundatoris Communitatis hospitatae, nequeunt celebrari Officium et Missae sub ritu duplici I classis cum Octava, absque privilegio. **3446** *ad* 1; hoc autem Festum transferri potest iuxta Rubricas, supposito privilegio. *Ibidem ad* 2.

Monialibus Ordinis Cisterciensis licet, relicto ordine a Rituali Romano praescripto, prius Extremam Unctionem, deinde Viaticum recipere. **3486.**

Moniales quae vendito monasterio, sed reservato iure proprietatis Ecclesiae, in alio monasterio degunt, non debent celebrare Dedicationem Ecclesiae antiqui monasterii. **3516.**

Apud Moniales S. Clarae in Belgico Regno quaedam consuetudo pia circa SS. Sacramenti asservationem et adorationem tolerari potest. **3648** *ad* 1.

Si Moniales (Sorores Caritatis) tantum, patrinis deficientibus, pro solemni Baptismo et Confirmatione praesto sint, istae adhiberi debent uti matrinae in utroque sacramento pro feminis. **3670** *ad* 2.

Si Moniales suppressae, quamvis privatas domos habitent, curam divini cultus in suis Ecclesiis habent et solemnioribus cuiuscumque Ordinis festivitatibus intersunt, privilegio uti possunt, ut Missae propriae Patronorum aliorumque Sanctorum specialis Ordinis iuxta Missalia cuiusque Ordinis decantentur. **3691** *ad* 1.

Moniales Recollectae S. Dominici a Purissima Conceptione in Monasterio Civitatis Loeches uti debent Calendario Breviarii Romani. **3761** *ad* 1; nec tenentur recitare Officia Beatorum Ordinis Praedicatorum, *Ibidem ad* 2; Dominica infra Octavam Epiphaniae recitare debent Officium uti in Proprio de tempore Breviarii Romani, et occurrens festum Inventionis Pueri Iesu transferre in primam diem sequentem liberam. *Ibid. ad* 3; nec non possunt recitare Officium Pretios. Sanguinis D. N. I. C. etiam in Quadragesima, si indulto gaudent persolvendi alia Officia Dominicae Passionis. *Ibidem ad* 4.

Moniales S. Benedicti de perpetua adoratione SS. Sacramenti possunt gaudere privilegiis obtentis circa Officia votiva SS. Sacramenti et Reparationis iniuriarum SS. Sacramento illatarum, etiam post Decretum Generale de Festis primariis et secundariis. **3869.**

Monialibus Cisterciensibus administrans Sacramenta Sacerdos saecularis uti debet Rituali Romano, non vero Cisterciensi. **3901** *ad* 1; in Monialium Cadaverum translatione e loco superiore Monasterii ad Chorum inferiorem et in earum exsequiis servari potest Rituale et Missale Romanum; dummodo lex clausurae in eiusmodi translationibus non violetur. *Ibidem ad* 3.

Monialibus ab Immaculata Conceptione, intra fines Dioecesis Victorien. in Hispania in civitate S. Sebastiani commorantibus, conceditur, ut festum Immaculatae Conceptionis recoli valeant cum octava privilegiata. **3902.**

Moniales Ordinis Praemonstratensis comprehendit indultum de Festo triumphi S. Norberti Ep. Conf. super haeresi Tanchelini celebrando. **3913.**

In Monialium Clarissarum Civitatis Balagarii, Urgellensis Dioecesis, Ecclesia, in qua duae entitates distinctae coexsistunt, Conventus nempe Monialium et Administratio Crucifixi, ius benedicendi candelas, cineres et palmas competit communitati ac proinde proprio Confessario, non Administratori Crucifixi. **3972** *ad* 1; item functiones in Triduo Sacro hebdomadae maioris. *Ibidem ad* 2;

Administrator vero debet celebrare iuxta Calendarium Monialium, non secundum Dioecesanum. *Ibidem ad* 4.

Moniales in Nativitatis Domini nocte Communionem accipere possunt infra Missam, si Regulae id praescribunt approbatae a S. Sede. **3254** *ad* 9.

Monialium Ecclesia gaudet privilegio retinendi SSmum Sacramentum sine speciali licentia, si monasterium sit legitime erectum; si secus, non. **860.**

Monialium Confessario seu Cappellano non licet diebus Dominicis et Festis praeesse cum stola et pluviali in Choro Ecclesiae Monialium, dum istae Vesperas cantant. **3180.**

Monialium Cappellani, qui in earum Ecclesiis quotidie Missam celebrant iuxta earum ritum, nequeunt se conformare iisdem quoad Officium. **2550** *ad* 3.

Monitum; vide **Inhibitio. Ordinatio.**

(De) Monte Carmelo B. M. V.

(De) Monte Carmelo B. M. V. Officium transferri nequit in Dominicam post 16 Iulii. **2002** *ad* 1.

(De) Monte Carmelo B. M. V. Archisodalitas praecedentiam habet super ceteras Archisodalitates, si quae fuerint post eam creatae, ac super omnes Sodalitates, excepta Processione SSmi Corporis Christi. **3432.**

(De) Monte Carmelo Confraternitas praecedentiam habet super Confraternitatem a SSmo Crucifixo in casu; ita ut illa ante Clerum in Processionibus incedere possit. **3561.**

Monumentum in Feria V in Coena Domini; vide **Sepulcrum in Hebdomada sancta.**

Mortuariae coronae in parietibus Ecclesiae vel publici Oratorii suspendi nequeunt. **3909.**

Mozzetta.

Mozzettae usus personalis conceditur cuidam Archipresbytero in omnibus parochialibus functionibus dumtaxat, ad instar aliorum Parochorum. **2580.**

Mozzettae usus competit Cappellanis Cathedralis Ecclesiae Liburnensis dumtaxat intra ipsam Cathedralem in sacris functionibus; et extra Cathedralem in iis tantum functionibus quibus interesse debent cum universo Cathedralis Capitulo. **3123.**

Mozzetta et cappa uti nequit unusquisque Canonicus singillatim tum extra Metropolitanam tum extra Dioecesim, vi assertae consuetudinis. **3104** *ad* 12. Vide **2583.**

Mozzettam Canonici gestare nequeunt, dum vagantur per civitatem, neque in aliis ecclesiis extra Cathedralem, in quibus Sacra peragunt. **3052** *ad* 2 *et* 3. Vide **2583.**

Mozzettam et Cappam Canonici tam intra quam extra propriam Ecclesiam in administratione Sacramentorum tenentur deponere, et assumere superpelliceum et stolam. **2578** *ad* 1. *Dub. addit. Vide Suffragium in IV volumine pag.* **164.** - **2680.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **317.** - **2684** *ad* 22. **2741. 3556.**

Mozzetta et Cappa utantur Canonici, si concionem habent in propria Ecclesia, non item extra. **2578** *ad* 2. *Dub. addit.;* item quoad assistentiam Sacerdoti primum. Sacrum facienti (si canonicus assistat sensu proprio). *Ibidem.*

Mozzetta uti nequit Episcopus Administrator, sed mantelletta supra rochetum. **2976** *ad* 2; nequit item Episcopus Suffraganeus et Titularis in aliena Dioecesi. **3873** *ad* 3.

Mozzetta et rochetto solummodo vestitus Episcopus Dominicis festisque diebus Missae solemni assistere nequit. **3411.**

Mozzetta et rochetto indutus Missae solemni assistens Episcopus, quoad osculandum textum Evangelii et dicendum *Per evangelica dicta,* Caeremoniale Episcoporum servare debet. **3434** *ad* 2.

Mozzetta et rochetto indutus Episcopus assistens divinis Officiis sedere debet, non in sede pontificali, sed in primo stallo chori sine assistentia. **650.** Vide **1401.**

Mozzettam Episcopi in Italia solent deponere, Cardinalibus praesentibus; immo tenentur, praesente Cardinali Legato. **388.**

Mozzettam deferre non licet Episcopo Suffraganeo, praesente Metropolitano. **392 1256** *ad* 2. **2976** *ad* 2. **4001** *ad* 5.

Mozzetta, rochetto et stola indutus nequit Archipresbyter benedictionem domorum Sabbato Sancto perficere. **2680.**

Mozzetta et rochetto indutus Archiepiscopus vel Episcopus concionare debet, si id faciat singulis diebus Quadragesimae. **115.**

Mozzettam deferre potest Archiepiscopus visitationis causa transiens per Dioeceses Suffraganeorum, praesente Episcopo Suffraganeo. **1459.**

Mozzetta et rochetto uti possunt, etiam extra Cathedralem, Canonici in Galliarum Dioecesibus ob generalem consuetudinem, quae absque populi admiratione eliminari nequit. **3361.**

Mozzettae, cappae vel caputii usus in concionibus et in publicis conventibus sacris iis tantum permittitur, qui eisdem insignibus gaudent: in propriis tamen Eccle-

siis, non vero in alienis, secluso privilegio, nisi in his capitulariter conveniant; nunquam autem in aliena Dioecesi. **3784** *ad* III. *Decret. gener.*

Mozzetta et rochetto, non vero cappa magna, uti debet Episcopus, quando accedit ad Ecclesiam diebus ferialibus ad interessendum Horis canonicis, Vesperis et Completorio aut Missae conventuali. **906.**

Mozzettam deferre nequit Episcopus Delegatus ad visitandum locum pium S. Sedi immediate subiectum in aliena Dioecesi, sed tantum mantellettam. **1397** *ad* 1.

Mozzetta supra rochettum et mantellettam Episcopus Titularis uti nequit, eo quod sit de Capitulo Metropolitano, vi privilegii. **4013.**

Mozzetta et rochettum tantum intelligi debent per vestes chorales; non autem paramenta, quae praeter Mozzettam et rochettum Canonici Episcopo celebrante deferunt ad normam Caeremonialis. **3115** *ad* 1.

Vide **Sacramenta. Rochettum. Cappa. Metropolitanus. Canonici quoad insignia et habitum.**

Mulier.

Mulieribus non debetur honor pacis et thuris inter Missarum solemnia, sublata qualibet contraria consuetudine. **353.**

Mulieribus non est permissum comitari per claustra Regularium processiones fieri solitas, sine expressa Sedis Apostolicae licentia. **506. 564. 627. 1364. 1778.** *ad* 2.

Mulierum benedictio post partum non est de iuribus mere parochialibus; **2123** *ad* 6.

Mulier si vidua est et iam acceperit benedictionem, non solum omitti debet Benedictio novarum ipsius Nuptiarum, sed etiam Missa pro Sponso et Sponsa. **2461** *ad* 1.

Mulier, urgente necessitate, respondere potest Sacerdoti celebranti. **2745** *ad* 8. **4015** *ad* 6.

Mulieres genuflectere debent unico genu quoties transeunt ante SS. Sacramentum. **3402** *ad* 2; et eodem modo coram Episcopo proprio. *Ibidem ad* 3; sacris functionibus assistentes vel etiam privatim orantes per fenestram (vulgo *Coretto*), quae intus Ecclesiam, interiectis transennis, inspicit, tenentur velare caput. *Ibidem ad* 4.

Mulieribus et puellis omnino interdictum est intra vel extra ambitum Chori cantare in Missis solemnibus, praesertim diebus per annum solemnioribus; et invecta consuetudo quamprimum tamquam abusus eliminanda est. **3964.**

Mulieribus prohibetur, ne in Processione nocturna Feria V maioris hebdomadae Confraternitati Disciplinantium permissa Ecclesiam ingrediantur vel per Civitatem discurrant. **174** *ad* 1.

Vide **Benedictio Mulieris post partum.**

Musica.

Musica in certis Ecclesiis reformanda, et interim prohibenda decernitur. **823.**

Musico concentui in Processionibus ab Episcopo locus assignandus est, ante utrumque Clerum. **2869.**

Musici concentus ratione omitti nequeunt quaedam verba orationum. **3448.** *Dub.* 17.

De Musica sacra Acta ex Collectione authentica S. R. C. **3830.**

A Musicis cantari nequit aliqua laus, vulgo *aria,* sermone vernaculo in Missa solemni, praeter cantum ipsius Missae. **3113** *ad* 1.

A Musicorum choro cantari possunt Hymni in lingua vernacula coram SSmo Sacramento exposito; dummodo non agatur de Hymnis *Te Deum* et aliis quibuscumque liturgicis precibus, quae nonnisi latina lingua decantari debent. **3537** *ad* 3.

A Musicis Cappellae Capitularis Completorium cani facere non licet Canonicis; sed eisdem licet illud recitare modo chorali. **2425** *ad* 18.

Musices professores Civitatis Mediolani nequeunt uti musicalibus instrumentis in Ecclesiis contra formam Constitutionum Synodalium et Provincialium auctoritate Apostolica confirmatarum, quae omnes Ecclesias et personas, quamvis exemptas et laicas, comprehendunt. **1283.**

Vide **Cantores. Laici.**

N

S. Narcissi festum quando et quo ritu recitandum sit in Civitate et Dioecesi Gerunden. et in Regnis Hispaniarum, statuitur. **1979.**

Natalitia.

Natalitia dies Sanctorum illa est intelligenda, qua iidem Sancti aeternam ingrediuntur vitam; et quasi-natalitia illa, quam S. Sedes eligit extra natalitiam ad liturgica eorum festa recolenda. **3811** *ad* 5. *Decr. gener.*

Si ex duobus festis, quorum alterum sit antiquum, alterum novum, unum sit in die *natalitia,* aliud in quasi-natalitia, illud ceteris paribus huic praefertur. Si vero quod est in die quasi-natalitia fuerit potioris ritus, aut aequalis quidem sed proprium vel primarium vel potioris dignitatis, alteri praefertur; quod die prima libera reponetur iuxta Rubricas. **3811** *ad* 2. Si ex duobus Sanctis, quorum alter antiquus, alter novus, unus sit in die *natalitia* aut quasi-natalitia, alius in die assignata, seu non propria aut tamquam propria; ille, ritu, ratione primarii atque etiam dignitate posthabitis, praeferatur huic; qui prima die libera reponendus erit iuxta Rubricas. *Ibidem ad* 3.

Si a Natalitia sua die festum alicuius Confessoris in proxime sequentem transferri per accidens vel perpetuo contingat, tunc in Hymno *Iste Confessor* ad primas Vesperas, ad Matutinum et Vesperas sequentis diei dicendum est: *Meruit beatas.* **4033.**

Cum Natalitia sua die celebrandum Officium novum a S. Sede praescribatur, et in aliqua particulari Ecclesia haec dies sit impedita alio Officio, quod pariter in die natalitia colitur; tunc, si novum Officium est dignius, antiquo praeferendum est, et antiquum transferendum. **3925** *Dub.* 2.

Nativitas Domini.

Ante Nativitatem Domini, die 17 Decembris, Octavae cessare debent. **687.**

In Nativitatis Domini Nocte Missae privatae post solemnem non sunt celebrandae. **752. 781. 1584. 1683;** huiusmodi prohibitio ligat omnes non habentes privilegium in contrarium. **1761.**

Ante Nativitatis Domini festum in Regnis Hispaniae Feriae non sunt omittendae. **1355.**

In Nativitatis Domini Nocte, prima Missa celebrari nequit circa tres horas noctis post Vesperas et Matutinum. **1645.**

In Nativitate Domini Celebrans in tribus Missis post sumptionem Sanguinis non debet genuflectere, sed servare Rubricas Missalis. *Tit.* XI. *n.* 1. **1772** *ad* 7.

In Nativitatis Domini festo in prima et secunda Missa calix purificari non debet. **2104.**

In Nativitatis Domini festo tertiam Missam Episcopus celebrans in pontificalibus debet genuflectere ad *Verbum caro* etc., dum Diaconus Evangelium canit, non autem dum ipse legit. **2184** *ad* 4.

In Nativitatis Domini Nocte Communio Fidelium prohibetur. **752. 781;** sed attentis circumstantiis peculiaribus, Monialibus Ursulinis Goritiae degentibus indulta est. **2267.**

In Nativitatis Domini Festo Missae privatae celebrandae non sunt ante auroram sine Indulto Apostolico; et contraria consuetudo est abusus et ab Episcopo abscindenda. **2520** *ad* 1 *et* 2.

In Nativitatis Domini Nocte expositio SS. Sacramenti non probatur: utpote extra communem Ecclesiarum consuetudinem. **2528** *ad* 4.

In Nativitatis Domini Nocte Laudes post primam Missam persolvendae sunt cum cantu in Cathedralibus; nisi aliqua urgente causa, Sedes Apostolica indulgeat, ut eaedem post Missam solemnem simpliciter legi possint. **2615.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **210.** - **2684** *ad* 1 *et* 2. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **321.**

In Nativitatis Domini aurora Missa solemnis celebranda in Ecclesiis Cathedralibus omitti nequit, stante consuetudine. **2631** *ad* 1. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **240.** In casu particulari Summus Pontifex indulget, ut protrahi possit ad unam alteramve horam post solis ortum. *Ibidem in fine.*

In Nativitate Domini ad celebrationem Matutini, Missae et Laudum serventur Rubricae Missalis; et Matutinum cum prima Missa et Laudibus dicatur summo mane, si quando adsit impedimentum canendi prope mediam noctem. **2676.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **313.**

In Nativitatis Domini Nocte persolvendi absque cantu Laudes post primam Missam

et celebrandi secundam Missam post solis ortum indultum conceditur Capitulo Cathedralis Atrien. **2778.**

In Nativitatis Domini festo Sacerdos caecutiens, qui habet indultum Missam votivam B. M. V. celebrandi, nequit legere tres Missas votivas. **2802** *ad* 3.

In Nativitate Domini in secunda et tertia Missa cantata Patena a Subdiacono sustinenda est de more. **2956** *ad* 6.

In Nativitatis Domini Noctis Matutino Antiphonae praeintonari debent. **3108** *ad* 7; et Lectiones VII et VIII Nocturni III in hoc Matutino cantari debent a duobus Assistentibus Episcopi. *Ibidem ad* 8.

In Nativitatis Domini Nocte Moniales Communionem accipere possunt infra Missam, si Regulae id praescribunt, quae approbatae sint a S. Sede. **3254** *ad* 9.

In Nativitate Domini Sacerdos, qui unam tantum Missam celebrat, legat Missam, quae respondet seu congruit circiter horae, iuxta Rubricas peculiares eiusdem diei. **3354. 3767** *Dub.* XXI; Sacerdos autem quisque potest pro suo libito duas tantum Missas celebrare. **3355.**

In Nativitatis Domini Nocte Missa incipi nequit ita ut iam Sacerdos sit in puncto Consecrationis pulsante media nocte. **3448** *Dub.* XV; vel ita ut, adveniente hora mediae noctis, iam sit cantatum Evangelium. **3576** *Dub.* X.

In Nativitate Domini Preces in fine Missae dicendae peraguntur tantum, quoties Sacerdos ab Altari discedit, sive post primam, sive secundam, sive tertiam Missam. **3705. 3855** *ad* 7.

In Nativitate Domini Preces pro fine Missae praescriptae, non sunt recitandae post secundam Missam privatam, quando immediate sequitur tertia Missa solemnis. **3936** *ad* 1.

In Nativitatis Domini prima et secunda Missa Celebrans digitos abluere potest in vasculo cum aqua iam prius parato, ut fit post distributionem Communionis; et huiusmodi ritus est magis expeditus et conformis praxi universali. **3764** *Dub.* XV.

In Nativitatis Domini Nocte Missa solemnis celebrari potest ex Indulto in Cathedrali, ubi non habetur Capitulum; quin Officium divinum huic Missae praemittatur. **3931.**

Ante Nativitatis Domini festum, ratione consuetudinis et concursus populi, decantari possunt Missae votivae novemdiales de B. M. V., etiamsi occurrat festum S. Thomae Apostoli aut Dominica III et IV Adventus; non omissa tamen Missa de die currente, et quidem solemnius, statuta hora canonica, de more decantanda. **1093.**

Ante Nativitatem Domini Antiphonae Maiores *O* ad Vesperas cantari possunt in Officio feriali, vel cantu feriali vel solemni, iuxta consuetudinem. **3054** *ad* 2.

In Nativitatis Domini die Canonicis non licet Vesperas ante prandium recitare, ratione lautioris prandii; atque contrarius abusus penitus est eliminandus. **3108** *ad* 12.

In Nativitatis Domini Nocte Matutinum post primam horam inchoare ad populi commoditatem, Fratribus Ordinis Minorum Conventualium in casu conceditur, et statim Missam celebrare, etiamsi debita hora praeveniatur. **44.**

In Nativitatis Domini Nocte post Matutini recitationem Missam cum cantu celebrari in Sacello Domus Probationis Clericis Regularibus Barnabitis probatur. **2975.**

In Nativitatis Domini Noctis Matutino duo Sacerdotes parati, cantaturi primas Homilias, nequeunt deferre sub pluviali stolam; si alter sit tantum Subdiaconus, abstineat a cantando Evangelio cum Lectione. **2689** *ad* 1.

De Nativitate Domini Praefatio, quae canenda est in Missis votivis de SS̃mo Sacramento in tono feriali, ad calcem Missalis apponi potest cum Rubrica speciali. **3168** *ad* 3.

De Nativitate Domini Praefatio dicenda est infra Octavam Purificationis B. M. V., ubi hoc festum Octava gaudet. **3624** *ad* 2; et in Dominica infra Octavam Corporis Christi, exclusa Praefatione de SS̃ma Trinitate. **3989.**

In Nativitatis Domini Nocte Congregationis Missionis domui tyrocinii in civitate Neapolitana conceditur, ut intra Missarum solemnia sacra Synaxis ministretur Clericis etc. **2752** *ad* 1.

Nativitatis Domini Vigilia.

In Nativitatis Domini Vigiliae Missa Orationes a Superiore praescriptae, v. gr. pro pace, pro serenitate etc., omitti debent. **2461** *ad* 2. **2618** *ad* 2. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **220.**

Nativitatis Domini Vigilia si occurrat in Dominica, in eiusdem Missa *Credo* dicendum est. **2572** *ad* 16.

Nativitatis Domini Vigilia comprehenditur in Decreto, quod prohibet Missas de Requie in Duplicibus. **1322** *ad* 4.

In Nativitatis Domini Vigilia pro canendo Martyrologio Pluviale debet esse coloris violacei. **2573.**

In Nativitatis Domini Vigilia Martyrologium cantandum transferri nequit ad ipsum diem Nativitatis mutato colore, sub prae-

textu maioris solemnitatis. **2176**; quo ritu sit canendum Martyrologium in hac Vigilia explicatur num. **2684** *Dub.* XXI.

In Nativitatis Domini Vigilia Sacerdos Regularis Martyrologium cantaturus, stola et pluviali indutus, per seipsum debet imponere incensum in thuribulo; neque ei licet accedere ad Superiorem gestantem habitum quotidianum, eique naviculam administrare pro impositione thuris, flexisque genibus ab eo petere benedictionem. **2514** *ad* 1.

Nativitatis Domini Octava.

Infra Octavam Nativitatis Domini feria VI non licet celebrare Missam S. Crucis, quacumque praetensa consuetudine illam celebrandi singulis feriis sextis infra annum non obstante. **1377.**

Quando de die infra Octavam Nativitatis Domini Officium secus fieri deberet, tunc tantum in die 30 Decembris reponi potest Officium aliquod translatum. **3866** *ad* 2.

Infra Octavam Nativitatis Domini, die nempe 30 Decembris fixe apponi potest Officium ritus semiduplicis vel duplicis vel potioris, per annum ante diem 30 Decembris celebrandum, quod tamen sua die ob occurrentiam perpetuam perpetuo impeditur. **3919** *ad* 15.

Infra Octavam Nativitatis Domini Anniversaria pro Defunctis celebrari nequeunt. **3605** *Dub.* VI.

Nativitas B. Mariae Virg.

Nativitatis B. M. V. Officium transferri debet in diem primam liberam iuxta Rubricas, si occurrat cum festo S. Hadriani, ubi hic est Titularis Ecclesiae. **3431** *pars* II; *Dub.* V; haec enim est lex generalis.

Nativitatis B. M. V. festum celebrandum est die 9 Septembris absque integra octava, quando occurrat cum festo S. Hadriani Titulo Ecclesiae, prout fit Romae in Diaconia S. Hadriani Mart.; translato festo duplici eadem nona Novembris die occurrente in primam aliam liberam iuxta Rubricas. **3876** *ad* 4; hoc autem est speciale Indultum.

In Nativitatis B. M. V. die octava si incidat feria Quatuor Temporum, in Missa conventuali de Feria dicenda est Praefatio ferialis. **428.**

Nativitatis B. M. V. octava cessante post Nonam Sabbati (ob solemnitatem SS. Nominis eiusdem B. M. V. ritus dupl. I class. cum octava), in die octava Nativitatis Deiparae nihil de ista fieri debet, et eius loco admittendum est Officium translatum. **2887** *ad* 3.

Nativitatis B. M. V. Commemoratio fieri nequit in Officio SSmi Nominis eiusdem B. M. V; neque commemoratio eiusdem SSmi Nominis facienda est in II Vesperis Nativitatis B. M. V., quando huius festum incidat in Sabbatum. **1739** *ad* 1 *et* 2.

Nativitatis B. M. V. diei Octavae Commemoratio fieri non debet, si festum SSmi Nominis eiusdem B. M. V. in diem Octavam cadat. **1950.**

Nativitas S. Ioannis Baptistae; vide **Ioannes Baptista.**

Nativitas temporalis alicuius Sancti vel Beati, excepta illa Deiparae Virginis necnon S. Ioannis Baptistae, celebrari nequit liturgico ritu vel alio sacrae solemnitatis modo; etiamsi celebratio fieret die obitus vel alio quocumque die memoriae eiusdem Sancti vel Beati assignato. **3816** *Decret. gener.;* item centenaria commemoratio diei Baptismatis alicuius Sancti vel Beati eodem modo prohibetur. **3832** *ad* 1.

Naufragii S. Pauli festivitas; vide **S. Paulus Apostolus.**

Navis benedictio non est de iuribus Parochialibus. **1424.**

Pro Ss. Nazarii et Celsi Mart. Commemoratione, ubi sunt Titulares, in Suffragiis Oratio sumenda est: *Sanctorum tuorum* etc., ut in Breviario. **4003** *qu.* II *ad* 1; et pro iisdem Sanctis in Suffragiis in festo Ss. Innocentii et Victoris Pont. Mart. sumatur alia Oratio: *Deus, qui nos annua* etc., mutato verbo *solemnitate* cum *commemoratione. Ibidem ad* 2.

Ne reminiscaris Antiphona, privatim a Sacerdote ante Missam recitanda, duplicanda est ad libitum in casu, iuxta ritum Officii vel Missae. **4011** *ad* 2.

S. Nicolaus.

S. Nicolai Ep. Conf. Manna non est deferenda ad infirmos solemniter cum superpelliceo et lanternis. **196**; eiusdem distributio privative spectat ad Thesaurarium. **2147** *ad* 4.

S. Nicolai Ep. Conf. corpus itemque thesaurum ecclesiae aperiendi et ostendendi devotis licentia privative pertinet ad Thesaurarium. **2147** *ad* 3.

In S. Nicolai Factoris et S. Dominici Silensis Confessorum Officio Lectiones I Nocturni dicendae sunt de Communi 1 vel 2 loco, habita ratione ad aetatem. **3767** *ad* 8.

celebratur sub ritu duplicis maioris, transferri debet, in occursu festi Stigmatum S. Francisci ritus duplicis II classis apud Franciscanos. **1599** *ad* 1.

SS. Nominis B. M. V. festum, si occurrat cum Festo Exaltationis S. Crucis, transferendum est. **1769.**

SS. Nominis B. M. V. Festum, si incidat in diem octavam Nativitatis B. M. V., commemoratio Octavae fieri non debet. **1950.**

SS. Nominis B. M. V. Festum celebrandum est Dominica infra Octavam Nativitatis eiusdem B. M. V. et quidem ex praecepto; et quando ipsa dies octava Nativitatis incidat in Dominica, nulla fit commemoratio octavae. **2319** *Reliq. Dub. ad* 14.

SS. Nominis B. M. V. Missa votiva, ubi ex Indulto fit Officium de eodem semel in mense, concordare debet cum Officio, mutato tamen Graduali et addito Tractu post Septuagesimam. **2494** *ad* 3.

SS. Nominis B. M. V. Officium quater in anno celebrandi facultas Carmelitis Calceatis denegatur. **2816** *ad* 1.

In SS. Nominis B. M. V. titulo Ecclesia noviter aedificata, abdicato Titulo S. Mariae de Nemore, celebrandum est festum novi Tituli. **2453.**

SS. Nominis B. M. V. festum si occurrat cum die octava Ss. Angelorum, dies octava celebranda est, et festum SS. Nominis transferendum. **2059** *ad* 2.

Ob SS. Nominis B. M. V. solemnitatem cum octava, cessante altera Octava Nativitatis eiusdem B. M. V. post Nonam Sabbati; nihil amplius de die octava Nativitatis eiusdem agendum est; cuius loco admitti potest Officium translatum. **2887** *ad* 3.

Nona.

Post Nonam celebranda est Missa votiva contra Paganos occasione Expositionis pro Oratione XL Horarum in Adventu, Quadragesima, Quatuor Temporibus et Vigiliis; et quidem post Missam de Feria, quae pariter celebranda est post Nonam. **2058.**

Post Nonam in Cathedralibus et Collegiatis, occurrente Anniversario Consecrationis Episcopi, celebranda est Missa solemnis de eiusdem Consecratione cum *Gloria, Credo* et Praefatione de Communi. **2825**. *ad* 3.

A Nona Feriae III post Dominicam Quinquagesimae habet finem quaelibet Octava, quae cessare debet adveniente Quadragesima. **1875.**

Nonae et Sextae recitatione tempore Missae Conventualis, obligationi Chori satisfieri nequit. **2699.**

Nona iam recitata, scil. absoluto chorali Officio, Tertia nequit iterum cantari, quando Archiepiscopus assumit paramenta pontificalia ad celebrandum; et quando Canonicis non placeat Sextam et Nonam post Missam pontificalem recitare, Beneficiarii Ecclesiae Metropolitanae recitent privatim easdem duas Horas in Ecclesia S. Restitutae. **3605** *ad* 10.

Post Nonam ante Missam votivam solemnem de SSmo Sacramento, quae alicubi cantatur ex privilegio, aspersionem Aquae benedictae in Dominicis transferendi consuetudo tolerari nequit; sed aspersio aquae benedictae omnino facienda est post Tertiam ante Missam Conventualem. **3268** *ad* 1.

Post Nonam ante Missam fieri debet aspersio Aquae benedictae in Dominicis I aut II classis, et in festis I vel II classis; si legitima adsit consuetudo canendi Missam Conventualem Dominicae vel festi post Nonam, ratione Processionis cum SSmo Sacramento. **3268** *ad* 2.

Usque ad Nonam Sabbati Sancti inclusive Cruci genuflectendum est ab initio adorationis Feria VI in Parasceve. **3049** *ad* V. **3059** *ad* IV.

Nona peracta, in celebranda Missa Conventuali feriali Quadragesimae adhibendi sunt Ceroferarii et Incensum. **2890.**

Post Nonam celebrari potest Missa Conventualis in die festo Corporis Christi; infra Octavam autem, post Tertiam. **1609** *ad* 6 *et* 7.

Post Nonam celebrari debet Missa Conventualis de feria in Adventu, Quadragesima, Quatuor Temporibus et Vigiliis, quae ieiunantur. **2067** *ad* 1; item Missa solemnis de Requie in Commemoratione omnium fidelium defunctorum. *Ibidem ad* 2; et post benedictionem Cinerum. *Ibidem ad* 4.

Si Nona iuxta consuetudinem vigentem dicitur ante meridiem, Missa Conventualis in Ecclesia Cathedrali cantari potest post Sextam, quamvis aliqua Missa non correspondeat Officio; nisi agatur de Missis tempore Adventus, Quadragesimae, Quatuor Temporum et Vigiliarum, quae ieiunantur, vel de Missis votivis solemnibus pro re gravi aut de Requie, pro quibus servandae sunt Rubricae. **3059** *ad* XII.

Post Nonam cani debet Missa votiva B. M. V., nec cantari potest post Tertiam; Missa vero ex legato cantanda est post Tertiam. **3914** *ad* 3. **3922** § IV. *n.* 1, *Decr. gener.*

Nona absoluta, in Cathedrali Vicen. singulis mensibus Dominica tertia Missa votiva de SSmo Sacramento cantetur, nisi occurrat Dominica vel festum I classis: quo casu in Missa Conventuali de die Commemoratio SSmi Sacramenti fieri potest: Missa vero

Conventualis in supradictis Dominicis ex gratia celebrari potest post Tertiam. **2643.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **270.**

Post Nonam celebrandi Missam Conventualem consuetudo tolerari nequit; et servandae sunt Rubricae. **2459. 2578** *ad* 1. *Vide Suffragium in IV volumine p.* **159.** - **3039** *ad* 1. **3096** *ad* 3. **3250** *ad* 2.

Post Nonam celebranda est Missa Pontificalis quae ex speciali Indulto de Patrocinio S. Catelli, praecipui Patroni, in Cathedrali Castrimaris Stabiae cantatur in festo Patrocinii S. Ioseph. **3949** *ad* 1; et haec Missa de S. Catello dicatur cum unica Oratione et Praefatione de tempore. *Ibidem ad* 3; Hora Nona in casu concordare debet cum Officio diei currentis. *Ibidem ad* 2.

Vide **Missa Conventualis quoad tempus.**

Non intres in iudicium.

Non intres in iudicium cum servo tuo etc. variari non licet in funere mulieris, vel plurium Defunctorum. **1981. 2355.**

Non intres etc. Oratio, si Exequiae pro eodem defuncto in duabus distinctis Ecclesiis peragantur, ex Rubrica Missalis dicenda est tantum, ubi Missa celebratur, ac Missa finita. **3575** *ad* 1 *et* 2.

Novemdiale.

In Novemdiali ante festum Nativitatis Domini, ratione consuetudinis et concursus populi, decantari potest Missa votiva solemnis de B. M. V., etiamsi occurrat festum S. Thomae Apostoli vel Dominica III aut IV Adventus, non omissa tamen Missa de die currente, quae quidem solemnius, statuta hora canonica, de more est decantanda. **1093.**

Novemdialis occasione consuetudo exponendi SSmumSacramentum et coram Eo Missam celebrandi, in qua fit post Evangelium praedicatio Verbi Dei, tolerari potest: apposito tamen velamine ante SSmum Sacramentum, dum habetur concio. **3728** *ad* 2.

Novemdiales Missae cantandae ante festum alicuius Sancti sunt votivae; et in illis servandae sunt Rubricae Missalis. **1843** *ad* 5 *et* 6.

Novemdiales Missae votivae B. M. V. debent esse ex Votivis B. M. V. in fine Missalis positis; nunquam vero propriae de Festivitatibus eiusdem, nisi in ipsis Festivitatibus et per Octavas eorum; et celebrari debent sine *Gloria* et sine *Credo* et cum tribus Orationibus, nisi habeatur speciale Indultum. **3922** *ad* V *n.* 3. *Decret. gener.*

Novemdiale ante festum Nativitatis Domini peragi potest cum Expositione SSmi Sacramenti de licentia Episcopi in Oratorio Confraternitatis Sacr. Rosarii Terrae Plebis Guastallae. **2250** *ad* 6.

Novemdialia permittuntur in Collegiata simul et in Ecclesia Regularium ad Festum solemne, quod in parvo Oppido celebrari solet cum apparatu in Ecclesia Regularium; dummodo fiant horis diversis. **2472** *ad* 1.

Ad Novemdialia et Anniversaria celebranda in Parochia defuncti, prout celebrantur in Ecclesiis Regularium, in quibus ille sepelitur, haeredes defunctorum a Parochis cogi nequeunt. **604** *ad* 2.

Novitii Clerici Ordinis Minorum praecedentiam habent supra Fratres Conversos et Professos laicos. **1098.**

Numisma.

Numismata aurea a Canonicis et Beneficiatis, quibus ab Apostolica Sede concessum fuit privilegium eadem gestandi, palam deferri super paramentis sacris et in administratione Sacramentorum non licet. **2621** *ad* 13. **2639.**

Ad Numismatis formam Parisiis 1830 cusi Imago Immaculatae Conceptionis B. M. V. in Altari collocari nequit. **2752** *ad* 5. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **365;** (sed vide Decretum **3419** *ad* 1, quo Imagines seu simulacra Immaculatae Conceptionis B. M. V. lucis radios e manibus emittentis ab Ordinariis loci permitti possunt, servatis tamen cautelis, praesertim Decreto Tridentini sess. XXV et Constitutione Urbani VIII *Sacrosancta Tridentina Synodus* diei 15 Maii 1642).

Nunc dimittis; ad hoc canticum signum Crucis faciendi consuetudo servanda est. **3156.**

Nuntius.

Nuntius Apostolicus quomodo se gerere debeat cum Archiepiscopo quoad honorificentias, statuitur. **27** *ad* 1-5.

Nuntio Apostolico apud Venetos Liber de vitis Sanctorum Venetorum ad examen et revisionem a S. R. C. committitur. **23.**

Nuntius Apostolicus Pontificalia exercere et populo benedicere potest sine licentia Ordinarii. **631.**

Vide **Patriarcha.**

Nuptiae.

In Nuptiis secundis benedictio annuli non est omittenda. **2743** *ad* 2. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **349.**

Vide **Benedictio Nuptialis. Missa pro Sponso et Sponsa.**

O

Vide **Missa Conventualis quoad obligationem. Missam audiendi obligatio.**

Occurrentia.

Occurrentium duorum Festorum diversi ritus casus resolvitur **1599** *ad* 1. **1804.**

In Occurrentia Festorum eiusdem ritus et in ceteris quomodocumque parium hic ordo servari debet, ut primum locum obtineat Officium Ecclesiae particularis, 2. Ordinis seu Religionis, 3. Dioecesis, 4. Nationis, 5. Ecclesiae universalis. **2319** *Reliq. Dub. ad* 1.

Occurrens festum Dedicationis cum festo SSmae Trinitatis transferri debet iuxta Rubricas, et non reponi in Feria II impedita ab alio festo duplici. **2128** *ad* 2.

Occurrens festum mobile ritus duplicis maioris totius Ordinis Regularis in die octava festi item mobilis particularis Conventus celebrandum est cum adiecta ex privilegio Commemoratione diei octavae. **3099** *ad Postul.* I.

Tamquam Occurrentia consideranda sunt festa duplicia maiora Dominicis assignata, et non translata; ideoque locum habent in Dominica infra Octavam Corporis Christi. **3557.**

Quoad Occursum et concursum festorum primariorum et secundariorum, obtinet Decretum generale. **3808.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **376**; eorumque distinctio etiam duplicia minora et semiduplicia tam in occursu quam in concursu et in repositione respicit. **3837.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **402.**

In Occursu cedunt dies infra quamcumque Octavam, qui tamquam secundarii habendi sunt, cuicumque semiduplici. **3886** *ad* 1.

Quoad Occurrentiam duorum Festorum vel Officiorum eadem die, vide *Decretum generale.* **3811.**

In Occurrentia ex festis duobus primariis vel secundariis eiusdem ritus et classis praecedentia competit digniori: in paritate vero dignitatis, competit festo diei mensis affixo; **3885** *ad* 1. **3919** *ad* 3.

In Occurrentia, quamvis ceteris paribus praecedentiam habeat festum fixum prae mobili, et magis proprium prae minus proprio iuxta Rubricas generales Breviarii Tit. X n. 6; non tamen eadem gaudet praecedentia in concurrentia. **4021.**

In Occursu diei Octavae Ss. Angelorum cum festo SS. Nominis B. M. V., dies octava est celebranda, et festum SS. Nominis transferendum. **2059** *ad* 2.

Occurrente aliquo festo solemni in die octava, facienda est semper Commemoratio diei octavae in utrisque Vesperis et Laudibus ac in Missa. **2944.** *Vide* **3993** *ad* 3.

Occurrente festo duplici II classis octavam habente cum Dominica Septuagesimae, ideoque translato ad sequens Sabbatum, secundae Vesperae festi fieri debent cum Commemoratione Dominicae Sexagesimae; et in die octava est recitanda Oratio propria eiusdem Octavae. **2326** *ad* 1.

Si occurrat Feria VI post Octavam Ascensionis dies infra octavam, Officium recitari debet de die infra octavam, non de Feria VI. **3352** *ad* 9.

Occurrens Octava festi duplicis I classis cum Octava festi duplicis II classis habet Officium suum diebus infra Octavam cum Commemoratione Octavae II classis, quamvis maior sit huius festi dignitas. **2439** *ad* 3.

Vide **Festa quoad Translationem. Officia. Solemnitas. Translatio.**

O Crux ave: ad hanc stropham Hymni *Vexilla regis* omnes genuflectere debent, recitando Officium in Choro. **1322** *ad* 13.

Octava (in genere).

Octavae cessare debent ante Nativitatem Domini, a die 17 Decembris. **687.**

Octava S. Clarae pro Monialibus eius Instituti praefertur Octavae S. Laurentii; cedit tamen Octavae Assumptionis B. M. V. **1241**

Ante Octavam non privilegiatam occurrens festum duplex, quod transferri valet, potest transferri ad diem infra Octavam. **1637** *ad* 2.

Octavam de Patrono principali loci Regulares facere nequeunt, nisi specialiter id eis indultum fuerit. **1708** *ad* 5.

Octava Titularis Metropolis nequit celebrari extra Ecclesiam Metropolitanam. **1737**; sed hoc Decretum revocatum est aliis **2365** *ad* 3 *et* **3863** *ad* II. *Decret. gener.*, quibus declaratur Titulum Ecclesiae Cathedralis esse recolendum ab universo Clero totius Dioecesis cum Octava, sine Octava tamen a Regulari.

Octava, quae cessare debet adveniente Quadragesima, finem habet post Nonam Feriae III. **1875.**

Octava Omnium Sanctorum dignior declaratur quam Octava Dedicationis Ecclesiae. **1922** *ad* 1.

Infra Octavam festa Patronorum ad Dominicam perpetuo translata, festis mobilibus

non sunt adnumeranda. **2591** *ad* 2. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **185.**

Octava Patroni principalis, si concurrat cum Octava festi B. M. V. duplicis II classis, recitandum est Officium de Patrono cum Commemoratione Octavae B. M. V. **2059** *ad* 1.

Cum Octava Beatorum festa celebrari nequeunt, nisi hoc expresse a S. Sede tam saecularibus quam regularibus cuiuscumque Instituti et Ordinis indultum sit. **942.**

Cum Octava celebrari nequit festum S. Thomae Apostoli (die 21 Dec.). **1589** *ad* 1.

Octavam habente festo duplici II classis occurrente cum Dominica Septuagesimae, ac proinde translato ad sequens Sabbatum, secundae Vesperae festi fieri debent cum Commemoratione Dominicae in Sexagesima; et in die octava est recitanda Oratio propria eiusdem Octavae. **2326** *ad* 1.

Octava dies Ss. Angelorum Custodum, si coincidat cum festo SS. Nominis B. M. V., celebranda est; festum vero Nominis B. M. V. transferendum. **2059** *ad* 2.

In die Octava Dedicationis Ecclesiae Lectiones I Nocturni repetendae sunt de ipso festo. **2319** *Alia Dubia ad* 5. **2365** *ad* 7.

Octava, quae ex consuetudine celebratur Hydrunti, de festo Visitationis B. M. V., absque eo quod sit Titularis vel sub hoc Titulo Patrona, cedit Octavae Ss. Apostolorum Petri et Pauli. **1635.**

Octava S. Scholasticae apud Benedictinos impedit preces; quando de illa fit Officium. Quod si Octava occurrat in Feria IV Cinerum, dicuntur preces, sed nihil de Octava; quae terminatur ad primas Vesperas Feriae IV Cinerum exclusive. **2319.** *Reliq. Dub. ad* 4.

Octava S. Benedicti quando celebratur post Dominicam Passionis, in primis Vesperis huius Dominicae facienda est Commemoratio de die infra Octavam; secus autem, si dies octava incidat in eamdem Dominicam Passionis: quia tunc propter Dominicam privilegiatam cessat Octava. **2319** *Reliq. Dub. ad* 5.

Quoad dies infra Octavam S. Benedicti et aliorum Sanctorum, ex speciali privilegio Octavam in Quadragesima habentium, quid faciendum sit circa Officium et Missam tam tempore Passionis, quam extra hoc tempus, declaratur. **2319** *Reliq. Dub. ad* 26.

Infra Octavam S. Benedicti non privilegiatam recitari possunt alia Officia. **2780.**

Octava privilegiata S. Benedicti Abb., excludens duplicia I et II classis, non excludit Officium Dominicae minoris; et servetur Rubrica Breviarii Tit. IV. de Dominicis n. 2. **3407.**

Infra Octavas non privilegiatas, in quibus fieri deberet de Octava, festa semiduplicia, quae transferuntur ob perpetuum impedimentum, transferri possunt tamquam in dies proprios. **2378** *ad* 3.

Octava festi duplicis I classis occurrens cum Octava festi duplicis II classis, in diebus infra Octavam habet Officium cum Commemoratione Octavae festi II classis, quamvis maior sit huius festi dignitas. **2439** *ad* 3.

In die Octava occurrente aliquo festo solemni, facienda est semper Commemoratio diei Octavae in utrisque Vesperis, in Laudibus et Missa. **2944.**

In die Octava perpetuo occurrens festum transferri debet perpetuo in diem assignatam liberam. Si vero aliquando nequeat perfici Octava, superveniente Quadragesima, festum perpetuo translatum recitari debet in die assignata, non vero in die Octava. **2963.**

Ad Octavam Patroni principalis Dioecesis vel alicuius Terrae Regulares non tenentur. **2633** *ad* 3. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **251.**

In Octavae S. Stephani Mart. II Vesperis servanda est Rubrica specialis Breviarii. **3957** *Dub.* IV. **4006** *ad* 1.

Infra Octavam quamcumque dies tamquam secundarii habendi sunt, et cedunt cuicumque semiduplici occurrenti. **3886** *ad* 1.

Octava dies est primaria vel secundaria prout festum, ad quod illa pertinet, primarium vel secundarium est. **3886** *ad* 2.

Infra Octavam dies si occurrat Feria VI post Octavam Ascensionis, Officium recitari debet de die infra Octavam, non de Feria VI. **3352** *ad* 9.

Infra Octavas Officium votivum recitari nequit. **3586** *ad* 1.

Octava dies S. Christophori in Parochiis, in quibus ob festum Patroni S. Iacobi Apostoli praefatum festum S. Christophori Titularis Ecclesiae Cathedralis ad diem 27 Iulii fixe translatum est, celebranda est die 3 Augusti. **3714** *ad* 3.

Octavae Ss. Apostolorum Petri et Pauli commemoratio singulis diebus infra octavam pro Roma praescribitur, quocumque festo occurrente. **3581.** III.

Octavae quaecumque in Quadragesima in posterum non sunt concedendae; indultae vero ab antiquiori tempore non solum in feria IV Cinerum et in Dominica Passionis, sed etiam in omnibus aliis Dominicis Quadragesimae sunt omnino intermittendae

vel abrumpendae. Per integram autem maiorem Hebdomadam omnes prorsus Octavae interdicuntur. **3826.** *Decret. gener.*

Octavam habens festum duplex, quando in die sua celebrari iuxta Rubricam haud valeat, et infra totam suam Octavam transferri nequeat, transferendum est in ipsam octavam diem, quamvis in Dominica incidat; dummodo non occurrat aliud festum vel ritu, vel primarii qualitate, vel dignitate superius: quo casu transferatur in primam diem liberam. **3853.**

Octavam non habet Titulare festum alicuius Ecclesiae a 31 Decembris ad quintam Ianuarii occurrens. **3876** *ad* 1.

Quod Octavae Festorum Domini cedant tantum in concursu duplicibus II classis, Octavae vero B. M. V. solis duplicibus maioribus, intelligendum est de solis octavis ad Festa primaria pertinentibus. **3908** *ad* 2.

Octavi dies Festorum primariorum Archangelorum, S. Ioannis Baptistae, S. Ioseph et Ss. Apostolorum in concursu cum aliis duplicibus minoribus praecedentiam habent. **3908** *ad* 3. **3919** *ad* 9.

Octava dies Dedicationis Ecclesiae, occurrens cum festo Patrocinii S. Ioseph sub ritu duplici II classis recolendo, ad ritum simplicem redigenda est. **3993** *ad* 3.

Pro alicuius diei infra Octavam Commemoratione facienda in Laudibus, si Antiphona sumenda sit ex eodem Communi, unde sumpta est pro Officio, servari debet Rubrica Tit. IX num. 8, ut scil. sumatur ex I Vesperis. **2205** *ad* 2. **2503** *ad* 2.

Infra Octavam alicuius festi cum Octava, (praeter ea quae in Breviario Romano describuntur) ita privilegiata, ut tantum duplicia I vel II classis admittat, Lectio IX de Simplici occurrente recitari debet. **4026** *ad* 2.

Infra Octavam privilegiatam alicuius festi particularis, quae duplicia tantum I et II classis admittat, in Dominica agendum est Officium de ipsa Dominica. **4026** *ad* 3. Vide **3407.**

Octavam suam non perdit Titulus Ecclesiae vel loci Patronus, si transferri debeat ad aliam diem in perpetuum; at, si tantum accidentaliter, amittit Octavam. **4034** *ad* 2.

In Octava Passionis D. N. I. C. Oratio non concluditur verbis: *in unitate eiusdem Spiritus Sancti.* **2682** *ad* 45.

Octavae Commemoratio S. Michaelis Archangeli, ubi hoc festum fit cum Octava, omittenda non est in Festo Ss. Angelorum Custodum die 2 Octobris. **3406.**

In Octava Paschatis Antiphona: *Haec dies* intonanda est ab Hebdomadario. **2956** *ad* 4.

Infra Octavam in Dominica Missae privatae dici nequeunt de Festo, cuius celebratur Octava, sed dici debent de Dominica cum Commemoratione Octavae iuxta Rubricas; si tamen constet de concursu populi, permittitur unica tantum Missa solemnis de Octava cum *Gloria* et *Credo* absque ulla Commemoratione. **2392** *ad* 1.

Infra Octavas occurrentibus Dominicis, Missa tantum unica cantanda est, de Dominica scilicet cum Commemoratione Octavae. **2427** *ad* 9.

Infra Octavam Dominicae nomine non venit, quae incidit in die ipso Festi habentis Octavam, vel in ipsius die Octava; quare in casu Orationes de Dominica ad Missam sumendae sunt ut in Missali cum Praefatione de SS. Trinitate. **3553** *ad* 1.

Infra Octavas diebus Dominicis color in Missa adhibendus est idem ac in festo. **3688** *ad* 2.

Infra Octavam alicuius Sancti Dominica, Missa votiva solemnis de eodem Sancto per privilegium a S. R. C. conceditur. **3767** post *Dub.* XXIX *n.* 18.

In Octava die alicuius Festi occurrens festum duplex transferri debet in perpetuum ad primam diem liberam. **3097.**

In die Octava festi mobilis particularis Conventus occurrens festum item mobile totius Ordinis Regularis ritu duplicis maioris, celebrandum est addita ex privilegio Commemoratione diei octavae. **3099** *ad Postul.* I.

Infra illas Octavas, quae Festa duplicia occurrentia non excludunt, licet excludant translata, (cuiusmodi est Octava Corporis Christi, quae admittit duplicia occurrentia, non autem translata) stabiliri possunt festa perpetuo transferenda; stabiliri autem non possunt infra eas Octavas, quae huiusmodi festa occurrentia excludunt. **2384** *ad* 2.

Octava Corporis Christi.

Infra Octavam Corporis Christi, quando occurrat festum duplex, etiam Lectio IX de Simplici dicenda est. **1431** *ad* 1. **1890** *ad* 4. **2152** *ad* 7.

Infra Octavam Corporis Christi Missae de Requie et votivae prohibentur. **1403;** nec celebrandae sunt, etiamsi occurrat Anniversarium; sed tantum permittitur unica Missa cantata, praesente corpore. **1431** *ad* 2.

Octava dies Corporis Christi excludit duplicia II classis. **2040** *ad* 3; infra hanc Octavam celebrari possunt duplicia I aut II classis, etiam translata. *Ibidem ad* 2. **3012** *ad* 1; eiusdem dies octava et dies infra Octavam excludunt festa ad libitum. **2030** *ad* 4.

Octava inchoata ante Festum Corporis Christi (si hoc Festum sit privilegiatum per totam Octavam ad instar Epiphaniae) eo adveniente cessat. Quod si infra octavam occurrat Festum I classis, de eo celebretur Officium cum Commemoratione Octavae Corporis Christi; infra cuius Festi Octavam fiet de ipsa Octava Corporis Christi cum commemoratione alterius Octavae occurrentis. Si vero infra talem Octavam Corporis Christi occurrat Festum II classis, nihil de eo fit: quod transfertur post octavam Corporis Christi, pereunte octava eiusdem Festi translati, si post octavam diem reponatur. **2360.**

Octava privilegiata Corporis Christi cum clausula: « exceptis Duplicibus I et II classis » ita est intelligenda, ut in exceptione comprehendantur etiam translata. **2553.**

Octava privilegiata Corporis Christi, exceptis tamen duplicibus I aut II classis tam occurrentibus quam translatis, Dioecesi Asculanae conceditur. **2611.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **200.**

Octava Corporis Christi, per accidens simplificata ob occursum festi Nativitatis S. Ioannis etc., habet Commemorationem in II Vesperis; in quibus nihil fieri debet de sequenti festo Sacr. Cordis Iesu. **2632** *ad* 2. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **248.**

Infra Octavam Corporis Christi, quum de ea fit Officium, Lectio IX historica de Semiduplici occurrente ad instar Simplicis redacto omittenda est. **3637** *ad* 5.

Octava dies Corporis Christi habet II Vesperas integras sine ulla Commemoratione festi sequentis SS. Cordis Iesu vel alicuius Sancti **3712.** *Decret. gener.* **3731** *ad* 2; sed commemoratio diei Octavae, quae occurrit in festo Cordis Iesu, non est omittenda. **3743.**

Infra Octavam Corporis Christi SSm̃um Sacramentum tempore divinorum Officiorum nequit ad libitum nunc cooperiri nunc discooperiri. **3110** *ad* 13.

Infra Octavam Corporis Christi, ubi ex privilegio omnia festa praeter Nativitatem S. Ioannis Bapt. et Ss. Apost. Petri et Pauli excluduntur, in Laudibus et in utrisque Vesperis Dominicae infra hanc Octavam primo loco fieri debet Commemoratio de Octava et secundo loco de duplici in simplicem redacto. **4006** *ad* 4.

Infra Octavam Corporis Christi quando reponendum est aliquod Officium translatum duplex I vel II classis, hoc Officium apponi potest die, quae per accidens est libera; quatenus Officium duplex occurrens in ea Octava privilegiata sit transferendum post ipsam aut simplex reddendum. **3012** *ad* 1.

Octava Corporis Christi non adnumeratur Festis solemnioribus. **2506** *ad* 1.

Infra Octavam Corporis Christi Dominica, in qua fit solemnis Processio per diversas Parochias et Ecclesias Civitatis, Missa debet esse de Dominica aut de Festo occurrente cum Commemoratione SSm̃i Sacramenti. **2552** *ad* 4.

Infra Octavam Corporis Christi Dominica, ubi solemnitas respuit alia omnia festa praeterquam I vel II classis, gaudet privilegio excludendi Lectionem IX de Simplici, **2555. 3027** *ad* 2; quam semper excludit, si de eadem Dominica recitatur Officium. **3027** *ad* 1.

Infra Octavam Corporis Christi in Dominica locum habent Festa duplicia maiora Dominicis assignata, quia sunt consideranda tamquam Festa occurrentia, et non translata. **3557.**

Infra Octavam Corporis Christi SSm̃um Sacramentum iterum exponi nequit post Processionem et benedictionem impertitam, quae fit post Completorium, ut assistentes Matutino et Laudibus Indulgentias lucrentur. **3403.**

Infra Octavam Corporis Christi in Expositione SSm̃i Sacramenti servetur praescriptum in Caeremoniali Episcoporum et in Constitutione *Accepimus* Benedicti XIV d. d. 16 Aprilis 1746. **3375** *ad* 2.

Infra Octavam Corporis Christi ac in eiusdem solemnitate Regulares inter Missarum solemnia et ad Vesperas SSm̃um Sacramentum exponere possunt absque licentia Ordinarii. **753.**

Vide **SSmi Corporis Christi Festivitas. Processio cum SSmo Sacramento in festo et infra Octavam Corporis Christi.**

Octavae B. Mariae V.

Infra Octavas festivitatum B. M. V. Missae votivae eiusdem B. M. V. celebrari nequeunt. **1497** *ad* 3.

Si cum Octava festi B. M. V. duplicis II classis concurrat Octava Patroni principalis, recitandum est Officium de Patrono cum Commemoratione Octavae B. M. V. **2059** *ad* 1.

Octavarum dies festorum primariorum B. M. V., si concurrant cum festo ritus duplicis minoris habent Vesperas integras. **1663** *ad* 2; etiam in concursu cum duplici maiori. **3908** *ad* 2.

Octava, quae ex consuetudine fit Hydrunti, de festo Visitationis B. M. V. absque eo quod sit Titularis vel sub hoc Titulo Patrona, cedit Octavae Ss. Apostolorum Petri et Pauli. **1635.**

Infra Octavam Immaculatae Conceptionis B. M. V. omnes Hymni in Dominica II

et III Adventus apud Benedictinos terminandi sunt: *Gloria tibi Domine, qui natus es de Virgine.* **2319** *Alia Dubia ad* 9; item in Breviario Romano in dictis Dominicis Hymni concluduntur: *Iesu tibi sit gloria* etc. **3924** *ad* 11.

Infra Octavam Immaculatae Conceptionis B. M. V., quando occurrit Vigilia aut feria Quatuor Temporum, quidnam observandum sit quoad Officium et Missam, declaratur **2319** *Reliq. Dub. ad* 26.

Octava dies Immaculatae Conceptionis B. M. V. quando occurrit feria IV Quatuor Temporum, Evangelium ultimum in Missa non est de Feria, sed initium S. Ioannis. **3136** *ad* 2. **3667** *ad* 2.

In Octava die Immaculatae Conceptionis B. M. V. Lectiones I Nocturni recitandae sunt ut in die festo. **3136** *ad* 3.

Cum Octava non est celebrandum festum Annuntiationis B. M. V., quando incidit in Quadragesima, licet sit Titularis Ecclesiae. **2818**.

Octava privilegiata Assumptionis B. M. V., exceptis tamen Duplicibus I aut II classis, tam occurrentibus quam translatis, et excepta etiam die octava S. Laurentii M., Dioecesi Asculanae conceditur. **2611**. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **200**.

Infra Octavam Assumptionis B. M. V., ubi tota Octava ita est privilegiata, ut tantum diem octavam S. Laurentii et festum S. Ioachim admittat, celebrari nequit festum S. Rochi die 16 Augusti. **3938** *ad* 4.

In Octavae Assumptionis B. M. V. quae ita privilegiata est, ut admittat tantum festa I vel II classis, singulis diebus, si fiat de Octava, legendae sunt Lectiones in Proprio assignatae, si adsint; secus, quae exstant in Breviario; in Officio autem I et II classis Lectiones ipsi Officio assignatae. **3637** *ad* 2.

Infra Octavam VII Dolorum B. M. V., quae recolitur Dominica III Septembris, ubi est privilegiata uti Octava Corporis Christi, in feriis Quatuor Temporum et Vigilia S. Matthaei Missa est celebranda de Octava cum Commemoratione feriae vel Vigiliae. **3169**.

In Octava die Nativitatis B. M. V., si incidat in feriam IV Quatuor Temporum, in Missa conventuali de Feria dicenda est Praefatio ferialis. **428**.

Absque Octava integra celebrandum est festum Nativitatis B. M. V., si ob occursum festi S. Hadriani, Titularis Ecclesiae, die 9 Septembris, de eodem celebrandum est (prout Romae fit in Diaconia S. Hadriani Mart.), translato Festo duplici illa die occurrente in primam diem liberam iuxta Rubricas. **3876** *ad* 4; hoc tamen est Indultum speciale; sed vide legem generalem. **3431** *ad* 5 *p.* II.

Octava Nativitatis B. M. V. cessante post Nonam Sabbati ob solemnitatem SS. Nominis eiusdem B. M. V., etiam a die octava Nativitatis Deiparae cessandum est, admittendo Officium translatum. **2887** *ad* 3.

Octavae Nativitatis B. M. V. Commemoratio non est facienda in festo SS. Nominis eiusdem B. M. V. **1739** *ad* **1**.

In Octavam diem Nativitatis B. M. V., si incidat festum SS. Nominis eiusdem B. M. V., Commemoratio Octavae fieri non debet. **1950**.

Infra Octavam Purificationis, ubi eadem fit, in Missa dicenda est Praefatio Nativitatis Domini. **3624** *ad* 2.

In Octavis festorum B. M. V., etiamsi ob occursum duplicis I classis fieri non debeat Commemoratio Octavae, nihilominus dici debet in Missa Praefatio de B. M. V. et Hymni concludendi sunt in Officio: *Iesu tibi sit gloria.* **2439** *ad* 2.

Octava Nativitatis Domini; vide **Nativitatis Domini Octava.**

Octava SSmae Trinitatis.

Octava dies SSmae Trinitatis, si coincidat cum festo duplicis minoris, habet integras Vesperas. **1918** *ad* 2; imo etiam in concursu cum duplici maiori. **2145**.

Infra Octavam Titularis SSmae Trinitatis diebus 6 et 7 faciendum est Officium de die secunda et tertia infra Octavam Corporis Christi cum Commemoratione SSmae Trinitatis. **2194** *ad* 2. **3624** *ad* 6.

Infra Octavam SSmae Trinitatis, ubi est Titularis, ad Primam Symbolum S. Athanasii dici non licet, nisi in festo et in die Octava. **1918** *ad* 3. **2194** *ad* 1. **2319** *Alia Dubia ad* 10.

Octava SSmae Trinitatis est privilegiata pro Ordine Excalceatorum Reformatorum SSmae Trinitatis, excepta occurrentia alterius festi I et II classis tam occurrentis quam translati, vel alicuius diei octavae; de quibus faciendum est Officium, vel ante vel post festum Corporis Christi, cum Commemoratione Octavarum. **2688**.

Octava dies SSmae Trinitatis quando concurrit cum sequenti festo duplicis I classis, Commemoratio huius diei Octavae fieri nequit. **3624** *ad* 7.

Octava SSmae Trinitatis cessare debet adveniente festo Corporis Christi cum Octava privilegiata ad instar Octavae Epiphaniae. **3986**.

Octavarium Romanum.

Ex Octavario Romano sumendae sunt Lectiones II et III Nocturni in die Octava Sanctorum, si propriae non adsint. **2735** *ad* 1.

Octavario Romano deficiente, Lectiones II Nocturni in die Octava alicuius Sancti, quae non reperiuntur in Breviario, sumi debent de die festi. **3876** *ad* 9.

Ex Octavario Romano sumi debent Lectiones II et III Nocturni in die Octava S. M. Magdalenae; ubi eadem Sancta veneratur ceu Patrona vel Titularis. **2981** *ad* 1.

Ex Octavarii Romani Supplemento Lectiones dierum infra Octavam Patrocinii S. Ioseph, ubi est Titularis, sumi possunt absque Indulto. **3624** *ad* 4.

In Octavario Romano nulla est memoria de octava S. Thomae Ap. (die 21 Dec.); et iuxta Rubricas festum S. Thomae octavam habere nequit. **1589** *ad* 1.

Oculus.

In Oculorum elevatione, quando in Missa a Rubrica praescribitur, Crux est aspicienda. **2960** *ad* 3.

Ob Oculorum gravem infirmitatem a S. Sede facultate donato Episcopo Missam votivam B. M. V. quotidie celebrandi, hoc privilegium admitti poterit etiam diebus Ordinationum; quatenus ille ex concessione Apostolica possit habere Ordinationes extra tempora. **3152**.

Vide **Sacerdos caecutiens.**

Oeconomus.

Oecoñomus Ecclesiae Brundusinae nullum ius habet in spiritualibus neque in Ecclesia. **59**.

Oeconomus et Electi locorum in Ecclesiis adstantes disiuncti, et uti singuli, non sunt thurificandi. **728**.

Oeconomo deputato ad curam animarum in habitu Archipresbyteri non competunt honorificentiae debitae Archipresbytero; in quibus succedit Dignior de Capitulo, iis tantum exceptis, quae versantur circa curam animarum. **1864**.

Offertorium.

Offertorium et Communio non sunt omittenda, sed submissa voce recitanda in Choro, quando Organa pulsantur in Missa solemni. **2994** *ad* 2.

Offertorium in Missa cantata de Requie necessario cantari debet. **3051** *ad* 1.

In Offertorio Missarum Dominicae II Adventus et Feriae VI post Dominicam III Adventus legendum est: *Deus tu conversus.* **3767** *Dub. addition. Dub.* IV.

Post Offertorium, quoad thurificationem et Pacem dandam in Missa Pontificali, servandum est Caeremoniale Episcoporum. **3258**.

Ad Offertorium in Missa solemni populus thurificari potest a laico thuriferario triplici ductu; dummodo laicus, uti Clericus ex officio, cotta sit indutus et non sit diversus ab eo qui Clero thus dedit. **3539** *ad* 2.

Ad Offertorium thurificatio SSm̃i Sacramenti, quando est expositum, facienda est in triplici ductu duplici ictu. **4048** *ad* 9.

Officiales.

Officialibus militiae armatae non licet incedere in Processione cum Reliquiis inter capsam Reliquiarum et Clerum, sed tantum a lateribus dictae capsae. **1633**.

Officiales cuiusdam Congregationis Presbyterorum assistentes Missae solemni thurificandi sunt unico ductu. **1779**.

Officiales maiores cuiusdam Confraternitatis in Processione fieri solita cum sacra Imagine B. M. V. coronatae incedere debent a latere Statuae. **2379** *ad* 1.

Officiales, Ministri et Magistri Caeremoniarum Ecclesiarum Collegiatarum et Patriarchalium Urbis non audeant vel praesumant caeremonias ordinarias mutare vel novas ordinare diverso ac vario modo ab eo, qui in Rubricis Missalis et Breviarii Romani et Caeremonialis Episcoporum praescribitur, et ab usu et consuetudine universali et communi aliarum similium Ecclesiarum, sine expressa licentia S. R. C., sub poenis contra facientibus arbitrio eiusdem S. C. imponendis et exequendis. **297**.

Officia (in genere).

Officia mature examinanda et approbanda sunt a Sacr. Rit. Congregatione, priusquam recitari possint. **51**. § *Quanto all'aggiunta.* Ceterum in iis omnia fiant de Communi; nisi quatenus solent concedi Lectiones II Nocturni propriae. *Ibidem.*

Officium de Sanctis non Canonizatis recitari posse respondit S. R. C., dummodo adsit immemorabilis consuetudo. **179** *ad* 4.

Officia Sanctorum sui Ordinis Abbatissa et Moniales Monasterii Conceptionis B. M. V. Ord. S. Augustini in Civitate Hispalensi recitare possunt ob antiquam consuetudinem. **180**.

Officium iuxta ritum suae Dioecesis reci-

Officia particularia locorum, licet non sint in Breviario Romano, possunt licite recitari, si constet ea recitari consuevisse per annos biscentum ante Constitutionem S. Pii V. **798.**

Quoad Officia particularia concessa pro aliquo Regno vel Ecclesia etc. quaedam proponuntur et enodantur quaestiones. **1719. 1721.**

Officia particularia aliquibus Regnis, Ditionibus Statibusque concessa cum clausula: *recitari posse, fieri posse,* postquam fuerint acceptata, non sunt amplius ad libitum, sed de praecepto. **2338. 4042** *ad* IV.

Officium particulare alicuius Dioecesis, quod ad aliam Dioecesim extenditur, non debet praeferri Officio Ecclesiae universalis, quod pro eodem die iam fuerat concessum. **2682** *ad* 37.

Officio translato, non intelligitur translatum praeceptum audiendi Sacrum; hinc, si festum incidat in feriam VI Parasceve, populus non tenetur audire Missam nec vacare ab operibus. **2164. 2305.**

In Officio S. Mariae in Sabbato apud Benedictinos facienda est Commemoratio S. Benedicti, non autem S. Scholasticae. **2319.** *Reliq. Dub. ad* 21.

Officia propria Dioeceseos Regulares recitari nequeunt, nisi in Rescripto concessionis eadem Officia declarata fuerint de praecepto etiam pro Regularibus Calendario Dioecesano minime utentibus. **3084** *ad* 1.

Officium duplicis II classis cum Octava cadens in Dominica Septuagesimae, si transfertur ad Sabbatum sequens, habet integras Vesperas cum Commemoratione Dominicae Sexagesimae; et quatenus dies Octava habeat Orationem propriam, haec erit recitanda. **2326** *ad* 1.

Officiis duobus concurrentibus, quae idem mysterium respiciunt, faciendum est de primo sine commemoratione sequentis; dummodo hoc non fuerit potioris ritus; tunc enim fiet de hoc, sine commemoratione praecedentis. **2802** *ad* 5.

Officium S. Aegidii, Titularis et Patroni Ecclesiae Cathedralis Secoviensis, de speciali gratia conceditur Dioecesi Leobiensi durante Administratione, ad uniformitatem assequendam. **2831** *ad* 2.

Officia Passionis transferri possunt in Dioecesi Baltimoren., iuxta Indultum, sed intra Quadragesimam tantum. **2837** *ad* 6.

Officia Passionis D. N. I. C. in Quadragesima celebranda, quando occurrunt cum festo altioris ritus vel festi primarii, omittenda sunt, nisi adsit indultum eadem transferendi; et tunc non transferenda sunt ultra Quadragesimam. **2883** *ad* 6. **2902** *ad* 1, 4 *et* 5.

In Officiorum Passionis Domini intra Quadragesimam occurrentium Vesperis nequit fieri Commemoratio praecedentis Officii votivi de SSmo Sacramento. **3612** *ad* 2.

Officium quod perpetuo occurrit in die Octava alicuius festi, perpetuo transfertur in diem assignatam; atque etiam quando nequeat perfici Octava, superveniente Quadragesima, Officium perpetuo translatum recitatur in die assignata, et non in praedicta die Octava. **2963.**

Officia Sanctorum, quae neque possunt locum habere propriis diebus neque ad anni usque exitum reponi deficientibus diebus liberis, nequeunt celebrari in festis semiduplicibus. **3130** *ad* 1.

Officia, quae Clero Urbis Romae concessa fuerunt vel in posterum concedentur, ex facultate speciali recitare possunt Missionarii in Dania. **3234** *Dub.* II.

Officia ad altiorem ritum evehi nequeunt sine concessione S. R. C.; et opposita consuetudo pene saecularis non sufficit. **3365** *ad* 1.

Officia certis Dominicis vel Feriis assignata ac particulari Ecclesiae concessa transferri nequeunt absque speciali privilegio. **3531** *ad* 1 *et* 2. Vide **1721** *ad* 2. **2745** *ad* 9. **3607** *ad* 5. **3637** *ad* 4.

Officia vel accidentaliter vel perpetuo transferenda recitari possunt diebus (festo duplici vel semiduplici non impeditis), qui Antiphonas maiores exigunt et Octavas excludunt. **3780** *ad* 6.

Quoad duo Officia vel festa eadem die occurrentia lex statuitur. **3811** *Decret. gen.*

Officium Dominicae anticipandae impedit recitationem Officii votivi ad libitum ex iis, quae SSmus D. N. nuper indulsit. **3844** *ad* 1.

Quando Officium aliquod pridem alicui Congregationi concessum, postea fuit indultum Dioecesi, sed alia die; Regulares, Calendario Dioecesano utentes, se conformare tenentur Calendario Dioecesano. **3041** *ad* 1; item si eadem quidem die, sed ritu altiore et Officio proprio, modo in concessione Officii proprii facta Dioecesi Regulares explicite non excludantur. *Ibidem ad* 2 *et* 3.

Officia perpetuo transferre aut de novo concedere Episcopo non licet; quum servari debeant Rubricae et S. R. C. Decreta. **1755.**

Officia de Beatis suae Religionis recitare nequeunt Episcopi Regulares, quamvis gaudeant privilegiis eiusdem. **1156** *ad* 5.

Officium Titularis Ecclesiarum quando non reperitur in Breviario Romano, ex Communi sumendum est. **3661** *Dub.* 1.

Officia Beatorum, ubi sunt indulta, iisdem subiacent Rubricarum normis super translatione festorum, quibus Officia Sanctorum. **3925** *Dub.* I.

Officium aliquod translatum tunc tantum reponi potest die 30 Decembris, quando hac die fieri deberet de die infra Octavam Nativitatis Domini. **3866** *ad* 2.

Officium ritus vel semiduplicis vel duplicis vel potioris per annum ante diem 30 Decembris celebrandum, quod tamen ob occurrentiam perpetuam suo die perpetuo impeditur, ad diem 30 Decembris fixe apponi potest. **3919** *ad* 15.

Cum Officium novum die sua natalitia celebrandum a S. Sede praescribitur, et in aliqua particulari Ecclesia haec dies est impedita alio Officio, quod pariter in die natalitia colitur; tum, si novum Officium est dignius, novum praeferendum est, et antiquum transferendum. **3925** *ad* 2.

Quoad Officia nova novasque Missas Sanctorum impetrandas ab hac S. R. C. normae speciales praescribuntur. **3926.**

Officia noviter concessa nequeunt anticipari circa anni initium. **2746** *ad* 1: nec assignari possunt diebus, in quibus celebranda sunt Officia semiduplicia, reducendo ista ad ritum simplicium. *Ibidem ad* 2; nec semiduplicia celebrari possunt ad instar simplicium, ut detur locus duplicibus translatis. *Ibidem ad* 3.

Officium, quando Patronus aut Sanctus, cuius insignis Reliquia habetur, describitur in Calendario cum aliis Sociis (quin tamen ulla inter eos necessaria consanguinitatis aut affinitatis intercesserit ratio) non est dicendum de omnibus in communi; sed separatio de Patrono vel de Sancto, cuius Reliquia servatur, agenda est. **4037** *ad* 3.

Officium privatim recitare debent, prout fit in Choro, qui sunt de gremio Ecclesiae. **110** *ad* 5; exceptis Officio parvo B. M. V., Psalmis gradualibus et Poenitentialibus, quae obligant in Choro tantum. **2801** *ad* 3.

In Officiis, quae a tempore Paschali transferuntur ultra illud, *Alleluia* omitti debet. **2319** *Tit.* XXI *Dub.* 2.

Extra Officium canonicum in exercitiis devotionis *Alleluia* non est addendum tempore Paschali ad Versiculum *Ora pro nobis* etc. in fine Litaniarum Lauretanarum, nec ad ℣. *Benedicamus Patrem* etc.; nec duplex *Alleluia* diebus Paschatis et infra Octavam Paschae ad *Benedicamus Domino.* **3764** *ad* 18.

Ab Officii currentis onere non eximuntur Cappellani aliique ministri Collegii augustissimi Sacramenti Civitatis Valentinae, qui ex fundatione tenentur qualibet Feria V recitare horas de SSmo Sacramento cum cantu, in quo septem fere horas insumunt. **1961.**

Officia Sanctorum ratione Corporis seu insignis Reliquiae recitanda intelligi debent de Sanctis dumtaxat in Martyrologio Romano descriptis, et quatenus constet de identitate Corporis seu Reliquiae insignis illius Sancti, qui reperitur in Martyrologio Romano descriptus; de ceteris autem Sanctis in praedicto Martyrologio non descriptis, aut pro quibus a S. Sede non fuerint specialiter concessa, Officia recitari et Missae celebrari non possunt, quamvis ipsorum Corpora vel insignes Reliquiae in Ecclesiis asserventur. **1853** *Decret. gener.* Vide **2228.** § *Decretum.*

Vide **Calendarium. Augustiniani. Festa. Cistercienses. Regulares quoad Officium. Episcopus quoad Officia et Festa.**

Officium Defunctorum.

Officium Defunctorum etiam in Choro die Dominica recitari potest. **72.**

Officium facere super Defunctis pertinet ad Parochum Ecclesiae, ad quem funus defertur, vel ad Regulares, quorum est Ecclesia tumulans. **151. 224. 515**: non obstante contraria consuetudine. **731.** Vide **3854** *ad* II. III *et* IV *Decret. gener.*

Officium Defunctorum praescriptum singulis mensibus omitti nequit praetextu Officii votivi. **843** *ad* 1.

Officium Defunctorum, Psalmi graduales et poenitentiales omitti nequeunt diebus, quibus iuxta Rubricas dici debent in Choro; et contraria consuetudo post Bullam S. Pii V inducta est abusus impraescriptibilis. **1154.**

Officia Defunctorum tot sunt recitanda, quot sunt obligationes: si eodem die recitari non possint, transferenda sunt; sed si agatur de Anniversariis, sunt anticipanda. **1615** *ad* 1, 2 *et* 3; nisi tamen ex mente Fundatorum liceat uno Officio satisfieri pro pluribus: quo casu tot addendae sunt Orationes, quot sunt obligationes. *Ibidem ad* 4; in Anniversario a Testatore praescripto quoad Officium servandae sunt Rubricae Breviarii et Ritualis. *Ibidem ad* 5.

Defunctorum Vesperae decantandae sunt post Vesperas Dominicae vel alterius Festivitatis, si die sequenti iuxta Rubricas dici debeat Officium Defunctorum. **130** *ad* 2. **1334** *ad* 7.

Officium Defunctorum licite recitari nequit in Choro, recurrente Officio duplici novem Lectionum. **1736** *ad* 1.

Officium Defunctorum, quotidie recitandum ex dispositione testatoris acceptata, recitari debet omnibus diebus, exceptis tamen

triduo maioris Hebdomadae et Festis I et II classis; in his autem facienda est commemoratio in *Memento* mortuorum. **1807.**

In Officio Defunctorum, etiamsi integrum recitetur, extra diem 2 Novembris, omitti nequeunt Psalmi *Lauda anima* et *De profundis* post Vesperas et Laudes. **2002** *ad* 10. **2319** *Reliq. Dub. ad* 24. **2344** *ad* 1. **3877**; sed vide infra **4029** *ad* 3, quo haec Decreta mitigantur.

Officium Defunctorum pro die 2 Novembris cantari potest in Choro pridie post Vesperas. **2002** *ad* 15. Vide **3864** *ad* 1. *et* 2. *Decret. gener.*

In Officio Defunctorum nunquam omittendum est Invitatorium, dum integrum recitatur Officium. **2344** *ad* 2.

Officium Defunctorum et Missa conventualis de Requie pro prima die mensis, si haec impedita sit, transferri debent ad aliam diem non impeditam. **2380.**

In Officio Defunctorum nihil immutandum est, etiamsi pro uno tantum recitetur. **2572** *ad* 24.

Officium Defunctorum, Psalmi Graduales et Poenitentiales obligant in Choro tantum; nec sunt anticipanda, quia sunt onus diei. **2801** *ad* 3.

Officium Defunctorum Parochi aliique Sacerdotes exequiis mortuorum assistentes et pro ea functione stipendium accipientes tenentur per se persolvere, nec sufficit ut solummodo assistant non cantantes nec psallentes. **3045. 3243**; Missae tamen cantui participare non tenentur, dummodo adsint Cantores ad hoc specialiter deputati. **3243.**

Officium Defunctorum in Choro recitari vel cantari non potest durante Expositione SSmi Sacramenti. **3479** *ad* 2.

Quando Officium Defunctorum cantatur, Episcopus in fine cuiusque Psalmi ad *Requiem aeternam* non debet benedicere manu dextera tumulum. **3621** *ad* 5.

In Officio Defunctorum die depositionis, 3, 7, 30 et anniversario Sacerdotis Oratio dicenda est iuxta dispositionem Ritualis Romani. **3764** *Dub.* III.

Officium Defunctorum singulis Feriis secundis per annum recitandi consuetudo servari potest, exceptis tantum duplicibus I classis et Festis de praecepto quoad forum. **3787.**

Officium Defunctorum praesente cadavere nequit dici in Festo Patroni principalis; potest vero in die Festi Sacratissimi Cordis Iesu. **3788** *ad* 2.

In Officiis Defunctorum quae peraguntur infra annum cum aliqua solemnitate, praesertim diebus obitus et anniversarii, ex consuetudine semper decantari potest I Nocturnum cum Laudibus et Ps. *Venite exultemus.* **3885** *ad* 5.

In Officio Defunctorum (etsi cum uno Nocturno) sub ritu duplici recitato Psalmi *Lauda* ad Vesperas et *De profundis* ad Laudes omittendi usus, in pluribus Ecclesiis etiam Urbis exsistens, servari potest. **4029** *ad* 3.

Ad Officium integrum pro unoquoque defuncto Canonici non sunt cogendi ab Episcopo, ubi mos viget unum tantum Nocturnum decantandi. **101.**

Officium Defunctorum cum Expositione SSmi Sacramenti qualibet feria II cuiuslibet mensis et cum castro doloris accensis luminibus circumdato celebrandi consuetudo reprobatur, tamquam Rubricis et Ecclesiae ritibus contraria. **2513.**

Officio Defunctorum absoluto, ac remoto si fieri potest tumulo, vel saltem exstinctis candelis circa illum prius accensis, Expositio SSmi Sacramenti in octiduo fidelium defunctorum et per triduum post Dominicas Septuagesimae et Sexagesimae fieri potest. **3582** *Dub.* IV.

Vide **Vesperae Defunctorum. Defuncti. Exsequiae. Nocturnum. Commemoratio omnium Fidelium Defunctorum.**

Officia ad libitum,

Officium ad libitum, quod simul est simplex de praecepto, non est transferendum, quando occurrat cum festo duplici, sed de eo dicenda est Commemoratio et IX Lectio die, in qua cadit. **1607.**

Officia concessa semel in hebdomada non sunt de praecepto, sed *ad libitum.* **1632.**

Officia ad libitum, etiam duplicia, occurrentia in diebus Dominicis et Natalitiis Sanctorum, quamvis sint celebranda sub ritu semiduplici de praecepto, non sunt transferenda, sed omitti debent; sin autem occurrant eodem die, in quo alias aliquod festum translatum poni deberet, tunc liberum erit eadem Officia ad libitum recitare, et Officium translatum ulterius ad aliam diem non impeditam transferre. Officium vero, semel per hebdomadam vel per mensem ex Indulto concessum, in casu omitti debet. **1685.** *Decret. gener.*

Officium ad libitum si perpetuo impediatur, recurrendum est ad S. R. C. pro assignatione alterius diei. **1721** *ad* 1.

Officia ad libitum, sive duplicia, sive semiduplicia, omitti debent die, in qua reponenda est Dominica anticipata. **2152** *ad* 5. **3636** *ad* 1.

Officia ad libitum transferri nequeunt, etiam non fixe; sed ubi ex consuetudine tale Officium in perpetuum translatum est, servari id potest cum speciali concessione Summi Pontificis. **3360** *ad* 1.

Officium ad libitum omitti potest, ut recitetur Officium votivum semel in mense concessum: tunc vero Officium ad libitum transferri nequit. **3899** *ad* 2.

Officia particularia aliquibus Regnis, Ditionibus Statibusque concessa cum clausula: *recitari posse, fieri posse,* postquam fuerint acceptata, non sunt amplius ad libitum, sed de praecepto. **2338. 4042** *ad* 4.

Pro Officiis ad libitum servanda sunt Decreta; hinc libera electio quoad privatam recitationem concessa coarctatur solummodo ad Officia votiva ad libitum in Decreto 5 lulii 1883 contenta; pro Officiis vero antecedentibus ad libitum servanda sunt Decreta alias edita. **3594** *ad* 1.

Officia votiva ad libitum Decreto die 5 Iulii 1883 concessa recitare non licet die, quo Officium Dominicae anticipatae celebrari debet. **3844** *Dub.* 1,

Officia Sanctorum ad libitum concessa transferri non possunt ad aliam diem, quamvis perpetuo sint impedita. **4037** *ad* 1.

Officia ad libitum infra octavas quascumque occurrentia recitari nequeunt. **4051** *ad* 4.

Officia ratione Reliquiae insignis.

Officium ratione Reliquiae insignis recitandum est solummodo in Ecclesia, in qua illa asservatur. **361** *ad* 2. **460** *ad* 2. **477** *ad* 6. **1334** *ad* 2. **1603** *ad* 1.

Officia permittenda sunt ab Episcopo aut Capitulo tantum illorum Sanctorum, qui sunt alicuius Ecclesiae Titulares vel Patroni vel quorum Corpus aut insignis Reliquia adest: cum limitatione tamen, ut de iis fieri possit in Ecclesia tantum Titulari vel in qua Corpus aut Reliquia insignis asservatur. **460** *ad* 2. **488** *ad* 2. **555** § *Insuper.* **1231.**

Officium Translationis alicuius Reliquiae unicum celebrari debet et non plura; ac solum in Civitate, dummodo Reliquia sit insignis et Patroni principalis vel Episcopi loci; et quidem, si translatio sit Patroni principalis, sub ritu duplici: si Episcopi loci, sub ritu semiduplici; numquam tamen cum Octava. **477** *ad* 4.

Officium duplicis minoris conceditur pro Reliquia insigni et approbata. **1333** *ad* 14. **1334** *ad* 3.

Officium ratione Reliquiae alicuius Sancti, de quo una cum Socio fit in Breviario, quomodo disponendum sit, declarat S. R. C. **1589** *ad* 2.

Officium ratione Reliquiarum dici nequit, si hae sint de SS. Martyribus baptizatis. **1670.**

Officia de Sanctis non canonizatis recitare non licet; neque de aliis ratione Reliquiae insignis, nisi eorum nomina legantur in Martyrologio. **1234** *ad* 1. **1722. 1815** *ad* 3.

Officium ratione Reliquiae recitari nequit, nisi Reliquia sit insignis, et constet de illius identitate, et simul ea sit alicuius Sancti in Martyrologio descripti. Quod si hae conditiones non concurrant, cultus non aufertur; prohibetur tamen festum cum Officio et Missa. **1853.** Vide **2228.**

Officium de Translatione Reliquiarum alicuius Sancti conceditur solummodo Clero illius loci, in quo Translatio peracta fuit. **2795.**

Officium quoad recitationem, tam privatam, quam in Choro persolvendam.

Officium divinum statutis horis, datoque signo per sonum campanae, inchoandum est statim in Choro, non exspectatis Vicario aliisque. **199. 663.**

Officium in Choro qui facit, quando est paratus sacris paramentis, omnes, etiam Decanum, praecedere debet; si non est paratus, servanda est consuetudo Ecclesiae. **277. 283.**

Officia divina in Choro canere est favorabilius Ecclesiae, quam sine cantu recitare. **1092.**

Officium Breviarii non est relinquendum pro recitatione Officii devotionis. **1334** *ad* 1.

Officium recitare debet Episcopus iuxta Calendarium suae Dioeceseos. **2789** *ad* 1; etiam Regularis (omisso Officio suae Religionis). **181** *ad* 1; ac Suffraganeus **1502** *ad* 6.

Officium, quod omissum est in Choro vel privatim ex oblivione aut inadvertentia ea die, qua recitari debebat, non est reponendum in alia die. **1474.**

Officium ab Episcopis et Canonicis recitandum est iuxta ritum Ecclesiarum suarum, etiamsi ab his absint. **1599** *ad* 2.

Officia concessa sine expressione ritus, an sint duplicis maioris vel minoris, censentur recitanda sub ritu duplicis minoris. **1721** *ad* 2.

Officia Sanctorum ad altiorem ritum elevare nemini licet, inconsulta Sede Aposto-

lica; et divini Officii recitatio exigenda est omnino ad formam Constitutionum Apostolicarum et Decretorum S. R. C. **1881.**

Officio in Choro inchoato supervenientes servare debent Caeremoniale Episcoporum lib. I. cap. 18. § 3. **2039** *ad* 1.

In Officii divini privata recitatione, quando duo vel plures idem recitant, ad *Confiteor* verba *vobis fratres* et *vos fratres: misereatur tui* et *misereatur vestri* omitti possunt, sed non debent. **2682** *ad* 39.

In Officii recitatione tam in Choro quam privatim, quoad signa crucis, capitis inclinationem etc., Rubricae serventur. **2682** *ad* 40.

Officium alicuius S. Martyris translati a tempore Paschali fit de Communi Martyris extra tempus Paschale, retentis Lectionibus, Oratione et si quid aliud habetur in proprio. **2839** *qu.* 5; sed in hoc casu pro Officio ordinando regula sumatur ex Evangelio vel Oratione, si sit de Communi; ex quo indicatur utrum sumpta sint ex primo an ex secundo loco. *Ibidem qu.* 6.

In Officio Confessoris non Pontificis ad Capitulum Laudum legi debet: *in pecunia et thesauris.* **2839** *qu.* 8.

Vide **Laudes.**

In Officio Virginum ad tertiam Antiphonam I Nocturni legendum est: *Sunamitis.* **2839** *qu.* 9.

In Officiis legenda sunt tantum ea, quae sunt concessa, licet adsint quoque nonnulla pro aliis locis indulta. **2870.**

In Officiis luctuosis Hebdomadae Sanctae et in Officiis Defunctorum omitti nequit salutatio Chori a quocumque adveniente post inceptum Officium, a Celebrante in accessu et recessu, a Celebrante a Sede sua ad Altare pergente, a quocumque cantaturo Lectionem et a Subdiacono Epistolam cantaturo: excepto Officio Feriae VI ab adoratione Crucis usque ad Nonam Sabbati Sancti. **3059** *ad* 27.

Officium divinum in Vigiliis et Quatuor Temporibus, quando post Nonam dici debet Missa conventualis, non est concludendum cum Antiphona finali B. M. V. ceterisque precibus iuxta Rubricas. **3108** *ad* 2.

Officii alicuius Sancti, de cuius concessione authentica nullibi constat, recitationem continuare non licet. **3197** *ad* 2.

Pro Officii divini recitandi tempore stari potest publicis horologiis. **3365** *ad* 9.

Officium Vigiliae, quod recitatur occasione Consecrationis Ecclesiae, non dispensat a recitatione Officii diei currentis; et consuetudo contraria non est sequenda. **3532** *ad* 2 *et* 3.

Officium Simplex aut de Feria in aliud brevius commutare sub occupationum praetextu non licet. **840.**

Quoad Officia recitanda Episcopus in alterutra Ecclesia Cathedrali, ubi habitualiter residet, utatur iure suo. **3508.**

Officia sanctorum Patronorum principalium vel aliorum Sanctorum Episcopus duarum Dioecesium recitare debet sub ritu, quo recoluntur in Dioecesi, in qua actu moratur. **3993** *ad* 1.

Officium alternis vicibus recitantes cum Episcopo, Cappellani sive regulares sive saeculares conformare se debent Episcopo. **181** *ad* 3.

Officium privatim recitare nequeunt Canonici Episcopo assistentes ad sedem Episcopalem. **1787** *ad* 1.

Officium privatim recitare debent, prout fit in Choro, qui sunt de gremio Ecclesiae. **110** *ad* 5; exceptis Officio parvo B. M. V., Psalmis Gradualibus et Poenitentialibus, quae obligant in Choro tantum. **2801** *ad* 3.

Officium recitans Clericus in Ordinibus sacris constitutus, si sponte vel invitatus se adiungit Clero recitanti Officium diversum ab Officio ipsius Clerici, generaliter non satisfacit suae obligationi. **4011** *ad* 3.

Quoad Officium Cappellani Monialium nequeunt se conformare iisdem, etiamsi in earum Ecclesiis quotidie Missam celebrent iuxta earum ritum. **2550** *ad* 3.

Officiis Calendarii domus Societatis Iesu uti potest Clerus, qui exercitia spiritualia peragit sub directione Sacerdotum dictae Societatis, iuxta concessionem Pii IX. **3955.**

Officium de Dedicatione alicuius Ecclesiae recitari nequit a Cappellanis, qui in eadem Sacrum facere solent. **1983.**

Officium iuxta Calendarium coenobii, ex quo discessit, Religiosus sequi debet in itinere dum alterum coenobium petit; cum pervenit et manet in altero coenobio, etsi ad tempus, Officia huius Calendarii sequatur. **2801** *ad* 1; tempore vero Quadragesimae extra coenobium commorans, se conformare debet Calendario suae Provinciae. *Ibidem ad* 2.

Officia Calendarii Coenobii, apud quod hospitantur, sequi debent Regulares, qui praedicationis vel ex alia rationabili causa per aliquot dies a suo Conventu absunt, si in Choro Breviarium recitant; si vero privatim, servare debent Calendarium Coenobii, a quo discesserunt. **3919** *ad* 13.

Officia Calendarii semper recitare debent Regulares iuxta Coenobium, in quo morantur, etsi ad tempus, in publica recitatione; quia ubique Choro interesse tenentur **3001;** quod intelligi debet de illis solis Religiosis

dragesimae recitari possunt, si constet expresse de privilegio. **3197** *ad* 1.

Officia votiva Feria II de Ss. Angelis, Feria III de Ss. Apostolis (Romae vero de Ss. Petro et Paulo), Feria IV de S. Ioseph, Feria V de SS. Eucharistia, Feria VI de Passione Domini, Sabbato de Immaculata Conceptione per annum loco Officiorum ferialium conceduntur. **3581** *ad* I. *Decret. gener.*

Officium votivum diebus infra Octavas recitari nequit. **3586** *ad* 1.

Officia votiva celebrari possunt etiam in festis Simplicibus. **3597** *Dub.* III.

Officia votiva si in Vesperis concurrant, semper dimidiant Vesperas; **3597** *Dub.* IV *qu.* 1. **3908** *ad* 1; sed si Officium SS. Sacramenti concurrat cum Officio de Passione, fit totum de praecedenti, nihil de sequenti. **3597** *ad* IV *qu.* 2. **3604** *ad* 2.

Si Officium votivum recitetur in Choro in Vigilia, feriis Quatuor Temporum aliisque feriis Missam propriam habentibus, duae Missae conventuales canendae sunt. **3597** *Dub.* VI.

Officium votivum impeditur ab Officio Dominicae anticipandae. **3844** *ad* 1.

Officia votiva, quae ex antiquissima consuetudine et Indulto Apostolico recitantur semel in mense, non extenduntur ad ferias temporis Passionis et ferias Adventus, quae a die 17 usque ad 24 Decembris decurrunt, nec ad Vigilias et Quatuor Tempora. **3861** *ad* 2.

Officia votiva quando concurrunt cum aliquo festo primario eiusdem ritus et vice versa, fit totum de festo primario cum Commemoratione Officii votivi. **3870.**

Officia votiva semel in mense concessa peragi nequeunt infra Octavas privilegiatas. **3899** *ad* 1; idemque Officium votivum semel in mense concessum recitari potest loco Officii ad libitum, quod tamen transferri nequit. *Ibidem ad* 2.

Ad Officia votiva ad libitum in Decreto diei 5 Iulii 1883 contenta solummodo, libera electio, quoad privatam recitationem concessa, coarctatur; pro Officiis enim antecedentibus ad libitum servanda sunt Decreta alias edita. **3594** *ad* 1.

Officii votivi currentis diei Rubrica particularis addi potest in redigendo Ordine annuali divini Officii. **3594** *ad* 2.

Quoad Officiorum votivorum per annum loco ferialium recitationem, verba Indulti: *quoad privatam recitationem ad libitum singulorum de Clero* intelligenda sunt de eis tantum, qui nullo canonico titulo ad Chorum tenentur. **3596** *ad* 1; at statuta de consensu Capituli seu Communitatis ab Ordinario approbato, recitatione Officii votivi, non licet recedere ab ea acceptatione. *Ibidem ad* 2; et Indultum nequit ita acceptari, ut quibusdam anni diebus de Feria, aliis vero de Officiis Votivis in chorali recitatione agi valeat. *Ibidem ad* 3.

Officium votivum solum recitandi obligatio adhuc manet, ubi istud Officium antea iam fuerat speciali privilegio alicui Dioecesi concessum, ita ut praefatis diebus ferialibus non detur optio inter Officium feriale et votivum; sed optio datur diebus contentis in novo Indulto 5 Iulii 1883, et in alio praecedenti privilegio exceptis. **3597** *Dub.* I.

Officia votiva in Dioecesibus, ubi non fuerint adoptata, possunt ulterius semel pro semper eligi. **4048** *ad* 2.

Ad Officia votiva, quae recitantur in Choro, non obligantur Clerici Cathedrali adscripti, qui non tenentur ad Chorum neque alii Clerici tam saeculares quam regulares Dioecesis. **110** *ad* 1 et 2; qui sunt de gremio et praefata Officia recitant, sed extra Civitatem et Dioecesim degunt, decet eos in recitatione illorum perseverare. *Ibidem ad* 3; possunt item qui etsi non tenentur se conformare Ecclesiae Cathedrali, ab ea fructus percipiunt. *Ibidem ad* 4.

Officia votiva (in particulari).

a) De Ss. Angelis.

In Officio votivo Ss. Angelorum tempore Paschali loco primae Antiphonae II Nocturni sumenda est altera: *Immittet Angelus.* **3764** *Dub.* XVI.

In Officio votivo Ss. Angelorum inter Suffragia Commemoratio S. Michaelis Archangeli non est facienda in iis locis, ubi S. Archangelus est Titularis Ecclesiae. **4006** *Dub.* VII. **4043** *ad* 2; sed non omittendae Commemorationes de S. Gabriele et de S. Raphaele, quae ab Antiphonis et Orationibus Officii votivi Ss. Angelorum diversae habentur. **4005** *Dub.* VIII.

Vide *Decretum Urbis et Orbis* **3581** *ad* I.

b) De Ss. Apostolis.

De Officio votivo Ss. Apostolorum sequenti si in II Vesperis Ss. Ap. Simonis et Iudae die 28 Octobris Commemoratio fieri debeat, sumatur Oratio ex festis pro aliquibus locis die 29 Iunii, scil. *Deus qui nos beatorum.* **3597** *Dub.* V.

In Officio votivo de Ss. Apostolis in Suffragiis Commemoratio de Ss. Apost. Petro et Paulo non est omittenda. **3597** *Dub.* VII.

Officium votivum S. Apostoli Iacobi, quod singulis feriis II extra Adventum et Quadragesimam diebus festis duplicibus vel semi-

duplicibus non impeditis, universo Clero Hispaniarum concessum est, non est de praecepto, sed ad libitum. **1632.**

In Officio votivo S. Apostoli Iacobi Lectiones I Nocturni legendae sunt tempore Quadragesimae: *Sic nos existimet,* ut in festo. **3611** *ad* 2.

Officium votivum S. Apostoli Iacobi nequit transferri in feriam tertiam in illis Hispaniae Dioecesibus, ubi Officia votiva pro singulis hebdomadae diebus non sunt pro Communitatibus adoptata. **4048** *ad* 1.

Officium votivum Ss. Apost. Petri et Pauli omnes de Clero, qui Romae degunt, sed Calendario ipsius Urbis haud utuntur, recitare debent Feriis III, non vero alterum de Ss. Apostolis. **3607** *ad* 3.

Officium votivum Ss. Apost. Petri et Pauli feria III non impedita non solum illi recitare debent, qui materialiter Romae degunt, sed etiam illi, qui Calendario Romano utentes extra degunt. **3708.**

Vide *Decretum Urbis et Orbis* **3581** *ad* I.

c) De S. Benedicto Abb.

In Officio votivo S. Benedicti Abb. singulis hebdomadis celebrando non est facienda Commemoratio S. Scholasticae. **2319** *Reliq. Dub. ad* 22.

Officia votiva S. Benedicti, S. Scholasticae, Conceptionis B. M. V. et SSmi Sacramenti pro Benedictinis intelligi debent cum solitis limitationibus. **2319** *Reliqu. Dub. ad* 23.

d) De S. Ianuario Ep. Mart.

Officium votivum S. Ianuarii Ep. Mart. semel in mense concessum fieri potest etiam mense Septembri, quamvis die 19 Septembris fiat festum de eodem Sancto; quum in Rescripto concessionis non fiat exceptio. **3872** *ad* 7.

e) De Immaculata Conceptione B. M. V.

Officium votivum Immaculatae Conceptionis B. M. V., quando concurrit in II Vesperis cum Vesperis Dominicae I Adventus, fieri debet usque ad Capitulum, et a Capitulo de Dominica cum Commemoratione Immaculatae Conceptionis **3059** *ad* XIII.

Officium votivum Immaculatae Conceptionis B. M. V. celebrari nequit infra Octavam alicuius festi Deiparae; nam in casu fieri debet de die infra Octavam. **3131** *ad* 2.

Officii votivi Immaculatae Conceptionis B. M. V. II Vesperae quando concurrunt cum I Vesperis Dominicae tempore Paschali, Hymnus ad Completorium terminatur: *Iesu tibi sit gloria.* **3735** *ad* 2; item quando concurrit praefatum Officium cum Officio votivo de Passione Domini. **4003** *quaest.* 3.

In Officii votivi Immaculatae Conceptionis B. M. V. aut festi secundarii ritus semiduplicis concurrentia cum Dominica sequenti, Vesperae dividuntur a Capitulo. **3867** *ad* 1. **3871.**

Quoad Officium votivum Immaculatae Conceptionis B. M. V., aut stricte utendum est veteri indulto, quo illud recitandum est sub ritu duplici, et quidem praeceptive; aut novo, veteri prorsus dimisso. **3600. 3637.** *Dub.* I.

In Officio votivo Immaculatae Conceptionis B. M. V. Lectiones I Nocturni tempore Quadragesimae et in Sabbatis Quatuor Temporum legendae sunt ut in festo. **3611** *Dub.* IV. **3131** *ad* 1.

Cum Officio votivo Immaculatae Conceptionis B. M. V. si concurrat festum VII Dolorum eiusdem B. M. V. sub ritu duplici maiori, in II Vesperis huius festi praecedentis fieri nequit Commemoratio Officii votivi sequentis. **4006** *ad* 2.

Vide *Decretum Urbis et Orbis* **3581** *ad* I.

f) De Passione Domini.

In Officio votivo Passionis Domini tempore Paschali addendum est *Alleluia;* et adhibendus color rubeus quocumque anni tempore. **3597** *Dub.* II.

Officium votivum de Passione Domini celebrari nequit feria VI post Octavam Ascensionis. **3675** *ad* 1.

In Officio votivo de Passione Domini tempore Paschali nequit fieri Commemoratio de Cruce. **3675** *ad* 3. **4043** *ad* 2.

Officium votivum de Passione Domini si in Vesperis concurrat cum Officio SSmi Sacramenti, totum fit de SSmo Sacramento et nihil de Passione **3597** *Dub.* IV *qu.* 2. **3604** *ad* 2.

Vide *Decretum Urbis et Orbis* **3581** *ad* I.

g) De SSmo Sacramento.

In Officio votivo de SSmo Sacramento omittendum est *Alleluia* per annum, etiam in Responsoriis brevibus Horarum. **843** *ad* 5. **1901. 2354.**

Officium votivum de SSmo Sacramento ex privilegio Ecclesiae Cathedrali pro singulis feriis V concessum, recitari potest ab iis tantum, qui sunt Choro addicti vel in aliquo ministerio servitium praestant eidem Ecclesiae. **1603** *ad* 4.

Si Officium votivum de SSmo Sacramento

habet II Vesperas integras, Hymnus Completorii in casu concludi debet: *Iesu tibi sit gloria*. **3064** *ad* 3.

Officia votiva de SSmo Sacramento et Immaculatae Conceptionis B. M. V. celebrari possunt etiam in feriis non privilegiatis extra Adventum et Quadragesimam dummodo in eis non sit reponendum Officium translatum); non vero in Octavis privilegiatis. **3131** *ad* 1.

Si Officium votivum de SSmo Sacramento concurrit cum Officio de Passione Domini, fit totum de praecedenti, nihil vero de sequenti. **3597** *Dub.* IV *qu.* 2. **3604** *ad* 2.

Officium votivum de SSmo Sacramento quando concurrit cum I Vesperis Officii votivi Sacr. Cordis Iesu, ubi hoc est concessum, fit totum de praecedenti, nihil vero de sequenti. **3710.**

In Officio votivo de SSmo Sacramento tempore Quadragesimae Lectiones I Nocturni legendae sunt ut in festo; Lectiones autem II et III Nocturni eiusdem Officii pro mensibus Ianuarii et Februarii ut feria VI infra Octavam festi, Martio vero et Aprili ut in Sabbato. **3611** *Dub.* III.

In Officio votivo insignis Miraculi SSmi Corporis Christi in Archidioecesi Taurinensi ad Primam dici nequit ℣. *Qui apparuisti hodie;* sed ℣. *Qui sedes ad dexteram Patris.* **3626.**

Officium votivum solemnis Commemorationis SSmi Sacramenti, quod sub ritu duplici maiori celebratur, praecedentiam non habet super festum secundarium eiusdem ritus, sed non eiusdem dignitatis. **3875** *Dub.* II *qu.* 1; in concurrentia cum festo secundario eiusdem ritus et eiusdem dignitatis totum Officium fit de festo cum Commemoratione Officii votivi. *Ibidem qu.* 2.

Officio votivo de SSmo Sacramento concurrente cum festo secundario Mysteriorum et Instrumentorum Domini sub ritu duplici maiori, Commemoratio praecedentis in I Vesperis sequentis fieri nequit. **4006** *ad* 2.

In Officio votivo de SSmo Sacramento fieri nequit Commemoratio de Cruce. **4043** *ad* 2.

Officium votivum de SSmo Sacramento quando feria V celebratum est, et Feria VI agendum erit de Sacra Spinea Corona vel de Sacr. Sindone D. N. I. C., in istius I Vesperis Commemoratio SSmi Sacramenti omitti debet: ad Completorium tamen Hymnus concluditur: *Iesu tibi sit gloria*. **3844** *Dub.* VII.

Vide *Decretum Urbis et Orbis* **3581** *ad* I.

h) De S. Scholastica Virg.

In Officio votivo S. Scholasticae Virg. Lectiones unius mensis, licet non fuerint recitatae, non sunt legendae mense sequenti. **2319** *ad Tit.* VIII.

Officium votivum S. Scholasticae recitari potest in Sabbato, si reliqui dies hebdomadae sint impediti. **1973** *ad* 4.

Oleorum consecratio et distributio.

In Oleorum consecratione duodecim Presbyteri adhibendi sunt; neque eximuntur Canonici, quatenus sine eis numerus sufficiens non reperiatur. **210** *ad* 1.

In Oleorum consecratione omnino servandum est Pontificale Romanum. **244**; et usus ab hoc dissentientes eliminandi sunt. **2122.**

In Oleorum consecratione Presbyteri et Diaconi ministrantes, paramentis sacris induti, quamvis non sint de gremio Cathedralis, praeferendi sunt reliquis Sacerdotibus et Diaconis, qui paramentis sacris non sunt induti, licet sint de gremio Cathedralis. **1041.**

In Oleorum consecratione septem Subdiaconi parandi sunt amictu, alba, cingulo, manipulo et tunicella; septem Diaconi amictu, alba, cingulo, manipulo, stola transversa et dalmatica; duodecim Presbyteri amictu, alba, cingulo, manipulo, stola directa et planeta. **1660**; et hi duodecim Presbyteri, septem Diaconi et septem Subdiaconi ratione paramentorum recipere debent Eucharistiam ab Episcopo ante omnes alios de Choro non paratos, etiam ante Dignitates et Canonicos habitu chorali indutos. **1828. 1937.**

In Oleorum consecratione facienda in Ecclesia Vicariatus Kiam-Si cum minore numero Presbyterorum assistentium, prouti iam a S. Sede dispensatum fuit, praescribitur tamen ut Diaconus et Subdiaconus ministrantes, sacris vestibus retentis, deferant Olea e sacrario et ad ipsum reducant; inde quoad fieri potest, Episcopo praestent Officia, quae ab Archidiacono et Presbytero assistente facienda in Pontificali statuuntur. **3013.**

Olea sacra, deficiente numero Sacerdotum, consecrare potest Episcopus etiam cum duobus vel tribus Sacerdotibus, stante necessitate in speciali casu. **3114** *ad* 4.

Olea sacra feria V in Coena Domini ut Episcopus summa genuum debilitate laborans conficere possit sedendo, permittitur attentis peculiaribus gravissimis circumstantiis, de speciali gratia nullo umquam tempore in exemplum afferenda; dummodo privatim fiant Benedictiones Oleorum cum assistentia trium saltem Sacerdotum. **2860.**

In Oleorum consecratione Episcopus medius stet inter Diaconum et Subdiaconum

Missae; Archidiaconus ad latus Subdiaconi, nempe ad sinistram Episcopi, ut commode possit sumere a Ministris vasa Oleorum et Pontificale; Diaconi vero assistentes maneant hinc inde ad latus Altaris, manibus iunctis, stantes tamen et Sacramentum adorantes. **3202** *ad* 2.

Oleorum consecratio cum numero Ministrorum minori prae illo, qui praescribitur in Pontificali, conceditur Episcopo Liburnensi; quatenus sufficiens numerus Presbyterorum in dicta Dioecesi non reperiatur. **3325. 3702** *ad* 7.

In Oleorum consecratione, quando deficiunt 12 Presbyteri, 7 Diaconi et 7 Subdiaconi, imploranda est dispensatio a S. Sede, quoties hic defectus occurrit. **3359.**

In Oleorum consecratione assistere debent Episcopo consecranti Diaconus et Subdiaconus Missae, non vero duo Diaconi assistentes. **3580** *ad* 5.

Oleorum consecratione peracta, praxis ferendi S. Olea processionaliter non via recta ad sacrarium, sed per Ecclesiam, continuari potest, sed non sub baldachino. **3660** *ad* 2.

In Oleorum consecratione Episcopus, quando bis procedit ab Altari ad mensam pro sacris Oleis conficiendis et ad Altare regreditur, debet uti baculo pastorali. **3731** *ad* 4.

In Oleorum mensa apponi nequit Crux cum candelabris. **3747** *ad* 2.

Oleorum tres ampullae Feria V in Coena Domini consecrandorum expoliari debent suis sericis vestibus, cum Episcopus incipit benedicere singularum Oleum; et ampulla sacri Chrismatis mappula involuta manere debet usquedum, peracta balsami infusione, Diaconus illam tollat et sibi collo reponat. **3747** *ad* 3.

Olea sacra confici possunt extra Cathedralem Brugnaten. ex gratia; si Episcopus ob aliquam iustam causam alibi resideat. **1382.**

Oleorum consecratio omnino fieri debet in Cathedrali, cessante legitimo impedimento. **2178** *ad* 1; dato vero, quod ob aliquam canonicam necessitatem haec fiat in alia Dioecesis Ecclesia, nihilominus Olea sacra distribui debent in Ecclesia Cathedrali. *Ibidem ad* 2. **2298** *ad* 3.

Olea sacra consecrari debent publice in Ecclesia, non autem private in Sacello domestico. Quod si Episcopus ob aegritudinem ea conficere nequeat, id potest, imo debet alteri Episcopo committere. **1896.**

Olea sacra confici nequeunt, nisi Episcopus simul celebret Missam. **1448.**

Oleorum sacrorum consecratio fieri nequit ante Missam conventualem. **3044** *ad* 2.

Olea consecranda feria V in Coena Domini non debent esse necessario recentia, v. gr. ultimi anni. **3114** *ad* 5.

Ad Oleorum consecrationi interessendum in Cathedrali Canonici Ecclesiae Collegiatae S. Mariae Capuae in casu arbitrio Archiepiscopi cogi nequeunt. **2334.**

In Oleorum consecratione ea quae Pontificale tribuit Archidiacono, ab eodem serventur. **2684** *ad* 17. **3202** *ad* 1; quae vero ipsi non tribuuntur, spectant ad Diaconum Missae. **3202** *ad* 1.

In Oleorum consecratione, cum Episcopus exit e sacrario et ad Altare pergit, Canonici, qui eum parati associant, sequi debent Presbyteros, Diaconos et Subdiaconos Olei consecrationi assistentes. **2195** *ad* 1.

Oleorum sacrorum distributio nequit differri usque post Dominicam in Albis. **2650** *ad 4 facti speciem. Vide Suffraggium in IV. volumine pag.* **284.**

Oleorum sacrorum distributio Ecclesiis subiectis facienda est per Archidiaconum, non per Caeremoniarium Cathedralis. **3006** *ad* 2.

Olea sacra et Chrisma, si non sufficiunt pro Ecclesiarum et Altarium consecratione, Episcopus petere debet ab Episcopis vicinioribus. **3125.**

In Oleorum sacrorum distributione non est addenda pars modica Olei non benedicti; sed urgente necessitate, si quando postea illa deficiant. **2883** *ad* 3.

Oleorum sacrorum confectioni Canonici Collegiatae interesse debent in Cathedrali. **897.**

Olea sacra consecrandi facultas Episcopo podagra laboranti denegatur, Missam celebrante Vicario seu alia Dignitate, ipso vero sedente et legente formulas Consecrationis. **1201.**

Olea sacra conficiendi in Cappella sui Palatii ob salutis incommoda facultas Episcopo denegatur. **1225.**

Oleorum benedictioni Feria V in Coena Domini tenentur interesse et inservire per se ipsos Abbates et Canonici Ecclesiarum Ss. Audoeni, Matthaei et Nicolai Civitatis Veglen.; quatenus non mittant vel non inveniant duodecim Presbyteros pro praestando hoc servitio. **2398.**

Oleorum admixtio, asservatio et delatio.

Si Olea sacra Parochi, benedicendi fontem baptismalem facultatem habentes, ante eius benedictionem recipere non potuerunt,

illa subinde privatim et separatim in aquam mittere poterunt. **2436** *ad* 3.

Olea sacra nondum renovata in benedictione fontis baptismalis Sabbato Sancto infundi debent in aquam baptismalem, si attentis omnibus temporum circumstantiis difficulter recipi possint Olea noviter consecrata. **2773** *ad* 1. **3029**; quo casu Baptisma conferri debet cum aqua recens consecrata, licet in ipsam infusa sint Olea praecedentis anni **2773** *ad* 2; aqua sic benedicta Sabbato Sancto servari debet usque ad Vigiliam Pentecostes, in qua benedicitur fons cum novis Oleis. *Ibidem ad* 3; et infantes in casu praedicto ungendi sunt Oleis anni praecedentis. *Ibidem ad* 4.

Olea sacra asservanda sunt in Cathedrali et a Dignitatibus distribuenda. **375** *ad* 3.

Olea sancta serventur in loco decenti, sive in cornu Epistolae sive in cornu Evangelii. **1260.**

Olea sacra servanda sunt non in domo Parochi, sed in Ecclesia, excepto casu magnae distantiae ab eadem. **2650** *ad* 3 *facti speciem. Ibidem ad* 5 *facti speciem ad* 1. *Vide Suffrag. in IV volum. pag.* **282** *et seq.* **3276** *ad* 5. **3739** *ad* 2. **3779** *ad* 7.

In Oleorum sacrorum delatione servandum est Rituale Romanum. **2650** *ad* 5 *facti speciem ad* 2. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **285.**

Oleum sacrum pro extrema Unctione non est solemniter deferendum cum superpelliceo et lanternis. **196.**

Oleum infirmorum si ob vastitatem Parochiae, simul cum Viatico administrando, deferri debeat, Parochus normam agendi desumere debet ex Rituali Romano *De Sacram. Extremae Unctionis* cap. I § 13, et ex praescriptione S. Caroli Borromaei facta in Concilio IV Mediolanensi. **3073.**

Oleum antiquum anni praecedentis adhiberi potest, donec novum recipiatur. **244.**

Olea nova quum recipiuntur, nova aqua baptismalis consecrari debet. **3724** *ad* 3.

Olea sacra nova Parochus curet ut presbyter vel clericus, si fieri possit, in Sacris constitutus recipiat. Quod si aliquod impedimentum exstet, Parochus vel per se vel per alium Sacerdotem benedicat fontem sine sacrorum Oleorum infusione, quae privatim opportuno tempore fiet: at si aliquem baptizare debeat, tunc in ipsa benedictione solemni vetera Olea infundat. **3879.**

Vide **Benedictio Fontis Baptismalis.**

Oleum ad lampadem SSmi Sacramenti et ad Missam.

Oleo olivarum generatim utendum est ad nutriendam lampadem ante Altare SS. Sacramenti; ubi vero haberi nequeat, remittendum est prudentiae Episcoporum, ut lampades nutriantur ex aliis oleis, quantum fieri possit vegetabilibus. **3121.**

Ex Oleo seu adipe ceti candelae confectae Missionariis Oceaniae in celebranda Missa permittuntur. **2985.**

Ex Oleo lumina substitui nequeunt luminibus cereis in Expositione SSmi Sacramenti. **3173.**

Ex Oleo lumina, quae mensae Altaris immineant et ardeant etiam tempore Sacrificii, in Ecclesiis permitti nequeunt. **4035** *ad* 6.

Omnium Fidelium Defunctorum Commemoratio. Vide **Commemoratio Omnium Fidelium Defunctorum.**

Omnium Sanctorum festum.

In Omnium Sanctorum Monachorum Officio in primis vel secundis Vesperis, si recitatum fuerit vel recitandum sit Officium alicuius Sancti eiusdem Ordinis, non est omittenda commemoratio huius particularis Sancti. **2055** *ad* 4. **2319** *Reliq. Dub. ad* 13.

In Omnium Sanctorum Vigilia, si in ea fiat Officium semiduplex, praeter Commemorationem Vigiliae dicenda sunt Suffragia communia in Laudibus, et Oratio *A cunctis* in Missa, non autem de Spiritu Sancto. **2205** *ad* 1.

Si Omnium Sanctorum Vigilia anticipanda sit die 30 Octobris, quo die fit apud Benedictinos Officium Sacr. Reliquiarum cum Lectionibus Evangelii *Descendens Iesus de monte*, de eadem Vigilia fit tantum Commemoratio sine Lectione. **2319** *Dub. circa Lect. III Noct. Dub.* 4.

De Omnium Sanctorum Octava Missam conventualem celebrans in Commemoratione omnium fidelium defunctorum, duas alias Missas de Requie in Regno Lusitaniae celebrare potest. **3855** *ad* 1.

Omnium Sanctorum die octava in I Vesperis concurrente cum festo primario ritus duplicis minoris, Vesperae sunt dimidiandae. **3919** *ad* 10.

In Omnium Sanctorum festi Oratione legendum est: *sub una tribuisti.* **3054** *ad* 1. *c*).

In Omnium Sanctorum festo et in festo Patroni uniuscuiusque Ecclesiae concessa Praefatio propria non est item adhibenda in festo S. Ioseph Patroni Ecclesiae universae. **3281** *ad* 2.

Omnium Sanctorum Octava dignior declaratur quam Octava Dedicationis Ecclesiae. **1922** *ad* 1.

Operculum.

Operculum sepulcri in Altaribus confici potest ex quocumque lapide, dummodo sit vere lapis naturalis; nec requiritur ut sit marmoreum. **3567** *ad* 1.

Cum Operculo parvo ex lapide confecto claudendae sunt Reliquiae in sepulcro intra lapidem effosso recondendae. **3162** *ad* 2.

Operculum ex metallo confectum non execrat Altaria portatilia. **3779** *ad* 4.

Operculi loco lapidei pro claudendis Reliquiarum sepulcris nequit adhiberi caementum in consecratione Altaris. **3585** *ad* 1; et ex singulis Altarium sepulcris in casu caementum extrahi debet et Opercula lapidea substitui. *Ibidem ad* 2; sed hoc casu S. R. C. indulget usum brevioris ritus. *Ibidem ad* 3. Hunc autem ritum vide *Ibidem.*

Ora pro nobis etc.; vide **Versiculus.**

Oratio.

Oratio : A Cunctis ; vide **A Cunctis.**

Orationum conclusio; vide **Conclusio Orationum.**

Oratio in honorem Ss. XV Auxiliatorum cadit sub prohibitione Missae eorumdem. **493.**

In Oratione pro Papa addere non licet: *et pro Antistite nostro.* **507.**

Orationes recitandae sunt in Missa, prout iacent in Missali Romano. **1816.**

In Orationibus, quae dicuntur Collectae, Sacerdotibus in Missa non licet publice proferre nomen Ordinarii. **550** *ad* 1.

In Orationibus aliisque actibus in divino Officio occurrentibus cognomina et patriae Sanctorum non exprimantur. **583;** et sicubi adsint, expungantur. **2319** *Reliq. Dub. ad* 2.

Oratio seu invocatio Spiritus Sancti, quando Capitulum convocatur, spectat ad digniorem. **1299** *ad* 6.

In Orationibus non sunt expungenda nomina *Chrysostomi* et *Chrysologi,* quae adiectiva potius sunt, et vel facundiam vel vim et efficaciam divini sermonis recensitis Sanctis quasi inditum designat. **2637.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **263.**

In Oratione S. Ioannis Eleemosynarii Episcopi Alexandrini expungendum est cognomentum : *Eleemosynarii.* **3006** *ad* 8. **3924** *ad* 8.

In Oratione S. Isidori Agricolae addendum est verbum *Agricola.* **3642** *ad* 1.

In Oratione et versiculo S. Francisci Assisiensis addi nequit a Franciscanis : *Beati Patris nostri.* **2515** *ad* 3.

Orationes immutari non licet inconsulta S. Congregatione, si Officium accidentaliter vel perpetuo transferatur. **2572** *ad* 10.

Oratio varianda est iuxta Rubricas Tit. VII de Commemor. n. 8, dum eadem est pro Missa ac pro Commemoratione; Oratio nempe illa est varianda, quae dicenda esset pro Commemoratione. **2572** *ad* 17. **2822** *ad* I.

In Oratione Secreta alicuius Beati, in qua exprimendum sit nomen proprium, verbum *Sanctus* commutandum est in *Beatus.* **2572** *ad* 18.

In Orationibus pro Imperatore Romano Feria VI in Parasceve nihil immutari debet. **2800.**

Orationes pro Imperatore Romano assignatae tum Feria VI in Parasceve tum Sabbato Sancto in postrema parte Praeconii Paschalis non sunt expungendae; neque ad utramque Orationem apponi licet brevis Rubrica, sed adnotatio adiungi debet initio Missalis post Rubricas generales inter Decreta Sacr. Rituum Congregationis. **3103** *Dubium* III.

Oratio in festo S. Chiliani Ep. Mart. est: *Infirmitatem.* **2319** *Reliq. Dub. ad* 10 ; et in festo S. Uldarici : *Da quaesumus. Ibidem ad* 11.

In Oratione festi S. Brunonis Conf. legendum est: *graviter delinquendo offendimus;* atque in Oratione in festo Omnium Sanctorum : *sub una tribuisti.* **3054** *ad* 1. *b*) et *c*).

Orationes in Missa S. Prudentii Ep. Conf. dicendae sunt in Hispania, exceptis Dioecesibus Calaguritana et Calceaten., ut in codice Ratisbonensi **3767** *ad* 9 ; item in tota Hispania pro Missa S. Paschalis Baylon Conf. et S. Nicolai Factoris Conf. standum est Codici Ratisbonensi. *Ibidem ad* 10.

In Oratione post Communionem ad repellendas tempestates legi debet: *tranquillitatibus huius optatae consolationis.* **3137** *ad* 3.

Oratio pro Defunctis in speciali casu, Papa permittente, in Missa conventuali conceditur. **862** *ad* 3 *et* 4.

Oratio : Fidelium Deus omnium etc., tam in Missa conventuali quam in ceteris privatis, dicenda est secundo loco in Missa de Simplici vel de Dominica, quae reassumitur, feria II vel prima die mensis non impedita. **2077** ; non exceptis Missis de Feria aut Vigilia. **3553** *ad* 3.

Oratio: Deus qui inter Apostolicos etc. in sepultura cadaveris vel in Anniversario defuncti Sacerdotis omnino adhibenda est, quamvis ad libitum prima vel secunda Missa de Requie dici possit. **2417** *ad* 8.

In Oratione Missae de Requie pro Cardinali Presbytero, sed Episcopo, dicendum est: *Deus qui inter... famulum N. Presbyterum Cardinalem pontificali fecisti dignitate vigere.* **3642** *ad* 4.

Oratio: *Deus indulgentiarum* non est dicenda post Responsorium pro Defunctis, quod cantatur mane et vespere, quando Rubrica non obstat; sed alia subroganda ex diversis ut in Rituali. **3722** *ad* 8.

Oratio in Officio Defunctorum die Depositionis, die 3, 7, 30 et Anniversario Sacerdotis dicenda est iuxta dispositionem Ritualis Romani Tit. VI cap. 3 n. 5 et Tit. VI cap. 5 n. 2. **3764** *Dub.* III.

Oratio in Missa de Requie pro Defuncto in loco dissito, cum primo nuntius mortis accipitur, recitanda est, prout iacet in Missali (in die obitus). **3764** *Dub.* IV.

Circa Orationes in Missis Defunctorum dicendas vide Decretum generale. **3920.**

Oratio unica tantum dicenda est in Missis votivis solemnibus, quae celebrantur pro re gravi vel ob occursum festi solemnis in aliam diem transferendi; etsi unica tantum cantatur Missa, ubi onus Missae conventualis non adest. **2417** *ad* 7. **3365** *ad* 4. Quando obtentum fuit privilegium vel canendi unam Missam, vel omnes Missas recitandi, quae non concordant cum Officio Ecclesiae, in Missis privatis addenda est Oratio Officii diei et aliorum occurrentium, et etiam in Missa cum cantu, si de festo currenti prius alia Missa non celebretur; nisi aliter constet ex speciali privilegio. **3365** *ad* 4.

Orationes in Missa votiva, quae aliquando celebratur infra Octavam, dicuntur hoc modo: prima Oratio erit propria de Missa, secunda de Octava, tertia autem de feria (si de ea facienda sit Commemoratio). **2319.** *Reliq. Dub.* 28.

Oratio secunda in Missis votivis Ss. Ap. Petri et Pauli dicitur: *Concede nos famulos tuos;* in votivis vero omnium Ss. Apostolorum: *A cunctis.* **3612** *ad* 1.

Oratio tertia non est dicenda in Missis tempore Passionis et infra Octavas Paschatis et Pentecostes, si in iis dicenda sit secunda de Simplici occurrente. **1884. 2325.**

Oratio tertia in Missa votiva de SSmo Sacramento est, quae secundo loco dicenda erat ratione temporis occurrentis; non autem illa, quae assignata est secundo loco infra Octavam Corporis Christi. **2155.**

Oratio tertia infra Octavas festorum B. M. V. semper esse debet de Spiritu Sancto in Missa Vigiliae aut Feriae Quatuor Temporum. **2319** *Reliq. Dub. ad* 26; si in Quadragesima ex speciali gratia celebretur Octava alicuius Sancti, in Missa feriae secunda Oratio erit de Octava, tertia *Concede,* non vero *A cunctis. Ibidem.*

Oratio tertia in Missa festi semiduplicis occurrentis in Vigilia alicuius Apostoli esse debet: *A cunctis.* **2326** *ad* 5.

Oratio tertia ad libitum potest esse vel de Sancto vel de SSmo Sacramento, vel de Patrono, vel de Passione, vel de Cruce etc. **2365** *ad* 2.

Oratio tertia ad libitum seligi potest ex Missa in Anniversario Consecrationis Episcopi; sed imperari nequit loco tertiae ad libitum. **3924** *ad* 1.

Oratio tertia eligi nequit *Defende* pro Congregatione et familia, cum dicitur in Missa secunda Oratio: *A cunctis.* **3767** *Dub.* XXIV.

Orationes plures ad libitum Celebrantis iuxta Rubricam generalem Tit. IX n. 12 et 14 dici possunt in Missa tantum de festo Simplici aut de Feria vel Votiva privata. **3832** *ad* 8.

Oratio praescripta a Summo Pontifice vel ab Episcopo pro aliqua necessitate recitari debet quarto loco, non omissa Oratione ad libitum. **2198** *ad* 2; (quod etiam valet, quando pro temporum diversitate Oratio *Ecclesiae* vel pro Papa indicitur, et ista iam ab Episcopo praescribitur; tunc enim omitti nequit Oratio *Ecclesiae*).

Orationes praescriptae a Superiore, v. gr. pro pace, pro serenitate etc., in Missa Vigiliae Nativitatis Domini omitti debent. **2461** *ad* 2.

Ad Orationem praescriptam ab Episcopo loci, ubi celebrant, etiam Sacerdotes alienae Dioecesis tenentur. **3985.**

Oratio de Spiritu Sancto quamvis dicta est secundo loco aut de eo fit mentio, tertia sive ultima concludi non debet: *eiusdem Spiritus Sancti.* **2326** *ad* 6.

Oratio : Ecclesiae tuae etc. dici potest in Missa post Orationem. *A cunctis* etc.; quamvis utraque circa finem in verbis pene concordet. **2986** *ad* 2.

Oratio pro Consecratione Episcopi dici debet sub unica conclusione post Orationem Missae. **2194** *ad* 6.

Oratio particularis pro Episcopo inter alias Orationes feriae VI in Parasceve praescriptas addi nequit. **3365** *ad* 2.

In Oratione seu Collecta: *Et famulos tuos Papam Nostrum N. et Antistitem Nostrum N.,* quae ex privilegio Apostolico omnibus Hispaniarum Ecclesiis concesso in Missa addi potest, nomen Summi Pontificis supprimendum est, quoties Oratio *Deus, omnium fidelium pastor,* in Missa recitari debet. **3685.**

Oratio de SSmo Sacramento dici debet

in Missa solemni, in qua duae consecrantur hostiae, una pro sacrificio, altera pro Expositione facienda immediate post Missam; licet accidentaliter omittatur Processio. **2598** *ad* 2. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **191.**

Vide **Commemoratio SSmi Sacramenti.**

Ante Orationem, quae praemittitur Benedictioni cum SSmo Sacramento, dici non debet *Dominus vobiscum.* **1265** *ad* 7.

Oratio: Deus, qui nobis sub Sacramento post administrationem Communionis vel Viatici concludenda est ut in Rituali Romano, scil. cum longiori conclusione. **3515** *ad* 2.

Oratio: Deus, qui nobis sub Sacramento et versiculi post distributionem Communionis extra Missam sunt de praecepto. **3792** *ad* 10.

Oratio de SSmo Sacramento praemittenda est Orationi de Spiritu Sancto, quando Missae addenda haec est uti Collecta imperata. **3245** *ad* 1; et quidem prior coniungenda est in duplicibus primae classis cum Oratione festi, altera vero facienda sub distincta conclusione. *Ibidem ad* 2.

Orationes coram SSmo Sacramento exposito extra Missam cantandae sunt recto tono cum unica vocis inflexione in fine cuiusque Orationis. **3638** *ad* 4.

Orationum cantus in Processionibus et Benedictionibus SS. Sacramenti non debet esse solemnis. **3528.**

Oratio propria festivitatis S. Ioannis Bapt. sumenda est etiam in Missis votivis et in Suffragiis; quoad Exaltationem S. Crucis Oratio sumenda est ex Missa votiva S. Crucis, exceptis Suffragiis, pro quibus dicenda erit Oratio ibi adnotata; quoad vero Orationem S. Bibianae, S. Agnetis et S. Gabrielis ut in Festis, mutatis respective voce Natalitia, Solemnia, Festum in vocem: Commemorationem, Memoriam. **3539** *ad* 1.

Oratio Missae diei in Ordinatione maiorum Ordinum in Sabbatis Quatuor Temporum, est illa quae primo loco dicitur, iuxta Pontificale Romanum Tit. *De Ordinatione Diaconi.* **3592.**

Oratio pro Officio votivo Ss. Apostolorum sumenda est uti pro aliquibus locis die 29 Iunii scil.: *Deus qui nos beatorum* etc.; quando in I Vesperis Ss. Apost. Simonis et Iudae die 28 Octobris de dicto votivo commemoratio fieri debet. **3597** *ad* 5.

Oratio in Missa votiva VII Dolorum B. M. V., ubi ex privilegio quolibet Sabbato eius Officium votivum celebratur, respondere debet Orationi ipsius Officii. **3607** *ad* 1.

In Orationis Dominicalis et Praefationis cantu in Missis cantatis Organa pulsari nequeunt. **4009.**

Orationes Missae, Praefatio et *Pater Noster* cantari debent in tono feriali, si Expositio SSmi Sacramenti ratione Orationis XL Horarum feria IV Cinerum occurrat. **3574** *Dub.* V *qu.* 5.

Orationum quaedam verba in cantu omitti nequeunt, ratione musici concentus. **3448** *ad* 17.

Orationis, Praefationis, Orationis Dominicae etc. singulae modulationes a Celebrante in Missa cantata exsequendae, cum relativis responsionibus ad Chorum pertinentibus, cantari debent, prout iacent in Missali. **3891.**

Ad Orationes in Missa de Requie solemni Canonici pluvialibus induti, qui deferunt cannas argenteas, debent genuflectere, sicut ceteri. **3722** *ad* 6.

Oratio in laudem defuncti fieri nequit a Sermocinaturo cum stola, tam in Cathedralibus quam in aliis Ecclesiis extra Urbem. **2888.**

Oratio pro Defunctis in Missa privata non admittitur, nisi in Missis Festorum simplicium et in Ferialibus. **1322** *ad* 8.

Vide **Collecta. Commemoratio.**

Oratio XL Horarum; vide **Expositio SSmi Sacramenti occasione Orationis XL Horarum.**

Pro Orationibus quae fieri solent ab Advocatis Consistorialibus in publicis Consistoriis, regulae praescribuntur. **556. 2568.**

Oratio Dominica.

Orationis Dominicae cantum Celebrans omittere nequit, etiam in diebus, quibus habetur concio. **3104** *ad* 1.

In Orationis Dominicae cantu in Missis cantatis Organa pulsari nequeunt. **4009.**

Orationem Dominicam intonare debet in Officio Archidiaconus. **1906** *ad* 1.

Oratio Dominica cantari debet in tono feriali, si Expositio SSmi Sacramenti ratione Orationis XL Horarum feria IV Cinerum occurrat. **3574** *Dub.* V *qu.* 5.

Vide **Pater Noster.**

Oratoria.

Oratorium publicum benedici debet cum consecratione altaris saltem portatilis; et onus probandi istud revera consecratum fuisse spectat ad asserentem. **2177** *ad* 3.

In Oratoriis privatis Episcopi nequeunt sine speciali Indulto licentiam concedere pro celebranda Missa. **2404** *ad* 5.

In Oratoriis privatis Missae celebrari nequeunt in festo Patroni Civitatis vel Dioecesis; celebrari vero possunt in festo Titularis Ecclesiae. **2802** *ad* 2.

In Oratorio publico vel privato, quod non habet Sanctum Titularem debet nominari Patronus Civitatis vel loci in Oratione *A cunctis.* **2814** *ad* 1.

In Oratoriis intra septa domorum Religiosorum erectis satisfaciunt praecepto, qui ibi Missam audiunt diebus festivis. **2832.**

In Oratorio publico indultum celebrandi Missam diebus festivis denegatur, quando iura Parochialia laeduntur. **2893.**

Oratorium, in quo quotidie celebratur et SS. Sacramentum asservatur, potest supra se habere locum ad ambulandum. **3460** *ad* 1.

Oratorii principalis Seminarii (Titularis et) Dedicationis Officium celebrandum est; dummodo Oratorium reapse fuerit consecratum et non simpliciter benedictum. **3471;** sed vide *Decret. gener.* **4025** *ad* I, quo declaratur in quibusvis Ecclesiis et publicis Oratoriis vel consecratis vel *saltem solemniter* benedictis quotannis recolendum esse festum Titularis sub ritu duplici I classis cum Octava.

In Oratoriis seu Cappellis publicis piarum Communitatum et in earum Oratoriis principalibus non publicis atque in Oratoriis seu Cappellis publicis sive semipublicis ad personas privatas pertinentibus, Episcopus concedere potest licentiam plures Missas qualibet die celebrandi. **3484** *ad* I; alia Oratoria praeter principale in piis Communitatibus Episcopus erigere nequit sine facultate S. Sedis. *Ibidem ad* II; in Oratoriis seu Cappellis publicis et Communitatum piarum Episcopus nequit concedere facultatem asservandi SS. Sacramentum, inconsulta S. Sede. *Ibidem ad* III.

Oratoria privata erigi possunt et ibi Missa celebrari potest in aedibus Filiarum Caritatis S. Vincentii a Paulo, quando iisdem aedibus, ubi degunt vel quibus deserviunt, publica aliqua Ecclesia adnexa est. **3662** *ad* 1; et in eiusmodi Oratoriis strictim privatis asservari potest SS. Sacramentum, non obstante quod in adnexa Ecclesia idem SS. Sacramentum iugiter custodiatur in tabernaculo. *Ibidem ad* 2; et SS. Sacramentum asservari in dictis Oratoriis potest absque Sacerdote ibidem commorante; servatis conditionibus in Apostolico Brevi contentis. *Ibidem ad* 3.

In Oratoriis ad Regulares proprie dictos spectantibus Superior Missam feria V in Coena Domini legere vel cantare potest (aut si desit Oratorium, in Ecclesia ianuis clausis) ad ministrandam Religiosis Communionem, pro adimplemento paschalis praecepti; non vero in illis, quae ad Seminaria et Pias Communitates pertinent, nisi habeatur Apostolicum Indultum. **2799** *ad* 2. **4049** *ad* 2.

In Oratoriis Confraternitatum separatis ab Ecclesiis parochialibus Missae celebrationem ante Missam parochialem diebus festivis nec Plebanus **484. 716. 778. 1309**, nec Episcopus nec Synodus prohibere possunt; sed tantum in Oratoriis exsistentibus in Ecclesiis Parochialibus. **619. 881;** nec Parocho licet id Regularibus interdicere **620. 745**, nisi eadem Ecclesia, aliquo speciali iure subiectionis, ipsi parochiali sit obnoxia. **842.**

In Oratoriis sive publicis sive privatis vel in quibuslibet Ecclesiis Missae privatae de Requie praesente cadavere licitae sunt, dummodo cadaver sit physice vel moraliter praesens; sed si agatur de Oratoriis publicis et Ecclesiis, fieri debet etiam funus cum Missa exsequiali. **3944** *Dub.* III. **3957** *Dub.* I *ad* 3; hae vero Missae applicari debent pro Defuncto, cuius cadaver est praesens. **3944** *Dub.* IV; nec celebrari possunt (diebus Dominicis festisque de praecepto, nec non) diebus, qui festa duplicia I classis excludunt, uti v. gr. feria IV Cinerum. *Ibidem Dub.* V.

In Oratoriis privatis Congregationum piarum SSmum Sacramentum asservari nequit, si nec semel in hebdomada Missa ibi celebretur. **3706** *ad* 1; et si ibidem Missa quotidie celebrari nequit, ab Apostolica Sede indultum petendum est, quae semel saltem in quavis hebdomada illam praecipere solet; *Ibidem ad* 2; nec est necesse in casu ut porta ad extra pateat, attento Apostolico indulto. *Ibidem ad* 3.

In Oratoriis Monialium Feria V in Coena Domini SS. Sacramentum in pyxide vel in calice velo cooperto exponi nequit, si reliquae functiones Hebdomadae sanctae non peraguntur. **3716.**

In Oratoriis privatis quoad Missas celebrandas standum est indultis peculiaribus. **3767** *Dub.* XXIII.

In Oratorio privato Seminarii in Oratione *A cunctis* exprimendum est nomen Sancti Titularis Ecclesiae eiusdem Seminarii. **3804** *Dub.* VIII.

In Oratoriis mere privatis Missae celebratio in Solemnitate festorum translata non prohibetur. **3890** *Dub.* I *ad* 1. **3933.**

In Oratoriis privatis peculiare privilegium non habentibus, illis diebus solemnio-

ribus Missae prohibentur, qui describuntur in Caeremoniali Episcoporum lib. II cap. 34 § 2, et de praecepto servantur. **3896.**

In Oratoriis seu Cappellis Episcoporum, Seminariorum, Collegiorum, piarum Communitatum, Hospitalium et Carcerum Missae respondere debent Calendario loci; dummodo agatur de Cappella principali (quae instar Oratorii publici, ad effectum Decreti **3862** habenda est). **3910.** Vide *Decr. gener.* **3862. 3919** *Dub.* XVIII *et* XIX.

Oratoria ruralia publica, erecta (ex errore) absque expressa auctoritate Ordinarii, ab Episcopo approbari possunt; dummodo Episcopus retineat Ordinariam iurisdictionem super hisce Oratoriis et Fideles libere ad eadem accedere valeant. **3934.**

In Oratoriis publicis vel Ecclesiis parochiali Ecclesiae subiectis celebrari nequeunt Missae Dedicationis aut Titularis (de quibus in eadem parochiali Ecclesia festum agitur) sub eodem, ac in ista, solemniori ritu. **3780** *ad* 3.

De Oratoriis semipublicis Decretum generale. **4007.**

In Oratorio privato, etiam absente Indultario, Parochus celebrare potest in casu necessitatis, ut Viaticum ministret infirmo. **2745** *Dub.* VII.

In quibusvis Oratoriis publicis et Ecclesiis, vel consecratis vel saltem solemniter benedictis, relativum Titularis festum quotannis est recolendum sub ritu duplici I classis cum Octava. **4025** *ad* I. Oratoria publica et Ecclesiae omnes, nisi fuerint consecratae, saltem benedicendae sunt ab Episcopo sub formula in Rituali Romano praescripta. *Ibidem ad* II. Hinc pro Oratoriis publicis et Ecclesiis ad effectum celebrandi Titularium festa, illae sacrae aedes sunt intelligendae, quae pro Missis celebrandis sacrisque aliis, etiam solemnioribus, functionibus peragendis ab Ordinariis locorum destinatae, vel consecrantur vel solemniter benedicuntur, ut publico fidelium úsui libere plus minusve deserviant. *Ibidem ad* III. Relativum Titularis festum a toto Clero, si exstiterit, vel a Sacerdote publico Oratorio aut Ecclesiae addicto, per integrum Officium celebrabitur: secus, in defectu cuiusvis Cleri, per solas Missas, iuxta Rubricas. *Ibidem ad* IV. In Oratoriis autem, quae exsistunt in aedibus Episcopalibus, Seminariis, Hospitalibus Domibusque Regularium relativum Titularis festum non celebrabitur, nisi in casu, quo aliqua ex iis consecrata vel benedicta solemniter fuerint. *Ibidem ad* V. Nullum ex Oratoriis privatis consecretur aut Benedictione donetur solemni, quae in Rituali Romano legitur; sed ea tantum formula benedicatur, quae pro Domo nova aut loco in eodem Rituali habetur. *Ibidem ad* VI.

In Oratoriis competenti auctoritate erectis in Gymnasiis, Hospitalibus ac Domibus quarumcumque piarum Communitatum, quibus quoad celebrationem Missae unus tantum Sacerdos addictus est, hic, si sit saecularis, tenetur sequi Calendarium Dioecesis in qua extat Oratorium; et si Regularis, Calendarium Ordinis, quatenus proprio gaudeat, relinquere; et si quando celebrant extranei, hi debent se conformare Calendario Sacerdotis eiusmodi Oratoriis addicti, dummodo Oratoria habenda sint ut publica; secus vero, non. **3919** *Dub.* XVII.

In Oratoriis piarum Sororum seu Religiosarum, quae proprium Calendarium non habent, Missae, quae in eisdem a Religiosis celebrantur, conformes esse debent Calendario Dioecesano, non vero Calendario Religiosorum. **3927** *ad* 1; et privilegium, quo Religiosi iuxta suum Calendarium celebrare valeant, non conceditur. *Ibidem ad* 2.

In Oratorio publico Missionis, in quo quidem Baptismus administratur, sed in quo non exstat Fons Baptismalis, Benedictio Fontis in Sabbato Sancto fieri nequit. **3724** *ad* 1; in eodem fieri nequit in Sabbato Sancto Benedictio Aquae Baptismalis breviori formula, sine facultate Apostolica. *Ibidem ad* 2.

In Oratorio publico (vel in Ecclesia), in quo Fons Baptismalis non exstat, Benedictioni solemni Fontis Baptismalis substitui nequit Benedictio aquae ordinaria. **3271** *ad* 1; sed haec Benedictio ordinaria fieri potest quacumque alia hora privatim in sacrario. *Ibidem ad* 2.

In Oratorio publico vel Ecclesia quacumque, Benedictio Mulieris post partum fieri potest a quocumque Sacerdote, si expetitus fuerit, certiore facto Superiore Ecclesiae. **3813.**

In Oratoriis publicis (vel in Ecclesiis) Benedictio cum SSm̃o Sacramento secunda et tertia hora post solis occasum elargiri potest iuxta consuetudinem. **3187.**

In Oratoriis publicis, Ecclesiis aliisque locis sacris non est erigendum Baldachinum pro laicis Principibus. **1047. 1361** *ad* 3. **1734. 1792. 1831** *Decret. gener.;* quod si erectum sit, amoveri debet. **1176.**

In Oratoriis Confraternitatum Processio cum SSm̃o Sacramento occasione XL Horarum et benedictio mulierum post partum prohiberi nequeunt. **538** *ad* 1.

In Oratoriis privatis in Missa lecta campanula a ministro pulsanda est. **3638** *ad* 3.

Supra Oratoria sive Cappellas, in quibus Missa quotidie celebratur, dormire et

versari non licet in cubiculis ibidem exstructis. **756.**

Oratorium seu Sacellum, in quo SSmum Sacramentum asservatur, sub dormitorio puellarum in domibus Filiarum Charitatis esse conceditur; dummodo Altari imponatur ampla umbella, vulgo *Baldachino*. **3525** *ad* 2.

In Oratorio seu Sacello extructo in mansione militari datur facultas celebrandi, quamvis adsint lectuli pro militibus in cubiculo superiori. **2812.**

In Oratorio sito intra limites Parochiae competit Cappellano Confraternitatis privative quoad Parochum Missarum et Vesperarum solemnia peragere, requisita tamen quoad expositionem SSmi Sacramenti licentia Episcopi: ast tabernaculum ibi in altari retineri non licet. **1090.**

In Oratorio privato Celebranti non licet deferre Communionem infra Missam ad infirmum in eadem domo decumbentem, cubiculo tamen ab Oratorio ita distanti, ut ad aliam contignationem domus vel deambulacrum diversum ab eo, quo Oratorium situm est, transire oporteat; quod si urgeat necessitas, hoc fiat expleta Missa. **2885.**

In Oratoriis tam publicis quam privatis et in Sacellis sepulcreti ac in Ecclesiis, Missas de Requie celebrari posse, certis conditionibus, declarat Decretum generale. **3903;** hoc privilegium Sacellis sepulcreti concessum favet etiam sive Ecclesiae sive Oratorio publico ac principali ipsius sepulcreti: non vero aliis Ecclesiis vel Cappellis extra Coemeterium, subter quas ad legitimam distantiam alicuius defuncti cadaver requiescit. **3944** *Dub.* I.

In Oratorio propriae habitationis aut super Ara portatili omnes Episcopi, sive Dioecesani sive Titulares, ubicumque degant, Missam facere aliamque in sui commodum permittere valent; atque fideles omnes alterutram ex eisdem Missis audientes, quoties opus fuerit, praeceptum Ecclesiae implere possunt. **3906.**

In Oratoriis privatis domorum Sororum intra Dioecesim degentium Expositio SSmi Sacramenti in Ostensorio remittitur prudenti arbitrio Episcopi. **3703.**

In Oratorii publici vel Ecclesiae parietibus mortuariae coronae suspendi nequeunt. **3909.**

In Oratoriis publicis vel Ecclesiis erigendi Altare portatile, quibusdam occurrentibus solemnitatibus et confluente ingenti populi frequentia, antiqua consuetudo tolerari potest. **3978** *ad* 4.

Oratoria privata non veniunt nomine Ecclesiarum. **3574** *Dub.* IV. *qu.* 5.

In Oratorio suo Sabbato Sancto Episcopus Missam privatam celebrans pro Collatione Ordinum, eamdem incipere debet a Prophetiis. **2375** *ad* 1. **2616** *ad* 2. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **214. 3044** *ad* 1.

In Oratorio seu Sacello valetudinarii Celebrans, Communione intra Missam peracta, nequit deferre particulas in patena et pergere ad cellulas infirmorum, ut eis Communionem praebeat; sed particulas reservare debet distribuendas post Missam: fragmenta denique reponantur in pyxide, quae in tabernaculo reservatur. **3099** *Dub.* I.

De Oratorio valetudinarii Sacerdos deferre potest Communionem in sacra Pyxide ad infirmos sine velo humerali, et a duobus tantum candelas accensas deferentibus comitatus, etiam ad infirmos in aliquibus degentes cubiculis, ex quibus, etsi Altare non videatur, tamen vox Sacerdotis celebrantis audiri potest; dummodo tamen in delatione SSmi Sacramenti umbella omnino adhibeatur. **3322** *ad* 1 *et* 2.

In Oratoriis privatis, in quibus Sacrum fieri valeat, Ordinarii locorum quandoque permittant pro sua prudentia Matrimonium celebrari, si nullum immineat periculum ac laudabiles concurrant causae. **3265** *ad* 1 *et* 2; et in his Oratoriis celebrari potest Missa nuptialis. *Ibidem ad* 3.

Vide **Missa in aliena Ecclesia vel Oratorio publico. Confraternitas. Sacellum.**

Ordinandi.

Ordinandorum et Matrimoniorum publicatio fieri debet a proprio Parocho, non autem a Vicario foraneo. **780.**

Ordinandi vocari debent in solemni Ordinatione ab Archidiacono iuxta Rubricas Pontificalis. **1113.**

Ordinandus quilibet respondere debet iuxta consuetudinem *Amen* in fine formularum in traditione vel materiae vel sacrorum indumentorum dicendarum. **2682** *ad* 6.

In Ordinandorum Communione, si communicentur etiam Ordinati in Minoribus, Episcopus uti debet ad istos formula: *Corpus D. N. I. C. custodiat te* etc. **2682** *ad* 16. (In Resp. pone: Ad I *Negative;* Ad II *Affirmative*).

In Ordinandorum Communione formula Pontificalis utendum est; in aliis autem formula Ritualis. **3012. 3186** *ad* 3.

Ad Ordinandos Episcopus admonitionem faciens debet quoad gestandum baculum servare Pontificale Romanum, ut iacet. **2179** *ad* 4.

Pro Ordinandis Archipresbyter concede-

re potest litteras testimoniales super frequentatione Ecclesiae et super exercitio functionum. **1619** *ad* 7.

Vide **Ordinatio. Ordines.**

Ordinarius loci.

Ordinariis locorum sive saecularibus sive regularibus non licet addere propriis Calendariis Sanctorum Officia, nisi ad praescriptum Rubricarum iuxta Sedis Apostolicae et S. R. C. concessiones. **460** *ad* 1. **470. 555** § *Non potuisse.*

Ordinariorum nomine non veniunt Regularium Superiores et Priores locales. **2067** *ad* 8.

Ordinarius praecipere potest observantiam Rubricarum et Decretorum Sedis Apostolicae. **2905** *ad* 2.

Ordinarius loci adeundus est a Magistris Caeremoniarum, qui vident in Ecclesiis non peragi functiones iuxta Rubricas; et ille stricte tenetur opportunis remediis providere, ut Rubricae et S. R. C. decreta rite serventur. **2621** *ad* 1. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **225. - 3417** *ad* 2.

Ordinarii loci permittere possunt, ut ad publicam fidelium venerationem exponantur in Ecclesia imagines vel simulacra B. M. V. titulo de *Lourdes* et *de la Salette,* necnon Immaculatae Conceptionis lucis radios manibus emittentis; servatis tamen cautelis, praesertim decreto Tridentini sess. XXV et Constitutione Urbani VIII *Sacrosancta Tridentina Synodus* diei 15 Maii 1642. **3419** *ad* 1.

Ordinarius Dioecesanus admittere potest Sodalitium B. M. V. *de la Salette,* sed in huius admissione stetur quoad titulum praxi adhibitae in approbatione eiusmodi Confraternitatis Romae erectae in Ecclesia S. Salvatoris in Thermis, nempe *B. M. V. Reconciliatricis peccatorum,* vulgo *de la Salette.* **3419** *ad* 3.

Ordinarius loci transferre nequit propter quodvis motivum festivitates quoad solemnitatem extrinsecam, nec permittere, quod in die proprio Festi Missa diei tantummodo cantetur absque alia pompa in eadem Ecclesia, ubi celebranda erit festivitas in aliam diem translata. **3804** *ad* 9.

Ordinarius loci, sive Episcopus sive Cardinalis, in Ecclesiis minoribus assistere potest Missae cantatae aliisque sacris functionibus et verbum Dei praedicare, cappa tantum indutus. **3935** *ad* 3; item quando Sacerdos in functione benedictionem cum SS. Sacramento populo impertitur; et tunc Ordinarius cum cappa assistens ponat incensum in thuribulum et thurificet SS. Sacramentum. **3935** *ad* 4.

Vide **Episcopus quoad Iurisdictionem. Vicarius generalis quoad iurisdictionem.**

Ordinatio.

Ordinationes peragenti Episcopo, tam intra quam extra Cathedralem, Canonici Cathedralis tenentur ministrare, assistere et inservire; dummodo in Cathedrali Canonicorum et ministrorum numerus sufficiens ad peragenda Officia remaneat. **300.**

In Ordinatione generali, antequam dicantur Litaniae, Subdiaconandi genuflectere possunt contra cornu Evangelii, Diaconandi contra cornu Epistolae et Presbyterandi contra faciem Pontificis ad medium Altaris; atque ad Subdiaconatum promovendi ad Litanias procumbere debent, ut promovendi ad Diaconatum et Presbyteratum. **1665** *ad* 4.

In Ordinatione generali servetur Pontificale cum Missa solemni in Altari maiori, praesente Clero. **2011** *ad* 3. **2179** *ad* 2.

Ordinationes generales peragi debent statutis temporibus cum Missa de feria, quamvis occurrat festum duplex. **2179** *ad* 1. **2294. 2375** *ad* 2; etiamsi Episcopus Missam privatam sine cantu celebret. **2473** *ad* 1. Consuetudo vero vigens celebrandi Missam de Sancto, non de Feria, diebus pro Ordinationibus generalibus statutis, quamvis Episcopus habeat privatim Ordinationes, nullatenus toleranda, sed omnino abolenda est. **2473** *ad* 2.

In Ordinatione generali Archidiaconus assistens Episcopo debet ministrare detecto capite, non vero cum bireto. **1416**; ac debet per semetipsum ducere Ostiarios ad Ecclesiae ianuam. **1583** *ad* 4.

In Ordinatione Clericorum Archidiaconus Tonsurandos invitare potest verbis: *Accedant, qui promovendi sunt ad Tonsuram.* **2682** *ad* 2.

Ordinatione completa, Archidiaconus ad Ordinatos dicere potest: *Ad loca vestra* vel similia. **2682** *ad* 4.

In Ordinatione Clericorum cum Missa lecta Archidiaconus assistere nequit in habitu chorali; sed cotta super rochettum indutus, prout duo Canonici assistentes Episcopo, Officium exercere debet ad tramitem Pontificalis. **3700** *ad* 2.

In Ordinatione, quae fit per Missam lectam, duo Canonici in Metropolitana Mechliniensi ad Altare ministrantes induere debent superpelliceum super rochettum, dum assistunt Archiepiscopo vel Episcopo Suffraganeo sacras peragenti Ordinationes, tam in maioribus quam in minoribus Ordinibus. **3203.**

In Ordinatione, Canonici praesentes in habitu Canonicali, manus impositurі super Ordinandos ad Presbyteratum saltem stolas accipere debent, ut provisum est per Pontificale; neque debent deponere cappam vel mozzettam et induere superpelliceum. **3059** *ad* 23.

Inter Ordinationes Canonicis et Rationariis ordinandis in sacris Episcopus permittere potest, ex aequitate et indulgentia, ut super sellas sedeant, donec alii inferiores ordinentur; dummodo eorum sellae sint inferiores quam sella Episcopi. **1795** *ad* 5.

Ordinationes generales Episcopus peragere nequit extra Cathedralem. **2397** *ad* 2.

In Ordinatione generali sufficit, ut unus ex Ordinatis in quolibet Ordine offerat Episcopo cereum accensum. **2883** *ad* 4; et toleratur usus, ut una tantum candela accendatur, quae a singulis Ordinatis Episcopo offeratur. **2682** *ad* 7.

Ordinatio unius Subdiaconi si fiat privatim sine cantu, possunt in Altari accendi tantum quatuor cerei; sed in Ecclesia et publica Ordinatione debent accendi septem. **2682** *ad* 8.

In Ordinatione quae fit cum cantu, licet dimidiate canere Graduale et *Benedictus,* dummodo pars, quae non canitur, clara voce recitetur. **3590.**

Ordinatio si peragitur ab Episcopo extraneo, sede vacante, inhibitio discedendi legenda est nomine Vicarii Capitularis hisce verbis: *R̃mus D̃nus N. N. huius Dioeceseos, sede vacante, Vicarius Capitularis deputatus, sub excommunicationis poena praecipit* etc. **3593** *ad* 1.

In Ordinatione si dici debeat Missa de festo occurrente, Commemoratio Simplicis facienda est; si vero Missa sit de Feria, ut in Sabbatis Quatuor Temporum et Sabbato *Sitientes,* haec Missa nullam admittit Sanctorum occurrentium Commemorationem. **3642** *ad* 3.

In Ordinationis generalis Missa, quae fit Sabbato Quatuor Temporum, etsi occurrat festum duplex, nulla de hoc fieri debet Commemoratio; et in hac Missa feriali dicenda est Collecta pro Ordinandis praeter consueta suffragia. **1049** *ad* 3 *et* 4.; quod in omnibus sacris Ordinationibus locum habet. **3576** *Dub.* IX.

In Ordinatione in Sabbatis Quatuor Temporum Oratio Missae diei, cui Oratio pro Ordinatis sub una conclusione additur, est ea quae dicitur primo loco iuxta Pontificale Romanum Tit. *de Ordinatione Diaconi.* **3592.**

In Ordinatione in Sabbato Sancto Episcopus Missam privatam peragere nequit (ex arbitrio et sine causa) in proprii palatii sacello. **2095**; hoc tamen decretum S. R. C. postea immutavit; si vero in Sabbato Sancto pro Collatione Sacrorum Ordinum Episcopus in suo domestico Oratorio Missam celebret, eadem incipienda est a Prophetiis. **2375** *ad* 1. **2616** *ad* 2. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **214.** — **3044** *ad* 1.

In Ordinatione, quae fit Sabbato Sancto, dicendae sunt Litaniae in Missali pro tali die assignatae, additis quae Episcopus proferre debet super Ordinandos post ℣. *Ut omnibus fidelibus defunctis* etc. **3731** *ad* 6.

Ordinationes privatim Sabbato Sancto conferens Episcopus utatur paramentis coloris violacei, dum legit Prophetias, et mutabit ea in alia coloris albi ad ℣. *Peccatores* Litaniarum. **3832** *ad* 5.

In Ordinatione si quod omissum fuerit, quomodo sit supplendum declaratur. **2767 2836.**

In Ordinatione, Tonsurandi una cum Episcopo proferunt verba: *Dominus pars* etc., dum tonduntur. **2682** *ad* 3.

In Ordinatione non est stricte necessarium, ut Ordinatus ad *Ostiariatum* claudat ostium Ecclesiae vel Cappellae cum clavibus. **2682** *ad* 5; nec plures campanas pulsare tenetur: sufficit enim una, ubi plures non habentur. **3315** *ad* 2; nec debet egredi extra Ecclesiam ad turrim, sed sufficit ei quassare tintinnabulum Altaris ad fores Ecclesiae; idemque sufficit, si nulla campana adsit. **3315** *ad* 3 *et* 4.

In Ordinatione Ostiariorum, quoad eisdem tradendas claves, in praxi servandum est Pontificale Romanum. **4035** *ad* 5.

In Ordinatione Lectoris per codicem tradendum intelligitur Missale vel Breviarium vel volumen Sacrae Scripturae. **3315** *ad* 5; et Episcopus ad Lectorem dicere potest: vel « *Lectorem siquidem oportet legere ea quae praedicat* »: vel « *Lectorem siquidem oportet legere ei qui praedicat* ». *Ibidem ad* 6.

In Ordinatione Acolythi materia Ordinis nequit esse *Bugia* seu Palmatoria loco candelabri. **2194** *ad* 4.

In Ordinatione Subdiaconi, si fiat Sabbato Sancto, admonitio facienda est post Litanias. **2616** *ad* 4 *et* 5. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **217** *et* **218.**

In Ordinatione Subdiaconi amictus demittendus est super scapulas, postquam impositus fuerit ab Episcopo. **2956** *ad* 2.

In Ordinatione, quae fit sine cantu, *Subdiaconi et Diaconi* Epistolam aut Evangelium legere debent cum Episcopo. **2682** *ad* 9. **3368** *ad* 5.

In Ordinatione Diaconi aut Subdiaconi, si conferatur uni tantum Ordo, noviter pro-

motus non debet cantare Epistolam et Evangelium, ut fit in Ordinationibus generalibus. **2179** *ad* 3.

Ordinatio quando confertur sine cantu, novus Subdiaconus, postquam Epistolam legerit, non debet manum Episcopi osculari nec novus Diaconus ante lectionem Evangelii debet ab eo petere benedictionem; Episcopus autem finito Evangelio debet osculari suum proprium Missale. **3006** *ad* 5.

In Ordinatione Diaconi et Subdiaconi eisdem tradi potest Missale loco libri Epistolarum et Evangeliorum. **3315** *ad* 7.

In Ordinatione generali *Subdiaconi et Diaconi* dicere debent *Confiteor* post Communionem Presbyterorum. **2682** *ad* 10. **3721** *ad* 2.

In Ordinatione Subdiaconis et Diaconis ex Pontificali Romano ab Episcopo Ordinante impositus *Nocturnus talis diei* intelligendus est Nocturnus ferialis, vel primus festi aut Dominicae in Psalterio, prout Ordinatio in feria, festo aut Dominica habita sit. **4042** *ad* 1; et Episcopus Ordinans habet ius iniungendi alium a Nocturno diei a Pontificali designato. *Ibidem ad* 2.

In Ordinatione Presbyterorum verba Pontificalis quoad manuum impositionem: « Idem faciunt post eum omnes Sacerdotes, qui adsunt », moraliter intelligi possunt, iuxta tamen locorum consuetudinem, servata Rubrica quoad paramenta et stolas. **2616** *ad* 6. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **219**.

In Ordinatione Presbyterorum, si fiat cum cantu, Ordinandi Praefationem et alia, quae ab Episcopo cantantur, sine cantu legere debent. **2682** *ad* 11.

In Ordinatione Presbyterorum Ordinandi debent inchoare Missam non ab initio, sed ab Oratione Oblationis: *Suscipe sancte Pater* etc. **2404** *ad* 1; debent prosequi Missam non stantes, sed genuflexi. *Ibidem ad* 2; nec tamen debent facere actiones, quas facit Episcopus in Missa, scilicet cruces manu super oblata peragere, genuflectere et omnia illa, quae Episcopus agit. *Ibidem ad* 3; recitare autem debent ultimum Evangelium cum Episcopo. **2682** *ad* 12.

In Ordinatione, ad Neo-Presbyteris Communionem distribuendam, formula *Corpus D. N. I. C.* etc. omittenda est. **2089** *ad* 4. **3105** *ad* 2. **3274** *ad* 2. **3721** *ad* 1.

In Ordinatione Presbyterorum Episcopus in fine Ordinationis dexteram partem vultus Ordinatorum deosculari debet. **2682** *ad* 17.

In Ordinatione Presbyterorum tres Missae votivae ab Episcopo Ordinatis iniunctae celebrari debent diebus a Rubrica permissis. **2802** *ad* 4.

In Ordinatione Presbyterorum Regularium in sua Dioecesi degentium Episcopus tenens manus eorum iunctas dicere debet: *Promittis Praelato* etc. **2966**; et servetur in his verbis formula a Pontificali praescripta. **3105** *ad* 3.

In Ordinatione Presbyterorum extendenda est manus tantummodo ad Orationem: *Oremus, Fratres carissimi,* iuxta praxim Ecclesiae Romanae. **2851**. **3105** *ad* 1.

In Ordinatione Presbyterorum debent tum Pontifex tum Sacerdotes adstantes, vix facta impositione utriusque manus, statim dexteras manus extendere, easque sic extensas tenere, donec Episcopus Orationem *Exaudi nos* absolverit. **3274** *ad* 1. **3307**.

In Ordinatione ad Presbyteratum Sacerdos dubitans num calicem physice tetigerit, potest tuta conscientia continuare celebrationem Missae. **1221**.

Ordinationes quando solemniter in cantu inter divina Officia fiunt, Canonici Cathedralis tenentur ad assistentiam; si vero fiant privatim, sat est ut tres ex ipsis Episcopo inserviant. **1099**.

In Ordinationibus Canonicorum, Clericorum et Monachorum Abbates non adhibeant mitram, baculum et quaevis alia pontificalia insignia, nisi de expressa S. Sedis concessione. **1131** *ad* 17.

In Ordinationibus et Benedictionibus cum sacro Oleo Abbatibus Cassinensibus conceditur usus Mitrae et Insignium pontificalium. **1163** *ad* 17.

Ordinationes peragente Episcopo in sui Palatii Sacello, quoad assistentiam Canonicorum omnino servanda est dispositio Tridentini sess. XXIII *de Reformat.* cap. 8. **1945**.

Vide **Episcopus quoad Ordinationem. Missa pro Ordinatione. Ordinandi. Ordines.**

Ordines.

Ordines non sunt conferendi a pluribus Episcopis in eadem Ecclesia et eodem tempore. **1534**.

In Ordinibus conferendis convenientius est, ut Episcopo pergenti a sua sede ad Altare ministrent Diaconus Evangelii et Subdiaconus Epistolae, non autem Diaconi assistentes. **1665** *ad* 5.

Ordines minores et maiores conferri possunt etiam in festis abrogatis, sed mane tantum. **2682** *ad* 1. **2852**.

Ordines minores conferri possunt vel diebus Dominicis vel festivis de praecepto vel in festis duplicibus, quae erant de praecepto. **2705**.

In Ordinibus conferendis Episcopus ipse Missam celebrare debet. **2772**.

Ordines conferendi et Olea sacra conficiendi Feria V in Coena Domini in privato sacello, et sedendo, facultas tribuitur Cardinali Archiepiscopo Hispalensi ob summam genuum debilitatem. **2860.**

In Ordinibus conferendis in privato sacello, etiam quando unus tantum ordinatur, non est omittenda interdictio praescripta in Pontificali. **3006** *ad* 4.

In Ordinum collatione Postcommunio concludenda est verbis: *Qui vivis et regnas.* **3103** *Dub.* XIII.

Ordines maiores conferre nequit Episcopus privatim Sabbato Sancto in una ex publicis Cappellis in Cathedrali exsistentibus, parum dissita a Choro et Presbyterio. **3485.**

Ordines privatim conferenti Episcopo assistere Decanum Capituli ex lege communi et Decretis generalibus non praescribitur. **4016** *ad* 3.

Quoad Ordines maiores Clerici in Sacris constituti praeferendi sunt aliis, qui posteriores sunt, etsi anteriores sint quoad Ordines minores; et quando plures eodem die ordinati sunt, ille praeferendus est, qui prius in ordine nominatus et ordinatus est. **220.**

Ordines conferendi, alio Sacerdote Missam celebrante, licentiam Episcopo Suffraganeo, septuagenario morbisque vexato, non conceditur, etsi alter Episcopus non adsit nisi ultra trecenta milliaria; quare multum itineris incommodum obstaret. **1071. 1150.**

Ordinarium Romanum adhibendum est a non habentibus Calendarium proprium. **1489.**

Ordo in functionibus ecclesiasticis.

Ordo servandus in receptione Candelarum, Cinerum et Palmarum in Cathedrali hic est, ut primo loco accedant Dignitates, tum Canonici Presbyteri, deinde Diaconi et demum Subdiaconi. **129.**

Ordo hierarchicus est servandus, ut primum locum obtineant Canonici Presbyteri, mox Diaconi et Subdiaconi, licet hi sint illis possessione anteriores. **695. 1220.**

Ordo servandus dum Episcopus cum suo Capitulo accedit ad Ecclesiam Abbatialem et Collegiatam, tam quoad sedes pro Episcopo et Abbate, quam quoad scamna pro Canonicis Cathedralis et Collegiatae, decernitur. **156** *ad* 3; item quoad thurificationem. *Ibidem ad* 4.

Ordo dandi pacem Diacono et Subdiacono in Missa pontificali, qui sacram Communionem e manibus Episcopi non sumpserunt, statuitur. **248** *ad* 11. Vide **4018.** *Dub.* VI 2. *et* 3.

Ordo servandus in thurificatione et pace, item in receptione Palmarum, Cinerum, Candelarum, ubi diversi coetus conveniunt aequalis dignitatis, declaratur. **133.**

Ordo servandus in Choro inter Dignitates, praesente vel absente Episcopo, decernitur. **287.**

Ordo servandus in processionibus, Litaniis, Exequiis et similibus statuitur. **4.**

Ordo sedendi in Synodo quoad Canonicos tam Cathedralis quam Collegiatae. **754.**

Ordo dandi pacem. **1370.**

Ordo procedendi pro Celebrante et Ministris, dum e sacristia ad Altare pergunt pro Missa solemni, vel inde redeunt, declaratur. **4018** *Dub.* 11. *qu.* 1.

Ordo Calendarii.

In Ordine divini Officii pro degentis in Urbe Cleri directione sive in Romano Calendario quotannis imprimendo, festivitati Ss. Apostolorum Petri et Pauli secundum mandatum Benedicti XIV, d. d. 10 Oct. 1743, addendum est: *Urbis Patronorum Principalium.* **2374.**

In Ordine annuali divini Officii redigendo Rubrica particularis Officii votivi currentis addi potest. **3594** *ad* 2.

Ordinem annualem divini Officii Calendaristae ita conficere debent, ut in unoquoque mense nonnullos dies liberos, quantum fieri possit, relinquant pro celebrandis Missis de Requie. **3756** *ad* 3.

Vide **Calendarium.**

Ordo Minorum S. Francisci.

In Ordinis Minorum Breviarii nova editione Lectiones II Nocturni mutandae sunt quoad appellationes: *Observantes* vel *Reformatos* vel *Excalceatos* vel *Strictioris* vel *Regularis Observantiae;* ita ut nulla Familiarum extinctarum mentio fiat, sed solum *Ordinis Fratrum Minorum.* **3990.**

Ad Ordinis Minorum S. Francisci Missale pertinentia Decreta. **1332. 1333.**

Ordinis Minorum Novitii Clerici praecedentiam habent supra Fratres Conversos et Professos laicos. **1098.**

Ordinis Minorum et Praedicatorum Fratres Episcopus ad Processiones compellere potest. **48** *ad* 1; qui separatim a Capitulo Ecclesiae Cathedralis ceterisque Clericis saecularibus incedere debent. *Ibidem. ad* 2.

Inter Ordinis Minorum Fratres Observantes et Capuccinos praecedentia decernitur. **1616. 2927.**

Organa.

Organum dum pulsatur, Mansionarii electi ex numero Cappellanorum de massa per Capitulum tenentur repetere Antiphonas ad *Benedictus* et *Magnificat* ac versiculos intelligibili voce. **1180** *ad* 6.

Organista.

Organista Canonicus, cum ei incumbit onus ministrandi pro Diacono, non excusatur a praestando Ecclesiae servitio. **848.**

Organista, etiamsi sit Clericus minorista vel Subdiaconus, nequit cantare textum Evangelii Passionis. **3110** *Dub.* X.

Ab Organista in Missis Conventualibus, nedum in Pontificalibus, *Kyrie, Gloria, Credo, Sanctus* et *Agnus Dei* peragi sinendi, neque ea per se canendi neque submissa voce recitandi consuetudinem Canonici et Mansionarii sustinere nequeunt; stare enim debent in omnibus Caeremoniali Episcoporum. **3786.**

Os quoddam Capitis S. Stephani Protomartyris nequit haberi pro Reliquia insigni. **490.** Vide **4041.**

O sacrum Convivium.

O sacrum Convivium Antiphonae et *Panem de Coelo* versiculo post Communionem distributam tempore Paschali addendum est *Alleluia.* **3576** *Dub.* XI; non vero, quando eodem tempore Communio administratur ante vel post Missam de Requie. **3465.**

O sacrum Convivium Antiphona non est de praecepto post distributionem Communionis. **3792** *Dub.* X.

Oscula.

Ad osculandum Celebranti Evangelium deferendum est in Missa solemni ante intonationem Symboli, etiamsi Chorus ab Altari multum distet. **19** *ad* 3.

Osculari nequit Altare in accessu et recessu Diaconus pergens ad ipsum Altare vel solus vel cum Celebrante. **423.**

Ad osculandam dumtaxat manum admitti debent ab Episcopo Dignitates et Canonici in actu praestandae obedientiae. **770.**

Osculari debent Canonici manum Episcopi in porrectione Aspersorii et benedictione incensi. **918** *ad* 2.

Ad osculandum Dignitas prima praebere debet Crucem Episcopo in primo ingressu ad suam Ecclesiam procedenti. **338.**

Osculatio textus Evangelii Episcopo non competit in Ecclesia alienae Dioecesis. **367.**

Osculari tenetur manum Celebrantis post petitam benedictionem ad Evangelium Canonicus Patriarchalium Urbis (extra Urbem) munus Diaconi exercens in Missa solemni; etiamsi Celebrans non sit Canonicus nec in aliqua ecclesiastica Dignitate constitutus. **1835**; idem dicendum quoad porrigendum cochlear, calicem, patenam etc. in aliqua Cathedrali. **2578** *ad* 5. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **161.**

Quoad Oscula manus Celebrantis a Rubrica praescripta Diaconus, v. gr. patenam vel thuribulum porrigendo, in Missa coram Episcopo cantata, observare debet dispositionem Caeremonialis Episcoporum. **3059** *ad* 2.

Osculum Pacis in Missa solemni coram SSmo Sacramento omitti nequit. **3792** *Dub.* IV; vide **Pax.**

Osculari Altare non debet Sacerdos Communionem extra Missam administrans, antequam populo benedicat. **2704** *ad* 6.

Ad osculandum Episcopus manum praebere nequit per totam diem feriae VI in Parasceve. **1342** *ad* 2 *et* 3.

Osculari manum Celebrantis et genuflectere debent Beneficiati et Portionarii, dum accipiunt ab eo candelas, palmas etc. **2111.** Vide **2433** *ad* 2.

Osculari debent Canonici Collegiatae, cuius Parochus est simul Abbas, habens usum Pontificalium, in distributione candelarum et palmarum, praeter candelam et palmam, etiam manum Abbatis. **2090.**

Cum Osculo manus et genuflexus recipere debet dignior de Clero, si non est Canonicus, candelam et palmam a Celebrante. **2148** *ad* 5.

Osculari non debent Altare Diaconus et Subdiaconus in Missa pontificali inservientes, cum Pacem recipiunt. **4015** *Dub.* III.

Osculato Evangelio ab Episcopo in Choro assistente, Celebrans tunc, et non prius, Missam solemnem continuare potest, **2049** *ad* 4.

Ad osculandum Evangelii liber deferri potest Priori Religionis Hierosolymitanae in sua Ecclesia iurisdictionem quasi Episcopalem habenti, sed non aliis Religiosis antianis, qui idipsum praetendunt. **263.**

Ad osculandum liber Evangelii non est deferendus Domino loci. **273. 1792** *Decret. gener.*

Ad osculandum porrigi potest textus Evangelii Confalonerio Magistratus Reipublicae Lucanae in Missa solemni, attenta consuetudine, per Cappellanum ipsius Magistratus in habitu ordinario, et cum diverso Missali ab eo, quo utitur Diaconus in cantando Evangelio. **612. 617.**

Ad osculandum Evangelii liber tradi non debet Regiis Ministris aut Provinciarum

Praesidibus: et Regulares, qui id faciunt, sunt cohibendi. **779. 1869**; haec prohibitio extenditur etiam ad Missas, quae celebrantur in proprio Praesidis palatio. **1874.**

Ad osculandum deferri nequit Evangeliorum liber Priori Magno Ss. Sepulcri Terrae Baruli Tranen. Dioecesis. **2048** *ad* 1.

Ad osculandum deferri nequit Evangelium Episcopo assistenti in habitu camerali et privatim Missae solemni. **3110** *ad* 22; vel Missam privatam audienti. **791** *ad* 1.

Osculari nequit Evangelium Episcopus, quando ob aegritudinem impotens assistendi in sua sede cum pluviali aut cappa, assistit in sede portatili cum habitu ordinario. **1802.**

Quoad osculandum textum Evangelii et dicendum *Per evangelica dicta* etc., Episcopus rochetto et mozzetta tantum indutus Missae solemni assistens, Caeremoniale Episcoporum servare debet. **3434** *ad* 2.

Ut ad osculandum annulum praebeat Episcopus extra Dioecesim celebrans, antequam sacram particulam communicandis porrigat, conveniens est. **1342** *ad* 4.

Osculari debet Episcopus dexteram partem vultus Ordinati Presbyteri in fine Ordinationis. **2682** *ad* 17.

Quum non osculetur Sacerdos Evangelium in Missa de Requie, tum recitare non debet verba: *Per evangelica dicta.* **2956** *ad* 10.

Osculari debent Canonici aliique, in accipiendis candelis et palmis, primo candelam et palmam et postea manum Episcopi. **3139.**

Osculari tenentur Canonici Episcopo Auxiliari vel non proprio manum, dum ab eo sacram Communionem accipiunt in Missa Feriae V Maioris Hebdomadae. **3984** *ad* 1.

Osculandi stolam consuetudo servari potest a Sacerdote, cum eam assumit pro deponendo et reponendo SSmum Sacramentum. **2990** *ad* 1.

Ad Osculum manus excipere debet Archiepiscopus in primo accessu ad Ecclesiam Metropolitanam omnes Canonicos et Beneficiatos. **1466.**

Osculandam manum porrigere non debet Archipresbyter, populis Communionem administrans; et contraria consuetudo est abusus eliminandus. **1134.**

Ostensorium.

Quoad Ostensorii benedictionem servandae sunt Rubricae. **926** *ad* 5.

Ab Ostensorio aliisque nobilibus supellectilibus Stemma gentilitium familiae donantis impressum removeri non praescribitur. **2875.**

In Ostensorio SSmum Sacramentum in Festis exponi et cum eodem populo benedici potest, quatenus Ordinarius in hoc nil inconveniens deprehendat. **2957. 3394** *ad* 2.

Sub Ostensorio in Expositione SSmi Sacramenti non supponendum est pulvinar. **3157** *ad* IX.

In Ostensorii summitate Crux visibilis apponi debet. **2957.**

Ostensorium et Lunula ex cupro deaurato permitti possunt. **3162** *ad* 6.

In Ostensorio cum SSmo Sacramento ad Benedictionem impertiendam, omnino requiritur ut Celebrans pluviale et humerale induat. **3333** I. *qu.* 1. **3697** *Dub.* XII.

Ad Ostensorium elevandum et deponendum in Expositione SSmi Sacramenti usus machinae non permittitur. **3425.**

Quod Ostensorium a manu dextera Imaginis S. Clarae teneatur in Expositione SSmi Sacramenti, consuetudo nequit tolerari. **3615** *ad* 1. Vide **3349.**

In Ostensorio expositio SSmi Sacramenti in sacellis privatis domorum Sororum remittitur prudenti arbitrio Episcopi Ordinarii. **3703.**

In Ostensorio non est deferendum SSmum Sacramentum, quando occasione Benedictionis transfertur ab uno ad alterum Altare, sed in capsula, aut in sphaera velo humerali cooperta. **3576** *ad* 12.

Cum Ostensorio si benedictio datur SS. Sacramenti, thurificatio a Thuriferario infra Benedictionem non praescribitur; verum servanda est consuetudo locorum. **2956** *ad* 9. **3108** *ad* 6.

In Ostensorio si benedictio impertitur cum SSmo Sacramento tempore Paschali, non licet accendere cereum Paschalem. **3479** *ad* 3.

In Ostensorio quum benedictio cum SS. Sacramento post Completorium impertienda est, Ministri sacri induantur Dalmatica et Tunicella super Alba et Sacerdos celebrans Albam deferat sub pluviali. **3799** *ad* 1; color vero dictorum paramentorum debet esse dumtaxat albus. *Ibidem ad* 2.

In Ostensorio pro benedictione cum SSmo Sacramento, istud accipiat Celebrans iuxta ritum a Caeremoniali Episcoporum lib. II cap. 33 § 27 praescriptum; sed iuxta praxim Romanam, Diaconus Ostensorium Celebranti tradere vel ab eodem accipere potest, utroque stante. **3975** *Dub.* 4.

Dum in Ostensorio SSmum Sacramentum reponitur, pro renovatione et exposi-

tione Eiusdem, Diaconus et non Sacrista debet ministrare Celebranti. **2951** *ad* 14.

In Ostensorio exponendam Hostiam magnam includere non licet intra vitreas laminas, quarum superficies illam immediate tangat. **3234** *Dub.* IV. **3524** *Dub.* VI.

In Ostensorio exponenda Hostia magna recondi potest intra duo crystalla apte cohaerentia et reponi in tabernaculo absque ulla capsula seu custodia; dummodo sacra Hostia in dictis crystallis bene sit clausa atque eadem non tangat. **3974.**

Sive in Ostensorio sive in Pyxide SSm̃um Sacramentum exponatur, Missae de Requie durante Expositione, in Altari Expositionis omnino prohibentur. **3302** *ad* 2.

In Ostensorio Expositionem SSm̃i Sacramenti per triduum in Ecclesiis Confraternitatum Episcopus permittere potest, quando aliquis ex Sodalibus est morti proximus; dummodo serventur, quae habentur in Instructione Clementina quoad Expositionis modum. **3375** *ad* 1.

In Ostensorio Expositio SSm̃i Sacramenti absque incensatione fieri nequit; et consuetudo contraria omnino eliminanda est. **2957. 3580** *ad* 6.

Ostensorium cum SSm̃o Sacramento ponendum est supra mensa Altaris, nullo apposito velo, post Communionem in Missa, quae pro Expositione SSm̃i Sacramenti ratione Orationis XL Horarum celebratur. **2990** *ad* 2.

In Ostensorio solemni modo fieri debet Expositio SSm̃i Sacramenti singulis diebus mensis Octobris ex mandato Summi Pontificis pro recitatione Rosarii; sed pro Ecclesiis pauperibus, per modum exceptionis, eadem prudenti iudicio Ordinarii peragi potest in sacra Pyxide, aperiendo scil. ab initio ostiolum ciborii et cum ea populum in fine benedicendo. **3650** *ad* 4. **3666.**

Vide **Benedictio cum SSmo Sacramento. Expositio SSmi Sacramenti.**

Ostiariatus.

Ad Ostiariatum Ordinatus non debet necessario claudere ostium Ecclesiae vel Cappellae cum clavibus in actu Ordinationis eidem traditis. **2682** *ad* 5.

Ostiario Ordinato Archidiaconus non debet tradere funes plurium campanarum, sed sufficit una campana, ubi plures non habentur. **3315** *ad* 2; nec Ostiarius debet egredi extra Ecclesiam ad turrim ad campanas pulsandas; sed sufficit quassare tintinnabula Altaris ad fores Ecclesiae, etiam casu quo nulla campana adsit. *Ibidem ad* 3 *et* 4.

Quoad Ostiariis in eorum Ordinatione tradendas claves, in praxi servandum est Pontificale Romanum. **4035** *ad* 5.

Ostiarius seu Sceptrifer sive laicus minister non debet incedere inter Clericos seu Ministros paratos, sed praeire ante Crucem, quacumque consuetudine in contrarium non obstante. **162.**

Ostiolum Tabernaculi.

Ostiolum Tabernaculi SSm̃i Sacramenti cum insculpta imagine Domini Nostri tegi nequit cum vase florum; quod collocandum est in humiliore et decentiore loco. **2067** *ad* 10.

Ad Ostiolum Tabernaculi, in quo asservatur SSm̃um Sacramentum, loco Conopei tabula ex metallo vel ex tela acu picta vel ex moderni temporis charta dicta oleographica, in qua apparent symbola SSm̃ae Eucharistiae vel SSm̃i Nominis Iesu vel B. Mariae V. imago, tolerari nequit. **4000** *ad* 1.

In Ostiolo, ubi reconditur SSm̃um Sacramentum Feria V in Coena Domini, sigillum apponi nequit. **2873** *ad* 1; neque obsignari potest arca, in qua repositum est SSm̃um Sacramentum, publico Civitatis sigillo, et hoc sequenti die publice auferri. **2172.**

Vide **Tabernaculum.**

Ostium.

Ad Ostium Ecclesiae excipere illucque associare Episcopum accedentem rochetto et mozzetta indutum Canonici saltem duo tenentur, dum Clerus occupatus est in Choro. **2102** *ad* 1 *et* 2.

Vide **Canonici quoad associationem.**

Ostium aperiendi ex interiore domo campestri in Ecclesiam facultas Patrono eiusdem Ecclesiae concedi potest ab Ordinario pro suo arbitrio et prudentia, adhibitis tamen cautelis et conditionibus omnibus de iure et stilo servandis. **2813.**

Ovorum benedictio non est de iuribus mere parochialibus. **2123** *ad* 6.

P

Palla.

Pallae et Corporalia ex tela, composita e lino et gossipio subtilissimo, quem vocant *Mussulo*, confici nequeunt. **1287.**

Palla a parte superiore drappo serico cooperta adhibenda non est in sacrificio Missae. **2067** *ad* 6; sed non obstante hoc Decreto, S. R. C. postea declaravit:

Palla a superiore parte panno serico aut ex auro vel argento et acu depicto cooperta permitti potest; dummodo *Palla* linea subnexa Calicem cooperiat, ac pannus superior non sit nigri coloris, nec referat aliqua mortis signa. **3832** *ad* 4.

Pallae quae sunt ex gossipio, non vero ex lino vel cannabe, omnino prohibentur. **2600.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **192.**

Palla potest benedici separatim a Corporali; sed sive una sive plures Pallae, sive cum, sive sine Corporali benedicantur, formula Benedictionis recitanda est prout iacet. **3524** *Dub.* III.

Pallae ex quadam tela sive panno, vulgo *Nipis,* confici nequeunt. **3868** *ad* 1.

Pallas, etiam cum licentia Ordinarii, non possunt abluere Moniales seu piae feminae vitam communem sub regula degentes. **3059** *ad* 26.

Palla non est Reliquiis supponenda, quando publice exponuntur. **2689** *ad* 3.

Palla super Altare posita loco Corporalis non sufficit in administranda Communione extra Missam. **2932** *ad* 4.

Pallae, Corporalia aliaque supellectilia e tela ex *urticis* confecta adhiberi nequeunt. **3387.**

Vide **Corporalia. Supellectilia.**

Pallium.

Pallium seu baldachinum in nuptiali Benedictione est vetitum; multoque magis aliquid pro eodem exigere. **200.**

Pallium Altaris.

Pallium Altaris post expositum SSm̃um Sacramentum semper esse debet albi coloris. **1615** *ad* 7, 8 *et* 9. **2673.**

Pallium nigri coloris adhiberi nequit in solemni Commemoratione et in Exequiis Defunctorum ad Altare SSm̃i Sacramenti. **3201** *ad* 10.

Pallium Altaris in quo asservatur SSm̃um Sacramentum, si inibi cantetur Missa de Requie, esse debet coloris violacei. **3562.**

Pallium Archiepiscopi.

Pallio uti nequit Archiepiscopus extra suam Dioecesim et Provinciam, etiamsi accedat consensus Episcopi Ordinarii. **2730.**

Pallium in festis Immaculatae Conceptionis B. M. V. et S. Ioseph, Sponsi eiusdem Deiparae, ab Archiepiscopis deferre debet. **3595.**

Pallium Archiepiscopus donec receperit, nequit in sua Ecclesia exercere Pontificalia. **443.**

Pallium ab Archiepiscopis deferri potest illis diebus, qui a Caeremoniali Episcoporum referuntur, et tunc Caeremoniale servandum est; at Archiepiscopus Pallio uti nequit Benedictionis Papalis impertiendae causa. **3605** *Dub.* VIII *ad* 1 *et* 2.

Pallium dimitti nequit, si Archiepiscopus Benedictionem Papalem impertitur diebus, quibus ei permittitur usus Pallii; et haec Benedictio dari debet, absoluta Missa Pontificali, a Celebrante induto iisdem paramentis, reassumptis etiam chirothecis et Pallio ornato. **3605** *Dub.* IX.

Palmae.

Palmarum benedictio et distributio facienda in Collegiata spectat privative ad Capitulum Cathedralis, si assistat; quoad palmas vero servetur aequalitas. **1930.**

In Palmarum benedictione Evangelium a Celebrante absque Diacono et Subdiacono canendum est in cornu Epistolae. **1968.**

Palmarum Missae Episcopus assistens paratus vel cum cappa, non debet sedere neque genuflectere, sed stare ad cantum Passionis; et in casu impotentiae, abstineat ab interventu Missae. **2184** *ad* 2.

In Palmarum benedictione, quae fit ab Episcopo, Epistola et Evangelium cantanda sunt ab iisdem Ministris, qui Missae solemni ab alio celebrandae inservire debent. **3006** *ad* 1.

Palmarum benedictio nequit fieri in aula profana, sed solummodo in ecclesia. **3476.**

In Palmarum benedictione, quae extra tempus Paschale fit, adhibeatur formula in Appendice Ritualis Romani contenta pro be-

nedictione cuiuscumque rei seu ad omnia. **3565.**

In Palmarum et Candelarum Processione consuetudo in Cathedrali Conimbricensi vigens, ut Cappellanus per turnum paratus Crucem deferat, servari potest. **2424** *ad* 10; item alia, ut in Processionibus Palmarum et Candelarum duo Canonici vel medii Canonici Pluvialibus induti quaedam insignia argentea sine Palmis et Candelis deferant. *Ibidem ad* 14.

Palmarum benedictio in Ecclesiis, in quibus habetur Expositio SSmi Sacramenti ratione XL Horarum, facienda est in alio Sacello laterali, quo magis fert Ecclesiae structura, distante ab Ara maxima, in qua SSmum Sacramentum expositum est, servatis omnibus Caeremoniis in Missali praescriptis, sed absque Processione. **2621** *ad* 9. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **227.**

Palmarum, Candelarum et Cinerum benedictiones neque Episcopus Titularis et nulla gaudens iurisdictione peragere potest, quin Missam ipsemet decantet. **3798** *ad* 2; neque Episcopus Administrator. **2976** *ad* 8.

Vide **Benedictio Candelarum. Dominica Palmarum.**

Palmatoria.

Palmatoria nequit adhiberi nisi ab iis, quibus de iure competit, vel ex privilegio eiusdem usus concessus est. **2135** *ad* 1. **2578** *Dub.* III. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **160.** - **2579** *ad* 1. *Decret. gener.* **3647** *ad* 4, *et* 5.

Palmatoriae et Canonis usus non competit Praelatis domesticis. **2775.**

Palmatoria iuxta generalem consuetudinem tenenda est a Ministris vel a Magistro Caeremoniarum Missae solemni inservientibus. **2796. 3417** *Dub.* I.

Palmatoria et Canone uti possunt Canonici Cathedralis iuxta privilegia, tantum in Ecclesia propria. **4019** *ad* 3.

Palmatoria uti possunt Dignitates et Canonici Metropolitanae Ravennaten. in Civitate universaque Dioecesi in omnibus ecclesiasticis functionibus; dummodo non assistat aliquis ex Cardinalibus vel Archiepiscopus. **2648.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **274.**

Palmatoriae usus conceditur Canonicis Metropolitanae Imolensis; dummodo non sit praesens Episcopus, Metropolitanus, Nuntius Legatus aut Cardinalis. **2665.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **303.**

Palmatoriam adhibere nequit Dignitas, quocumque honore praefulgeat, Missam privatam celebrans. **1148.**

Vide **Bugia.**

Panem a tribus mensibus tempore hiemis vel a sex mensibus in aestate confectum pro sacrificio Missae et Communione fidelium adhiberi non licet; et consuetudine id faciendi eliminata, Rubrica servanda est. **2650** *ad* 1 *facti speciem qu.* 1 *et* 2. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **278.**

℣. Panem de coelo.

Ad ℣. Panem de coelo etc. tempore Processionis Corporis Christi, quae in Galliis fit Dominica post Octavam Corporis Christi, *Alleluia* addendum est. **3448** *Dub.* X *ad* 1.

Ad ℣. Panem de coelo post distributionem Communionis tempore Paschali *Alleluia* addendum est. **3576** *Dub.* XI; sed omitti debet eodem tempore ante vel post Missam de Requie. **3465.**

℣. Panem de coelo et Oratio *Deus qui nobis* etc. Communione distributa sunt de praecepto. **3792** *ad* 10.

Ad ℣. Panem de coelo in qualibet Benedictione cum SSmo Sacramento tempore Paschali *Alleluia* addendum est. **3983.**

℣. Panem de coelo cantato, Sacerdos in expositione SSmi Sacramenti surgens, non debet reiterare genuflexionem, antequam recitet Orationem. **2008.**

Pange lingua.

Ad Hymnum Pange lingua occasione Benedictionis SSmi Sacramenti canendum Canonici et Beneficiati remanere possunt in suis stallis choralibus. **2291.**

Ad Hymni Pange lingua integram stropham *Tantum ergo* omnes genuflectere debent, si expositum est SSmum Sacramentum. **1583** *ad* 7; sin autem Idem non sit expositum, genuflectendum est iuxta consuetudinem Ecclesiae. **1280** *ad* 2.

Paralysis; vide **Manuum debilitas.**

Paramenta.

Paramenta sacra benedicendi facultatem habentes, nequeunt ea benedicere pro exteris Ecclesiis, non obstante contraria consuetudine. **513:** ne pro subiectis quidem sibi. **1782** *ad* 6.

Paramenta sumere de altari vel habere plures ministros cotta indutos et quatuor candelas accensas in Missis privatis, nemini licet, praeterquam solis Episcopis (et in

Parochia.

Parochialia.

Parochialis Ecclesia.

Vide **Missa Parochialis. Confraternitas.**

Parochialis Missa; vide **Missa Parochialis. Ecclesia.**

Parochus quoad administrationem Sacramentorum.

Parochi Civitatis Tarraconen. possunt explere munia Chori per substitutos, quando curae animarum ac Sacramentorum administrationi incumbunt. **1556.**

Parochus deferens Viaticum infirmo tempore Paschali et domum ingrediens debet dicere Antiphonam *Asperges* etc. prout in Rituali, nulla habita temporis ratione. **2089** *ad* 7.

Parocho licet extrahere SSmum Sacramentum pro Viatico deferendo ad Infirmos ex omnibus Ecclesiis tam saecularibus quam regularibus, etiam exemptis, sitis infra limites Parochiae, in casibus necessitatis. **2159** *ad* 1.

Parochis Civitatis Caietanae in baptismo infantis non debentur candelae, quae sponte offeruntur, sive baptismus conferatur in Cathedrali sive extra; et Episcopus non concedat facultatem baptizandi extra Cathedralem, nisi casu necessitatis. **2445** *ad* 7; et Parochi tenentur quolibet anno tradere Archidiacono Cathedralis Caietanae notulam Baptizatorum, sub poenis etc. *Ibidem ad* 8.

Parochi Ecclesiarum Civitatis Amerinae quid possint vel debeant quoad administrationem Sacramentorum Poenitentiae et Eucharistiae tempore Paschali et interventum Processionibus, definitur. **2469** *ad* 5 *et* 6.

Parochus administraturus Baptismum puero morti proximo omittere debet omnia, quae Baptismum praecedunt; quaeque postmodum supplenda sunt in Ecclesia, ad quam praesentandus est puer si convalescit. **2607.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **198.**

Parochus, etiam absente Indultario, in casu necessitatis celebrare potest in Oratorio privato, ut Viaticum ministret infirmo. **2745** *ad* 7.

Parochis non licet stolam induere super rochettum aut superpelliceum mantelletta contectum in administratione Sacramentorum. **3779** *ad* 8. **2684** *ad* 22. **3784** *ad* I *et* II. *Decret. gener.*

Parochi Ravennatenses, quamvis privilegio decorati mozzettam et rochettum deferendi, in administratione Sacramentorum, benedictionibus etc. solam cottam cum stola adhibere debent. **2622.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **228.**

Parochis, etiamsi sint Protonotarii Apostolici, non licet supra mantellettam ponere stolam. **1529.**

Quod Parochi utantur in Sacramentorum administratione rochetto loco superpellicei, consuetudinem Episcopus tolerare nec potest nec debet. **3542** *ad* 1.

Parochi et Sacerdotes matrimonio privatim assistere nequeunt tempore clauso sine Episcopi venia. **3380** *ad* 2.

Vide **Baptismus. Unctio extrema. Viaticum.**

Parochus quoad Confraternitates.

Sine Parochi interventu et licentia non licet Confraternitati associare cadavera; vel propriam erigere Crucem extra formam Decretorum S. R. C. **1302. 1643** *ad* 9.

Parochus potest exercere solemnia in Cappella Confraternitatis, dummodo non impediatur servitium Ecclesiae. **1305** *ad* 1.

Sine Parochi licentia Confraternitatibus ea facere non licet, quae ad eumdem spectant. **1317** *ad* 2.

Parochiales functiones peragere Cappellano Confraternitatum non licet. **1696. 1989.**

Ad Parochos spectat functiones facere occasione festivitatum Confraternitatum erectarum in earum Ecclesiis, in speciali casu. **1727** *ad* 1.

Parochus nequit se ingerere in administratione oblationum quoad Ecclesias sive Oratoria Confraternitatum, aut capsulae clavem retinere. **2123** *ad* 28; neque ullum ius habet in functionibus non Parochialibus, quae fiunt in Ecclesia publica Confraternitatis, sita inter limites Parochiae. *Ibidem ad* 30. **2884.**

Ad Parochum spectat facere Officium funebre super cadaveribus sepeliendis in Ecclesiis et Oratoriis publicis Confraternitatum; quando tumulandus est subiectus Parocho, intra cuius fines est Ecclesia vel Oratorium. **2123** *ad* 20. **2695. 2751. 3423. 3645** *ad* 4.

Parochi ius habent faciendi functiones in casu in Oratoriis Confraternitatum, sitis infra propriae Parochiae limites. **1380.**

Inter Parochos et Confraternitates plures controversiae componuntur. **2123** *Decret. gener.*

Vide **Confraternitates.**

Parochus quoad functiones ecclesiasticas.

Parochus tenetur accedere ad Ecclesiam baptismalem in Sabbato Sancto, non obstante distantia loci. **645.**

Parochus nequit cantare primam Antiphonam in alienis Ecclesiis, absente Priore Collegiatae. **887** *ad* 2.

Parochus S. Mariae Dioecesis Aesinensis tenetur tantum excipere Plebanum Matricis Ecclesiae, quando processionaliter accedit, ad portam suae Ecclesiae; adeo ut reliquum tempus in audiendis confessionibus et fidelibus S. Eucharistiae reficiendis insumat. **1151.**

Parochi cogi possunt ad interessendum Choro Cathedralis in solemnitatibus. **1264** *ad* 1; et thurificandi sunt unico ductu. *Ibidem ad* 2.

Parochi tenentur et obligati sunt in Dominica Palmarum canere Passionem Domini, distribuere Palmas et facere omnes alias functiones ab Ecclesia, Rituali et Rubricis ordinatas. **1326.**

Parochi aliique Presbyteri, qui accedere tenentur ad Ecclesiam Matricem pro benedictione Fontis vel Processionibus et funeribus associandis, incedere debent cum cotta. **1349.**

A Parochis et Confessariis Monialium respective, non autem a Canonicis Convisitatoribus, aspersorium, thus, navicula, crux ad osculandum deferri debent Episcopo visitanti Ecclesias parochiales et Monialium. **1587.**

Parochi in functionibus Cathedralis, ad quas sunt invitati vel quibus tenentur assistere, in casu stolam deferre nequeunt. **1456.**

Parochi simul convenientes in Ecclesiis parochialibus in Missis et Vesperis solemnibus duplici ductu thurificantur. **1643** *ad* 3; in Vesperis solemnibus eisdem praeintonandae sunt Antiphonae. *Ibidem ad* 4; Parocho celebranti in sua sede apponi debet pulvinus pro sessione; et ipse habere potest ante se Lectorile vel aliquem, qui teneat librum ad Capitulum et Orationes. *Ibidem ad* 5; et Caeremoniarium pro directione. *Ibidem ad* 6; Parochi in functionibus Parochialibus observare debent Rituale Romanum. *Ibidem ad* 7.

Parocho non licet propriis manibus aspersorium Domino loci et eius uxori porrigere in Ecclesiae ingressu. **2005. 2013** *ad* 1.

Parocho simul Canonico, qui ob munia parochialia nequit Choro assistere, supplere debet vel Dignitas vel Canonicus ipsius Capituli in munere Hebdomadarii; qui ad id cogi etiam potest ab Episcopo. **2749.**

Parochi in Paroeciis minoribus, in quibus non adest Clerus, tenentur celebrare functiones solemniores per annum iuxta Memoriale Rituum Benedicti XIII. **2915** *ad* **1. 2970** *ad* 5.

Parochi Civitatis Tuderti stolam in publicis functionibus deferre possunt, dummodo collegialiter incedant. **2588.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **182.**

Parochi habentes facultatem benedicendi Fontem Baptismalem Sabbatis diebus Paschatis aut Pentecostes, illum de mane benedicere debent; qui vero hanc facultatem non habent, ab eius benedictione abstinere debent. **2436** *ad* 1; possunt alium Sacerdotem delegare, qui benedictioni Fontis Baptismalis in Ecclesia Matrice assistat; vel etiam die Sabbati Sancti alteri Sacerdoti Missae celebrationem in propria Ecclesia committere. Qui vero facultatem obtinent Fontem benedicendi, quatuor saltem Clericos in ministerio habebunt. *Ibidem ad* 2; aquam cui sacra Olea iam fuerint commixta, suscipere debent ex Fonte Matricis, quam adhibeant in Baptismi collatione. Qui vero ante Fontis benedictionem Olea sacra recipere non poterunt, illa subinde privatim ac separatim in aquam mittere poterunt. *Ibidem ad* 3; poterunt cogi ab Episcopo aliqua poena pecuniaria ad faciendam benedictionem ignis et cerei in Sabbato Sancto. *Ibidem ad* 4.

Parochi Caietae interessentes Choro in Cathedrali nequeunt deferre Stolam. **2445** *ad* 2.

Parochus novus cum ad possessionem admittitur, servari debet Decretum Concilii Tridentini sess. 24 cap. 12 *de Reformatione;* et professio fidei facienda est iuxta formulam, quae habetur in Pontificali in ordine ad Synodum. **3035** *ad* 9.

Parochi Ecclesiae S. Eulaliae Dioecesis Calaritanae in Sardinia tenentur servare consuetudinem excipiendi ad fores Ecclesiae Canonicos ac Beneficiatos Metropolitanae, quotiescumque hi occasione funerum vel alia quacumque de causa praefatam Ecclesiam ingrediuntur; eisque aquam benedictam manu Praesidis porrigendi. **3062** *ad* 2.

Parochus qui tantum nomen Archipresbyteri, non vero iura Dignitatis in Ecclesia Collegiata habet, nequit celebrare Missam solemnem feria V in Coena Domini, nec totam functionem Sabbati Sancti: quia haec spectant ad Dignitatem et Canonicos ordine successivo. **3251** *ad* 1; nequit induere se sacris paramentis in aula Canonicali, ibique pro libito versari, aliaque peragere ibidem quae Canonicis competunt, sine expressa venia Canonicorum. *Ibidem ad* 2; in Choro et in Processionibus praecedentiam habere debet super simplices Sacerdotes, numquam vero sedere et incedere inter Canonicos et Mansionarios Ecclesiae, *Ibidem ad* 3; nec potest in Choro et in Processionibus praesente Capitulo stolam adhi-

bere. *Ibidem ad* 4; nec uti mantelletto serico violacei coloris. *Ibidem ad* 5.

Parochus, in cuius Parochia plures Ecclesiae sunt cum fonte baptismali, quique ius habet conficiendi in singulis renovationem fontis, quam per se nequit perficere, debet alium Sacerdotem delegare ad eam peragendam Sabbato Sancto et Vigilia Pentecostes. **4005** *ad* 4.

Vide **Benedictio Fontis Baptismalis.**

Parochus quoad funera.

Parochus potest ad libitum vocare, quos maluerit, ad funus, nisi haeredes aliter disponant. **313.**

Parochi praecedentia in associandis funeribus, declaratur. **436. 1371. 1825** *ad* 4. **2160** *ad* 1 et 2. **2357.** Vide **3854** *Decret. gener.*

Parocho non debetur quarta funeralium a Regularibus ratione decimarum, quae ab immemorabili tempore numquam solutae fuerunt. **448** *ad* 2.

Parocho debetur quarta funeralium, etiamsi corpus Defuncti in Ecclesia Regularium tumulatum iam sit, et ibique Exequiae celebrentur. **1400.**

Ad Parochum spectat quarta tantum funeralis omnium cerarum, quae deferuntur in associatione cadaveris et circa illud exponuntur in funere in Ecclesia Regularium, in qua idem sepelitur. **2342** *ad* 3.

Quod Parochus in deducendo funere assumat stolam in domo Defuncti, et exiens illam dimittat, consuetudo reprobatur. **825.**

Ad Parochos spectat Officium facere super cadaveribus, et stolam deferre in propriis ipsorum Ecclesiis, etiam interveniente Capitulo Cathedralis. **1368. 1727** *ad* 2. Vide **3854** *Decret. gener.*

Parochis licet in ducendis funeribus extra propriam Ecclesiam transire per vicos et plateas aliarum Parochiarum, ac etiam Cathedralis, quin propterea illi sint molestandi. **1526.**

Per Parochum proprium et Clerum saecularem Officium super defunctis faciendi in aliqua Regularium Ecclesia immemorabilis consuetudo servari potest. **334.**

Quod Parochus proprius non associet defunctum in aliena Ecclesia sepeliendum, sed facta per ipsum absolutione in propria domo defuncti, consignato cadavere, recedat, consuetudo vigens in aliquo loco non reprobatur. **1300.**

Sine Parochi praesentia corpora defunctorum possunt humo tradi in illorum proprio vel electo sepulcro, si Parochus ipse requisitus interesse recuset vel petitam licentiam deneget. **523**; illa tamen levari nequeunt de propria domo, nisi cum interventu vel de licentia proprii Parochi, cum quo est concordandum de hora illa deferendi. **580** *ad* 1. **924** *ad* 8.

Parochus non potest praetendere nisi ius funerale, quando eligitur alibi sepultura. **649.**

Parochorum arbitrio non est relinquendum determinare numerum Religiosorum, ad associandum funus: id enim spectat ad haeredes defunctorum, non obstante statuto synodali. **784;** sine praeiudicio in reliquis iurium Parochialium. **852.**

Parochus prohibere nequit haeredibus defunctorum, ne Confraternitates ad associanda cadavera invitent. **1478.**

Parochi licentia petita, quamvis non obtenta, antequam cadavera processionaliter deferantur ad Ecclesiam Regularium, haeredibus defunctorum licet asportare illa e propriis domibus ad Ecclesiam parochialem per modum depositi. **2470** *ad* 3.

Parochus, quum in parochiis ruralibus quidam decessit in domo distante ab Ecclesia, in qua Exequiae peragendae sunt ideoque cadaver curriculo ad portam principalem huius Ecclesiae adducitur, ibique Preces, iuxta Rituale Romanum in domo defuncti dicendae, ab ipso Parocho recitantur, nequit hoc in casu induere Albam loco superpellicei, sed induere debet superpelliceum et stolam ac pluviale nigri coloris. **3035** *ad* 1.

Ad Parochum Ecclesiae tumulantis pertinet Officium facere super Defunctis; vel ad Regulares, quorum est Ecclesia tumulans. **151. 224. 515,** non obstante contraria consuetudine. **731.** Vide infra *Decret. gener.* **3854** *ad* II. III *et* IV.

Ad Parochum spectat declarare per quam viam exportandus sit Defunctus, et omnia alia disponere usque ad ianuam Ecclesiae Regularium, in qua cadaver sepeliendum est. **1440** *ad* 5.

Parochus Canonicus si in funeribus, interveniente Capitulo, velit incedere cum stola, ire debet post alios Presbyteros ante Capitulum; si velit interesse ut Canonicus, ire debet sine stola in loco suo: et tunc stolam deferat Dignior de Capitulo. **1857.**

Parochus funus associaturus tenetur ad Cathedralem accedere, si istius Capitulum interesse debeat. **2112** *ad* 1.

Parochi Civitatis Bononiae tenentur admittere sub eorum Cruce Consortiales et Mansionarios tam Ecclesiae Metropolitanae quam Collegiatae a Defunctorum haeredibus vocatos ad funera. **2347. 2359** *ad* 1;

et tunc Consortiales ac Mansionarii praecedere debent Clero Parochiali. **2359** *ad* 2.

Parocho tumulanti tantum competit usus stolae, non aliis Parochis, occasione qua funus ducitur ad Cathedralem vel aliam Ecclesiam, absente Capitulo. **2469** *ad* 1.

Parochi nequeunt exigere maiorem eleemosynam et emolumenta pro associandis cadaveribus ad alienas Ecclesias. **2470** *ad* 5.

Parochi Civitatis Caietanae occasione funerum, itemque alii de Clero saeculari et regulari, et Confraternitates tenentur accedere ad Cathedralem, interveniente Capitulo. **2445** *ad* 3; et incedere debent sub una Cruce Capituli. *Ibidem ad* 4; atque etiamsi Defunctus sit alterius Parochiae, interveniente Capitulo, Pluviale cum stola nigri coloris deferre pertinet ad primam Dignitatem et, hac impedita, ad Digniorem, qui sequitur. *Ibidem ad* 5; nec Parocho Defuncti debetur quarta funeralis, si tumulatio Canonici vel alterius fiat in Cathedrali. *Ibidem ad* 6.

Parochi Tridentini, prius Cathedrali subiecti, modo ab ipsa independentes, non solvuntur a consuetudine conveniendi in Cathedrali ad excipiendum Chorum associationi funeris interventurum. **2623** *ad* 2. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **229.**

Parochus simul Canonicus supernumerarius, in funeribus, praesente Capitulo, si procedat cum stola, digniorem habet locum. **2971** *ad* 1; ius habet Missam canendi praesente cadavere et diebus 3, 7, 30; non vero in Anniversariis aliisque functionibus. *Ibidem ad* 2.

Parocho ius et onus inest semper, etiam praesente Capitulo Ecclesiae Cathedralis, (extra hanc tamen) induendi stolam et officia peragendi super cadavere defuncti ad suam Ecclesiam pertinentis, usque dum e loco obitus ingressus fuerit Ecclesiam tumulantem. **3854** *ad* II *Decret. gener.* Idem Parochus primas habet super omnem Clerum; excepto (si interfuerit) Capitulo Cathedralis, quod in associatione incedet post ipsum Parochum: excepto etiam Capitulo Collegiatae, si ita consuetudo ferat. Hoc tamen in casu dignior Capituli Cathedralis incedat cum stola et etiam cum pluviali, quod tamen Parochus non ferat: et idipsum servabitur, si Capitulum Collegiatae post Parochum incedat. *Ibidem ad* III; si defunctus in alia parochiali Ecclesia sit tumulandus, illius uni Ecclesiae Rectori, stola pariter induto, ius et onus competit reliqua Officia ibidem peragendi super cadavere; aliisque omnibus praecedendi, ne defuncti quidem Parocho excepto, qui cadavere ad Ecclesiae limen delato recedat. *Ibidem ad* IV.

Parochus in funere deferendo vel etiam in Officio Defunctorum canendo induere potest stolam atque etiam Pluviale. **3029** *ad* 4, 5 *et* 8; non tenetur autem assumere Pluviale et stolam pro recitandis precibus in fine Nocturnorum et ad Canticum *Magnificat. Ibidem ad* 6 *et* 9.

Parochi aliique Sacerdotes, Exequiis Defunctorum Officiisque quotidianis pro iisdem assistentes ac pro functione stipendium accipientes, tenentur per se ipsos Officium Defunctorum persolvere; nec sufficit, ut solummodo assistant quin cantent vel psallant. **3045. 3243.**

Quod Parochus in funeribus Clericorum vel Puerorum, loco praecedendi sequatur feretrum, reprobatur. **3804** *ad* 10.

Vide **Cadavera. Funus. Exequiae.**

Parochus quoad honores.

Parochus uti Protonotarius adhibere nequit Almutiam. **1034** *ad* 2.

Parocho Protonotario non licet uti habitu Praelatitio in administrandis Sacramentis ducendisque funeribus: quatenus vero velit uti eo habitu et interesse uti Protonotarius, praecedentiam non habet supra Canonicos nec locum inter eosdem. **1214**; quod etiam intelligendum est de Processionibus tam generalibus quam particularibus. **1249.**

Parochi sedentes a dextris Chori debent thurificari immediate post Dignitates et Canonicos eiusdem partis, et sedentes a sinistris immediate post Canonicos istius partis. **1455.**

Parochus in casu particulari uti potest Assistente pluviali induto, attenta consuetudine. **1470** *ad* 1.

Parochi, qui sunt Protonotarii Apostolici, in administratione Sacramentorum nequeunt ponere stolam super mantellettam. **1529.**

Parochis, si plures sint et in eadem Ecclesia curam gerant, quaenam honorificentiae competant in propria hebdomada, declaratur. **2287.**

Parochi Ravennatenses, privilegio decorati deferendi rochettum loco cottae sub mozzetta violacea et stola, nequeunt uti rochetto in Sacramentorum administratione, in benedictionibus aliisque functionibus, in quibus ex Rubricae praescripto cotta et stola adhiberi debent. **2622.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **228.**

Parochis Mutinensibus denegatur usus stolae supra cottam et mozzettam in supplicationibus. **2806**; qui tamen eisdem fuit postea concessus, quando collegialiter procedunt. **2824.**

Parochi in Processionibus uti possunt mozzetta et stola, dummodo collegialiter incedant et Apostolico privilegio fruantur. Attamen nequeunt ante se facere elevari propriam Crucem, sed incedere debent sub Cruce Cathedralis. **3228** *ad* 5.

Parochis in certis functionibus stolae usus adseritur. **1718. 1797** *ad* 1.

Parochis Tuderti concessus est usus stolae in publicis functionibus, dummodo incedant collegialiter. **2588.**

Parochus, Canonicus supernumerarius constitutus cum plenitudine iuris Canonicalis, habet vocem in Capitulo, quando agitur de disciplina vel de novo onere aut honore suscipiendo. **2971** *ad* 3.

Parochi uti nequeunt in sacris functionibus mantelletta violacea, nec in Missa solemni quatuor Ministris in Pluvialibus vel Dalmatica aut Tunicella, nec annulo gemmis ornato. **3408** *ad* 1. **3442** *ad* 1. **3477.**

Parochus insimul Cappellanus honorarius Sanctitatis Suae uti potest in omnibus ecclesiasticis functionibus tam intra quam extra propriam Ecclesiam habitu talari violaceo una cum fascia serica eiusdem coloris, exceptis tamen tibialibus, quae semper nigri coloris esse debent. **3409.**

Parochis urbanis Ravennatensibus licet deferre insignia a S. Sede concessa, quoties in Metropolitana, etiam praesente Capitulo, conciones habent. **3415.**

Parochus
quoad iura Parochialia.

Parochus prohiberi nequit per Canonicos Cathedralis ab ingressu Ecclesiae filialis suae Parochiae ad exercendas functiones Parochiales, ubi ob aëris intemperiem translatum est servitium ad parochiales functiones exerçendas. **580** *ad* 2.

Parochus nequit impedire aliarum Ecclesiarum moderatores, quominus Missas celebrent ante Parochialem. **484. 620. 674. 716. 778.**

Parochus Ecclesiae baptismalis nequit impediri a Vicario foraneo, quominus faciat in propria Ecclesia benedictionem Fontis in Sabbato Sancto. **738.**

Parochi manutenendi sunt in possessione sedendi post omnes Canonicos in canonicalibus stallis; et in Processionibus ac funeribus incedendi immediate ante eosdem. **741.**

Parochus prima Dignitas Cathedralis nequit indicere Orationem XL Horarum et exponere SSm̃um Sacramentum absque licentia Episcopi. **869.**

Parochus impeditus, vel nolens solemnia Officia peragere, nequit ea pro lubito alteri committere, quum supplendus sit per Digniorem Ecclesiae. **1024.**

Parochus ius habet privative in casu publicandi excommunicationes solitas vel litteras significatorias tam a Papa quam ab Episcopo concessas. **1267;** atque etiam ius benedicendi campos et maledicendi animalia. **1297** *ad* 4.

Parochi manutenendi sunt in possessione exercitii iurium Parochialium contra Capitulum Cathedralis, nisi evidenter constet de immemorabili, per Capitulum probanda. **1598** *ad* 3. 4 *et* 5.

Ad Parochos privative spectant in casu speciali Expositio, Repositio et processionalis quaecumque delatio SSm̃i Sacramenti in octava Corporis Christi, in feria V in Coena Domini, in III Dominica et occasione XL Horarum, necnon occasione exercitiorum spiritualium et alterius cuiuscumque functionis. **1717** *ad* 1.

Parocho primario Civitatis Salanchiae conceditur facultas, ut possit maledicere animalia nociva et benedicere certa territoria et possessiones quae recensentur. **1499.**

Parochis non competit facultas concionatori benedicendi; nec licentia ab eis flexis genibus petenda est. **1823.**

Parochus non amittit ius ad omnes functiones quae ad eum pertinebant, antequam nova erigeretur Collegiata, excepto tantummodo sonitu campanarum in Sabbato Sancto. **1894** *ad* 6.

Parochus hortandus, non cogendus est ab Episcopo ad praebendum sacra supellectilia et alia necessaria pro sacrificio Sacerdotibus sub Parochia commorantibus, et in Ecclesia parochiali celebrare volentibus. **96** *ad* 3. **2107.**

Parochi Civitatis Capuanae, attenta consuetudine, manutenendi sunt in possessione deferendi in Processionibus stolam circa collum et incedendi sub propria Cruce, non autem sub Cruce Cathedralis. **2641.** *ad* 1. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **268.**

Quando Parochialia iura laeduntur, indultum celebrandi Missam diebus Dominicis et festivis in Oratorio publico denegatur. **2893.**

Ad Parochum pertinet cura et custodia SS. Sacramenti in Ecclesia Cathedrali, qui simul parochialis est; Capitulum vero invigilet, ut res sacrae rite expleantur. **3505** *ad* 2.

Parochus nequit resistere mandatis et ordinationi Magistri Caeremoniarum; et si celebret in Altari expositionis ibique distribuat Communionem, male agit et violat auctoritatem legitimam et regulas Ecclesiae. **3505** *ad* 3.

Si a Parocho proprio in sua Ecclesia vel in aliis Ecclesiis parochiali suae Ecclesiae adnexis celebratio Missae cantatae non peragitur, illa non spectat ad viciniorem Parochum. **2693** *ad* 1. Vide **725**; functionum sacrarum celebratio in Ecclesia independente a Parocho, licet intra ambitum suae Parochiae contenta, non spectat ad Parochum, si Cappellanus eiusdem Ecclesiae non peragit. **2693** *ad* 2. Vide **740.**

Parochi Feria V in Coena Domini, praeter ius relativum ad implementum praecepti paschalis, sibi alia iura vindicare nequeunt quoad Ecclesias exteras intra parochialem iurisdictionem exsistentes. **3608** *ad* 2.

Ad Parochi ius non pertinet benedictio navium. **1424**; nec sunt de iure mere parochiali benedictiones et distributiones candelarum, cinerum et palmarum. **2123** *ad* 5; nec benedictiones mulierum post partum, ignis, seminis, ovorum et similium. *Ibidem ad* 6; nec functiones omnes hebdomadae sanctae. *Ibidem ad* 7; nec Expositio SSmi Sacramenti XL Horarum et benedictio, quae fit super populo. *Ibidem ad* 11; nec expositio et benedictio, quae fit cum Reliquiis et sacris Imaginibus. *Ibidem ad* 12.

A Parocho vel a Capitulo Collegiatae, Ecclesiae sitae intra limites Parochiae, ab hac tamen seiunctae, in casu nullam habent dependentiam in explendis functionibus ecclesiasticis non parochialibus, exceptis functionibus expressis in Synodo. **2229** *ad* 1; hinc celebratio Missae cantatae in diebus Sabbati, festivis aliisque infra annum, pertinet ad Cappellanos. *Ibidem ad* 2; a quibus etiam aspersorium porrigendum est Episcopo ad dictas Ecclesias accedenti. *Ibidem ad* 3; Parochus tamen vel alius de Capitulo potest in casu retinere clavem capsulae expositae in dictis Ecclesiis pro eleemosynis. *Ibidem ad* 4.

Ad Parochum proprium spectant et pertinent functiones omnes ecclesiasticae in propria Ecclesia, non obstante quacumque contraria consuetudine. **740.** Hoc decretum servandum est etiam in Processionibus, praecipue in illis, ad quas intervenire solet totus Clerus, ingrediendo omnes et singulas Ecclesias eiusdem loci; videlicet ad Parochum propriae Ecclesiae spectat canere Antiphonas et Orationem Sancti suae Ecclesiae, non autem ad Archipresbyterum etiam pluviali indutum. **1524.**

A Parocho proprio publicatio matrimoniorum et Ordinandorum fieri debet, non autem a Vicario foraneo. **780.**

Parochi vel Sacerdotes matrimonio privatim assistere nequeunt tempore clauso sine Episcopi venia. **3380** *ad* 2.

Parochus, invitis Confratribus, docere nequit Doctrinam christianam in Ecclesiis Confraternitatum et Oratoriis publicis vel privatis, a parochiali Ecclesia divisis et separatis. **2123** *ad* 17.

Functiones ecclesiasticae, quae non sunt *iuris parochialis,* atque solemnes per annum supplicationes in sacello publico, in casu speciali, exerceri et institui possunt de consensu tantum Episcopi. **2901.**

Parochus quoad Missam et Officium.

Parochus duarum Ecclesiarum unitarum debet celebrare festum de utroque Titulari cum Officio et Missa. **2002** *ad* 5. **2849.**

Parochus nequit duas vel plurimas Missas celebrare eadem die sub praetextu commoditatis populi. **2827**; et in festis abrogatis nequit celebrare duas Missas sub praetextu devotionis fidelium. **2841.**

Parochi solum, qui animarum curam primariam exercent, tenentur applicare Missam pro populo, etiam in festis abrogatis. **2892** *ad* 2.

Parochus potest Missam pro populo applicare, sive per se sive per alium; quin requiratur ut ea cum cantu celebretur. **2939** *ad* 4; debet vero per se celebrare, nisi sit legitime impeditus: at impedimenti casu, alteri Sacerdoti debet celebrationem committere. **2967.**

Parochus, qui duas Ecclesias Parochiales habet et diebus festivis duas Missas celebrat, eadem die, in duabus Parochiis suae curae commissis, utramque debet applicare pro populo. **2981** *ad* 4.

Parochi in Austria degentes et alibi tenentur in festis abrogatis Missam pro populo applicare. **3042** *ad* 6.

Parochus, qui aegrotans in Coena Domini nequivit celebrare Missam et Hostiam pro Missa Praesanctificatorum conservare, nequit uti Hostia alio die praeconsecrata, si melius se habeat, pro functione in Parasceve celebranda. **3219.**

Parochus pro praesidio militum atque pro militibus transeuntibus et accidentaliter in civitate manentibus nominatus, debet celebrare Titulum Ecclesiae, in qua fungitur Parochi munere, sub ritu duplici I classis cum Octava, quamvis in Diocesi fiat tantum Commemoratio de eodem; et tenetur in recitatione Horarum Canonicarum et in celebratione Missae se conformare Calendario suae Ecclesiae. **3389.**

Parochi non tenentur ad recitandum Officium Titularis Ecclesiarum filiarum ritu duplicis I classis cum Octava; etiamsi ibidem per se vel per alium Missam celebrent et

in nonnullis alia Sacramenta praeter Baptismum administrent. **3431** *ad* 7 *p.* I.

Parochus habet obligationem Missam pro populo applicandi in solemnitate festorum translata. **3890** *Dub.* I. *qu.* 2.

Parochus qui in Ecclesia filiali nunquam Officiis fungitur, quia soli Coadiutori suo ad hoc deputato id onus incumbit, non tenetur celebrare Titulum Ecclesiae filialis cum Octava et in Suffragiis per annum, sed tantum Titulum Ecclesiae suae Parochialis. **3952** *ad* 1.

Parochi tenentur Missam applicare pro populo in festis abrogatis; et celebrare Missam Parochialem cum cantu in casu speciali. **2592** *ad* 4. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **187.** - **3166** *ad* 1 *et* 2.

Parochorum et Beneficiatorum Parochiarum Civitatis Conchensis coetui licet continuare in recitatione Officiorum de Sanctis etiam alienigenis, quorum Corpora seu notabiles Reliquiae in Cathedrali asservantur. **2501.**

Parochus non tenetur ad Octavam Titularis alicuius Cappellae, in qua hic et nunc Missa celebratur. **2939** *ad* 2.

Ad Parochum, invitato ac assistente Capitulo ad suam Ecclesiam occasione festivitatis, spectat cantare Missam. **2112** *ad* 6.

Parochus ad Missam applicandam pro populo non tenetur in festo Titularis, quod non est de praecepto; quando in festo Contitularis applicatio pro populo fit. **3645** *ad* 1.

Parochi omnes ad applicationem Missae pro populo tenentur in festo principalioris Patroni, tum Status tum uniuscuiusque loci; et utriusque festum de praecepto servandum est. **2576.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **158.**

Vide **Missae applicatio.**

Parochus quoad praecedentiam.

Parocho Ecclesiae Matricis, etiamsi sit regularis et amovibilis, debetur praecedentia super alios loci Parochos in Processionibus. **581.**

Parochus in propria Ecclesia praecedit Dignitati Cathedralis; et maxime, quando ista accedit ut privata persona. **723.**

Parochus domicilii in associando cadavere praecedit alteri, intra cuius Parochiae fines aliquis est improvisa morte defunctus. **763.**

Parocho Plebano non competit praecedentia super Canonicos Collegiatae. **887** *ad* 3.

Parochi procedere debent post Canonicos et Beneficiatos, qui faciunt unum corpus: non autem post mercenarios Cappellanos aut Clericos, quando sub Cruce Capituli ipsi Parochi procedunt. **1264** *ad* 3.

Parochus graeci ritus praecedentiam suae Ecclesiae debitam obtinet etiam supra Parochos ritus latini. **850.**

Parochus intuitu pluvialis non habet locum inter Canonicos Collegiatae, nec potest incedere sub Cruce Capituli, nisi sit de gremio. **1266** *ad* 2.

Parochi in propriae Parochiae districtu possunt deferre stolam; et ibi praecedunt omnibus aliis. **1356** *ad* 1.

Parochus Collegiatae ratione stolae debet praecedere Canonicis eiusdem Collegiatae, etiam in funeralibus. **1371.** (Vide *Decret. gener.* **3854** *ad* III, quo declaratur, digniori Capituli incedendum esse cum stola et pluviali, si Capitulum Collegiatae post Parochum incedat).

Parochi simul convenientes ad celebranda funera etc. praecedentiam obtinent supra alios simplices Sacerdotes. **1643** *ad* 1; item, dum simul conveniunt pro aliqua celebranda festivitate. *Ibidem ad* 2.

Parochis licet deferre stolam in casu in functionibus non parochialibus et praecipue in Processionibus et Choro. **1797** *ad* 1; et in his actibus competit praecedentia Parochis ante Beneficiatos Cathedralis, (si non adsint Canonici). *Ibidem ad* 2.

Parochus, ubi mos viget praecedendi iuxta antianitatem, si transit de una ad alteram Parochiam, non amittit ius suum. **2075.**

Parochis non debetur praecedentia in associando funere supra Mansionarios, qui intersint cum Capitulo. **2357.**

Parochorum Collegiatarum Urbis praecedentia decernitur. **2655.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **291.**

Parochus Canonicus Metropolitanae Ravennatensis in conventu Parochorum nullam praecedentiam habet supra Collegas; ideoque sedere debet in loco ex possessione sibi congruenti, et induere vestes, quae sunt propriae eiusdem conventus Parochorum. **2950.**

Parocho tantum Ecclesiae S. Nazarii Civitatis Brixien., non vero eius Substituto, ius praecedendi competit supra ceteros Parochos eiusdem Urbis. **2997** *ad* 2; et ille cogi potest ad parendum Episcopo, imo etiam puniri. *Ibidem ad* 5.

Inter Parochos saeculares et regulares Civitatis Aretii quoad praecedentiam servanda est consuetudo favore Parochorum saecularium. **3194.**

Parochis Vicariatus foranei Intrae Dioecesis Novariensis competit praecedentia ante Canonicos Curatos; quoties intersint Con-

Parochus quoad Processiones.

Parochus quoad Regulares.

da absque Capitulo, nequit easdem ingredi cum stola et superpelliceo. **2206** *ad* 7.

Parochi tenentur associare cadavera tumulanda usque ad ianuam Ecclesiae Regularium, non autem usque ad Crucem. **2470** *ad* 1; licet haeredibus Defuncti asportare cadavera e propriis domibus ad Ecclesiam Parochialem per modum depositi, antequam deferantur ad Ecclesiam Regularium, petita, quamvis non obtenta, licentia Parochi; cui debentur intortitia tantum, quibus cadaver expositum fuit, dummodo aliquas preces expleverit. *Ibidem ad* 3 *et* 4.

Sine Parochi licentia Regularibus non licet cadavera e domibus Defunctorum extrahere. **924** *ad* 8. **1042** *ad* 2. **1503**.

Parochus Regularis.

Parochi Regulares nequeunt impediri a delatione stolae, transeuntes in Processiones per limites aliarum Parochiarum saecularium, cum Parochi etiam saeculares deferant stolam per limites Parochiarum Regularium. **450** *ad* 1; possunt incedere cum aliis Parochis saecularibus, non autem sub Cruce propriae Religionis. *Ibidem ad* 2; et Officium facere circa cadavera in domibus decedentium sub ipsorum respective Parochiis. *Ibidem ad* 3.

Parocho Ecclesiae Matricis, etiamsi sit Regularis et amovibilis, debetur praecedentia super alios loci Parochos in Processionibus. **581**.

Parochus Regularis conveniens in Processionibus aliisque publicis functionibus cum aliis Parochis, si incedant bini, incedere debet ad sinistrum latus Plebani; si vero tres tantum intersint Parochi, tunc omnes incedant eodem ordine et linea, dummodo Parochus Regularis occupet ultimum locum. **2428** *ad* 1; et hic potest stolam deferre, quatenus deferatur ab omnibus aliis Parochis. *Ibidem ad* 2; in generalibus supplicationibus publicisque functionibus ecclesiasticis, deficientibus Parochis saecularibus ac Praeposito, eidem Parocho Regulari competit ius peragendi functiones, non vero Vice-Curato aut Substituto Praepositi. *Ibidem ad* 3.

Parochus Regularis Congregationis Olivetanae Asculi nequit deferre in ecclesiasticis aliisque functionibus suae Parochiae super cotta signum nuncupatum *Cappuccio*. **2512**.

Parochus Ecclesiae S. Antonii Abbatis Civitatis Mathelicen., qui simul est Monachus Congregationis Silvestrinorum, tenetur accedere ad publicas Processiones, quae fiunt a Capitulo eiusdem Civitatis. **2999**.

Regularis, ubi adest vel comparet tamquam *Curatus*, est omnino praeferendus simplicibus Sacerdotibus, et tractandus uti Curatus. **400**.

Parochi Regulares in Philippinis debent recitare Officium iuxta Calendarium sui Ordinis. **3772** *ad* 1; et Officia Titularium Ecclesiarum, quibus praesunt. *Ibidem ad* 2; atque eadem celebrare sub ritu duplici I classis cum Octava. *Ibidem ad* 3; et festum S. Rosae Virg. Limanae, uti Patronae Philippinarum, sub ritu duplici I classis. *Ibidem ad* 4; ac festum S. Petri de Alcantara sub ritu duplici II classis. *Ibidem ad* 5.

Parochus Religiosus quando solus cum populo assistit Processionibus, non sunt recitandae Litaniae Sanctorum propriae Ordinis in festo S. Marci et in Rogationibus, sed communes Ecclesiae. **3133** *ad* 1; et per has Parochus satisfacit suae obligationi. *Ibidem ad* 2.

Parrucca; vide Coma fictitia.

Participantes *Ecclesiae Cathedralis Melphitanae,* aucti honorificis Insignibus, non solvuntur ab illis oneribus, ad quae prius tenebantur. **2625**. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **229** *et sequ.*

Particulae Hostiarum; vide Hostia.

Parvuli.

Parvulorum corpora tumulanda sunt vel in sepulcro maiorum, vel ubi parentes elegerunt sepulturam. **717**; item in quacumque Regularium Ecclesia ad parentum beneplacitum. **383**.

In Parvulorum exequiis, si contingant in ultimo triduo maioris Hebdomadae, potest omitti *Gloria Patri* in fine Psalmorum. **1589** *ad* 4.

In Parvulorum exequiis in civitate Parisiensi ordo invectus servari potest; sed Missa votiva de Ss. Angelis legatur vel cantetur diebus tantum a Rubricis permissis. **3481** *ad* 2. **3510**.

In Parvulorum defunctorum funeribus fieri nequit Officium de adultis cum Missa votiva de Angelis et unica Oratione, in duplicibus et Dominicis. **1588** *ad* 5.

Pro Parvulis sepeliendis coemeterium debet esse separatum in Ecclesiis Regularium. **383**.

Parvulos baptizandi per Canonicos consuetudo ad instantiam parentum, de licentia Episcopi, non est improbanda, salvis iuribus et emolumentis Archipresbyteri. **213**.

Parvulorum cadavera ante septennium non possunt asportare Patres Dominicani Ci-

vitatis Andrien. ad sepeliendum in eorum Ecclesia, sine licentia Parochi; salvo tamen iure probandi immemorabilem. **2206** *ad* 8.

Parvulis domi baptismus administrari nequit; sed Episcopus omnino curet, ut abusus qui hac in re irrepserint, removeantur, et infantes deferantur ad Ecclesiam iuxta praescriptionem et communem praxim. **3418** *ad* 1 *et* 2.

Pascha.

Infra Paschae Octavam Antiphona *Haec dies* ab Hebdomadario intonanda est. **2956** *ad* 4.

Pascha duo dies immediate sequentes festis solemnioribus adnumerandi sunt. **2507**.

In Paschatis die Canonicis non licet recitare Vesperas ante prandium, ratione lautioris prandii; et hic abusus est penitus eliminandus. **3108** *ad* 12.

In Paschatis Dominicis Praefatio de tempore dici debet, non autem de SS. Trinitate. **2515** *ad* 6.

In Paschatis die consuetudo in Ecclesia Collegiata S. Vincentii Civitatis Camerinen. Vesperas solemnes celebrandi continuari potest; sed non est prohibendum Canonicis et Capitulo Cathedralis, quominus prius Vesperas in eorum Ecclesia cantent. **247** *ad* 3, Vide **Alleluia.**

Passio D. N. I. C.

Passionem Celebrans coram Episcopo in Missa solemni in Dominica Palmarum legere debet in cornu Epistolae, Evangelium vero in cornu Evangelii. **544** *ad* 3.

Passio D. N. I. C. in Missis privatis semper legenda est in cornu Evangelii. **877** *ad* 2. **1275** *ad* 1.

Passionem Domini canere in Dominica Palmarum Parochi tenentur et obligati sunt. **1326**.

Passio D. N. I. C. cantanda est a Sacerdotibus seu Diaconis indutis vestibus a Rubrica praescriptis; non autem a Subdiaconis, laicis et quandoque uxoratis. **1588** *ad* 8.

Passionis partem ad turbam spectantem canere Monialibus non licet; quod ab Episcopo sub poena suspensionis prohibendum est. **2169** *ad* 4.

Passionem Domini recitandi singulis diebus a festo Resurrectionis usque ad festum S. Lucae post Missam Conventualem onus ex Legato pio, cuius fundatio ignoratur, reformatur; et modus in posterum servandus praescribitur. **2603**. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **196.**

Quod Passio Domini in Dominica Palmarum et Feria VI in Parasceve decantetur a Canonicis, consuetudo servanda statuitur; non obstante Caeremoniali, in quo disponitur eamdem esse decantandam a Cantoribus. **299.**

Ad Passionis cantum Episcopus assistens paratus vel cum cappa Missae Palmarum non debet sedere, neque genuflectere, sed stare; et in casu impotentiae, abstinere ab interventu Missae. **2184** *ad* 2.

Passionis D. N. I. C. partem ob defectum Ministrorum Celebrans cantare debet in cornu Evangelii, **2740** *ad* 2; **3804** *Dub.* III *qu.* 4; legenda est Passio in cornu Epistolae in Missa solemni tantum. **2740** *ad* 3.

Passionem in Dominica Palmarum Episcopus Missae assistens legere nequit; et servari debet Caeremoniale Episcoporum, **3059** *ad* III.

Passionis textus Evangelicus cantari nequit ab Organista; etiamsi is sit Clericus minorista vel Subdiaconus. **3110** *Dub.* X.

Passio in Missa solemni Dominicae Palmarum extinctis candelis cani nequit. **3583** *ad* 4; necnon a Cantoribus cum pileolo. **2079** *ad* 1.

In Passionis D. N. I. C. cantu admitti possunt tria plutea sive legiva et totidem libri. **3804** *Dub.* III *qu.* 1; cantores vero non habeant faciem conversam ad Celebrantem, nec unus sit in ambone et alii in separato Altari. *Ibidem qu.* 2 *et* 3.

In Passionis D. N. I. C. cantu in Hebdomada maiori adhiberi nequit stola latior super stola, vulgo *Stolone*. **3949** *Dub.* VI.

Passionis D. N. I. C. Evangelia contra iussum Episcopi post Missam privatam recitantes, Regulares ab Episcopo compelli possunt ad obedientiam, etiam auctoritate S. R. C. **963.**

Passionem legere licet Celebranti Missam cantatam sine Ministris usque ad *Munda cor meum,* et alteram partem, quae sequitur, canere in tono Evangelii: si aliter fieri nequeat. **4031** *ad* 2; non vero potest ipsemet exsequi in Passione partem Christi, et laici partes Chronistae et Synagogae. *Ibidem ad* 3.

In Passionis cantu permittitur, ut Diaconus, qui repraesentat Synagogam, eas tantum sententias cantet, quae ab uno proferuntur, ut a Petro, Caipha, Pilato etc.; sententiae vero turbae cantentur a schola, ordinarie ex laicis conflata. **4044** *ad* 2.

Passionis Domini Officia et Missa.

Passionis Officia possunt transferri, sed intra Quadragesimam tantum. **2837** *ad* 6.

In Passionis Officio votivo, quod concessum erat ante Decretum Urbis et Orbis diei 5 Iulii 1883 num. **3581**, tempore Paschali addendum est *Alleluia;* et adhibendus color rubeus toto anni tempore. **3597** *Dub.* II.

Passionis Officium votivum si in Vesperis concurrat cum Officio SS̃mi Sacramenti, fit totum de SS. Sacramento et nihil de Passione. **3597** *Dub.* IV *qu.* 2. **3604** *ad* 2.

Passionis Officium votivum fieri nequit Feria VI post Octavam Ascensionis Domini. **3675** *ad* 1.

In Passionis Officio votivo tempore Paschali dici nequit Commemoratio de Cruce. **3675** *ad* 3.

Passionis tempore conclusio Hymnorum non est varianda. **1222.**

In Passionis die octava Oratio non est concludenda verbis: *in unitate eiusdem Spiritus Sancti.* **2682** *ad* 45.

De Passionis tempore Missam celebrans Episcopus debet assumere manipulum ante ℣ *Deus tu conversus.* **3575** *ad* 3.

In Passionis Domini festis si Missa fiat coram SS̃mo Sacramento exposito, Commemoratio eiusdem SS̃mi Sacramenti omittenda est. **3924** *Dub.* IV.

Passionis Domini Officia in Quadragesima celebranda, quando occurrunt cum festo altioris ritus vel festo primario aequalis ritus, transferenda sunt, si adsit indultum; non tamen ultra Quadragesimam. **2902** *ad* 2 *et* 4; neque, in casu, possunt anticipari. *Ibidem ad* 5.

In Passionis Dominicae Officiorum (in feriis VI Quadragesimae occurrentium) Vesperis nequit fieri Commemoratio praecedentis Officii votivi de SS̃mo Sacramento. **3612** *ad* 2.

Passionis tempore et infra Octavas Paschatis et Pentecostes, in Missis Oratio tertia est omittenda, si in iis dicenda sit secunda de Simplici occurrente. **1884. 2325.**

In Passionis Missa votiva, quae feriis VI per annum alicubi celebrari solet, colore utendum est violaceo, iuxta Rubricas, nec pulsanda sunt Organa. **3922** § IV *n.* 2. *Decret. gener.*

Patena.

Patenae suppositio per Sacerdotem cotta indutum in Communione generali, quae per Dignitates agitur, retinenda est. **1210.**

Patena in extremitate seu ora eiusdem congruentius est osculanda. **1711** *ad* 5.

Patena in secunda et tertia Missa cantata in die Nativitatis Domini a Subdiacono de more sustinenda est. **2956** *ad* 6.

Cum Patena, sive consecrata sive non consecrata, non est danda Pax. **416.**

Patenam sustinens Subdiaconus in Missa solemni, quae celebratur in Altari, in quo expositum est SS̃mum Sacramentum, non debet genuflectere, dum Celebrans genuflexus post Offertorium illud thurificat. **2474.**

Patenam deferre seu porrigere, quoties Episcopus solemniter Eucharistiam fidelibus distribuit, nequeunt Canonici Cathedralis induti cappa magna et stola. **3779** *ad* 9.

Pro Patena sustinenda Canonicus Subdiaconus velum humerale adhibere debet. **3333** *Dub.* I *qu.* 3.

Patena a Subdiacono et Pyxis a Diacono sustineri nequit Communionem administranti Celebranti in Missa solemni **1572** *ad* 2.

Vide **Calix.**

Pater Noster.

Pater et *Credo* recitare possunt Patrini in Baptismo lingua vernacula, dum Parochus ea recitat latino sermone. **3535** *ad* 10.

Pater noster dicto post tres genuflexiones in Baptismi collatione adultarum, Sacerdos in absentia Patrini debet dicere matrinae: *Signa eam.* **3670** *ad* 1.

Pater noster cantari debet in Missa solemni vel cantata, iuxta praescriptum Caeremonialis. **2424** *ad* 2.

Pater noster cantus omitti nequit in Missa solemni vel cantata, etiam diebus, quibus habetur concio. **3104** *ad* 1.

Pater noster cantari debet in tono feriali, si Expositio SS̃mi Sacramenti ratione Orationis XL Horarum feria IV Cinerum occurrat. **3574** *Dub.* V *qu.* 5.

Ad Pater noster cantum in Missis cantatis Organa pulsari nequeunt. **4009.**

Patriae et Cognomina Sanctorum non exprimantur in Orationibus aliisque actibus in divino Officio occurrentibus. **583**; et sicubi adsint, expungantur. **2319.** *Reliq. Dub. ad* 2.

Patriarcha.

Pro Patriarcha Venetiarum vel eius Suffraganeo, quoad Benedictiones solemniores annuente Nuntio Apostolico impertiendas, datur mandatum. **7.**

Patriarchalem Crucem seu tripartitam in Processionibus deferre non licet Canonicis Collegiatae S. Mariae Carignani. **2103.**

Patriarcha etiam praesente, Episcopo Suffraganeo debetur primum stallum in Choro. **442** *ad* 1.

Patriarchales Ecclesiae Urbis.

Patriarchalium Ecclesiarum Urbis Ministri, funus associantes cum stola ad alteram ex Patriarchalibus deferendum, praecedere debent proprio Parocho Defuncti. **445. 1338.**

Patriarchalium Urbis Canonicus (extra Urbem) munus Diaconi exercens tenetur osculari manum Celebrantis post petitam benedictionem ad Evangelium, etiamsi Celebrans non sit Canonicus nec in Dignitate constitutus. **1835**; idem decernitur quoad porrigendum cochlear, patenam, calicem etc. in Cathedralibus. **2578** *ad* 5. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **161.**

Patriarchalium Urbis Magistri Caeremoniarum, quoad usum vestis violaceae, stricte servare debent formam privilegii. **2621** *ad* 12.

Patriarchalium Ecclesiarum Urbis et Collegiatarum Ministri, Officiales et Magistri Caeremoniarum non audeant vel praesumant caeremonias ordinarias mutare vel novas ordinare diverso ac vario modo ab eo, qui in Rubricis Missalis et Breviarii Romani ac Caeremonialis Episcoporum praescribitur, et ab usu et consuetudine universali et communi aliarum similium Ecclesiarum, sine expressa licentia S. R. C. sub poenis contra facientibus arbitrio eiusdem S. C. imponendis et exequendis. **297.**

Ex tribus Patriarchalibus Urbis Ecclesiis aliquam ingredienti SSmo Domino Nostro aspersorium cum aqua benedicta non a Gubernatore eiusdem Urbis, qui nullam habet regulariter iurisdictionem spiritualem, sed a Vicario eius Ecclesiae, aut, eo absente, ab antiquiori digniorique Canonico tamquam Capituli capite praebeatur. **75.**

In Patriarchalibus Ecclesiis Urbis et aliis Cathedralibus extra Urbem Protonotarii Apostolici de numero participantium manutenendi sunt in quasi possessione praecedendi Canonicos. **311.**

Patrinus.

Patrini in Baptismo recitare possunt *Pater* et *Credo* lingua vernacula, dum Parochus ea recitat latino sermone. **3535** *ad* 10.

Patrinus in Confirmationis Sacramento sufficit ut ponat manum suam dexteram super humerum dexterum Confirmandi, etsi adulti. **2404** *ad* 6.

Patrini officium in Confirmationis Sacramento per Procuratorem gerere debet Episcopus, quando Ipse confirmans est simul Patrinus. **3305** *ad* 3.

Patrini si desint in Missionum regionibus pro solemni Baptismo vel Confirmatione, et tantummodo Moniales (Sorores Charitatis) praesto sint, adhiberi debent Moniales uti Matrinae in utroque Sacramento pro feminis. **3670** *ad* 2.

Patrino absente, in Baptismi collatione adultarum Sacerdos, post tres genuflexiones et dicto *Pater noster,* matrinae dicere debet: *Signa eam.* **3670** *ad* 1.

Patrocinium B. Mariae V.

Patrocinium B. M. V. si transferatur et concurrat in Vesperis cum Festo Expectationis Partus, totum fit de praecedenti et nihil de sequenti. **2514** *ad* 2.

Patrocinii B. M. V. Festum, si occurrat in aliqua die octava eadem Dominica celebranda, transferendum est in primam diem non impeditam, iuxta Rubricas, (ubi exstat Indultum hoc festum transferendi). **2540** *ad* 3.

Patrocinium B. M. V. si contingat transferri ad Adventum, nihil in Officio et Missa mutandum est nisi Antiphona IX ad Matutinum et ℣. Gradualis in Missa. **2587** *ad* 6. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **180**; in Antiphona autem ad Magnificat et in Responsorio VII huius festi dicendum est: *Tuum sanctum Patrocinium. Ibidem.*

Patrocinii B. M. V. festum, si impediatur Octava OO. Sanctorum vel alio Festo altioris ritus, sine speciali indulto transferri nequit, sed omittendum est. **3792** *ad* 14.

Patrocinium S. Ioseph.

Patrocinium S. Ioseph si transferatur extra tempus Paschale, Antiphonae sumendae sunt ex Officio diei Festi, quod celebratur die 19 Martii. **2540** *ad* 2.

Patrocinii S. Ioseph festum transferri non debet occurrente die Octava alicuius Sancti, nisi haec speciale habeat privilegium; occurrente vero alio Officio maioris ritus et dignitatis, (aut festo primario eiusdem ritus) transferri debet ad diem primam liberam. **3201** *ad* 1. (Decretum ibi citatum d. d. 10 Sept. 1847 a Nova Collectione expunctum est).

In Patrocinii S. Ioseph festo, etiam in casu translationis extra Dominicam, dicendum est Symbolum; in Missali vero sufficit ut post Evangelium Missae ponatur verbum: *Credo.* **3249** *ad* 1. **3252.** *Decr. gener.*

Patrocinium S. Ioseph ubi habet octavam, Lectiones infra octavam sumi possunt ex Supplemento Octavarii Romani, etiam absque Indulto. **3624** *ad* 4.

Patrocinii S. Ioseph festum sub ritu duplici II classis recolendum, si occurrat cum

die octava Dedicationis Ecclesiae, celebrari debet; et dies octava ad ritum simplicem redigenda est. **3993** *ad* 3.

Patronus (in genere),

Patronus principalior tantum gaudet Officio et Missa sub ritu duplici I classis cum Octava. **669.**

Patroni principalis festum solemnibus adnumerandum est, in quibus Pontificalia celebrantur. **1479.**

Patroni principalis electi festum ex devotione, non autem de praecepto, servari potest. **1993.**

Patroni principalis nomine, de quo Officium fieri debet a Regularibus, non venit Patronus Parochiae. **2148** *ad* 3. **2822** *Dub.* II *qu.* 3.

Patronus praecipuus unicus colendus est sub utroque praecepto. **2707.**

Uti Patronus principalis aliquis Sanctus, qui revera talis non est, in Calendario enuntiari nequit; et Episcopus id tolerare non debet. **2638** *ad* 3. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **264.**

Patroni principalis Vigilia rigorose non est de praecepto. **2638** *ad* 4. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **265.**

Patroni festo occurrente cum festo alterius Sancti eiusdem ritus cum magna pompa et apparatu celebrando, praecedentia omnino competit praecipuo Patrono. **2844.**

In Patroni principalis festo Officium Defunctorum recitari nequit praesente cadavere. **3788** *ad* 2.

Patronus aut Sanctus, cuius insignis Reliquia habetur, quando describitur in Calendario cum aliis Sociis, quum tamen nulla inter eos necessaria consanguinitatis aut affinitatis intercesserit ratio, non est dicendum Officium de omnibus in communi; sed separatio de Patrono vel de Sancto, cuius Reliquia servatur, facienda est. **4037** *ad* 3.

Patronus Civitatis vel loci et Dioecesis.

Patronus principalis Civitatis a Clero saeculari celebrandus est cum Octava; a Regularibus vero sine Octava. In Dioecesi autem, ubi non adsit proprius loci Patronus, similiter cum Octava; at ubi fit festum peculiaris Patroni, nihil de Patrono Civitatis, vel certe, attenta consuetudine, sub ritu duplici maiori tantum. **1095.**

De Patrono Regni fieri debet in omnibus Regni locis cum octava. **1254.**

Patroni principalis Dioecesis festum a Regularibus celebrandum est ritu duplici I classis, sed sine Octava. **2319** *Alia Dubia ad* 1. **2633** *ad* 3.

Ad Patroni principalis Civitatis festum de praecepto servandum Episcopus cogere nequit Communitatem et populum, qui habet proprium principalem Patronum. **2277.**

Patroni principalis loci festum celebrandum est ab incolis et in Oppidi suburbiis; et de eo fieri debet Officium sub ritu duplici I classis cum Octava ab omnibus de Clero saeculari. Secus vero, si Patronus sit solius Parochialis Ecclesiae; nam hoc casu non erit festum de praecepto servandum, et Officium sub ritu duplici I classis recitandum erit tantum a Sacerdotibus servitio Parochiae addictis. **2369.**

Patroni principalis Dioeceseos festum Civitates et loca, in quibus proprius non est principalis Patronus, pari solemnitate servare tenentur. **2591** *ad* 12. **3028** *ad* 1 *et* 2.

Ad Patronum principalem Dioeceseos celebrandum Parochiarum incolae, qui ab una Dioecesi avulsi alteri accesserunt, ab Episcopo cogi possunt; dummodo in locis Dioeceseos nullus reperiatur legitimus Patronus principalis. **2638** *ad* 1 *et* 2. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **264.**

In Patroni principalis Dioeceseos festo non tenentur audire Sacrum et abstinere a servilibus, qui in proprio loco habent particularem Patronum. **2682** *ad* 38.

Patroni principalis universae Dioeceseos et Patroni peculiaris Civitatis festa servanda sunt sub utroque praecepto. **2758** *ad* 2. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **369.**

Patroni Civitatis vel Oppidi festum, si destituatur titulo a S. Sede impetrato, non est servandum sub praecepto. **3028** *ad* 3.

Patronus praecipuus Dioecesis, cui aliquae Parochiae unitae sunt, ab iisdem celebrari debet; eisdemque obligatio recolendi festa Patronorum Dioecesis, a qua disiunctae fuerunt, cessavit. **3100.**

Patroni generales Dioeceseos in iurisdictionibus antea exemptis, postea aggregatis, celebrari debent; non autem Patroni, qui prius et hucusque celebrati sunt, exceptis Patronis uniuscuiusque Loci propriis. **3353.**

Patronum praecipuum Civitatis Mothucae S. Georgium Martyrem declaravit S. R. C., non vero S. Cataldum. **3447.** *ad* 2.

Patronorum loci festa abrogata in Hispania celebranda sunt sub ritu duplici I classis cum Octava, uti prius. **3793.**

Quoad Patronum Dioecesis standum est Calendario rite approbato; quoad recolendum festum sub utroque praecepto servanda est consuetudo. **3825** *ad* 1; quoad festa Patroni cuiusque Regni et uniuscuius-

que Civitatis, Oppidi vel loci in Hispania, nihil innovandum. *Ibidem ad* 2 *et* 3.

Patroni praecipui loci vel Dioecesis festum, si particularis non habeatur, celebrandum est ab omnibus et singulis de Clero ad Horas Canonicas obligatis, qui eodem in loco degunt, sub ritu duplici I classis: a clero saeculari cum Octava, a regulari vero sine Octava. Quod si plures habeantur in loco Patroni aeque principales, ad singula eorum festa, praefato celebranda ritu, omnes ut supra similiter tenentur; si vero de eodem Patrono plura sint festa in loco instituta, unum tantum solemnius, i. e. natalitium, dicti Regulares recolent, nisi sub utroque praecepto sint observanda; tunc enim ad illa ipsimet Regulares adiguntur. **3863** *ad* 1.

In Patroni loci festo non prohibetur Missa exequialis, sed tantum in Dominica solemnitatis translatae. **4003** *qu.* I *ad* 1.

De Patronis principalibus Festum de praecepto fieri debet tam loci quam Status, cui locus subest; et Parochi in utroque tenentur ad applicationem Missae pro populo. **2576**. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **158.** Civitatis vero vel loci unius dumtaxat principalis Patroni cum solemnitate colendum est Festum; et propterea in utriusque Siciliae Regnis, iuxta Apostolicum Indultum, ad Dominicam proximam transferendum. **2596**; si vero in hac Dominica aliud Festum occurrat, quod locum cedat, transferendum istud est iuxta Rubricas, vel simplificandum, si locus desit pro repositione. *Ibidem.*

Patronus principalis alicuius terrae de una ad alteram Dioecesim translatae, retineri debet cum omnibus privilegiis, praerogativis etc. **2633** *ad* 1; et Parochi etiam rurales tenentur ad Missae applicationem, et ad annuntiandum populo duplex festivum praeceptum. *Ibidem ad* 2; neque incolae eiusdem terrae et suburbiorum tenentur ad servandum Festum Civitatis et Dioecesis, cui modo subiiciuntur. *Ibidem ad* 4. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **249** *et seq.*

Pro Patrono praecipuo loci intelligendus est Patronus Civitatis aut oppidi etc. vel etiam, in illius tantum defectu, Patronus Dioecesis; quorum nempe alteruter, legitime electus iuxta Constitutionem Urbani VIII vel ab immemorabili assumptus, in singulis locis celebrandus est sub ritu duplici primae classis cum octava et praecepto in foro. **3754** *ad* 1.

Patronus Ecclesiae et Cappellae publicae.

De Patrono utroque duarum Ecclesiarum unitarum festum Parochus debet celebrare cum Officio et Missa. **2002** *ad* 5; item Parochus, qui praeter parochialem, aliam Ecclesiam gubernare debet. **2849.**

In Patroni principalis Ecclesiae festo Missa solemnis, ob occurrentem diem ieiunii et abstinentiae, transferri et tamquam Missa votiva solemnis cum *Gloria* et *Credo* celebrari nequit. **3044** *ad* 3.

Patronus sive Titularis Ecclesiae is dicitur, sub cuius nomine seu titulo Ecclesia fundata est, et a quo appellatur. **3048.**

Patronus Ecclesiae ex eo, quod eius festum de praecepto cum feriatione populi post Bullam Urbani VIII a. 1630 celebrandum fuit, habendus est uti verus Patronus loci; ideoque ad eum pertinent quaecumque circa Patronos in ecclesiasticis Constitutionibus et Pontificiis Decretis praecipiuntur. **3235** *ad* 1.

« *Patroni catholicae Ecclesiae* » verba in festo natali S. Ioseph nec in Missali nec in Breviario vel Calendario addenda sunt; sed tantum in Ordine divini Officii recitandi Sacrique peragendi, qui in usum Cleri singulis annis conficitur. **3249** *ad* 2.

Patroni festum Ecclesiarum tam consecratarum quam non consecratarum in Statibus Foederatis Americae Septentrionalis celebrandum est uti festum duplex I classis cum Octava; tum quoad Missam, si in iis Ecclesiis commode celebrari valeat; tum quoad Officium, si qui Clerici ad Horas canonicas obligati vel, saltem ex ipsis unus, iisdem Ecclesiis sint adscripti. **3278.**

Patroni festum Cappellae publicae consecratae Seminario adnexae celebrari debet ritu duplici I classis cum Octava et *Credo* in Missa; et eius commemoratio fieri debet inter Suffragia. **3279** *ad* 1; et Professores et Seminaristae tenentur ad eiusdem Officium et commemorationem inter Suffragià faciendam. **2939** *ad* 3 *et* 5. **3279** *ad* 2.

Patronus quoad electionem.

In Patronos locorum eligi possunt ii solum, qui ab Ecclesia universali titulo Sanctorum coluntur, non autem Beatificati dumtaxat. **526** *ad* 1.

De Patrono Civitatis electio fieri debet a populo mediante consilio generali illius Civitatis vel loci, non autem ab Officialibus solum; et accedere debet consensus expressus Episcopi et Cleri illius Civitatis. Idem servari debet in Patrono Regni, qui pariter eligi debet a populo singularum Civitatum Provinciae, non autem a repraesentantibus Regnum, nisi ad hoc habeant speciale mandatum; et pariter cum consensu Episcopi et Cleri dictarum Civitatum. **526** *ad* 2.

Patronorum novorum electionis causa

debet in S. R. C. deduci et examinari; ac demum electio, causa ipsa cognita, ab eadem S. C. approbari et confirmari. **526** *ad* 3.

Patronus semel legitime electus nequit in alium commutari. **1061.**

Patronus principalis electus si Sanctus sit, cuius festum celebratur in universa Ecclesia cum Sociis, fieri debet tantum de eo sub ritu duplici I classis cum Octava; Officium vero Sociorum transferendum est ad primam diem non impeditam. **1295** *ad* 1. 2 *et* 3. Vide **4037** *ad* 3.

In Patronas Sacrae Coronae Spinae eligi nequeunt; et ipsarum electio facta declaratur a S. R. C. irrita. **1678.**

Circa Patronorum legitimae electionis defectum, quippe quorum nomina non inveniuntur in Martyrologio, ad cautelam Summus Pontifex sanavit. **3400** *Dub.* VI.

Patrona principalis si eligatur B. M. V. et electio approbetur a S. R. C., non intelligitur approbata specialis aliqua denominatio. Ideo, data occasione, eadem S. R. C. electionem confirmavit, sed simul adiecit clausulam delendi titulum ac determinationem *della Montagna delle grazie.* **2480.**

Ut Patroni festum, qui non fuit electus servatis servandis, observetur de praecepto, Episcopus praecipere nequit; ac proinde praeceptum tale non obligat. **714.**

Patronus minus principalis.

In Patronorum minus principalium festis Symbolum non dicitur, sed solum in festo Patroni principalis, **1854. 2378** *ad* 9.

Patroni minus principalis festo, quod celebratur ritu duplici II classis cum Octava, concurrente cum festo alicuius Apostoli, Vesperae erunt de S. Apostolo cum Commemoratione Patroni. **3056** *ad* 1.

Patronus quoad translationem.

Patroni seu Titularis festum quando occurrit cum festo Dedicationis, erit transferendum in diem sequentem non impeditam. **598.**

Patronorum principalium Festorum translatio ad Dominicam proxime sequentem, iuxta formam Indulti, intelligenda est tam relate ad electos quam ad eligendos. **2591** *ad* 1. Patronorum principalium Festa perpetuo translata ad Dominicam infra Octavam, mobilibus non sunt adnumeranda. *Ibidem ad* 2. Patroni principalis Festo perpetuo sic translato, censetur translata etiam Vigilia in Sabbatum praecedens. *Ibidem ad* 3; translata intelligitur etiam Octava: et regula traditur quoad Lectiones pro diebus infra Octavam; in dubiis vero est recurrendum ad Sacr. Rit. Congregationem. *Ibidem ad* 4. (Vid. etiam **2592** *ad* 2); ad eamdem Dominicam transferuntur praerogativae, indulgentiae ac privilegia omnia adnexa Festis Patronorum principalium. *Ibidem ad* 5; translationi impedimentum ponunt Dominicae 1 et 2 classis et Festa 1 classis maioris dignitatis; si dubia occurrant, recurrendum ad S. C. Rit. in casibus particularibus. *Ibidem ad* 6. (Vid. etiam num. **2592** *ad* 3). Si dies, ex qua Festum ad Dominicam perpetuo transfertur, vacua remaneat, recitandum erit in ea Officium feriale, nisi aliquod Festum prius translatum reponendum sit. *Ibidem ad* 7; alia Festa, quae a respectivis Ordinariis assignata fuerunt aliis diebus ob occurrentiam cum Patrono principali, sublato impedimento, restitui poterunt suis propriis diebus, quibus assignati fuerunt ab initio in Calendario Romano; nisi ex hoc sequatur non levis perturbatio et confusio in ordinando Calendario. *Ibidem ad* 8; translato in perpetuum Festo Patroni principalis in Dominicam, illud Sabbato praecedenti est annuntiandum in Martyrologio, itemque Feria sexta Vigilia, si haec sit adnexa. *Ibidem ad* 9; quatenus vero festum alicuius Patroni principalis nequeat transferri ad proximam Dominicam, recurrendum est ad S. R. C., quae pro casuum diversitate aliam Dominicam assignabit tamquam diem propriam. *Ibidem ad* 13. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **184** *et seq.*

Patroni festum, quod in Dominica sequenti celebrandum erit, si haec Dominica ab alio festo praepedita sit, amandetur cum Missa tantum ad aliam Dominicam non impeditam. **2951** *ad* 12.

Patroni Dioecesis solemnitas in Dominicam proxime sequentem transferri nequit in locis, ubi proprii Patroni solemnitas agitur; et usus contrarius ad arbitrium Episcopi retineri nequit. **3444. 3469** *ad* 1. **2682** *ad* 38.

In Patroni solemnitate in Dominicam sequentem translata, dicenda est in Missa, quoties Patronus non habet propriam Praefationem, Praefatio de SSma Trinitate seu de tempore. **3683.**

Patroni sive Dioecesis sive peculiaris Civitatis solemnitas transferri debet in territorio Reipublicae Gallicanae ad Dominicam insequentem. **3206.**

Patronorum festa Dioecesis Baiocen. transferendi ad Dominicas, non impeditas Festo altioris ritus vel privilegiatas, in quibus tamen permittitur Missa votiva solemnis de Festo translato, S. R. C. facultatem dedit; quatenus vero Dominica proximior sequens sit impedita, tunc Festum Patroni fieri per-

mittitur in Dominica proximiori praecedente. **2761.**

Patronorum festa cum ad Dominicam infra Octavam transferenda sint tamquam in diem propriam, simul cum Officio et Missa transferenda est etiam solemnitas quoad Forum et Chorum. **2592** *ad* 4. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **187.** Vide etiam **2593.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **187.** — **2594. 2595. 2596.**

Patroni principalioris cuiuscumque Ecclesiae solemnitas extrinseca in Dioecesi Monasteriensi in Dominica proxime sequentem est transferenda, nihil immutando quoad Officium et Missam in Choro. **3970** *ad* 1; obligatio vero applicandi Missam pro populo die proprio S. Patroni adhuc perdurat. *Ibidem ad* 2. **3890** *Dub.* I *qu.* 2.

Patroni Officium in die propria celebrandi, et transferendi solam externam solemnitatem in Dominicam sequentem usus vigens in Dioecesi Monasteriensi servandus est. **3971.**

Pauperes.

Pauperis derelicti vel conspicuae personae a Superiore dispensatae cadavera sepeliri possunt (raro et non sine iusta causa) in Ecclesiis Capuccinorum; sed in loco separato ab illo, in quo tumulantur Religiosi. **1866** *ad* 1.

In Pauperibus Ecclesiis saltem duodecim candelae continuo ardere debent in Expositione perpetua SSmi Sacramenti. **3480.**

Si ob Paupertatem Sponsi annulum non deferant, Episcopus Parochis praecipere potest, ut unum annulum secum semper teneant, qui Sponsis eo deficientibus pro benedictione nuptiali rite explenda tradatur, vel eosdem Sponsos moneant, ut illum saltem ex metallo infimi valoris sibi provideant. **3548.**

Pro Pauperibus Missa de Requie celebrari potest in Ecclesia Regularium, servatis tamen Rubricis, quamvis funeralia in Ecclesia parochiali sine Missa celebrentur. **3494** *ad* 1; ad hanc Missam invitari possunt propinqui et amici per litteras. *Ibidem ad* 2; et in dicta Ecclesia cantari potest Missa de festo vel de feria, etiamsi Missa exequialis pro Defuncto in Ecclesia parochiali non celebretur. *Ibidem ad* 3.

In Pauperum funeribus Missa de Requie legi non potest, nisi agatur de Missa in die obitus seu depositionis pro paupere defuncto. **3977.**

Pro Paupere defuncto, cuius familiae impar est solvendo expensas Missae exequialis cum cantu, haec Missa legi potest; dummodo in Dominicis aliisque festis de praecepto non omittatur Missa Officio diei currentis correspondens. **4024.**

Pauperum Procurator et Syndicus mercenarius cum salario sedentes cum proprio habitu et ultimo loco post Vice-Gubernatorem et tres Priores in habitu Senatorio, nullo modo thurificari debent. **1396** *ad* 3 *et* 4.

S. Paulus Apostolus.

S. Paulus Apostolus declaratur Patronus praecipuus totius Comitatus Flastrae Dioecesis Camerinen. **2658.**

S. Paulus Ap. ubi sit Titularis Ecclesiae, eiusdem festum celebrandum est die 30 Iunii, et strictim servanda Rubrica in Breviario apposita ante festum S. Pauli. **3114** *ad* 1.

S. Pauli Ap. Commemorationis Festum ad ritum duplicis maioris elevatur pro universa Ecclesia. **3581** *ad* 2; est tamen Festum secundarium. **3810** *Decret. gener.*

S. Pauli Ap. Commemoratio ubi est impedita, non gaudet privilegio translationis super aliis Officiis duplicis maioris antea translatis, sive primariis, sive secundariis. **3919** *ad* 12.

S. Pauli Ap. Commemoratio in illis Ecclesiis, in quibus Conversio eiusdem colitur tamquam Titulus, habet ritum solum duplicis maioris; nisi constet de speciali indulto quoad ritus elevationem. **2872** *Dub.* IV.

In S. Pauli Ap. Conversione, ubi est Titulus Ecclesiae, semper per Octavam facienda est Commemoratio S. Petri, prout in die festo. **2365** *ad* 5.

S. Pauli Ap. Conversio in Dioecesi Melitensi celebratur cum Octava privilegiata; et quando festum SSmi Nominis Iesu transferri debet ad 28 Ianuarii, de hoc festo celebrandum est, non vero de die infra Octavam. **2905** *ad* 1.

Pro S. Pauli Ap. Conversionis commemoratione, ubi hoc festum uti Titulus Ecclesiae celebratur ritu duplici I classis cum Octava, in festo Cathedrae S. Petri accidentaliter translato ex die 18 Ianuarii, infra praefatam Octavam, sumendae sunt Antiphonae ad *Magnificat* et ad *Benedictus* ex festo Conversionis S. Pauli. **3083.**

S. Pauli Commemorationis festum a die 30 Iunii non est removendum ob translationem Dedicationis Ecclesiae, quando occurrit in festo SS. Ap. Petri et Pauli. **2988** *ad* 3.

S. Pauli Commemorationis II Vesperis concurrentibus cum I Vesperis Pretios. Sanguinis, sumenda est pro commemoratione praecedentis Antiphona propria S. Pauli. **4022.**

S. Pauli Naufragii festivitati in Ecclesia Collegiata Civitatis Vallettae interessendi nullum ius habent Canonici et Dignitates Cathedralis Civitatis Notabilis Melitae, non invitati. **2358** *ad* 1 *et* 2; possunt interesse invitati ab Episcopo, dummodo Cathedralis suo non fraudetur servitio et servato iure peragendi functiones festivitatis Canonicis Collegiatae. *Ibidem ad* 3; atque tunc competunt Canonicis Cathedralis assistentia Episcopo, primae sedes et praecedentia in Processione. *Ibidem ad* 4, 5, 6 *et* 7; receptio vero Episcopi spectat ad Canonicos Collegiatae. *Ibidem ad* 6 *et* 7; omnes vero indistincte thurificandi sunt duplici ductu. *Ibidem ad* 8. Alia quoad has controversias inveniuntur in Decreto. **2537.**

Pax Domini.

Ante Pax Domini etc. in Missa, a Celebrante pars inferior Hostiae praecidi debet, non vero superior. **1275** *ad* 6.

Usque ad Pax Domini inclusive, post dictum per Celebrantem *Sanctus*, omnes in Choro in Missis feriarum Adventus etc. genuflectere debent. **3624** *Dub.* X.

Pax.

Pax danda est primum Episcopo; ideo Cappellanus, qui illam defert Praesidi et Consiliariis exspectare debet, donec illam Episcopus receperit. **214** *ad* 1. **223**; in Missa solemni danda est tam Vicario Generali, quam ceteris omnibus viris Ecclesiasticis in Choro sedentibus. **100.**

Pax et incensum dari debet Canonicis paratis ante Dignitates et Canonicos non paratos; Beneficiatis paratis post omnes Canonicos, sed ante omnes Beneficiatos non paratos. **107.**

Pax danda est Gubernatori, praesente Episcopo, post Canonicos eidem Episcopo assistentes; eo autem absente, immediate post Vicarium generalem. **215**; quod etiam valet, si Gubernator sit uxoratus. **239.**

Pacem dandi ordo in Missa pontificali Diacono et Subdiacono, qui sacram Communionem e manibus Episcopi non sumpserunt, statuitur. **248** *ad* 11.

Pax danda Domino loci ex antiqua consuetudine per Subdiaconum Epistolae non improbatur: dummodo pax non cum osculo, sed cum instrumento ministretur. **269**; alias autem, Pax danda est Domino loci ab aliquo ministro cotta induto cum instrumento, postquam fuerit in Choro distributa. **323.**

Pacem praebens Presbyter assistens saecularibus debet ipse, non Episcopus, osculari instrumentum. **544** *ad* 2.

Pacis osculum non est dandum Episcopo Missam privatam audienti. **791** *ad* 1.

Pax non est danda cum patena, sive consecrata sive non consecrata. **416.**

Pacem dandi ordo praescribitur. **133. 1370**; et quo loco. **1689.**

Pacis osculum dari debet Magistratui cum instrumento, servata forma Caeremonialis. **1830** *ad* 1.

Pacis osculum debetur Praesidi Regio cum instrumento post Episcopum. **1952** *ad* 4.

Pax danda est Episcopo Missae solemni assistenti a Diacono Evangelii, utpote digniore, in defectu Presbyteri assistentis. **2089** *ad* 5.

Pacem et thus dandi Principissae Dominae loci consuetudo non est servanda. **2105.**

Pacem recipientes in Missa solemni debent se invicem amplexari. **2915** *ad* 7.

In Pace danda in Missa solemni nullae debent praetermitti invitationes, quae in incensatione fieri solent; et servandum est Caeremoniale Episcoporum lib. I cap. 24 § 5. **3281** *ad* 1.

Quoad Pacem dandam in Missa solemni servetur Caeremoniale Lib. I cap. 24 § 2, 4 et seq.; ita ut pax detur tum Canonicis tum ceteris de Choro. **3591. 3631** *ad* 3.

Pacis Instrumentum Magistratui deferatur ab eodem Ministro, qui illam per osculum defert Dignitatibus et Canonicis ceterisque Choro interessentibus, iuxta Caeremoniale Lib. I cap. 24 § 7. **3780** *Dub.* IX.

Pax in Missa solemni coram SS. Sacramento exposito omitti nequit. **3792** *Dub.* IV.

Pacem recipientes in Missa pontificali Diaconus et Subdiaconus inservientes, Altare ipsum osculari nequeunt. **4015** *Dub.* III.

Pacem recipere debet Presbyter assistens a Celebrante in Missa solemni, et ipse dabit Diacono; in Missa vero, cui Episcopus pontificaliter assistit, Presbyter assistens Celebranti recipiat Pacem a Presbytero assistenti Episcopo. **4018** *ad* VI 2.

Pacem recipiens Archidiaconus ab Archipresbytero solemniter celebrante, stare debet, facta prius et post receptam pacem genuflexione. **638.**

Quoad Pacem dandam in Missa, cui assistit Episcopus in Throno, Subdiaconus servare debet Caeremoniale Episcoporum. **4018** *ad* VI 3.

Quoad Pacem et incensum Assistentes Episcopo omnibus aliis dignioribus praeferendi sunt. **129**; etiam Dignitati vel Canonico, qui baculum sustinet et ministrat. **231. 243.**

In Pace et thure suscipiendis Auditores, Advocatus Fiscalis et alii Officiales Regiae Audientiae Salerni nequeunt praecedere Vicarium et Canonicos. **25.**

Pacem et thus suscipere nequeunt Canonici diebus festivis capite pileolo obtecto. **3438** *Dub.* II.

Pax danda est Praepositis fabricae Ecclesiae a ministro inferiore cotta induto cum instrumento. **3264** *ad* 4.

Pacem recipere debet Episcopus Titularis Canonicus post Canonicos throno assistentes. **2283** *ad* 1.

Pectorale.

Pectorale seu formale est ornamentum privativum Episcopi; nec eo uti possunt Dignitates aut Canonici Cathedralis solemniter celebrantes. **2425** *ad* 9.

Pectoralis Crux nequit ab Episcopo ex Planeta extrahi et in aperto poni, ita ut supra omnes sacras vestes appareat; sed dispositio Caeremonialis lib. II cap. 8 § 14 servanda est. **3301** *ad* 1. **3873** *ad* 2.

Pectoralem Crucem extra functiones sacras Praepositus Ecclesiae Passaviensis gestare nequit, nisi doceat de speciali Indulto. **1517.**

Pectoralem Crucem deferre debent Canonici Meliten., decorati hoc privilegio, ad praescriptum Caeremonialis, nempe imposita Cruce super Albam; et eamdem tegere celebrante Episcopo. **2662** *ad* 2. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **300.**

Pectoralem Crucem Episcopi, sive Dioecesani sive Titulares, detectam gestare possunt, ubique degunt. **4035** *ad* 1; sed non possunt eamdem Crucem, vel saltem illius flocculum super sacras vestes gestare in sacris functionibus. *Ibidem ad* 2.

Pectus percutere tenentur Ministri sacri simul cum Celebrante in Missa solemni ad *Agnus Dei.* **3535** *ad* 3.

Pentecostes.

In Pentecostes festo non est discooperiendum et inclinandum caput, quando pronuntiantur verba: *Spiritus Sancti.* **3867** *ad* 2.

In Pentecostes Vigilia cantari nequit Missa de Vigilia sine Prophetiis, loco votivae ex legato ea die incidentis; sed haec votiva differenda vel anticipanda est. **2731.**

In Pentecostes Vigilia legenda est Lectio IX de Sancto ad instar Simplicis redacto, si sit historica. **3844** *ad* 8.

Pentecostem duo dies immediate sequentes solemnioribus festis adnumerandi sunt; sicut etiam Missa et Vesperae in Sabbato ante Pentecostes solemnioribus functionibus. **2507.**

Pro Pentecostes Vigilia et Sabbato Sancto assignatae Litaniae recitari nequeunt aliis temporibus. **2709** *ad* 1.

In Pentecostes Vigilia infra Missam cantatam Cereus Paschalis ardere non debet; et specialis Rubrica Missalis servanda est. **4048** *ad* 10.

Vide **Benedictio Fontis Baptismalis. Sabbatum Sanctum.**

Pergami translatio a parte Evangelii ad partem Epistolae conceditur. **1323. 1327. 1330.**

Per Evangelica dicta etc. in Missa de Requie recitari nequit, quamvis non osculetur Evangelium. **2956** *ad* 10.

S. Petri Apostoli Cathedra.

Infra S. Petri utriusque Cathedrae Octavam repetantur Lectiones II et III Nocturni ex die festo, **3624** *ad* 3.

In S. Petri utriusque Cathedrae Missa, si celebretur intra tempus Paschale, *Alleluia* et ℣ sequens loco Gradualis dicendum approbatur. **3629.**

In S. Petri Cathedra Romana, quando facienda est commemoratio diei infra Octavam Conversionis S. Pauli, utpote Titularis Ecclesiae, Antiphonae ad *Magnificat* et *Benedictus* ex festo Conversionis S. Pauli sumendae sunt. **3083.**

S. Petri Cathedrae Commemoratio, uti habetur die 18 Ianuarii, in festo Ss. Ap. Petri et Pauli ex consuetudine antiqua in Metropolitana de Guatimala cani potest; dummodo fiat extra Officium diei et post expletas Vesperas. **3691** *ad* 2.

S. Petri Apostoli ad Vincula.

S. Petri ad Vincula festum in Hispania ob occurrentem diem Octavam S. Iacobi Ap. transferri debet in perpetuum ad formam Rubricarum generalium in primam diem non impeditam festo IX Lectionum. **1265** *ad* 6. **1421** *ad* 1. **2244** *ad* 2.

Infra S. Petri ad Vincula Octavam, ubi est Titulus Ecclesiae, semper facienda est Commemoratio S. Pauli. **2365** *ad* 5.

Ss. Petrus et Paulus Apostoli.

Ss. Petri et Pauli Apostolorum festivitati in Calendario Romano sive Ordini Divini Officii pro Clero Romano quotannis im-

primendo addendum est secundum mandatum Benedicti XIV d. d. 10 Oct. 1743: *Urbis Patronorum Principalium;* quoad eorum commemorationem in Suffragiis satisfit per commemorationem, quae fit in universa Ecclesia post commemorationem B. M. V. **2374.**

Ss. Petri et Pauli festo occurrente in die octava Corporis Christi, commemoratio diei octavae debet praecedere commemorationi omnium Ss. Apostolorum, ubi haec concessa est. **2913.**

Ss. Petri et Pauli Apost. Festum, occurrens cum Anniversario Dedicationis cuiusdam Ecclesiae, praeferendum est. **2988** *ad* 1; Officium vero Dedicationis amandandum est ad primam diem liberam iuxta Rubricas. *Ibidem ad* 2; quin Commemoratio S. Pauli Apostoli a die 30 Iunii removenda sit. *Ibidem ad* 3.

Ss. Petri et Pauli Apost. Officium votivum omnes de Clero, qui Romae degunt, etsi Calendario ipsius Urbis haud utuntur, recitare debent Feriis III liberis. **3607** *ad* 3.

Ss. Petri et Pauli festo concurrente in II Vesperis cum die Octava Corporis Christi, de die Octava Commemoratio fieri debet. **2632** *ad* 2. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **248.**

De Ss. Petri et Pauli Octava Romae Commemoratio facienda est singulis diebus infra Octavam, quocumque festo occurrente. **3581** *ad* III.

Ss. Petri et Pauli solemnitas, translata in Dominicam insequentem, si occurrat cum solemnitate Sacr. Cordis Iesu ritu duplici I classis ex speciali Indulto celebranda; solemnitas Sacr. Cordis Iesu transferenda est ad Dominicam sequentem. **3634.**

In Ss. Petri et Pauli festo in Metropolitana de Guatimala, ex consuetudine antiqua, Commemoratio Cathedrae S. Petri ut die 18 Ianuarii cani potest; dummodo fiat extra Officium diei et post expletas Vesperas. **3691** *ad* 2.

Ss. Petri et Pauli Officium votivum feria III non impedita celebrare debent non solum illi, qui materialiter Romae degunt, sed etiam alii, qui Calendario Romano utentes extra degunt. **3708.**

S. Petri Apostoli, ubi est Titulus Ecclesiae, Officium fieri potest cum Octava, prouti reperitur in Breviario Romano. **3872** *ad* 4.

In Ss. Petri et Pauli diei Octavae I Vesperis concurrentibus cum II Vesperis duplicis minoris festi primarii, servetur Rubrica specialis Breviarii Romani, (scil. Vesperae dicendae sunt integrae de die octava cum commemoratione praecedentis). **3919** *ad* 10.

Cum Ss. Petri et Pauli Solemnitas apud Belgas in dominicam sequentem translata sit, praemisso ieiunio in Sabbato praecedente, hoc anticipari indulgetur in diem 28 Iunii, quando festum et Officium Chori incidit in Sabbatum. **2785.**

Ss. Petri et Pauli Octavae Commemoratio facienda est in festo Divisionis SS. Apostolorum, ubi hoc celebratur die 4 Iulii. **3400** *Dub.* II *qu.* 1.

In Ss. Petri et Pauli Apost. Festo Episcopus pontificaliter celebrare potest, quamvis contraria vigeat consuetudo. **1559** *ad* 1.

In Ss. Petri et Pauli Apost. Missis votivis Oratio secunda dicitur: *Concede nos famulos tuos.* **3612** *ad* 1.

In Ss. Petri et Pauli Dedicationis Basilicae festo dici nequit Praefatio specialiter concessa Dioecesi Rhemensi pro festo Dedicationis Ecclesiarum. **3323** *ad* 1.

Ss. Petri et Pauli Apost. festum si incidat in diem octavam Corporis Christi, de hac fit tantum commemoratio. **2969** *ad* 2.

S. Petri Alcantarensis festum, Conventibus S. Francisci Provinciae S. Mariae de Arrabida in Lusitania, sub ritu duplici I classis cum Octava celebrare non conceditur. **2529** *ad* 3. Vide **3772** *ad* 5.

In S. Petri Chrysologi Oratione nomen *Chrysologi,* quod adiectivum potius est, et vel facundiam vel vim et efficaciam divini sermonis recensito Sancto designat, non est expungendum. **2637.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **263.**

S. Petrus Damianus Ep. Conf. Doct.

S. Petri Damiani Ep. Card. cum titulo Doctoris festum ad universam Ecclesiam extenditur. **2663** *Decret. gener.*

In S. Petri Damiani festi Hymno *Iste Confessor* tertius versus non mutatur. **3892** *ad* 1.

S. Petri Damiani Elogium Martyrologio inserendum est die 23 Februarii. **2872** *Dub.* V *ad* 2.

S. Petri Martyris festum si a die 29 Aprilis transferatur post tempus Paschale, recitanda est Missa *Laetabitur* cum Evangelio *Si quis vult,* tam in Officio quam in Missa. **3515** *Dub.* III.

In S. Petri Nolasci Oratione verbum *Nolascum* expungendum est. **2319** *Reliqu. Dub. ad* 2.

S. Petri Basilica Vaticana.

S. Petri Basilicae Vaticanae Beneficiati et Clerici, tam parati quam non parati, semper genuflectere debent, quoties transeunt ante Altare; nisi simul incedant eodem ordine et gradu cum Canonico parato celebrante, quia tunc genuflectere tantum debent, quando Canonicus genuflectit. **306.** (Hoc Decretum est regula; at sub n. **1741. 1754** et **1812** affertur a regula exceptio, quae afficit tantum Beneficiatos et Clericos Basilicae Lateranensis et S. Mariae Maioris).

S. Petri Basilicam ingredientes Canonici duorum Capitulorum S. Mariae Transtiberim et S. Laurentii in Damaso, Capitulum S. Petri et Canonicos illius detecto capite decenter salutare debent; ac vicissim Capitulum et Canonici S. Petri, praedicta duo Capitula S. Mariae et S. Laurentii illorumque Canonicos, dum progrediuntur, similiter detecto capite et aliquantulum ab eorum sedibus assurgendo resalutare et honorifice recipere debent in Processione solita in festo S. Marci, capitulariter accedentes una cum toto Clero ad Ecclesiam S. Petri; hoc etiam addito, quod dicti Canonici S. Mariae et S. Laurentii, transactis Canonicis S. Petri, debent etiam detecto capite salutare Beneficiatos et Clericos eiusdem Basilicae S. Petri, et ipsi Beneficiati et Clerici tenentur omnino assurgere, et stantes detecto capite resalutare ipsos Canonicos S. Mariae et S. Laurentii. **209.**

S. Petri Basilicae Ministri et ii, qui a dicta Basilica et Capitulo ad defunctum cum stola recipiendum et deducendum transmittuntur, praeferri et praecedere debent proprio Parocho defuncti. **1338.**

In S. Petri Basilica Vaticana Officium S. Telesphori P. M. celebrandum esse in Vigilia Epiphaniae, non obstante consuetudine illud transferendi, respondit S. R. C. **1491**; quaestione autem iterum proposita, in aliam abiit sententiam. **1496.**

S. Petri Basilicae Vaticanae Acolythus Beneficiatus seu Clericus, sustinens librum Cardinali Archipresbytero, dum hic sedens legit aliquid vel cantat, debet genuflectere ad placitum eiusdem Cardinalis; vel etiam ad placitum Episcopi Pontificalia peragentis, dum ante eum librum sustinet. **2467.**

A S. Petri Basilicae Vaticanae Acolythis in Processione Rogationum, quae fit in Urbe, tradi nequit aspersorium Magistro Caeremoniarum Basilicae Lateranensis, sed immediate Diacono ministranti Episcopo. **1818 1834.**

Phialae vitreae aut figulinae sanguine tinctae, quae ad Loculos sepultorum in sacris Coemeteriis vel intus vel extra ipsos reperiuntur, censeri debent Martyrii signum. **3120.**

Ss. Philippus et Iacobus Apostoli.

In Ss. Philippi et Iacobi festo, si venerit in Sabbato in Albis, celebrari nequit Missa de dictis Sanctis. **1336**; si hoc festum transferendum sit post tempus Paschale, Missa celebranda est ut in Missali, iis demptis quae tempori Paschali conveniunt. **2117.**

Ss. Philippi et Iacobi et S. Marci translatis Festis, prius est reponendum illud S. Marci. **2171.**

In Ss. Philippi et Iacobi Festo, si occurrat infra Hebdomadam IV post Pascha, Lectiones in primo Nocturno erunt quae occurrunt dicendae in illa Feria; initium etenim Epistolae B. Iacobi manet legendum suo loco in Dominica IV. **2319.** *Alia Dubia ad* 6.

Ss. Philippi et Iacobi Festum si occurrat in Dominica, apud Benedictinos Responsorium ultimum, utpote proprium, dicatur loco penultimi. **2319** *Reliqua Dubia ad* 7.

S. Philippi Ap. Officium, ubi ob Patrocinium S. Iacobi Minoris separari debet, non est celebrandum die 4 Maii, in qua recitandum est Officium S. Monicae, sed transferendum ad primam diem non impeditam. In concurrentia autem cum S. Marco Evangelista, servandae sunt Rubricae Breviarii Romani. *Tit.* X *n.* 7. **1756.**

S. Philippi Nerii Congregatio.

S. Philippi Nerii Congregationis Sacerdotibus in associatione Confratrum defunctorum competit praecedentia supra Regulares. **2265** *ad* 1; eisdem licet occasione associationis eorumdem cadaverum elevare propriam Crucem. *Ibidem ad* 2.

S. Philippi Nerii Congregationis Sacerdotes Processionibus quae fiunt ordinarie infra annum, vel extraordinarie aliqua urgente causa; interessentes ex debito, vel sponte, vel invitati, incedere debent induti superpelliceo et bireto; et tunc Regularibus praecedunt. **2485** *ad* 1, 2 *et* 3.

S. Philippi Nerii Congregationis Sacerdotes possunt in eorum Oratoriis exponere SS̃mum Sacramentum, Imagines et S. Reliquias de licentia Episcopi; non vero celebrare Missas et Officium funebre super cadaveribus Defunctorum independenter a Parocho. **2224** *ad* 1; possunt statis horis cum vel sine cantu dicere Horas Canonicas independenter a Parocho, servata tamen for-

ma Constitutionis synodalis. *Ibidem ad* 2; possunt Episcopo vel Magnatibus accedentibus ad Oratorium porrigere aspersorium. *Ibidem ad* 3; habere publicas conciones cum licentia tantum Ordinarii. *Ibidem ad* 4; facere Processiones extra ambitum Oratorii cum licentia Parochi. *Ibidem ad* 5; administrare oblationes et eleemosynas, ac capsulae pro illis recipiendis clavem retinere et de bonis propriis disponere, independenter a Parocho. *Ibidem ad* 6; et retinere sedem confessionalem ad publice audiendas Confessiones de licentia Episcopi. *Ibidem ad* 7.

Pianoforte seu cymbalum adhiberi nequit in Matutinis Tenebrarum et in Missis ferialibus, quae Organum excludunt, nec dum cantatur Passio. **4044** *ad* 1.

Pileolus.

Pileolum coloris rubri Archiepiscopi et Episcopi adhibere nequeunt. **830.**

Pileolum Canonici, Missarum et Vesperarum Divinis inservientes, aut Episcopum vel SS. Sacramentum thurificantes, deferre nequeunt; cuiusmodi abusus ab Episcopo est eliminandus. **914** *ad* 1 *et* 2. **918** *ad* 1. **1650** *ad* 1, 2, 3, 4 *et* 6. **2027** *ad* 7.

Pileolus a Canonicis, Dignitatibus et Praelatis nequit adhiberi in recipienda thurificatione et pace. **1258** *ad* 1. **1324.** **3438** *ad* 2.

Pileolo caput cooperire nequeunt Acolythi, dum assistunt cum candelabris tempore, quo cantatur Evangelium; et contraria consuetudo declaratur abusus. **1467.**

Pileolo Canonici celebrantes uti nequeunt in Missa solemni praesente Episcopo, quamvis gaudeant indulto eumdem in Missa adhibendi **1558**; neque sacerdotes eodem indulto gaudentes, pileolo uti possunt, dum Missae solemni inserviunt in officio Diaconi et Subdiaconi. **1636**; neque eo uti possunt canonici in circulis faciendis. **2455.** **2895** *ad* 4. **3094** *ad* 2.

Pileolum deferre nequeunt Regulares, in Processionibus, sed debent incedere cum caputio. **1298.** **1601.**

Pileolus non est adhibendus ab illis, qui actu inserviunt Episcopo. **1650** *ad* 1, 2, 3, 4 *et* 6. **1891** *ad* 1 *et* 2. **2027** *ad* 7. **2895** *ad* 5 *et* 6. **3094** *ad* 1.

Pileolus adhibendus non est a Parocho deferente Viaticum ad infirmum, sub praetextu alicuius infirmitatis, absque speciali indulto. **1931.** **1938.**

Pileolo licite uti possunt Beneficiati aliique Canonicis inferiores in Choro. **2039** *ad* 3.

Pileolus non est adhibendus in cantandis Lectionibus et Passione Domini in maiori Hebdomada. **2079** *ad* 1.

Pileolo uti nequit Magister Caeremoniarum, dum assistit Missae solemni aliisque functionibus ecclesiasticis. **2308.**

Pileolo uti nequeunt Canonici et Dignitates Officium peragentes cum vel sine Pluviali, aut Antiphonas intonantes. **2425** *ad* 10.

Pileolum deponere debet Episcopus, quando cum S. Crucis vel alia insigni Reliquia populo benedictionem impertit. **2769** *ad* IV. *n.* 2 *et* 3.

Pileolus non est deferendus a Parochis in Processionibus SS. Sacramenti; in reliquis functionibus adhiberi potest iuxta universalem consuetudinem. **2769** *ad* VI *n.* 2.

Pileolum e capite deponere non tenentur Canonici, quoties sacra induunt pluvialia, si Episcopo non assistunt. **3094** *ad* 3.

Quoad Pileolum reassumendum post Consecrationem, Episcopus, quando assistit Missae solemni sive pluviali sive cappa indutus, consuetudinem servare potest. **3188.**

Pileolo caput cooperire possunt Canonici et Mansionarii assistentes Missae solemni in Choro, qui est post Altare maius; exceptis tamen iis Missae partibus, in quibus iuxta Decreta et probatos auctores pileoli usus etiam in casu vetitus est. **3438** *ad* 3.

Cum Pileolo ob aëris inclementiam aut nimium calorem solis Sacerdos incedere potest in deferenda Communione ad infirmos; nec non Minister in Processione deferens Imaginem Vultus D. N. I. C. ex speciali gratia Summi Pontificis iuxta arbitrium et prudentiam Episcopi Oriolensis. **3246.**

Pileolum nigri tantum coloris gerant Abbates et Praelati inferiores Episcopo sub mitra. **1131** *ad* 8.

Pileolum Assistens Episcopo a dextris debet ei auferre et imponere, quoties auferenda vel imponenda est Mitra. **2097** *ad* 2.

Pixis; vide **Pyxis.**

Plagarum quinque (Sacr.) D. N. I. C. festum; vide **Vulnerum D. N. I. C. festum.**

Planeta.

Planetae ex panno serico frondibus floribusque ornatae, partim acu pictis, partim vero coloribus penicilli ope, tolerari possunt. **3576** *Dub.* V.

Planetae sericae flavi coloris adhiberi nequeunt, etiam in Ecclesiis pauperibus. **3779** *ad* 3.

Planetae plicatae a Ministris adhibendae sunt in Adventu et Quadragesima. **9** *ad* 9.

Planeta plicata non est mutanda cum Dalmatica diebus designatis, quicumque sint qui in Cathedrali ministrant. **2646** *ad* 4. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **273.**

Planetis plicatis uti debent Ministri sacri in Dominicis Adventus et Quadragesimae, nec adhibere possunt Dalmaticas ratione Expositionis SSmi Sacramenti. **3161** *ad* 2.

Planetas plicatas Diaconus et Subdiaconus adhibere debent etiam in Ecclesiis parochialibus. **3352** *Dub.* VII.

Planeta, non vero pluviali, indutus, Celebrans debet facere Confessionem, interveniente Magistratu solemniori Missae. **3780** *ad* 9.

Absque Planeta ad altare accedat Sacerdos in aspersione Aquae benedictae Missam conventualem celebraturus, si desit pluviale; et completa aspersione se vertat ad cornu Epistolae, ibique sumat manipulum et planetam pro Missa celebranda. **3697** *ad* 8.

Planetam etiam induere debet Sacerdos praeter Albam et Stolam in Matrimonio celebrando, si immediate sequatur Missa. **3158** *ad* 3.

Pluviale.

Pluvialis fimbrias debent elevare Diaconi Episcopo assistentes, non vero Presbyter assistens, dum Episcopus progreditur et thurificat Altare. **235** *ad* 7.

Pluvialibus utantur in functionibus pontificalibus Dignitates, planetis vero Canonici Presbyteri et Dalmaticis et Tunicellis Diaconi et Subdiaconi, licet Ordine sint Presbyteri, ubi Praebendae non sunt distinctae. **248** *ad* 8. **839**; sed potest servari consuetudo, ut omnes Canonici indiscriminatim pluviale assumant, ubi Praebendae omnes sunt Presbyterales. **3646** *ad* 1.

Pluvialia adhibentur in Matutinis tantum solemnioribus. **1572** *ad* 1.

Pluvialia deferre nequeunt Regulares in Processionibus et Rogationibus, interveniente Parocho. **496.**

Pluviale adhiberi potest a Regularibus in Processionibus cum Statua aut Reliquia alicuius Sancti, etiamsi in licentia eis concessa ab Episcopo, quoad Processionem ducendam extra eorum limites, id expressum non fuerit. **2023** *ad* 1.

Pluviali indutus Canonicus, qui sustinet baculum Episcopi, tenere debet locum in Processionibus iuxta consuetudinem; at secundum ritum, ubi consuetudo contraria non vigeat, solus ante Episcopum incedat. **1583** *ad* 2.

Pluvialis usus in Processionibus non est habendus ut signum iurisdictionis. **2023** *ad* 2.

Pluvialia in Processione SS. Sacramenti in die et infra Octavam Corporis Christi sunt omnino adhibenda; expositio vero fieri potest sine pluviali. **2067** *ad* 5. **2440.**

Pluviale cum stola deferendum est a Sacerdote sive saeculari sive regulari peragente functionem Processionis. **2302** *ad* 2.

Pluvialia in Processione Feria VI in Parasceve non sunt adhibenda, sed solum cottae, a gestantibus hastas baldachini. **2326** *ad* 3.

Pluvialium usus in processionibus Rogationum, quibus intersunt Capitulum Cathedralis et Cleri Ecclesiarum Parochialium cum respectivis Archipresbyteris, pertinet ad Capitulum Cathedralis. **2441** *ad* 1.

Pluvialia quatuor assumere licet in festivitatibus primae classis; servata proportione in Festis secundae classis ad normam Caeremonialis. **2506** *ad* 3 *et* 4.

Pluvialibus uti nequeunt Regulares in celebrandis Matutinis solemnibus a principio Officii. **2515** *ad* 2.

Pluviale debet adhiberi a Canonico processionaliter deferente SS. Sacramentum, quin sufficiat simplex Stola supra cappam. **2526** *ad* 1. **3039** *ad* 3.

Pluviale pro canendo Martyrologio in Vigilia Nativitatis Domini debet esse coloris violacei. **2573.**

Pluviale assumentes deponere e brachiis debent pelles, si iis utantur. **2986** *ad* 4.

Pluviale non est induendum a Canonico celebrante et impositure cineres Episcopo feria IV Cinerum. **3148** *ad* 1.

Pluvialibus uti nequeunt Cantores laici, qui defectu Clericorum adhibentur in Choro; sed toleratur tantum, ut cottam induant, si Clerici deficiunt. **3248** *ad* 4.

Cum Pluvialibus assistere non tenentur in Vesperis Canonici. **1391** *ad* 3.

Pluviali et velo humerali indutus esse debet Celebrans in Processionibus et benedictione cum SS. Sacramento in Ostensorio impertienda. **3333** *ad* 1. **3697** *ad* 12.

Pluviale ad legendam Lectionem IX in Officio solemni Matutini debet Celebrans induere, nec tantum ad Altaris incensationem. **3722** *ad* 7.

Pluviale a Celebrante sumi debet, si immediate post Missam SS. Sacramentum exponitur et benedictio impertitur. **3764** *ad* 8.

Pluviali induto Episcopo vel Canonico,

Officium peragente et IX Lectionem canente, omnes in Choro stare debent. **3780** *ad* 12.

Pluviale a principio Matutini sumi nequit ab Hebdomadario et Assistentibus, nisi adsit legitima consuetudo. **3975** *Dub.* VI *qu.* 1.

Pluviale super albam assumere potest ad scamnum Celebrans, si immediate post Missam in Quadragesima sequuntur Vesperae; vel recedere in sacristiam et redire cum Pluviali super cottam. **3574** *Dub.* 3.

Pluviale et stolam accipere potest Sacerdos ab initio Vesperarum Defunctorum vel ad *Magnificat* vel pro precibus recitandis, sed non tenetur. **3029** *ad* 8 *et* 9.

Pluviale retinere debet Celebrans in Vesperis solemnibus a principio usque ad finem. **35.**

Pluvialibus parati Canonici in Vesperis semipontificalibus, quibus Episcopus assistit in Pluviali et Mitra, non debent genuflectere in plano Cappellae post Episcopum, sed orare suis locis in Choro; nec sedere debent in scamnis ante Altare, sed in stallis Canonicorum. **2216** *ad* 1 *et* 2; in quibus manebunt, dum ab Episcopo thurificatur Altare. *Ibidem ad* 4.

Pluviali induto Sacerdoti, cum Canonicis processionaliter accedenti ad Monachorum vel aliorum Regularium Ecclesiam, danda est per Monachum Sacerdotem seu Clericum cotta indutum aqua benedicta per contactum. **2035** *ad* 1.

Pluviale et stolam in concionibus adhibere possunt Capitulares Cathedralis de Arequipa, etiam praesente Episcopo, attenta consuetudine. **3117** *ad* 1 *et* 2.

Pluvialia deferre possunt in Processionibus Canonici Cathedralis Gerundensis, attenta immemorabili consuetudine. **2037** *ad* 1.

Pluviale et stolam assumere in Choro non licet Dignitatibus; ea itaque omnino in Sacristia induenda sunt. **1210.**

Cum Pluviali assistentibus Episcopo Dignitatibus non licet Pluviale deponere, ut interim Missam celebrent. **1236.**

Pluviali et stola coloris violacei super alba utatur Sacerdos, si solus sine Ministris sacris faciat mandatum. **3841.**

Sub Pluviali stolam deferre nequeunt duo Sacerdotes parati, cantaturi primas Homilias in Matutino noctis Nativitatis Domini. **2689** *ad* 1.

Poenitentiae Sacramentum.

Poenitentiae Sacramentum administrans debet uti stola iuxta Rituale Romanum. **2883** *ad* 2. **3426** *ad* 4. **3542** *ad* 3. **3158** *ad* 2.

Poenitentiae Sacramentum administrari a Confessariis approbatis, ac propterea retineri sedes confessionales possunt in Oratorio Confraternitatis, de licentia Episcopi. **2210** *ad* 3; item Sacerdotes Congregationis S. Philippi Nerii in eorum Oratoriis de eadem licentia. **2224** *ad* 7.

Poenitentiae Sacramentum administrare possunt Cappellani manuales Societatis a *Morte* nuncupatae aliique Sacerdotes ab Episcopo approbati et per Confratres invitati in Ecclesia seu Oratorio dictae Societatis, absque licentia et consensu Parochi. **2251** *ad* 1; et Confratres seu Cappellani possunt impedire, ne Parochus audiat Confessiones in dicta Ecclesia seu Oratorio. *Ibidem ad* 2.

In Poenitentiae Sacramento administrando, in absolutionis forma verbum *Deinde* non est omittendum. **2764.** Vide **2745** *ad* 5.

In Poenitentiae Sacramento in absolvendis fidelibus Episcopus debet efformare tres Cruces. **3731** *ad* 5.

Praeter Poenitentiae Sacramentum Regulares alia Sacramenta ministrare nequeunt in domibus Tertiariorum seu Cincturatorum. **271** *ad* 1.

Poenitentiae Sacramentum administrari potest Feria VI in Parasceve et Sabbato Sancto ante Missam in Cathedrali et Ecclesiis parochialibus; et consuetudo contraria omnino reprobanda est. **3383.**

Poenitentiarius.

Poenitentiarii in suis sedibus exsistentes et alii extra Chorum non sunt thurificandi. **1010.**

Poenitentiarii Basilicae Lateranensis et Liberianae pro aperitione Portae Sanctae, ubi incedere vel stare debeant, statuitur. **2043. 2044.**

Poenitentiarius Canonicus, licet ultimo loco provisus, cogi nequit ad obeundum munus Diaconi et Subdiaconi, consuetudine seu constitutione in contrarium non obstante. **1462. 3154.**

Poenitentiarius Canonicus omnesque alii habentes curam animarum eamque actu exercentes non tenentur nec possunt cogi ad interessendum in Choro; et tunc uti praesentes, lucrantur distributiones suarum Praebendarum. **543.**

Poenitentiarius Canonicus potest tenere virgam, dum audit confessiones. **777.**

Poenitentiario et Curato qui in ipsa admissione Canonicis Presbyteris adnumerantur, praeferendi sunt Canonici anteriores in admissione; si quando isti, aliis advenien-

Pollex.

Pontificale.

Pontificia Cappella.

Populus.

agatur de Expositione XL Horarum. **3448** *ad* 3.

Populus in Vesperis ad *Magnificat* et in Missa solemni ad Offertorium thurificari potest ex sanctuario a laico thuriferario triplici ductu; dummodo laicus, uti Clericus ex officio, cotta sit indutus, nec sit diversus ab eo, qui Clero thus dedit. **3539** *ad* 2.

Pro Populi commoditate ex gratia conceditur, ut Missa Rogationum cantari possit ante Processionem. **2319.** *Reliqu. Dub. ad* 20.

Ad Populi commoditatem Matutinum in nocte Nativitatis Domini post pulsatam primam horam inchoare, Fratribus Ordinis Minorum Conventualium in casu conceditur, et statim Missam celebrare, etiamsi debitam horam praeveniant. **44.**

Ad Populi devotionem fovendam tempore Quadragesimae in Ecclesiis parochialibus, ubi non adest Chori obligatio, in festo S. Ioseph aliorumque Sanctorum Vesperae cantari nequeunt post comestionem seu post meridiem. **3675** *ad* 2.

Populus non tenetur Missam audire in feria VI in Parasceve, si festum de praecepto incidat in dictam feriam. **2164. 2305.**

Ob Populi concursum ad celebrandum festum quod transferri debet, vel ubi occurrit Titulus Ecclesiae, Missae duae cantari possunt, una de die, altera de festo. **1332** *ad* 1.

Populus et Communitas, qui habent proprium principalem Patronum, ab Episcopo cogi nequeunt ad servandum de praecepto festum Patroni principalis Civitatis. **2277.**

Populus benedici nequit post Missam cum SSmo Sacramento in Pyxide, quin aliquid prius aut postea dicatur vel cantetur. **3402** *ad* 1.

Vide **Missae applicatio. Patronus.**

Porta Sancta.

Ad Portae Sanctae aperitionem delegari potest Cardinalis ex Ordine Diaconorum, nondum in Sacris constitutus, si sit Archipresbyter in eadem Ecclesia et tamquam talis exerceat omnes actus iurisdictionis; (et ad hoc respicit nota in tomo I huic Decreto addita). **927.**

In Portae Sanctae aperitione Poenitentiarii Basilicae Lateranensis et Liberianae ubi incedere et stare debeant, edicitur. **2043. 2044.**

Portionarii.

Portionarii repraesentant Beneficiatos seu Mansionarios; et tenentur ad ea, quae Beneficiatis a Caeremoniali Episcoporum praescribuntur. **135.**

Portionarii, dum accipiunt in die Purificationis, Feria IV Cinerum et Dominica Palmarum candelas, cineres et ramos palmarum, debent genuflectere et manum Celebrantis osculari. **2111.**

Portionario celebrante Dignitates et Canonici cogi nequeunt ad munus Diaconi et Subdiaconi. **2037** *ad* 2 *et* 3.

In Portiunculae sacello necnon in altero, olim cubiculo, ubi S. Patriarcha Franciscus obdormivit, cuilibet Sacerdoti ex privilegio conceditur Missam votivam de S. Francisco celebrare, exceptis Duplicibus I et II classis, festisque de praecepto servandis, necnon Feriis, Vigiliis et Octavis privilegiatis. **3894.**

Possessio.

Possessio antiquior in Canonicatu tribuit praecedentiam, non vero titulus anterior. **917.**

Possessionis captae tempus attendendum est quoad praerogativas et praeeminentias Canonicorum, qui iuxta cuiusque admissionem stare, sedere et incedere debent, quibuscumque aliis qualitatibus et dignitatibus saecularibus minime attentis. **747.**

Possessione anteriores inter Canonicos antiquos et alios novae erectionis praecedentiam habent. **951.**

Postcommunio.

Postcommunio S. Bonifacii Mart. die 14 Maii, quando eodem die occurrat festum S. Alexandri P. M., sumenda est ex Missa *In virtute* de Communi unius Mart. non Pont. **3298.**

In Postcommunione secunda, quando concurrunt duo Festa Dedicationis Ecclesiarum, verba: *Quem nomini tuo indigni dedicavimus* servanda sunt. **3479** *ad* 1.

Postcommunionis conclusio in collatione sacrorum Ordinum facienda est verbis: *Qui vivis et regnas.* **3103** *Dub.* 13.

In Postcommunione ad repellendas tempestates legi debet: *tranquillitatibus huius optatae consolationis.* **3137** *ad* 3.

Postcommunio S. Ioannis Nepomuceni aut S. Ioannae Franciscae, non est concludenda verbis: *in unitate eiusdem Spiritus Sancti.* **2682** *ad* 45.

Praebendae.

Praebendae ubi sunt distinctae, Canonici ex Ordine Diaconali et Subdiaconali assu-

mendi sunt pro cantando Evangelio et Epistola, dum Episcopus solemniter celebrat. **1878** *ad* 2.

Praebendarum distinctio an praelationem Ordinis inducat, nec non qualem et quomodo, decernitur. **221. 451.**

Praebendae ubi non sunt distinctae, decet ut Dignitates pluvialibus, Canonici Presbyteri planetis utantur; Diaconi vero et Subdiaconi, vel qui pro istis supplent, licet ordine sint Presbyteri, sumant dalmaticas et tunicellas. **248** *ad* 8.

Praebendarum tenuitas non excusat a celebranda Missa Conventuali de Feria, in Adventu, Quadragesima aliisque Vigiliis, in quibus recurrit Missa de Festo alicuius Sancti. **925.**

Praebendae duplici Diaconali et Presbyterali gaudens Canonicus inservire debet in utroque Officio. **713. 923.**

Praebendae ubi non sunt distinctae, Digniores in Ordine assistere debent Episcopo tam celebranti quam Divinis cum cappa assistenti. **1437.**

Praebendae ubi non distinguuntur, convenit ut prima Dignitas vel Canonicus, qui primum locum in Choro et processionibus obtinet, Episcopo aspersorium et naviculam ministret; ubi vero sunt distinctae, id a primo Presbytero omnino erit agendum. **235** *ad* 5.

Praebendam Diaconalem perpetuo unitam habentes Dignitates non apponantur in turno Diaconorum. **945.**

Praebendariis Ecclesiae Cathedralis vel Collegiatae, intervenientibus sub Cruce Ecclesiae Cathedralis vel Collegiatae cum Canonicis, licet deferre almutias et praecedere Rectoribus Ecclesiarum. **1625** *ad* 1; non vero, si uti singuli absque Canonicis incedant. *Ibidem ad* 2 *et* 3. **1656.**

Si Praebendae sunt omnes presbyterales, Canonici non tenentur pro Diacono servire Dignitatibus solemniter celebrantibus; si secus, tenentur qui habent Praebendas Diaconales et Subdiaconales. **3566.**

Si Praebendae sunt presbyterales, in solemnioribus Festis Canonici non tenentur ad munus Diaconi et Subdiaconi; si Episcopo impedito ad Missam pontificalem peragendam, Missa ab aliqua Dignitate solemniter decantetur. **3839** *ad* 2 *et* 3. **3893.**

Praebendarum suarum distributiones uti praesentes lucrantur Canonicus Poenitentiarius omnesque alii habentes et actu exercentes curam animarum; nec tenentur nec cogi possunt ad deferenda pluvialia. **543.**

Praebendae suae fructus et distributiones quotidianas non lucratur Canonicus Protonotarius, quando assistit Choro in habitu Praelatitio. **1560. 1565** *ad* 1. **1762.**

Praecedentia.

Praecedentiam non habet laicalis potestas ante Episcopum, nisi in Congregationibus seu *parlamentis,* in quibus Status conveniunt et Rector praesidet uti summum caput. **74.**

Praecedentiam habent Canonici Ecclesiae Cathedralis ante Canonicos Ecclesiae Collegiatae, tam in funeralibus officiis celebrandis quam in aliis actibus, etiam intus Collegiatam. **87** *ad* 1.

Praecedentiam habent Canonici et Clerici Cathedralis in ducendis funeribus per totam viam usque ad Ecclesiam, etiamsi defunctus deferatur ad Ecclesiam Abbatialem exemptam, et per eius territorium transeundum sit. **224.** Vide **22** et **3854** *Decret. gener.*

Praecedentiam habent Canonici Cathedralis, etiam non graduati, ante omnes Presbyteros non Canonicos, etiam graduatos. **2. 148. 242.**

Praecedentiam semper habent Canonici Cathedralis tam in propria quam in quacumque alia Ecclesia, assistentes divinis Officiis et Concioni in habitu chorali, ante Magistratum. **281.**

Praecedentiam habent Canonici Cathedralis supra Canonicos Collegiatae etiam in propria istorum Ecclesia, dum ad hanc Episcopus occasione Visitationis accedit. **748.**

Praecedentia non gaudet Canonicus Cathedralis super Archipresbyterum Curatum in Processionibus et Vesperis, nisi in Ecclesia propria. **928.**

Praecedentiam habent Canonici Collegiatae in publicis Processionibus, functionibus et Synodis supra omnes Curatos et Presbyteros Ecclesiarum Parochialium aliarumque Ecclesiarum simplicium. **317.**

Vide **Canonici quoad Praecedentiam.**

Praecedentia gaudet Vicarius Archiepiscopi Tarentini in casu speciali super omnes Canonicos, Dignitates et Archidiaconum. **10.**

Praecedentiam habent Praesides insignium Civitatum vel Provinciarum Bononiae, Marchiae Anconitanae, Umbriae et similium quoad thurificationem et pacem ante Vicarium Episcopi, etiam absente Episcopo; et Gubernatores Civitatum minorum thurificentur et recipiant pacem, immediate post Episcopum, ubi fuerit praesens: eo vero absente, si ipsi Gubernatores fuerint Episcopi, ante Vicarium, propter dignitatem Episcopalem; si vero non fuerint Episcopi,

iam Presbyterales, competit Dignitati, etiamsi eam obtineat Clericus simplex. **2498** *ad* 1.

Praecedentiae lites inter Regulares Episcopus loci Ordinarius potest, imo debet componere, compellendo eosdem etiam sub censuris. **1905** *ad* 5 *et* 6.

Praecedentia debetur super Diaconos Canonicos Coadiutori Canonici Ordinis Presbyteralis Ecclesiae, in qua Praebendae sunt distinctae; etiamsi Coadiutor non sit Sacerdos, sed in minoribus Ordinibus sit constitutus. **1398** *ad* 1.

Praecedentiam dare debet Canonicus sacerdos, deserviens pro altero ex Diaconis impedito, alteri Diacono munus suum exercenti, et sedere a sinistris. **668.**

Praecedentiam habent Canonici Ordinis Diaconalis, in minoribus Ordinibus vel in sacro Diaconatus Ordine tantum constituti, supra Canonicos Presbyteros Ordinis Subdiaconalis in Presbyteratus Ordine constitutos, ubi Praebendae sunt distinctae. **1398** *ad* 2.

Praecedentia danda est, ubi Praebendae sunt distinctae, Canonicis praebendae Presbyteralis supra Canonicos praebendae Diaconalis; etiamsi hi sint constituti in Ordine Presbyteratus. **1237.**

Praecedentiam habent Beneficiati et Clerici Cathedralis, qui unum corpus efficiunt, supra Parochos, quando dicti Parochi sub Cruce Capituli incedunt. **1264** *ad* 3. **1368.**

Praecedentia competit Cappellanis saecularibus, unum corpus, ut Collegium, constituentibus, supra Monachos. **1082.**

Praecedentia in Synodo aliisque ecclesiasticis functionibus danda est illis, qui pro se habent observantiam. Ita in casu particulari quaestionis ortae inter Canonicos Collegiatae S. Mauri Casalis Casoriae et Parochos Civitatis Neapolis. **2292.**

Praecedentia inter Clericos debetur iuxta antianitatem promotionis, servata Ordinum distinctione. **2304.**

Praecedentia et iura inter Clerum receptitium Ecclesiae B. M. V. de Monte Carmelo et Canonicorum Capitulum Ecclesiae matricis in Civitate S. Germani sub iurisdictione Abbatis Montis Cassini decernuntur. **3109.**

Praecedentia inter Dignitates Cathedralis Lycien. statuitur. **3141.**

Praecedentia Archisodalitatis incipit a die expeditionis Litterarum Apostolicarum, quibus erecta est ad gradum Archisodalitatis. **3381.**

Praecedentiae iure non gaudet Vice-parochus super alios Sacerdotes antiquiores ratione Ordinationis; nisi agatur de functionibus, in quibus fungitur munere suo. **3780** *ad* 2.

Praecedentia Regularium in Processionibus, dum his intersunt ex diversis Institutis, definitur. **255. 309. 318. 352. 410. 429. 905. 1344. 2728.** Praecedentia petenda non est ab antiquitate Conventus, sed ab incolatu familiae. **1067.**

Praecedentia declaratur inter Fratres Minores de Observantia et Capuccinos. **1616. 2927.**

Praecedentiam habere nequeunt Regulares etiam Canonici supra Parochos, dum hi tamquam tales Processionibus intersunt. **116.**

Praecedentiam in Processionibus habent Regulares Minores Observantes, Assisii degentes, supra Minores Conventuales, quamvis isti Basilicae Patriarchali addicti sint. **3036** *ad* 1; et hoc ius competit etiam Minoribus Reformatis, quando Observantes non accedunt. **3040.**

Praecedentiam habent Regulares tertii Ordinis Assisii commorantes supra Capuccinos eiusdem Civitatis, quando isti sub propria Cruce incedunt. **3036** *ad* 3.

Praecedentiam habent Clerici in Sacris constituti super alios, qui posteriores sunt quoad Ordines maiores, etsi anteriores quoad Ordines minores; et quando plures eodem die ordinati sunt, ille praeferendus est, qui prius in ordine nominatus et ordinatus est. **220.**

Praecedentia debetur Sodalibus Confraternitatis SS̃mi Sacramenti, intortitia gestantibus occasione sacrarum Processionum, super famulos Magistratus similia intortitia deferentes. **2372.**

Praecedentia non debetur Mansionariis Ecclesiae Cathedralis supra Parochos in Processionibus funeralibus, nisi illi intersint cum Capitulo. **2160** *ad* 1. **2367**; iisdem vero debetur praecedentia supra Viceparochos, nisi hi exerceant ius parochiale. **2160** *ad* 2.

Praecedere debet semper et ubique Pro-Vicarius generalis Dignitatibus et Canonicis, non tamen sacris vestibus indutis: in Choro autem distributiones ille non lucratur, nisi sedeat in suo stallo. **934.**

Praeceptum vide **Obligatio.**

Praeceptum Paschale.

Praeceptum Paschale per Communionem in Sabbato Sancto inter Missarum solemnia distributam adimpleri potest. **2561.**

Ad Praeceptum Paschale adimplendum Superior Regularis suis subditis Feria V in Coena Domini Communionem distribuere

potest in Missa in Oratorio privato vel in Ecclesia ianuis clausis celebranda. **2799** *ad* 2; id tamen non valet quoad Seminaria et Pias Communitates, nisi habeatur Apostolicum Indultum. **4049** *ad* 2.

Praecepto Paschali in propria Parochia satisfacere tenentur Clerici, qui non sunt addicti alicui Ecclesiae. **2275** *ad* 13.

Ad Praeceptum Paschale adimplendum Feria V in Coena Domini, praeterquam Communionis administrandae Parochi sibi alia iura vindicare nequeunt, quoad Ecclesias exteras intra parochialem iurisdictionem existentes. **3608** *ad* 2.

Praeconium Paschale.

Ad Praeconium Paschale in Sabbato Sancto, Episcopo peragenti functiones duo Diaconi assistere possunt. **1665** *ad* 1.

Ad Praeconium Paschale in Sabbato Sancto servari potest consuetudo adhibendi cereum parvum pro commoditate Celebrantis, aliumque maiorem alias benedictum accendendi in Dominica Resurrectionis ac toto tempore Paschali. **2425** *ad* 8.

Praeconium Paschale in Sabbato Sancto cantari nequit ab altero Diacono post benedictionem Ignis. **2684** *ad* 8. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **323.** Sed ex peculiaribus circumstantiis Summus Pontifex pro Cathedrali Tiburtina contrariam consuetudinem concessit. **2631** *ad* 2. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **243.**

Praeconium Paschale in Sabbato Sancto cantandum est a Diacono, qui Celebranti ministrat. **2965** *ad* 3.

Praeconium Paschale ex immemorabili tempore in Metropolitana Mexicana, non per Diaconum Missae, sed per subcantorem aut aliquem ex Clericis Chori qui cantum calleat, cantandi consuetudinem Summus Pontifex approbavit; dummodo cantor sit in ordine Diaconatus. **3341.**

Inter Praeconium Paschale et Missam, benedictio aquae ordinaria benedictioni solemni aquae Sabbato Sancto peragendae substitui nequit, in Ecclesia vel Oratorio, in quo fons baptismalis non exstat. **3271** *ad* 1; sed illa ordinaria benedictio fieri potest privatim in sacrario. *Ibidem ad* 2.

Ad Praeconium Paschale in Sabbato Sancto, loco verborum: *Imperatorem nostrum* non est substituendum: *Regem nostrum N.* **3606** *ad* 2.

In Praeconio Paschali nominatur Episcopus Dioecesanus, non vero Abbas vel Praelatus Regularis. **1827** *ad* 2. **3711** *ad* 3.

Praedicatorum Ordo; vide **Dominicani.**

Praeeminentia.

Praeeminentia nulla debetur Dignitatibus, assistentibus in habitu chorali, supra Celebrantem et Ministros sacros in die Purificationis, Feria IV Cinerum, Dominica Palmarum, Communione generali Feria V in Coena Domini; sed in singulis functionibus servandum est Caeremoniale. **1773** *ad* 5.

Praeeminentia in Synodo debetur super Abbates mitratos Dignitatibus et Canonicis Cathedralis. **1783** *ad* 1.

Vide **Praecedentia.**

Praefatio.

Praefatio communis dici debet in Missa Conventuali de Feria, quae incidit in Octava Nativitatis B. M. V. **428.**

Praefatio propria de Missa votiva, quae celebratur infra Octavam Festi Praefationem propriam habentis, dicenda est; *Communicantes* vero de Octava. **1265** *ad* 3.

Praefatio de Octava dici debet in Missis Vigiliae aut Feriarum Quatuor Temporum vel Quadragesimae infra Octavas habentes Praefationes proprias; alias vero, Praefatio communis. **2319.** *Reliq. Dub. ad* 26.

Praefatio B. M. V. dicenda est in eiusdem Octavis, etiamsi de ea non fieri debeat commemoratio ob occursum Festi duplicis primae classis. **2439** *ad* 2.

Praefatio de SS. Trinitate in Missa dici debet singulis Dominicis totius anni, quibus Praefationes propriae per Rubricas non sint assignatae, a Sacerdotibus omnibus utriusque Cleri, saecularis et regularis. **2449.**

Praefatio in Festo Exspectationis Partus et SS. Rosarii respuit verba: *Partus* et *Rosarii;* sed in priore dicendum est: *Et te in Exspectatione B. Mariae semper Virginis,* in altero: *Et te in solemnitate B. Mariae semper Virginis.* **2461** *ad* 5.

Praefatio de tempore dici debet in Dominicis Quadragesimalibus et Paschalibus, non autem de Trinitate. **2515** *ad* 6.

Praefatio propria S. Eliae Prophetae Carmelitis Calceatis non conceditur. **2816** *ad* 2.

Praefationis in tono feriali cantandae de Cruce Rubricae nihil addendum est in Missali pro Missis votivis de S. Cruce, Sacrat. Corde et Pretios. Sanguine. **3168** *ad* 2.

Praefatio de Nativitate Dñi, quae canenda est in Missis votivis de SSmo Sacramento in tono feriali, ad calcem Missalis apponi potest cum Rubrica speciali. **3168** *ad* 3.

Praefatio propria in Festo omnium Sanctorum et in Festo Patroni uniuscuiusque Ecclesiae non est adhibenda in Festis S. Ioseph. **3281** *ad* 2.

Praefatio specialiter concessa pro Festo Dedicationis Ecclesiarum dici nequit in Festis Dedicationis Basilicae SS. Salvatoris vel SS. Apostolorum Petri et Pauli. **3323.**

Praefatio Nativitatis dicenda est infra octavam Purificationis B. M. V., ubi hoc festum octava gaudet. **3624** *ad* 2.

Praefatio in Missis votivis de Immaculata Conceptione dicenda est ut in Festo. **3642** *ad* 5.

Praefatio de SS. Trinitate seu de tempore dicenda est ad Missam in solemnitate Patroni ad Dominicam sequentem translata, quoties Patronus non habet Praefationem propriam. **3683.**

Praefatio, Dominica infra octavam privilegiatam SS. Corporis Christi, dicenda est de Nativitate, non de SS. Trinitate. **3989.**

In Praefationis et Orationis Dominicalis cantu in Missis cantatis Organa pulsari nequeunt. **4009.**

Ad Praefationem cum Celebrans pervenerit, atque inceperit *Per omnia saecula saeculorum,* Episcopus assistens in Pontificalibus surgere debet sine Mitra; Papa autem assurgit cum Mitra stans usque ad *Gratias agamus* inclusive. **1921.**

Quoad Praefationem in Missis votivis, vide Decretum generale n. **3922** § II n. 3; § III n. 3.

Praefectus.

Praefecti triremium Summi Pontificis nequeunt a Patribus Capuccinis, qui ibi munus Cappellani exercent, in principio et post finem Missae salutari. **2167.**

Praefectus Caeremoniarum.

Praefectus Caeremoniarum licet sit in habitu chorali, in Processionibus, in quibus Episcopus peragit Pontificalia et Canonici sunt vestibus sacris ornati, non debet deferre intortitium. **2332** *ad* 15; Episcopo Pontificalia exercente, potest stare vel sedere in scabello iuxta solitum; extra tamen Solium. *Ibidem ad* 16; deficientibus Dignitatibus, potest assistere Throno episcopali, et alium substituere pro directione Caeremoniarum. *Ibidem ad* 17; Canonicis solemniter celebrantibus idem non debet assistere, sed Chori Magister. *Ibidem ad* 19; potest sibi appropriare balsamum, quod superest in consecratione Olei sancti, candelas trianguli et particulas thuris, quae in Sabbato Sancto cereo affiguntur, iuxta solitum. *Ibidem ad* 20.

Praefecto Caeremoniarum generaliter committitur confectio Calendarii, qui idem efformare debet iuxta Rubricas Missalis ac Breviarii Romani et Decreta S. R. C. **3201** *ad* 5.

A Praefecto cubiculi R̃mi Archiepiscopi, intra presbyterium, Archiepiscopo Divina peragenti vel publice iisdem assistenti nullum obsequium nullaque assistentia praestari debet; sed ista eo casu spectant ad Magistrum Caeremoniarum. **1145** *ad* 1.

Praefecto Chori ad initium Matutini et aliarum Horarum reverentiam exhibendi consuetudo tamquam laudabilis servanda est. **2998.**

Praeintonatio.

In praeintonandis Antiphonis servanda est consuetudo Ecclesiae particularis. **228.**

Sine Praeintonatione Canonici Missam solemnem celebrantes *Gloria* et *Credo* intonare tenentur. **2114.** Vide **1711** *ad* 4.

Praeintonandae sunt ab Hebdomadario Antiphonae maiores Adventus iuxta Caeremoniale Episcoporum lib. II cap. 3 § 10. **2683** *ad* 3.

Praeintonandae sunt Antiphonae ad formam Caeremonialis Episcoporum. **190;** nisi alia adsit immemorabilis et laudabilis consuetudo. **207.**

Praeintonandae sunt Antiphonae in Cathedralibus et Collegiatis, absente Episcopo, primum Celebranti, postea Dignitatibus et Canonicis ordine successivo. **216.**

Praeintonari debent Antiphonae ab uno eodemque, tam Episcopo quam Canonicis. **2216** *ad* 3.

Praeintonatio in Antiphonis, Psalmis, Canticis aliisque similibus quae fiunt in Choro, spectat privative ad Primicerium in Cathedrali Terlitien. (excepto Celebrante) currente Hebdomada in eius Primicerii parte Chori. **2437** *ad* 4; sed Praeintonatio in Processionibus aliisque functionibus, quae fiunt extra Chorum, non pertinet privative ad eumdem. *Idem ad* 5.

Praeintonandae sunt a Beneficiatis seu Mansionariis Antiphonae Canonicis, qui in Matutinis, Laudibus et Vesperis decantandis intonant Antiphonas. **3801** *ad* 2.

Praeintonari debent Antiphonae in Matutino Noctis Nativitatis Domini. **3108** *ad* 7.

Praeintonandi Antiphonas ius reservatur Cappellanis Basilicae Lateranensis; quamvis Clericis Beneficiatis eiusdem Basilicae competat vices Beneficiatorum supplere, tam in servitio quam in functionibus Chori, non autem Cappellanis. **2456.**

Praelati Episcopo inferiores.

Praelati Episcopo inferiores habentes usum mitrae et baculi cum facultate benedicendi Cruces, Campanas etc. nequeunt consecrare altaria et calices, et alia in quibus requiritur sacra unctio. **774.**

Praelati Episcopo inferiores debent se conformare Decreto Generali diei 27 Septembris 1659, relato sub num. **1131**; scilicet: Non debent uti septimo candelabro. *ad* 1, nec cathedra fixa sed mobili et ad formam praescriptam ornata. *ad* 2; nec baldachino pretioso aut aureo, sed simplici, supra sedem, ad quam per duos tantum gradus in Presbyterii superficie stratos ascendatur. *ad* 3; nec abaco alio praeter parvam mensam in cornu Epistolae paratam. *ad* 4; celebrare possunt pontificaliter certis diebus, qui enumerantur. *ad* 5; associatio eis non debetur. *ad* 6; enumerantur ministri, quibus uti possunt. *ad* 7; de Mitra, Pileolo et Baculo. *ad* 8; non eis licet extra propriam Ecclesiam agere Pontificalia, aut pontificalibus insignibus uti in Processionibus, etiam de Ordinariorum licentia. *ad* 8; si Regulares sint, non utantur Rochetto. *ad* 9; invitati ad Ecclesiam exemptam, Pontificalibus uti nequeunt; nec ii, qui non fuerint Abbates perpetui vel benedicti, in propriis Ecclesiis uti possunt privilegio perpetuis Abbatibus vel alias benedictis indulto. *ad* 10; sacras vestes non sumant ex altari, nisi in pontificalibus. *ad* 11; nec Indulgentias impertiantur vel publicent sine speciali indulto. *ad* 12; trinam benedictionem tantum in pontificalibus producant, privatim vero populis benedicere non praesumant. *ad* 13; et praesente Episcopo a benedictionibus abstineant. *ad* 14; quidnam de eorum Sede, Confessione, Evangelii osculo et thurificatione, si adsit Episcopus vel Missae solemni assistat. *ad* 15; monentur Episcopi, ut ab interessentia abstineant, ut Abbates liberius uti valeant suis privilegiis. *ad* 16; in Ordinationibus, vestitione et professione Monialium, et in Ecclesiis, Oratoriis aliisque locis tam publicis quam privatis, praeterquam ter in anno, Pontificalia insignia non adhibeant, nisi de expressa Sedis Apostolicae concessione. *ad* 17; indultum benedicendi sacras supellectiles restringatur ad proprias Ecclesias vel Monasteria. *ad* 18; Pontificalia extra loca Abbatibus subiecta, vel pro servitio alienae Ecclesiae, nec de licentia Ordinarii exercere possunt. *ad* 19; Concionatoribus benedictionem non impertiantur. *ad* 20; **1157. 1164**; in Missis privatis uti simplices Sacerdotes se gerant. **1131** *ad* 21. - Allatum generale Decretum comprehendit Praelatos tam saeculares quam regulares. **1178**; quaedam declarantur in casu particulari. **1199.** Vid. **1827** *ad* 3 et **2376.**

Praelati Episcopo inferiores habentes usum pontificalium nequeunt benedicere Sanctimoniales de licentia Ordinarii absentis vel impediti. **1987.**

Praelati Regulares, etiam locales, nequeunt ordinare Collectam dicendam in Missa a subditis suis, tam pro necessitate Ordinis quam pro necessitate communi sine licentia Episcopi. **2514** *ad* 6.

Praelati Regulares non utentes Pontificalibus nequeunt praecedere suo subdito celebranti Feria VI in Parasceve in adoratione Crucis. **2515** *ad* 4.

Praelatis Domesticis non competit usus Palmatoriae et Canonis. **2775.**

Vide **Protonotarius.**

Praemonstratenses.

Praemonstratensis Ordinis Moniales comprehendit indultum, pro festo triumphi S. Norberti Ep. Conf. super haeresi Tanchelini celebrando. **3913.**

Praemonstratensis Ordinis Regulares, qui extra monasterium commorantur, ad privatam recitationem Officii Defunctorum die 2 Novembris et Litaniarum in festo S. Marci et triduo Rogationum sub peccato obligantur. **3428.**

Praepositus.

Praepositus, qui ab immemorabili tempore est prima Dignitas in aliqua Ecclesia, in sua possessione manutenendus est, si Archidiaconus in erectione huius Dignitatis omnibus privilegiis renuntiavit. **176.**

Praepositus, qui Protonotarius est, nequit uti in casu rochetto et mantelletta violacei coloris, nec cappa pontificali eiusdem coloris, nec facere sibi per Clericum caudam deferri, nec benedicere populo per vias. **393.**

Praepositi Ecclesiae Valentinae, qui faciunt unum corpus cum Canonicis, iisdem gaudent praeeminentiis et praerogativis, praeter actus particulares. **769. 940.**

Praeposito Collegiatae, absente Episcopo, non competit thurificatio triplici ductu. **837** *ad* 4; si vero Praepositus habeat propriam iurisdictionem a Capitulo separatam, plures ipsi quam aliis Canonicis thurificationes possunt exhiberi. *Ibidem ad* 5.

Praepositus et alii, qui Pontificalia exercere nequeunt, nec possunt uti cathedris serico ornatis, dum solemniter celebrant. **837** *ad* 8.

Ad Praepositi assistentiam tum in solemnioribus Festis tum in Dominicis, quando ipsemet celebrat, Canonici Ordinis tam Dia-

conalis quam Subdiaconalis per turnum tenentur. **1391** *ad* 1. **1395.**

Praepositus, attenta immemorabili, uti nequit in Missa solemni baculo et annulo; aut pontificali more populo benedicere, nisi constet de speciali S. Sedis indulto. **1032.**

Ad Praepositum Collegiatae spectat ius convocandi Capitulum, proponendi in eo negotia resolvenda, dandi primum votum et suffragia colligendi. **1384** *ad* 1.

Ad Praepositum spectat superioritas circa assistentiam Choro et directionem divinorum Officiorum; nisi aliter mandaverit Episcopus. **1384** *ad* 4.

Praeposito Canonici debent parere in iis, quae respiciunt divina Officia. **1384** *ad* 9.

Praepositus in casu manutenendus est in sua possessione thurificandi et omnium ceterorum ante omnes Canonicos et Hebdomadarium. **1386.**

Praepositus habens privilegium mitrae et baculi nequit uti Cruce pectorali extra functiones ecclesiasticas absque speciali Indulto. **1517.**

Praeposito Collegiatae non licet celebrare Missas solemnes cum duobus Diaconis et duobus Subdiaconis ac Presbytero assistente parato cum Pluviali. **1674.**

Praeposito mitrato alicuius Ecclesiae in agendis Pontificalibus plura non licent. **1782** *ad* 1, 3, 4, 5, 6 *et* 7; usus vero quatuor candelarum in Missa privata celebranda in casu tolerari potest. *Ibidem ad* 2.

Praeposito Ecclesiae Cathedralis S. Miniati celebranti non competit assistentia Presbyteri cum Pluviali. **1943.**

Praepositus et Decanus Herbipolen. nequit uti pulvinaribus cum stratis holosericis, sed tantum pulvinari laneo violacei coloris; idemque, thurificans Episcopum, debet observare Caeremoniale. **2016.**

Praepositus tenetur cantare in Choro primam Antiphonam post Officiantem. **2020** *ad* 1; tenetur assurgere dum omnes assurgunt, intonante Canonico Antiphonam sibi a Chorista delatam. *Ibidem ad* 2; ac thurificandus est duplici ductu, ut Canonici. *Ibidem ad* 3.

Praeposito Cathedralis Ferrariae non licet occupare stallum Vicarii generalis. **2062.**

Praepositi Curati, qui simul sunt dignitates et capita Collegiatarum, tenentur genuflectere Episcopo. **2127.**

Praeposito et Parocho Collegiatae S. Mariae Maioris Oppidi Valentiae Dioecesis Papien. non licet ingredi occasione associationis cadaverum in Ecclesiam Patrum Minorum Conventualium cum stola et Cruce elevata et praecedere Hebdomadarium Regularem indutum superpelliceo et stola. **2301** *ad* 1.

Praepositi Ss. Ioannis et Benedicti ac S. Michaelis Archangeli in Terra Montis Georgii Dioecesis Firmanae debent accedere ad Ecclesiam Minorum Conventualium occasione peragendi Processiones, quae fiunt in dicta Terra; et unus ex Praepositis actualiter peragens functionem Processionis potest deferre stolam et pluviale. **2302** *ad* 1 *et* 2.

Praepositus Ecclesiae Collegiatae habens usum Pontificalium debet in omnibus se conformare Decret. Alexandri VII. **2309.**

Praeposito Cathedralis Anagninae non debetur thurificatio triplici ductu. **2316** *ad* 1 *et* 2; ei reservatur praerogativa primi loci, sed non sedes honoraria cum dorso ad humeros. *Ibidem ad* 3. Sacrum diebus solemnibus peragenti, non aliae debentur honorificentiae, praeter illas, quae praestantur Canonicis similiter celebrantibus. *Ibidem ad* 4; debetur in Processionibus candela distincta et palma honorabilior. *Ibidem ad* 5; ei praecedit Vicarius, dummodo Praepositus non sit sacris vestibus indutus. *Ibidem ad* 6 *et* 7; dum induitur vestibus choralibus, ei inservire nequit Mansionarius pro delatione Breviarii ad suum stallum. *Ibidem ad* 8; non ei debentur paramenta nobiliora in loco distincto a ceteris Canonicis. *Ibidem ad* 9. **2742;** tenetur suam Hebdomadam facere et canere Missam per turnum. **2316** *ad* 10; in Processionibus servare debet Caeremoniale. *Ibidem ad* 11.

Praeposito Ecclesiae Collegiatae Missam solemniter celebranti debetur assistentia Canonicorum in officio Diaconi et Subdiaconi. **2451.**

Praeposito Ecclesiae Nullius Atissae, accedenti ad Ecclesiam Carmelitarum in habitu proprio et praevio nuncio, exhibendum est pulvinar. **2452.**

Praeposito Parocho, Canonicis et Sacerdotibus Ecclesiae Collegiatae S. M. Magdalenae in oppido *Morano-Calabro* non licet se opponere Primicerio, Parocho, Canonicis et Sacerdotibus Collegiatae S. Nicolai, quando hi de consensu Episcopi in Processionibus peragendis intrant fines Paroeciae prioris Collegiatae; et in posterum a quacumque oppositione facienda omnino abstinendum est. **3309.**

Praepositi substituto Cappellano in casu speciali non competit delatio stolae in Processionibus praesente Praeposito: eo absente, non ad Archipresbyterum, sed ad Cappellanum dictum spectat munia explere et stolam deferre. **1089.**

Praepositis fabricae Ecclesiarum parari nequeunt sedes in Presbyterio; et si qui easdem habeant intra Presbyterium, Ordi-

narius curet pro sua prudentia ut locentur extra Presbyterium. **3264** *ad* 1; in Processionibus cum SSmo Sacramento dicti Praepositi melius et decentius praecedant Clerum, nullusque eis assignandus est locus post Clerum parochialem; si vero vigeat consuetudo, ut Parochus aliique SSmum Sacramentum sequantur, tunc fabricae Praepositis tribuendus est locus post Clerum. *Ibidem ad* 2; ipsi thurificandi sunt in suis sedibus extra Presbyterium a thuriferario unico ductu, nunquam vero a Diacono. *Ibidem ad* 3; eisdem danda est pax a ministro inferiore cotta induto cum instrumento. *Ibidem ad* 4.

Praeses.

Praesidi Provinciae, vel quibusque aliis, non licet umbraculo seu umbella uti in solemni Processione SS. Sacramenti. **1908** *ad* 1.

Praeses Regius thurificandus est duplici ductu post Episcopum ad formam Caeremonialis. **1952** *ad* 1 *et* 2; non debetur ei osculum Evangelii. *Ibidem ad* 3; debetur osculum pacis cum instrumento post Episcopum. *Ibidem ad* 4.

Praeses in collatione subsidiorum dotalium recitet Hymnum *Veni Creator* sine cotta et sine stola. **2793.**

Praesidibus aliisque personis laicis prohibetur in functionibus ecclesiasticis osculum Evangelii, usus baldachini et assistentia in presbyterio. **1792. 1831.**

A Praeside Capituli non est legenda IX Lectio Matutini diebus solemnioribus, sed ab Hebdomadario; et consuetudo contraria est abusus eliminandus. **3601.**

Preces.

Preces praescriptae ab Episcopo ad impetrandam pluviam non sunt recitandae post Orationem Dominicam, ne sacrificium Missae interrumpatur. **182.**

Preces publicae et gratiarum actiones peragi possunt in Ecclesiis Regularium et exemptis sine licentia Ordinarii; demptis Processionibus aliisque actibus ad quos licentia Ordinarii requiritur. **2132** *ad* 15.

Preces pro eligendo Episcopo, sede vacante, diebus festis non sunt intermittendae; etiamsi Ecclesiae datus sit Administrator. **2274** *ad* 10.

Preces feriales ad Vesperas et ad Laudes diebus ieiunii nequeunt cantari per depressionem vocis a *fa* ad *re;* sed utendum voce uniformi per simplicem *fa.* **2343. 3110** *Dub.* VIII.

Preces feriales et Antiphonam finalem B. M. V., in Choro tantum, flexis genibus recitari a Rubricis praescribitur. **2682** *ad* 41.

Precibus ferialibus expletis Hebdomadarius in recitandis Orationibus debet surgere et stare. **3110** *Dub.* IX.

Preces post Missam recitari ante Altare, non depositis sacris vestibus, permittitur; dummodo preces dicantur assentiente Ordinario. **3157** *ad* VII.

Preces sermone vulgari permittuntur coram SS. Sacramento exposito, dummodo agatur de precibus adprobatis. **3157.** *Dub.* VIII.

Preces feriales et Suffragia in Choro post Matutinum et Laudes in Dominica pro sequente feria secunda recitari debent flexis genibus. **3461** *ad* 1.

Preces in lingua vulgari immediate ante benedictionem cum SS. Sacramento non permittuntur. **3530** *ad* 2.

Preces, non vero hymni, in lingua vernacula ante et post Missam recitari possunt coram SS. Sacramento. **3537** *ad* 1 *et* 2.

Preces post Missam a Summo Pontifice praescriptae dicendae sunt etiam a Regularibus, qui ex Constitutionibus Ordinis recitant in fine Missae *Salve Regina* cum ℣. *Ora pro nobis* et Oratione *Omnipotens.* **3637** *ad* 7.

Ante Preces in fine Missae a Summo Pontifice praescriptas, et priusquam Celebrans descendat, inclinatio capitis ad Crucem altaris neque praescribitur neque prohibetur; et in recitatione precum genuflectendum est pro libitu sive in suppedaneo sive in infimo gradu Altaris. **3637** *ad* 8; hae autem Preces immediate expleto ultimo Evangelio recitandae sunt, ita ut sanctae Communionis distributio vel alia parva functio interponi nequeat. **3682.**

Preces in fine Missae praescriptae, die Nativitatis Domini, dicuntur tantum quando Sacerdos ab Altari discedit, sive post primam sive post secundam sive post tertiam Missam. **3705. 3855** *ad* 7.

Preces a SSmo D. N. Leone PP. XIII in fine Missae praescriptae omitti nequeunt, si aliae quoque preces post Missam pro Defunctis recitandae sunt. **3805.**

Preces post Missam praescriptae non sunt recitandae post secundam Missam in Nativitate Domini, quando immediate sequitur tertia Missa solemnis. **3936** *ad* 1.

Preces post Communionem distributam dicendae sunt infra ablutionem et extersionem digitorum. **3975** *Dub.* III. *qu.* 1.

Preces tempore publicae generalisque necessitatis recitari non licet in Missa post calicis elevationem vel ante *Pater noster*; contrarius vero abusus, uti repugnans Rubricis

et scandalosus, omnino tolli debet. **1588** *ad* 9.

Preces in fine Matutini, quando separatur a Laudibus, in feriis poenitentialibus non sunt addendae. **4011** *ad* 1.

Ad Preces Officii et in Missa de Vigilia genuflectendum est ad formam Rubricarum; etiamsi per Apostolicum indultum in casu abrogatae sint Vigiliae quoad ieiunium et abstinentiam. **2602** *ad* 4. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **194.**

Preces aliquae pro Defunctis in Expositione SSmi Sacramenti recitandi consuetudo tolerari potest. **2856**; sed ubi haec non exstat, introduci nequit. **3616.**

Predella.

Predella debet apponi, quae dividat Altare a planitie, quando Altare non habeat planitiem, sed novem vel decem gradus, aut habeat planitiem nimis latam; ac tunc satis est, ut Sacerdos pro Missa incipienda descendat ab ipsa *predella*. **1265** *ad* 4.

Sub Predella Altaris si corpora Defunctorum humata sunt vel sub eodem, in eo non debet celebrari Missa, donec illa alio transferantur. **1030. 1333** *ad* 5. **2479.** Vide **3944** *ad* 2.

Super Predella sedes coriacea sine baldachino extra presbyterium permittitur Baronibus seu Dominis locorum. **1411.**

Presbyteratus Ordo; vide Ordinatio. Episcopus quoad Ordinationem.

Presbyter.

Presbyteri Ecclesiae sitae infra limites alicuius Paroeciae nequeunt erigere propriam Crucem, sed incedere debent sub Cruce Paroeciae in Processionibus, quae ab eadem fiunt. **340.**

Presbyteri, qui sedem habent in Choro et vocem in Capitulo, non sunt propterea appellandi Canonici. **391.**

Presbyteris Graecis petentibus, ut possent uti pane fermentato, sed cocto ad modum Hostiarum, quibus Latini utuntur, S. R. C. respondit: *Nihil*. **396.**

Presbyter Graeci Ritus alter ex electis pro Mandato Feria V in Coena Domini in Cappella Pontificia debet sumere sacram Eucharistiam cum aliis Presbyteris in Azymo. **2584.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **167.**

Presbyteri inservientes Canonico solemniter celebranti praecedentiam habent supra Canonicos. **671.**

Presbyter, qui ex Ordine Regulari post emissam professionem ad saeculum rediit, praecedentiam obtinet super alios simplices Presbyteros ordinatione iuniores. **936.**

Presbyteri communales aequaliter sedere debent cum Canonicis in pari scamno, sed post Canonicos. **1838** *ad* 2.

Presbyteri Ordinandi debent inchoare Missam non ab initio, sed ab oratione oblationis *Suscipe Sancte Pater* etc. **2404** *ad* 1; debent prosequi Missam non stantes, sed genuflexi. *Ibidem ad* 2; nec facere actiones, quas facit Episcopus in Missa. *Ibidem ad* 3. Vide **Ordinatio.**

Presbyteri Societatis SSmi Sacramenti in audiendis confessionibus in Ecclesiis servare debent Rituale Romanum. **3426** *ad* 4; in publicis Processionibus, si eisdem intersunt cum superpelliceo et bireto, incedere debent immediate ante Clerum saecularem et post Ordines Regulares. *Ibidem ad* 5. Vide **Sacerdos.**

Presbyter assistens.

Presbyter assistens, licet sit prima Dignitas, a dextris Episcopi parumper caput supponere debet ad librum, quem Cappellanus sustinet, dum Episcopus intonat Hymnum *Gloria, Credo* et *Dominus vobiscum* ad Offertorium. **14** *ad Declarat.* 7; et in Vesperis et Matutinis ad nonam Lectionem, dum Episcopus pontificaliter celebrat, ipse Presbyter assistens librum per se sustinere tenetur: ac si renuat, potest ad hoc opportunis remediis ab Episcopo compelli. **1795** *ad* 3.

Presbyter assistens, qui ministrat naviculam Episcopo, debet illum thurificare, et non Diaconus Evangelii. **235** *ad* 9.

Presbyter assistens debet esse semper prima Dignitas. **284. 599. 2659** *ad* 1 1 *et* 2. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **293.**

Presbyterum assistentem cum candela accensa ad instar Episcoporum habere, praeter Diaconum et Subdiaconum, Canonicis non licet diebus festivis et Dominicis. **475.**

Presbyterum assistentem cum pluviali, praeter Diaconum et Subdiaconum, habere non licet primae Dignitati Collegiatae solemniter celebranti. **805** *ad* 1.

Presbyter assistens pacem praebens saecularibus debet ipse, non Episcopus, osculari instrumentum. **544** *ad* 2.

Presbyter Pluviali indutus assistere potest Dignitatibus solemniter celebrantibus; dummodo consuetudo sit legitime praescripta. **1111** *ad* 3. **3580** *ad* 1; alias, non licet. **1771** *ad* 2. **3588.**

Presbyter assistens, dum librum sustinet, debet per se eumdem tenere supra

caput, dum Episcopus intonat *Gloria, Credo*. **1402** *ad* 5. **1504** *ad* 1. **1583** *ad* 3. **2097** *ad* 1. **2621** *ad* 11. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **228.-4016** *ad* 1 *et* 2; itemque tenetur sustentare librum super altare. **1620.**

Presbytero assistente pluviali induto Celebrans uti potest, attenta consuetudine, in casu particulari. **1470** *ad* 1.

Presbyteri assistentis officium competit Canonico antiquiori, ubi viget consuetudo, quod Dignitates nullam praestent assistentiam Episcopo, quando is cum Cappa tantum assistit. **2056.**

Presbyter assistens debet sustinere Missale in altaris thurificatione, item et Canonem, et transferre Missale ante legendam *Communionem*. **2097** *ad* 3, 4 *et* 5; non vero in benedictione Palmarum et Candelarum, aut dum in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum canuntur Orationes supra sepulcra vel circa castrum doloris. *Ibidem ad* 6 *et* 7.

Presbyter assistens cum Pluviali praeter Diaconum et Subdiaconum in Missis solemnibus nequit simplicibus Sacerdotibus concedi; et talis consuetudo est omnino prohibenda tamquam abusus. **2271. 2867** *ad* 2. **2933. 3057. 3408** *ad* 2. **3442** *ad* 2.

Presbyter assistens Episcopo in solio uti debet scabello, non vero sede camerali vel simpliciter lignea ex corio cooperta; nec toleranda est immemorabilis consuetudo contraria. **2621** *ad* 2 *et* 3. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **225.**

Presbyter assistens Canonicus Episcopo, Missae per alium cantatae assistenti, stare debet cum aliis Canonicis; Diaconi vero assistentes stabunt a tergo Episcopi et Celebrantis: dum Episcopus facit Confessionem cum Celebrante. **2682** *ad* 15.

Presbyteri assistentis Canonici in habitu Canonicali officium (Episcopo, in crastino non celebraturo, Vesperas perficiente) pertinet ad primum Canonicum Presbyterum post Dignitates, non vero ad primam Dignitatem. **3059** *ad* 21.

Presbyter assistens primae Missae Neosacerdotis potest assumere stolam a principio Missae usque ad finem, vel a principio Canonis usque ad sumptionem, iuxta consuetudinem. **3515** *Dub.* VII.

Presbyter assistens Canonico solemniter celebranti nequit se gerere more Presbyteri assistentis Episcopo solemniter celebranti; sed debet assistere dumtaxat ad librum; et ubi est consuetudo immemorabilis, potest uti pluviali. **3564** *ad* 1.

Quod Presbyter assistens cum Pluviali adhibeatur in prima Missa novi Sacerdotis solemniter celebrantis, tolerari potest. **3564** *ad* 2.

Presbyter assistens, dum e sacristia ad Altare pergit pro Missa solemni, ad sinistram Celebrantis incedere debet. **4018** *ad* II *qu.* 1.

Presbyter assistens initio Missae (solemnis, non pontificalis) assistere debet ad dexteram Celebrantis. **4018** *ad* II *qu.* 2; potest infra cantum Hymni Angelici et *Credo* sedere ad sinistram Subdiaconi, sed in scabello separato. *Ibidem ad* II; potest se transferre una cum Celebrante ad cornu Epistolae ibique stare a sinistris ipsius Celebrantis versus Diaconum, dum hic Evangelium cantat. *Ibidem ad* IV; non tenetur assurgere, dum Diaconus bursam cum corporali ad Altare defert. *Ibidem ad* V; incensari debet ante Subdiaconum. *Ibidem ad* VI *qu.* 1; pacem recipere debet a Celebrante in Missa solemni, et ipse dare Diacono; in Missa vero, cui Episcopus pontificaliter assistit, Presbyter assistens recipit pacem a Presbytero assistente Episcopo. *Ibidem qu.* 2; non potest se locare in plano cum palmatoria a sinistris Diaconi, dum hic cantat Confessionem ex libro, post habitam concionem coram Episcopo in Throno assistente. *Ibidem ad* 7.

Presbyter assistens Episcopo Suffraganeo ad faldistorium celebranti debet adstare; nec potest sedere cum Diacono et Subdiacono in scamno, dum Episcopus Epistolam et Evangelium legit, sed debet servare Caeremoniale Episcoporum lib. I, cap. 7, § 3, num. **4019** *ad* 2.

An Presbyterum assistentem habere possit Metropolitanus, sive Cardinalitia dignitate insignitus, sive non, assistens cum mitra et pluviali Missae solemni in Ecclesia alicuius Suffraganei, sive ab Ordinario, sive ab alio, ipso praesente, celebrandae, declarat Decretum S. C. Caeremonialis diei 16 Decembris 1837. **4001** *ad* 1. (En verba huius Decreti: « ... Missam cum Celebrante, quisque is sit, non incipit (Cardinalis). Sedem Episcopalem occupat, si non celebret Episcopus (loci Ordinarius), Canonicum vel Canonicos assistentes potest habere; celebrante tamen Episcopo, non potest. Neuter autem in casu Presbyterum assistentem proprie dictum habere valet »....)

Presbyterium.

In Presbyterio stare vel sedere tempore divinorum Officiorum Laicis non licet. **96** *ad* 6. **157. 175. 275. 1258** *ad* 2. **1258** *ad* 2. **1288.**

In Presbyterio sedes habere non debent Laici, quamvis Regii Praesides sint. **802**.

Presbyterium ingredi nequeunt Laici Congregati, tempore Expositionis SSmi Sacramenti, ibique per aliquot tempus orationi vacare; sed extra Presbyterium parandum est aliquod scamnum ubi se sistere possunt tempore Orationis. **3338** *ad* 3 *et* 4.

In Presbyterio Magistratus locum habere nequit. **1838** *ad* 1. **1849. 1910** *ad* 2. **2036;** licet in loco inferiore et a Clero separato. **2141**; non obstante transactione inita inter ipsum et Capitulum, quae non sustinetur. **1808** *ad* 1 *et* 2; neque in Presbyterio ipse uti potest sedibus cum suppedaneo et pulvinaribus cum tapete. **1792.** *Decret. gen.* **1808** *ad* 3. **1959**, sed tantum sedibus sine suppedaneo extra Presbyterium. **1830** *ad* 3. Decreta, quae prohibent, ne Magistratus locum habeat in Presbyterio, extenduntur etiam ad Ecclesias Regularium. **1792. 1832.** *ad* 1.

Intra Presbyterium vel in Choro Baronibus non licet habere sedem. **1777.**

Intra Presbyterium non licet Confraternitatis Sodalibus assistere Vesperis et Missae solemni, ibique thurificationem aliosque obsequii actus excipere, etiam consentiente Parocho. **2536.**

Intra Presbyterium a cornu Evangelii thronum cum strato et baldachino Princeps pro se, principissa et filiis tenere nequit; et Episcopus curet omnino praedicta omnia removeri: et compellat etiam sub censuris, quatenus opus sit. **1593.**

In Presbyterio nequeunt assistere Clerici, partim superpelliceo induti, partim vero non. **3549** *post Dub.* III.

Primati Archiepiscopo solemniter celebranti inservire ad Altare non debent Episcopi Suffraganei. **1642. 4002** *ad* 1.

Prima.

In Prima nequit celebrari Missa ante lectionem Martyrologii; sed expleta Primae recitatione Missa dicenda est. **19** *ad* 4.

Post Primam institui potest Processio pro Defunctis. **92.**

Ad Primam Chorus universus dicere debet *Confiteor* et *Misereatur.* **235** *ad* 14.

Primicerius.

Primicerius Dignitas Collegiatae S. Ioannis Maioris Neapolis potest monere et corrigere oretenus, non vero suas monitiones per edictum affigere et publicare. **1974** *ad* 1; ad incipiendum Officium in Choro servare debet regulas Caeremonialis. *Ibidem ad* 2; exiens e Choro tenetur notam facere Punctatori causam sui egressus, sed extra Chorum. *Ibidem ad* 3; Canonici e Choro exeuntes tenentur ab ipso petere veniam, et in egressu et regressu reverentiam ipsi exhibere et Punctatori causam egressus notam facere. *Ibidem ad* 4; non ei debetur pulvinar ex pelle. *Ibidem ad* 5; ad ipsum pertinent solemniores functiones. *Ibidem ad* 6; dummodo tamen Missam celebret solemniter. **1988** *ad* 3; Canonici ei inservire debent in Officio Diaconi et Subdiaconi. **1974** *ad* 7. **1988** *ad* 4. **2654** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **290**; nequit uti Cappa magna cum caputio et cauda violacea extensa in Officiis Feriae V in Coena Domini et Feriae VI in Parasceve. **1974** *ad* 9; ad eum pertinet dare signum inchoationis et dimissionis Chori; et distribuere Lectiones ad cantandum vel legendum. **1988** *ad* 1 *et* 2; et convocare Capitulum. *Ibidem ad* 5.

Primicerii Collegiatae S. Eustachii Baren. privative debent Chorum dirigere, quatenus intersint Choro; quod si absint, nequeunt subrogare simplicem Presbyterum, sed eorum vices Canonici debent supplere. **2299** *ad* 1 *et* 2; debent assistere Archiepiscopo in eorum Ecclesia Collegiata solemniter celebranti. *Ibidem ad* 3; non autem in Officio Diaconi et Subdiaconi Archipresbytero solemniter celebranti. *Ibidem ad* 4; Archipresbytero impedito vel nolente, ad ipsos pertinent functiones solemnes, et ipsis assistere debent Canonici in munere Diaconi et Subdiaconi. *Ibidem ad* 5 *et* 6.

Primicerius et Cantor in Missis et Officiis solemnibus non tenentur prope Lectorile canere per se ipsos, sed possunt alios ad canendum substituere. **2332** *ad* 12; nec tenentur per se Antiphonas Canonicis intonandas exhibere, eosque invitare ad canendum Responsoria. *Ibidem ad* 13.

Ad Primicerium in Cathedrali Terlitien. spectant praeeminentiae quoad receptionem palmarum, candelae et cinerum, **2437** *ad* 3; item excepto celebrante, praeintonatio in Antiphonis, Psalmis, Canticis aliisque similibus, quae fiunt in Choro, currente Hebdomada in eius Primicerii parte Chori. *Ibidem ad* 4; sed praeintonatio in Processionibus aliisque functionibus, quae fiunt extra Chorum, non pertinet privative ad eumdem. *Ibidem ad* 5.

Primicerius nequit intonare Hymnum et dicere Orationem in Processionibus SS. Rosarii et SSmi Sacramenti; id enim spectat ad Hebdomadarium. **417.**

Ad Primicerium, non ad Magistrum Caeremoniarum, in casu proposito spectat et pertinet distributio Antiphonarum et Lectionum. **730.**

Prior.

Priores Magistratus Episcopo pontificaliter celebranti aquam ministrent. **54. 84.**

Prior Monasterii S. Catharinae Ordinis Canonicorum Regularium Lateranensium habens usum Pontificalium, dum his utitur in propria Ecclesia, sedem habere debet in plano Presbyterii cum duobus parvis gradibus sine suppedaneo, sine baldachino, sed cum postergali tantum ex aliquo panno vel serico levi, sine auro et coloris convenientis solemnitati, quae celebratur. **198**; habeat tantum Diaconum et Subdiaconum, unum Presbyterum assistentem, Cappellanum cum pluviali ad librum et aliquos Clericos. *Ibidem;* habeat sex candelabra in altari, et non septem, nec non parvam mensam a latere Epistolae. *Ibidem;* adhibeat sub mitra pileolum nigri et non alterius coloris. *Ibidem.*

Prior Monasterii, qui est loci Ordinarius, vel eius Vicarius, nequit ante se Crucem deferri facere, non obstante quacumque consuetudine. **205.**

Priores Magistratus, qui non sunt de maioribus, thurificandi sunt post Capitulum et Canonicos. **26**; illi vero Communitatis terrarum post omnes de Clero. **497.**

Prior Collegiatae, dum in Cathedrali simul cum illius Dignitatibus et Canonicis interest, duplici ductu thuribuli thurificandus est. **375** *ad* 5.

Priori Collegiatae praecedentia super Canonicos Cathedralis non competit. **375** *ad* 6.

Priori Cathedralis Assisien., cum sit prima Dignitas, quatenus sit Protonotarius, licet uti habitu Praelatitio Protonotarii et lucrari distributiones. **930.**

Priori Protonotario in habitu Protonotariatus praecedere et locum habere potest inter alios Protonotarios, sed distributiones amittit; nec habere potest praecedentiam ratione Prioratus. **1269.**

Priori Ecclesiae parochialis nulla competit praecedentia in possessionibus super Canonicos, ratione Prioratus. **1300.**

Prior prima Dignitas Ecclesiae Cathedralis Spoletanae nequit sub praetextu consuetudinis quasdam sibi usurpare honorificentias, quae Praelatis Episcopo inferioribus non conveniunt. **1681**; nequit penes se retinere libros baptismales. *Ibidem ad* 9.

Prior Ecclesiae erigere sibi nequit thronum cum tribus gradibus et baldachinum cum sede episcopali; quae in casu removeri debent. **1729.**

Priori magno Tranen. non debetur osculum Evangelii, nec Celebrans debet cum eo facere confessionem. **2048** *ad* 1; in ingressu Ecclesiae excipiendus non est sub pallio seu baldachino. *Ibidem ad* 2; non ei debetur genuflexio et osculum manus a sacerdotibus Ecclesiae sibi subiectae. *Ibidem ad* 3; neque thronus. *Ibidem ad* 4.

Priores Confraternitatis SSm̃i Sacramenti incedere debent, non ante baldachinum post Capitulum, sed hinc inde a latere baldachini. **339.**

Prior Ecclesiae subiectae Commendatario Ordinis Hierosolymitani nequit celebrare Missam privatam cum quatuor luminibus, adhibere annulum cum gemma et pileolum, progredi ad altare associatus a duobus Acolythis, neque celebrare Missam privatam cum rochetto et habere assistentiam Sacerdotis, neque in Ecclesia uti sede camerali cum tapete et pulvinaribus. **2130** *ad* 1, 2, 3 *et* 4.

Priori Collegiatae S. Venantii Camerini, occasione accedendi capitulariter ad Cathedralem, quaenam debeantur honorificentiae, statuitur. **2230.**

Priores Terrae Montis Brandonis Dioecesis Ripanae non sunt thurificandi immediate post Canonicos et ante omnes Religiosos paratos. **2330** *ad* 3.

Supra Priorem Canonicorum Regularium praecedentia in Synodo debetur Collegiatae noviter erectae. **786.**

A Priore Matricis Terrae Fasanen. distributio candelarum, cinerum et palmarum fieri debet, dummodo Missam celebret: necnon delatio SSm̃i Sacramenti Feria V in Coena Domini et Absolutio in Commemoratione omnium fidelium defunctorum, si ipse celebraverit; secus vero, ab Hebdomadario. **1247.**

Privilegium.

Privilegiis concessis Abbatibus benedictis frui nequit Abbas regularis non benedictus, sub praetextu quod Monasterium ad alterum ex illis iam pertinuerit; nec Episcopus potest privilegium ampliare. **351.**

Privilegium concessum alicui Religioni faciendi processionem SS. Sacramenti in Dominica infra Octavam Corporis Christi non impedit, quominus Parochi saeculares eam facere possint eadem die. **590.**

Privilegium Apostolicum, Hispanis a Gregorio XIII concessum, celebrandi in singulis Ecclesiis alicuius Dioecesis Officia de Sanctis, quorum Reliquiae vel Corpora in eadem Dioecesi asservantur, non est sublatum. **847** *ad* 1.

Privilegiorum vigore Monachi a Processionibus exempti non tenentur ad easdem accedere, si correctioni et visitationi Episcopi non subiiciuntur. **1073.**

Sine Privilegio seu licentia S. R. C. in Litaniis nihil addendum est. **1711** *ad* 3. **3074** *ad* 3.

Privilegium concessum quibusdam Monialibus, quae Breviario Romano utuntur,

Processio quoad Crucis erectionem.

Processio quoad Indictionem et Directionem.

Processio quoad Ordinem et Ritum.

li, tam in principio quam in reditu Processionis, et intra Ecclesiam. **2306** *ad* 7.

Processio claustralis, quae fit cunctis diebus festis ante Missam solemnem, omittenda est, cum Missa Pontificalis celebratur: iuxta consuetudinem in Archibasilica Lateranensi vigentem. **3635.**

In Processionibus, quae in festo S. Sebastiani ex voto immediate ante Missam conventualem fiunt, adhibendus est color proprius S. Martyris i. e. rubeus; etiamsi Missa de S. Sebastiano celebrari non possit, sed de festo SSm̃i Nominis Iesu. **3769** *ad* 1.

In Processione, in qua defertur quaedam Imago B. M. V., Episcopus nequit incedere post Capitulum solus, associatus a sua familia, Vicario et quibusdam Presbyteris ad id vocatis, ante Imaginem praedictam. **408.**

In Processionibus, quae fiunt feriis 2, 3 et 4 Hebdomadae maioris accedendo ad Ecclesiam, in qua expositum est SSm̃um Sacramentum, color stolae debet esse violaceus. **1765.**

Processionum Cruces non sunt benedicendae de praecepto; sed simplex Sacerdos eas privatim benedicere potest. **2143** *ad 1 et* 2.

In Processionibus Abbates regulares, si plures simul conveniant, singuli incedere debent cum suo Clero et sub Cruce propriae Ecclesiae et loco unicuique debito. **307.**

In Processionibus publicis Abbas regularis incedere debet cum suo Clero ante Abbatem cum suo Clero saecularem. **298.**

In Processionibus Abbas regularis nequit deferri ante se facere intortitium per Conversum. **789** *ad* 2.

Processiones dirigentes vel assistentes Celebranti Clerici biretum deferant. **2769** VI *ad* 1.

In Processionibus publicis Canonici Collegiatae praeferuntur omnibus Curatis et Presbyteris Ecclesiarum Parochialium aliarumque Ecclesiarum simplicium. **317.**

Processioni intervenientes Canonici tenentur per seipsos deferre intortitia. **875** *ad* 2.

Processio quoad Regulares et Confraternitates.

Ad Processiones Episcopus compellere potest Fratres Ordinis Praedicatorum et Minorum. **48** *ad* 1.

Processionem in die festo S. Isidori et Litaniarum maiorum, vel publicam aliquam ob causam, vel si viget consuetudo, a Capitulo Legionen. peractam, recipere eique obviam ire tenentur Prior et Clerici Regulares S. Augustini Monasterii S. Isidori. **94** *ad* 1; et tenentur in transitu Processionis campanas pulsare, ac vias mundare in praefatis diebus tantum. *Ibidem ad* 2.

Ad Processiones Rogationum Monachi Congregationis Cassinensis ab Episcopo cogi nequeunt. **99.**

In Processionibus Regulares turmatim permixtique incedere non debent. **33. 48** *ad* 2. **298. 522. 757. 1716.**

Processiones enumerantur, ad quas Regulares compelli possunt. **1096.** *Decret. gener.* **1141. 1244. 1581.**

Ad Processiones Iubilaei, et quae fiunt ob publicam causam, Regulares accedere tenentur. **1366.**

Processiones quaedam Fratribus Ordinis Minorum prohibentur. **1289. 1306.**

Processiones nec Regulares nec Confraternitates ducere possunt extra ambitum earumdem Ecclesiarum sine consensu Parochi. **448** *ad* 3. **739. 1096. 1316. 1353.** *ad* 3. **1684** *ad* 6. **1778** *ad* 1. **2098** *ad* 4; sed solummodo prope muros Ecclesiae. **1440** *ad* 1; et obtenta licentia ingrediendi limites Parochiae, Processiones nequeunt ducere eodem tempore, eodem loco et iisdem viis, in quibus procedit Clerus Parochialis, qui semper et in omnibus praeferendus est. *Ibidem ad* 2.

Processiones et Expositiones SSm̃i Sacramenti Regularibus permittere aut interdicere potest Episcopus pro suo arbitrio et prudentia. **1450.**

Processiones, quae in casu particulari fieri possunt a quibusdam Regularibus cum vel sine licentia Parochi, declarat S. R. C. **1472. 1487.**

In Processionibus faciendis Regulares et Confraternitates non tenentur accedere, nisi ad Ecclesiam, a qua dirigenda est Processio; et hac expleta non tenentur associare Capitulum ad Cathedralem. **1591.**

In Processionibus peragendis Regulares cogi possunt, etiam sub censuris, ad deferendum caputium, et non pileolum; nec non ad canendas Litanias aliasque preces a Clero saeculari cantari solitas. **1298. 1601.**

Processio Sacr. Rosarii a Dominicanis peragi potest extra ambitum proprium, habita tantum licentia ab Episcopo. **1824. 1980.**

Processio Sacr. Rosarii in Ecclesia S. Dominici Maioris in Civitate Neapolitana ducenda est a Fratribus Ordinis Praedicatorum; etsi Confraternitas Sacr. Rosarii ibi erecta non accedat. **3007.**

Processione peracta in regressu ab Ecclesia non est locus alicui praecedentiae inter Confraternitates. **1925** *ad* 2.

Processio S. Antonii de Padua incedens infra Octavam Corporis Christi fieri potest a Conventualibus, dummodo dies non sit impedita aliis Processionibus. **2191**; haec Processio peragi potest a Fratribus Reformatis per Oppidum in casu arbitrio Episcopi. **2203** *ad* 6.

In Processionibus Regulares se immiscere non possunt cum Magistratu aliisque saecularibus. **647.**

Ad Processionibus interessendum Regulares, etiam exempti, compelli possunt remediis iuris, singuli sub propria Cruce. **55. 272. 282. 331. 801. 1361** *ad* 4. **1704. 1913. 2116** *ad* 1. **2490** *ad* 2. **1423. 1308** *ad* 4. **1895. 3036** *ad* 4.

In Processionibus quam praecedentiam Regulares inter se habeant, quando his intersunt ex diversis Institutis, statuitur. **255. 309. 318. 352. 410. 429. 905. 1344. 2728**; praecedentia petenda est non ab antiquitate Conventus, sed ab incolatu familiae. **1067**; praecedentia definitus inter Fratres Minores de Observantia et Capuccinos. **1616. 2927.**

In Processionibus Canonici Regulares praecedentiam habere nequeunt supra Parochum, Clericum Regularem S. Pauli decollati, quando is in iisdem tamquam Parochus inter alios Curatos suo loco procedit. **116.**

In Processionibus et Rogationibus Regulares Pluvialia deferre nequeunt. **496.**

Processiones ducere aut exercitium Viae Crucis peragere nequeunt Regulares per alienas Parochias, dissentientibus Parochis. **1291** *ad* 2; possunt tamen, habita venia ab Episcopo et Parochis. *Ibidem ad* 3; imo si Episcopus licentiam concesserit, etiam contradicente Parocho. **1573.**

Ad Processiones, quae fiunt pro aliqua necessitate, Regulares tenentur accedere, et quidem ad Ecclesiam parochialem, et intus exspectare, et non discedere, antequam sit terminata Processio; et extra Ecclesiam incedere capite cooperto, dummodo non deferatur SSmum Sacramentum. **1291** *ad* 4.

Ad Processiones nequeunt mittere Regulares suos Laicos, et praecipue ad illas Corporis Christi, indutos vestibus sacro Ordini competentibus; cuiusmodi abusus est eliminandus. **1405.**

Processiones generales ex antiqua consuetudine et populi devotione solitae fieri, Parocho renuente vel ipso non interessente, in casu Regularibus licet. **1539** *ad* 7.

Processiones extra ambitum monasterii ducere Regularibus non licet, nisi probetur formiter consuetudo contraria. **2098** *ad* 4.

In Processionibus Regulares Minores Observantes Assisii degentes praecedentiam habent supra Minores Conventuales, quamvis isti Basilicae Patriarchali addicti sint. **3036** *ad* 1; idem ius etiam competit Minoribus Reformatis, quando Observantes non accedunt. **3040.**

In Processionibus Regulares tertii Ordinis Assisii commorantes praecedunt Capuccinos eiusdem Civitatis, quando isti sub propria Cruce incedunt. **3036** *ad* 3.

In Processionibus publicis Presbyteri Societatis SS. Sacramenti, si intersunt, cum superpelliceo et bireto, incedere debent immediate ante Clerum saecularem et post Ordines Regulares. **3426** *ad* 5.

Processiones excipere potest Superior Regularis Ecclesiae in Monte Berico Dioecesis Vicentinae ad ostium Ecclesiae indutus superpelliceo et stola; et Parochi, qui dictis Processionibus intersunt, in Ecclesiam ingredi possunt cum stola iuxta consuetudinem ibi vigentem. **3775** *ad* 1 *et* 2.

Vide **Processio cum SS. Sacramento in festo Corporis Christi.**

Processio cum Ss. Reliquiis.

In Processione, in qua circumferuntur Sanctorum Reliquiae, deferendum non est SSmum Sacramentum. **28.**

In Processione solemni cum S. Reliquia, semper deferenda haec est a prima Dignitate, et ea impedita, a secunda, ordine successivo. **749.**

In Processionibus Reliquiae Beatorum minime circumferantur. **1130** *ad* 11.

In Processione cum Reliquia per Civitatem, eadem non est necessario thurificanda a Regularibus, ante quorum Ecclesias transit supplicatio; laudabile tamen est, si id sponte fiat. **922.**

In Processione Reliquiam deferens Sacerdos incedere debet detecto capite. **918** *ad* 1. **1043.**

In Processionibus, etiamsi deferantur Reliquiae Sanctorum, Canonicis et toti Clero ac Episcopo licet incedere capite cooperto: illis vero qui sacras Reliquias deferunt, non licet usus bireti. **1352.**

In Processionibus, in quibus deferuntur Reliquiae vel Statuae Sanctorum, ii qui eas deferunt, caput tegere nequeunt: alii vero Clerici tecto capite cum bireto incedere possunt. **1841** *ad* 1; si in Processione non deferuntur Reliquiae, etiam Magistratus caput tegere potest. *Ibidem ad* 2.

In Processionibus cum Reliquiis Magistratus nequit incedere capite cooperto, dum defert hastas baldachini. **1800.**

In Processionibus cum Ligno SSmae Cru-

cis tam Clerus quam saeculares detecto capite incedere debent. **1841** *ad* 1.

In Processionibus cum Reliquiis non licet Officialibus militiae armatae intercedere inter capsam Reliquiarum et Clerum, sed tantum a lateribus dictae capsae. **1633.**

Post Processionem Reliquiarum, benedictio cum Reliquiis impertiri potest, sed non debet. **1711** *ad* 1. **2483** *ad* 5. **2324** *ad* 1.

In Processionibus quando deferuntur Reliquiae ad Ecclesias Regularium, terminata functione ac data benedictione per deferentem illas, Capitulum et Canonici tenentur et cogendi sunt exspectare ipsum deferentem, donec sibi mutaverit habitum. **1299** *ad* 2.

In Processionibus Reliquias S. Crucis et Spinae deferendi ius in casu speciali spectat ad digniorem Canonicum. **1299** *ad* 4.

Processionem cum Reliquia S. Antonii de Padua Fratres Franciscani facere possunt de consensu et licentia Episcopi. **1971** *ad* 1; et gestatio dictae Reliquiae spectat ad Religiosos S. Francisci. *Ibidem ad* 2.

Processiones cum Reliquia SS. Crucis, vel pro recolenda Translatione almae Domus Lauretanae a Capitulo Collegiatae Terrae Montis Cassiani, ducendae sunt extra moenia Montis Cassiani, iuxta antiquum stylum. **2483** *ad* 6.

In Processionibus Reliquiae et Imagines Sanctorum deferri non debent sub baldachino. **2379** *ad* 2. **2647.** *Decret. gener.* **2808. 2951** *ad* 1; tolerari tamen potest, quod Lignum S. Crucis et Instrumenta Passionis Domini deferantur sub baldachino, dummodo tamen id fiat seorsim et disiunctim a Reliquiis Sanctorum. **2647.**

In Processionibus Imagini B. M. V., quando defertur cum Reliquiis Patroni Dioecesis, honoratior locus competit. **3087.**

In Processionibus Reliquiarum delatio munus est Celebrantis aliorumque cum eo paratorum. **950.**

In Processionibus Reliquiae, quae vulgo baptizatae dicuntur, possunt deferri ad formam Decreti anni 1691. num. **1893.**

In Processionibus omnibus, in quibus non intervenit Clerus saecularis, S. Reliquias deferenti Regulari uti licet Pluviali et Stola. **1539** *ad* 6.

In Processionibus Episcopus sanctum verae Crucis lignum deferens Mitra uti potest. **3434** *Dub.* VI.

Processio cum Reliquia S. Ligni Crucis, quae defertur sub baldachino, thuriferario praecedente, cum sacris Ministris nigris paramentis indutis, intra muros Ecclesiae Feria VI in Parasceve, licite continuari potest; quatenus non fiat intra Officium et Missam. **3466** *ad* 1.

In Processionibus, in quibus deferuntur Sanctorum Reliquiae, associantes Laici, quacumque Dignitate fulgeant, non sunt thurificandi a Sacerdote pluviali induto; quemadmodum thurificari solet Episcopus, si intersit, post thurificationem Reliquiarum. **1751.**

Processiones Rogationum.

In Processionibus Rogationum nullo modo possunt Regulares impedire, quominus Episcopus per suos Canonicos Missam solemnem cantari faciat etiam in Ecclesiis Regularium et exemptis, quo huiusmodi Processiones terminantur: nec ad Regulares, sed ad Episcopum seu Canonicos pertinet celebratio dictarum Missarum. **121.**

In Processionibus Rogationum adhibendus est semper color violaceus, etiam infra Octavam Paschatis. **1017.**

In Processione S. Marci, absente Episcopo vel celebrare nolente, pluvialis indumentum et precum decantatio spectat ad illum, qui Missam solemnem in Cathedrali celebraturus erit, quamvis Processio finem habeat in Collegiata. **1230.**

In Processionibus Rogationum, si Episcopus intersit pluviali indutus, nemini licet uti eodem indumento; eo autem absente vel nolente preces absolvere, id spectat ad illum, qui eo mane solemniter celebraturus erit in Cathedrali, etiam privative quoad Parochum. **1230. 1659.**

Processiones pro Litaniis maioribus, Rogationum, occasione Iubilaei, pro pace, pluvia, serenitate etc., Processionibus generalibus adnumerantur. **1297** *ad* 1; indicanda est pro iisdem hora conveniens a Collegiata, non autem a Parocho Matricis. *Ibidem ad* 2 *et* 4; qui tamen personaliter interesse debet, nisi obstet legitimum impedimentum. *Ibidem ad* 3.

In Processione Rogationum, si terminatur in Ecclesia Confraternitatis, Missa in dicta Ecclesia canenda est ab aliquo Cappellano Confraternitatis, non ab Archipresbytero vel alio digniore Collegiatae, si talis consuetudo exsistit. **1409** *ad* 3.

Post Processionem Rogationum in festo S. Marci Missa de Feria dicenda est; nisi Processio finem habeat in Ecclesia eidem Sancto dicata. **128. 1890** *ad* 9. **2687** *ad* 2. **2740** *ad* 9.

In Processionibus Rogationum in Ecclesiis, in quibus una tantum Missa cantatur, convenientius est eamdem peragere post Nonam. **2319** *Alia Dub. ad* 3.

Ut in Processionibus Rogationum Cantores incedant Pluvialibus induti, consuetudo

in Cathedrali Conimbricensi vigens servanda est. **2424** *ad* 11; item alia, ut easdem Processiones ducentes in Ecclesiis, quae per vias occurrunt, faciant commemorationes pro Defunctis ibidem tumulatis in adimpletionem Legatorum. *Ibidem ad* 12.

In Processionibus Rogationum, quibus intersunt Capitulum Cathedralis et Clerici Ecclesiarum Parochialium cum respectivis Archipresbyteris, usus Pluvialium pertinet ad Capitulum Cathedralis. **2441** *ad* 1; et Missae Conventuales in dictis Parochialibus, cum assistentia Capituli Cathedralis, celebrari debent a Dignitate vel Canonico Hebdomadario Capituli Cathedralis. *Ibidem ad* 2.

In Processionibus in festo S. Marci et in Rogationibus cantari possunt Antiphonae ritu paschali in Ecclesiis, quas Processio ingreditur. **3043** *ad* 1; sed nequeunt, introgressa Processione, interruptis Litaniis Sanctorum, invocari nomina Titularium Ecclesiae. *Ibidem ad* 2; nec cantari possunt interruptis Litaniis Hymni *O gloriosa Virginum, Ave maris stella* ante Imagines. *Ibidem ad* 5; pulsari tamen possunt Ecclesiarum campanae sonitu festivo iuxta consuetudinem. *Ibidem ad* 3.

Processionem in festo S. Marci et in Feriis Rogationum, quoties temporis inclementia ab Ecclesia egredi non patiatur, intra Ecclesiae ambitum fieri, si Ecclesia capax est, congruentius est Rubricis, **3069** *ad* 1.

In Processionibus S. Marci et Rogationum Litaniae interrumpi possunt, ut fiat Statio; et cantari licet Tractum: *Domine non secundum peccata nostra* ℣. *Adiuva nos* et Orationem: *Deus, qui culpa;* sed servandum est Rituale quoad benedictionem cum Reliquiario vel Imagine B. M. V. aut alicuius Sancti. **3451.**

Processionem Rogationum in aliqua Ecclesia Regularium terminaturus Episcopus excipiendus est a tota communitate. **1233.**

In Processione Rogationum Litaniarum invocationes duplicantur, etiam impedita Processione extra Ecclesiam. **3580** *ad* 4. non autem repetuntur ab obligatis ad Officium divinum, qui eas simul recitant, vel in Choro vel extra Chorum. **3011** *ad* 2.

Processionis Rogationum maiorum occasione, Capitulum S. Marci excipiat Praesulem celebraturum, Missae celebrationi assistat a cornu Epistolae in suis sedibus, et Celebrantem ipsum comitetur ad sacrarium, eumque ad Altare revertentem associet usque ad sacrarii ostium. Cum autem universus Clerus processionaliter discesserit, tunc Capitulum ipsum S. Marci perficiat suam Processionem. **2992.**

Processione Rogationum finita in Ecclesia S. Marco Evangelistae dedicata, hora Tertia solemniter est cantanda; quo tempore Episcopus recitat Psalmos et accipit paramenta rubra pro Missa Pontificali. **3006** *ad* 3.

In Processionibus Rogationum Canonici incedere debent bini et bini, non vero hinc inde ad latus Episcopi. **3549** *ad* 1; in iisdem Parochi incedere nequeunt immediate ante Episcopum loco Cleri Cathedralis. *Ibidem ad* 2.

Ut in Processionibus Rogationum Canonici Collegiatae incedant parati prout Canonici Cathedralis, non convenit. **235** *ad* 18.

In Processionibus Rogationum cantus precum pertinet ad Canonicos Cathedralis, non autem Collegiatae. **1684** *ad* 11.

In Processionibus Rogationum Canonico Cathedralis induto alba, stola et pluviali, gestanti sacras Reliquias, non licet extra portam Civitatis pluviale dimittere, et sic pergere ad Ecclesias, ad quas Processio dirigitur. **2063.**

Processioni in diebus S. Marci et Rogationum, quae fit cum Capitulo Cathedralis et Senatu Civitatis tantum, non tenetur interesse Clerus Parochiarum Civitatis Barcinonen.; nec propterea debet facere Processiones particulares in singulis Parochiis, sed obligationi satisfacit, recitando publice Litanias in Choro post Laudes Officii diei. **2540** *ad* 1.

Processio Rogationum et abstinentia a carnibus in Dioecesi Brugensi (ubi ex peculiari concessione Festum S. Marci incidens infra Octavam Paschae transfertur cum litaniis et abstinentia ad feriam IV post Dominicam in Albis) si hac feria IV occurrat Festum Ss. Ap. Philippi et Iacobi vel Inventionis S. Crucis, protrahantur ad feriam V sequentem. Sin autem hac feria V occurrat festum Patroni praecipui, abstinentia et Processio transferantur ad feriam VI sequentem, Festum vero S. Marci in diem primam liberam. **2958.**

Vide **Rogationes. S. Marcus.**

Processio cum SSmo Sacramento.

Ad Processionem cum SSmo Sacramento tantum, Monachi Congregationis Cassinensis ab Episcopo cogi possunt. **99.**

In Processionibus SSmi Sacramenti, quae fiunt per annum, et in solemnissima Processione in festo Corporis Christi, omnes, tam laici quam Clerici, intortitia accensa deferre debent. **125.**

Processio cum SSmo Sacramento occasione XL Horarum in Oratoriis Confraternitatum prohiberi nequit. **538** *ad* 1.

In Processione cum SSmo Sacramento, quae fit immediate post Missam, color pa-

ramentorum idem esse debet ac in Missa adhibitus, praeter velum humerale, quod erit albi coloris. **1615** *ad* 6. **3175** *ad* 3.

Post Processionem cum SS. Sacramento Benedictio cum Eodem impertiri debet super Altari, non vero in ianua. **1784.**

In Processione cum SS. Sacramento nequit deferri Imago sacri vultus Christi. **3636** *ad* 3.

Processio cum SS. Sacramento Feria VI in Parasceve, qui locum habebat in Civitate Andrien., reprobata est. **2668.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **307.**

In Processionibus cum SS. Sacramento Parochi et alii nequeunt deferre stolam supra mozzettam nec retinere pileolum. **2769** *Dub* VI *qu.* 2.

Post Processionem cum SS. Sacramento in Expositione factam, in eius fine danda est Benedictio, quamvis postea SSm̃um Sacramentum iterum exponatur. **3175** *ad* 2.

In Processionibus cum SS. Sacramento Sacerdos, qui Idem defert, quacumque dignitate insignitus, incedere debet paratus amictu, stola et pluviali. **3201** *ad* 6.

In Processionibus cum SS. Sacramento Celebrans Pluviali et velo humerali indutus esse debet. **3697** *ad* 12.

In Processionibus SS. Sacramenti, quas Episcopus pontificaliter peragit, incedere ipse debet inter Diaconos assistentes; et servare praescriptiones Caeremonialis pro Festo Corporis Christi. **3728** *ad* 3.

In Processionibus cum SSm̃o Sacramento incedere possunt sex vel octo e Congregatione SSm̃i Sacramenti cum intortitiis accensis ad latera baldachini, sub quo SSm̃um Sacramentum defertur; reliqui vero ipsum Sacramentum sequantur. **3395** *ad* 2.

Processiones solemnes nocturnae alicubi fieri solitae feriis V et VI maioris Hebdomadae cum SSm̃o Sacramento vetantur, utpote repugnantes stylo, ritui et mysteriis Ecclesiae universalis. **222.**

Ut in Processione SSm̃i Sacramenti duo ex Sodalibus Confraternitatis incedant post Clerum immediate ante idem Sacramentum cum campanulis, non permittitur. **438.**

In Processionibus vespertinis in honorem B. M. V. aut Sanctorum licet deferre SS. Sacramentum etiam extra festum Corporis Christi eiusque octavam, de consensu Ordinarii; sed Imagines vel Reliquiae B. M. V. ac Sanctorum insimul deferri nequeunt. **3878. 3997.**

In Processionibus cum SS. Sacramento Sodales Confraternitatum nudo omnino capite praecedere debent. **3961.**

Processionibus, in quibus SSm̃um Sacramentum defertur, tam Clerus quam saeculares detecto capite incedere debent. **1352** **1841** *ad* 1. **3276** *ad* 2.

In Processionibus, in quibus SSm̃um Sacramentum solemniter defertur, melius et decentius coetui fabricae Ecclesiae praepositi praecedent Clerum; nullusque eis assignandus est locus post parochialem Clerum ipsum. Sin autem vigeat consuetudo, ut Parochus et alii divinum Sacramentum sequantur, tunc fabricae praepositis tribuendus est dignior locus post Clerum. **3264** *ad* 2.

In Processione cum SSm̃o Sacramento Feria V in Coena Domini et Feria VI in Parasceve Canonici hastas baldachini deferre nequeunt. **705.**

In Processionibus cum SSm̃o Sacramento Congregati laici, quando eisdem intersunt cum luminibus, procedere debent ante Clerum saecularem et regularem, atque etiam ante Confraternitates, si adsint sacco indutae. **3388** *ad* 2.

In Processione cum SSm̃o Sacramento Episcopus nequit incedere sub eodem baldachino cum Sacerdote illud deferente aut sibi deferri facere particularem umbellam. **1655** *ad* 1; quod si ipse deferat SSm̃um Sacramentum, nequit uti sub eodem baldachino umbella extensa et a suo famulo delata. *Ibidem ad* 2.

In Processionibus, in quibus Episcopus defert SSm̃um Sacramentum, eidem debetur assistentia duorum Canonicorum Dalmaticis indutorum; qui ad id cogi possunt, si renuant. **2526** *ad* 2 *et* 3. **2528** *ad* 2.

Processio solemnis in Expositione SSm̃i Sacramenti in forma XL Horarum ante Eiusdem repositionem intra ambitum Ecclesiae fieri potest; et eiusmodi consuetudo est laudabilis. **3632.**

In Processionibus cum SSm̃o Sacramento carmina idiomate vulgari cantari possunt, attenta consuetudine. **3124.** *ad* 7.

Processio cum SSmo Sacramento in festo Corporis Christi et infra eiusdem Octavam.

In Processione Corporis Christi quominus Sodales Confraternitatis SSm̃i Sacramenti intortitia deferant, ab Episcopo prohiberi nequit. **125**; sed ex illis aliqui cum intortitiis incedere possunt hinc inde ante et apud Sacramentum, servata in reliquis Constitutione Gregorii XIII. **251.**

Processio SS. Sacramenti, quae fit in solemnitate Corporis Christi ab Ecclesia Parochiali Matrice, turbari non debet per aliam Processionem, quam facere praetendebat

Processio Corporis Christi fieri debet iuxta Caeremoniale Episcoporum lib. II. cap. 33, § 5 et 21; et hastae baldachini deferendae sunt a dignioribus Beneficiatis usque ad ianuam Ecclesiae, et ibi laicis tradendae. **2341** *ad* 1.

In Processione Corporis Christi Sacerdotes, Diaconi et Subdiaconi possunt induere Albas, Casulas, et respective Dalmaticas ac Tunicellas; et Crux processionalis deferri potest ante Clerum per Subdiaconum Tunicella paratum. **2362.**

Processio SS. Corporis Christi nec non processiones Feria V in Coena Domini et Feria VI in Parasceve quomodo ordinandae sint ab Eremitis Montis Coronae Ordinis Camaldulensium, statuitur. **2368.**

Processio SS. Corporis Christi, quae fit in eiusdem solemnitatis octava a Capitulo Ecclesiae Cathedralis Bituntinae, debet incipi et terminari ab uno eodemque Celebrante; non vero Sacra Hostia deferenda est usque ad ianuam Ecclesiae ab uno Celebrante, et ibi alteri Dignitati tradenda. **2399.**

Processio SS. Sacramenti, quae fieri nequit in Ecclesiis minoribus in die vel per octavam Corporis Christi ob deficientiam Ministrorum, peragi poterit in altera ex Dominicis sequentibus, prout loci Ordinario videbitur, post celebratam Missam cum commemoratione SS. Sacramenti. **2402.**

In Processione SS. Corporis pausatio fieri potest semel vel iterum in via, non quoties altaria occurrunt; et haec altaria per viam exstructa sint decenter ornata et a probo Caeremoniarum Perito prius auctoritate Episcopi visitata. **3621** *ad* 3. **2609.** *Vide Suffragium in IV volumine p.* **199.** - **3448** *Dub.* X. *qu.* 1; in casu autem toleranda est consuetudo pausandi ac populo benedictionem impertiendi, quatenus servetur regula Caeremonialis. **2609.**

In Processione cum SS. Sacramento in Solemnitate Corporis Christi idem deferendum est a Celebrante, non obstante consuetudine contraria. **2792** *ad* 1; nec deferri potest per plures Sacerdotes successive. **2835.**

In Processione cum SS. Sacramento in solemnitate Corporis Christi permittitur Beneficiatis Cathedralis Syracusanae ob immemorabilem consuetudinem, ut induant casulam et stolam super Albam, Canonici vero induant casulam cum rochetto; cuncti tamen absque manipulo iuxta Rubricas. **2973.**

In Processione cum SS. Sacramento in festo Corporis Christi non frequenter extra Ecclesiam benedictio dari potest, sed semel vel iterum dumtaxat; et in reditu Processionis ad Ecclesiam deponi debet SS. Sacramentum super Altari et nonnisi semel cum eo benedici, et quidem post expletum cantum stropharum *Tantum ergo* et *Genitori* cum versiculo et Oratione; et in benedictione ipsa nihil prorsus cantari. **3086** *Dub.* IV.

Quoad Processionem SS. Sacramenti in festo Corporis Christi, consuetudo in Dioecesi Urgellensi introducta eamdem post Vesperas peragendi servari potest. **3192** *ad* 1.

In Processione Corporis Christi Regulares, qui dispersionis causa Crucem erigere nequeunt, incedere debent sub Cruce Capitulari, et quidem superpelliceis induti. **3193.**

Processio SS. Sacramenti in festo Corporis Christi peragenda anticipari nequit, etiam in regionibus, in quibus plerumque intra tempus pluviale incidat. Si vero Vicarius Apostolicus viderit, quod solemnis Processio SS. Corporis Christi impedienda erit supervenientibus pluviis, ipse propria auctoritate ordinaria solemnes Processiones cum SS. Sacramento indicere potest; attamen sub conditione, quod in die solemnitatis Corporis Christi adamussim servetur praescriptio tum Caeremonialis Episcoporum tum Ritualis Romani. **3277.**

In Processione peragenda in solemnitate SS. Corporis Christi iuxta arbitrium R̃mi D. Patriarchae Hierosolymitani, pueri, modo quo Angeli depingi solent, vestiti, quorum alii flores per viam spargunt, alii fumigantes deferunt thuribulos, alii uvam ac frumenti spicas in manibus gestant, admitti possunt ob adiuncta ibidem exsistentia. **3324. 3935** *ad* 1.

In Processione Corporis Christi non licet plus quam duos thuriferarios adhiberi nec pueros cotta indutos circumire Altare spargendo flores et thus offerendo tempore benedictionis. **3448** *Dub.* IX; ad ℣. *Panem de coelo* tempore dictae Processionis *Alleluia* addendum est. *Ibidem*; *Dub.* X *qu.* 1; instrumentum, vulgo *Tamburo,* in eadem adhiberi potest, sed tantum per viam, non intra Ecclesiam. *Ibidem qu.* 2.

Processio Corporis Christi in die festo vel per octavam vespere fieri potest, attenta consuetudine; in Cathedrali tamen non omittatur alia saltem brevis Processio post Missam intra Ecclesiae ambitum. **3488** *ad* 1; et tolerari potest, etiamsi via longior non fuerit, ut semel, iterum, tertio et quarto SS̃mum deponatur super altare per viam constructum, dum canitur *Tantum ergo* cum versiculo et Oratione. *Ibidem ad* 2.

In Processione Corporis Christi, quae quidem non mane, celebrata Missa, sed post Vesperas fit, Canonicus celebrans vel etiam

Sacerdos simplex indui debet amictu, alba, cingulo, stola et pluviali, assistentibus Diacono et Subdiacono paratis ut in Missa, sed sine manipulo, iuxta praescriptum Caeremonialis Episcoporum. **3577.**

In Processione Corporis Christi, quando ad parva Altaria portatilia cum SSmo Sacramento Benedictio populo impertitur, praemitti debet Hymnus *Tantum ergo* cum ℣. *Panem de coelo* etc. et Oratione *Deus qui nobis.* **3621** *ad* 3.

In Processione Corporis Christi a duobus mediis Canonicis seu Tertianariis, Tunicella et Dalmatica indutis, thuribula deferendi et Venerabile Sacramentum incensandi consuetudo in Cathedrali Conimbricensi vigens servanda est. **2424** *ad* 13.

In Processione solemni et generali Corporis Christi, Canonici Cathedralis, etiam non interessente Episcopo, ingredi possunt Ecclesias Collegiatas et in eis benedicere populo. **2394** *in fine.*

In Processione infra Octavam Corporis Christi, quae fit in propria Ecclesia sine interventu Capituli Cathedralis, Canonici Collegiatae incedere possunt cum planetis. **2136.**

Processioni Corporis Christi Canonici et Dignitates interesse tenentur cum sacris indumentis, etiamsi Episcopus impeditus sit deferre SSmum Sacramentum. **2236.**

Ad Processionem in die Corporis Christi festo accedere tenentur Regulares, non autem in die Octava. **661.**

In Processione SS. Sacramenti Dominica infra Octavam Corporis Christi Regulares, si eis concessum fuerit eamdem extra suos limites ducere, nequeunt variare viam semel electam. **336.**

Processioni in festo Corporis Christi Regulares interesse tenentur, et illam reassociare ad Ecclesiam matricem, ibique permanere usque ad Benedictionem. **1748.**

In Processione solemni Corporis Christi Diaconus assistens a dextris Episcopo, tradere ei debet, et ab eo vicissim recipere SSmum Sacramentum. **1664** *ad* 3.

In Processione solemni Corporis Christi debetur Episcopo Suffraganeo deferenti SSmum Sacramentum honor thuris et osculum Evangelii iuxta morem loci; etsi intersit cum Cappa Episcopus Ordinarius. **1953.**

Ante Processionem solemnem Corporis Christi Episcopus celebrare nequit Missam planam seu sine cantu, omnibus pontificalibus paramentis indutus cum assistentia omnium Ministrorum et cum incensatione ad Introitum et ad Offertorium; atque huiusmodi consuetudo, utpote abusus et corruptela, est omnino eliminanda. **3576** *ad* 7.

In Processione solemni Corporis Christi Sodalibus Confraternitatis SSmi Sacramenti incedere non licet cum intortitiis post Clerum hinc inde, ante baldachinum; quippe qui tenentur incedere a latere eiusdem. **2320** *ad* 2.

Procurator generalis.

Procurator generalis Minorum Observantiae S. Francisci in Cappella Pontificia manutenendus est in quasi possessione praecedendi Procuratorem Conventualium. **42.**

Procurator generalis Camaldulensium a S. R. C. admonetur, ne audeant Monachi debita obsequia recusare Episcopo ad eorum Ecclesiam accedenti ad exercenda Pontificalia Ordinis, non tamen Iurisdictionis. **1173.**

Procurator generalis Monachorum Cassinensium a S. R. C. admonetur, ut Episcopus ab Abbate et dictis Monachis excipiatur, et non a solo Curato, in eorum Ecclesiam, in qua Processio Rogationum terminatur. **1233.**

Per Procuratorem Episcopus officium Patrini gerat in Confirmationis Sacramento, quando ipse confirmans est simul Patrinus. **3305** *ad* 3.

Profanatio.

Profanata a Turcis Ecclesia, sacris dispersis et forte conculcatis particulis, S. R. C. specialem Instructionem tradit eiusdem Rectori. **1.**

Profanatus Altaris lapis vendi et emptor illum tenere potest in loco decenti et honesto. **212.**

Profanata Ecclesia si postea sub eodem Titulo, quo prius distinguebatur, fuerit restituta, potest celebrari Titularis festum, etiamsi celebrandum sit in alia Ecclesia, ad quam idem Titularis translatus est. **402.**

Profanata censenda est Ecclesia, quae militaribus stationibus et excubiis per biduum inservivit, et ad cautelam reconcilianda. **2938.**

Professio fidei.

In Professione fidei Subdiaconus nequit intra cantum Symboli in Missa circuire cum libro Evangeliorum stalla Canonicorum et Seminaristarum assistentium, unicuique praebens librum clausum, quem singuli manu dextra tangunt dicentes: *Credo et Confiteor.* **3348.**

Professionem fidei facere debet Episcopus aegrotans, antequam sacrum Viaticum recipiat, iuxta formulam praescriptam; quae a Cathedralibus et Superioribus ecclesiasti-

cis vel Beneficiatis curam animarum habentibus observanda est. **2682** *ad* 24.

Professio religiosa.

In Professione solemni Monachorum S. Benedicti ad Missam, in qua vota emittuntur solemnia, addi nequeunt Orationes ex authenticis Romani Ritus fontibus desumptae. **3736.**

Professio bona fide facta, sed irrita ob errorem computationis aetatis, si detecto errore ratificatur, dat Professo praecedentiam super posterius Professos. **1153.**

Professio et renovatio votorum Religiosorum et Monialium quomodo infra Missam peragenda sit, statuitur. **3836.** *Decretum generale;* hoc decretum obligat quaslibet Religiosas Congregationes utriusque sexus, ubi vota nuncupantur vel renovantur intra Missam. **3912.**

A Professione praecedentia Monialium petenda est. **720. 1059**; prius Professa praecedit alteri prius in monasterium receptae. **775.**

In Professione vel vestitione Monialium Missa votiva de Spiritu Sancto dici nequit, occurrentibus Duplicibus vel Dominicis; et consuetudo contraria uti abusus omnino abroganda est. **1714** *ad* 6. **2101**; quod valet etiam quoad Episcopum pro eligenda Abbatissa. **2184** *ad* 5.

In Professionis emissione et vestitionibus Monialium etiam pleno iure subiectarum, Abbates mitram, baculum et quaevis alia pontificalia, nisi de expressa S. Sedis concessione, non adhibeant. **1131** *ad* 17.

In Prophetarum Veteris Testamenti honorem dicata Altaria, si antiqua revera sunt, tolerari possunt. **1978.**

Vide **Initia.**

Prophetiae.

Prophetiarum cantus nequit desini, quando vix a Celebrante earum lectio absoluta est. **3104** *Dub.* VIII.

A Prophetiis Missam incipere debet Episcopus, quando Sabbato Sancto Ordinationem privatim in suo domestico Oratorio peragat. **2616** *ad* 2. **2375** *ad* 1. **3044** *ad* 1.

Prophetias dum legit Episcopus Sabbato Sancto Ordines sacros privatim conferens, utatur paramentis coloris violacei, quae mutabit in alia coloris albi ad ℣. *Peccatores* Litaniarum. **3832** *ad* 5.

Sine Prophetiis Missa de Vigilia, loco votivae in Vigilia Pentecostes incidentis, cantari nequit. **2731.**

Prophetiae ante Missam in Sabbato Sancto omitti non debent. **2436** *ad* 4.

Proregi in civitate Calaritana residenti permittitur ut in sua cappella privata recitari faciat Matutinum in solemnioribus festis, sed absque ulla solemnitate; non vero, ut pergens ad aliquam Ecclesiam, ibi praedicari faciat verbum Dei. **21.**

Protonotarius.

Protonotarii non debent Feria VI in Parasceve Summi Pontificis fimbrias deferre. **80.**

Protonotarius, qui est Dignitas vel Canonicus, debet in Choro et functionibus sedere, et incedere in loco sibi conveniente, et cum habitu proprio Dignitatum vel Canonicorum: si secus, non participat de distributionibus et fructibus. **280. 1269. 1299** *ad* 3. **1927. 2004. 2273**; potest autem in Choro uti subtana violacea, dummodo in reliquis deferat habitum chorale. **293.**

Protonotarii Apostolici de numero participantium manutenendi sunt in quasi possessione praecedendi Canonicos, tam in Patriarchalibus Urbis, quam in Cathedralibus extra Urbem. **311.**

Protonotarii Titulares, si intersint Processionibus aliisque functionibus ecclesiasticis uti Protonotarii, debent incedere cum Mantelletta et Rochetto. **413. 844.**

Protonotarius, qui simul est Praepositus Ecclesiae, incedere debet in loco ordinario Praepositorum, et non post Celebrantem. **422.**

Protonotarii Titulares in funeralibus aliisque functionibus ecclesiasticis non possunt deferre rochettum discoopertum loco superpellicei. **495**; quoad locum eis debitum, servanda est dispositio Caeremonialis Lib. 1. cap. 13. **566. 570. 675** *ad* 1; possunt ipsi concionari in habitu Praelatitio. **776.**

Protonotarii in proprio habitu sedere debent immediate post Canonicos; ubi deest Capitulum, post Rectorem Ecclesiae, vel alias facientem Officium. In Processionibus vero pariter eodem loco, vel (nisi adsit Magistratus) possunt incedere post baldachinum. **1129.**

Protonotario Praeposito non licet praecedere Canonicis paratis ac Celebranti, nec sedere in Choro in sede eminenti assignata Episcopo, nec incedere cum rochetto detecto cum sola mozzetta, nec solemniter celebrare cum assistente pluviali parato, nec frui distributionibus, quando in habitu Protonotarii adest in choro. **1337** *ad* 1-5.

Protonotarius de numero non participantium debet sedere, stare et incedere non inter Canonicos sed post Abbates; nec lucratur distributiones quotidianas et fructus suae Praebendae, quando assistit Choro in habitu Praelatitio. **1560. 1565** *ad* 1. **1762.**

Protonotarii, qui sunt Parochi, nequeunt supra mantellettam ponere stolam. **1529.**

Protonotarius Parochus adhibere nequit Almutiam. **1034** *ad* 2.

Protonotario Parocho non licet uti habitu Praelatitio in administrandis Sacramentis ducendisque funeribus; quatenus vero velit uti eo habitu et interesse ut Protonotarius, praecedentiam non habet supra vel intra Canonicos. **1214**; quod etiam intelligendum est de Processionibus tam generalibus quam particularibus. **1249.**

Protonotarii Apostolici de numero non participantium possunt suis insignibus ornati in Vesperis et Missis aliisque functionibus tam singuli quam coniunctim simul intervenire; et tunc habent praecedentiam super alios Presbyteros. **1643** *ad* 8.

Protonotarius, qui a Domo Sfortia privilegium huius dignitatis obtinuit, non habet ius, in functionibus ecclesiasticis, rochettum et mantellettam deferendi. **2249.**

Protonotariorum Apostolicorum Titularium seu Honorariorum requisita et praerogativae statuuntur in Constitutione Pii PP. VII; qua Apostolicae firmitatis robur adiicitur Decretis latis a Congregatione particulari, ad tollendos hac super re abusus deputata. **2583.** Vid. **2756.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **368.**

De Protonotariorum Apostolicorum ad instar participantium privilegiis Constitutio Apostolica statuit. **3262. 3988.**

Protonotarius Canonicus, quando cum aliis Canonicis vulgari sermone appellatur ad obedientiam per manus osculum praestandam Episcopo, nequit nuncupari per titulum *Monsignore;* sed omnes Canonici appellandi sunt latine, absque distinctione, tantummodo per haec verba: *R̃ms Canonicus N. N.* **3652.**

Protonotarius Titularis Canonicus nequit in Choro deferre rochettum, neque coopertum, neque discoopertum. **626. 656.**

Cum Protonotarii habitu in Choro interveniens Archidiaconus, etiam si Vicarius, non gaudet distributionibus quotidianis. **1290** *ad* 3; nec potest abstinere se a Choro et gaudere distributionibus quotidianis. *Ibidem ad* 8; sed debet divinis Officiis interesse in habitu chorali sub poena privationis distributionum. **903** *ad* 1; neque ei licet Episcopo assistere in habitu praelatitio. *Ibidem ad* 2.

Quatenus Protonotarius sit prima Dignitas, quae est unica Cathedralis, ei conceditur habitus Praelatitius in Choro, ita ut etiam distributiones lucretur. **930.**

Pro-Vicarius.

Pro-Vicarius Canonicus deputatus, si intersit Choro tamquam Canonicus, debet obedire seniori ei iubenti ut aliquam ex Lectionibus cantet. **401.**

Pro-Vicarius generalis semper et ubique praecedere debet Dignitatibus et Canonicis, non tamen sacris vestibus indutis: in Choro autem distributiones non lucratur, nisi sedeat in suo stallo. **934.**

Vide **Vicarius generalis.**

Provincialis.

Provincialis alicuius Ordinis Regularis nequit paramenta sumere de Altari pro celebratione Missae. **642** *ad* 2; neque ei licet concedere sedes camerales in sua Ecclesia pro mulieribus non illustribus nec titulatis, contradicente Episcopo. *Ibidem ad* 3.

Provinciales et Synodales Constitutiones auctoritate Apostolica confirmatae comprehendunt omnes Ecclesias et personas quamvis exemptas et laicas. **1283.**

Psalmi.

Psalmi poenitentiales et graduales, dicendi in Choro, ab Episcopo Canonicis imponi nequeunt, si vigeat contraria consuetudo. **504**; extra Chorum autem ad eos persolvendos non exstat obligatio. **2365** *ad* 4.

Psalmorum recitatio in Vesperis, quando Episcopus eas solemniter celebrat, fieri debet iuxta dispositionem Caeremonialis lib. I cap. 28 et lib. II cap. 1. **521.**

Ad Psalmi quinti in Laudibus et Vesperis, et quarti ad Completorium recitationem surgere, sicut in Antiphona ante et post Magnificat, non est in more Ecclesiae Romanae. **1322** *ad* 14.

In fine Psalmorum ad *Gloria Patri* Episcopus assurgere potest iuxta laudabilem consuetudinem; et tunc non debet sedere, antequam ℣. *Sicut erat* incipiatur. **1476** *ad* 11.

In fine Psalmorum omitti potest *Gloria Patri* in ultimo triduo maioris Hebdomadae in exequiis parvulorum. **1589** *ad* 4.

Psalmi Graduales et Officium parvum B. M. V. recitari nequeunt post Completorium. **1962** *ad* 1.

Psalmi: Lauda anima et *De profundis* post Vesperas et Laudes in Officio Defun-

ctorum omitti nequeunt, etiamsi hoc integrum recitetur. **2002** *ad* 10. **2319** *Reliqu. Dub. ad* 24. **2344** *ad* 1. **3877.** Vide tamen infra **4029** *ad* 3.

Psalmi Graduales et Poenitentiales, Officium Defunctorum, parvum Officium B. M. V. obligant in Choro tantum, nec sunt anticipanda, quia sunt onus diei. **2801** *ad* 3; et ubi exsistit consuetudo eadem in Choro recitandi, haec consuetudo omitti nequit. **2657. 3129.**

Ex Psalmis omnibus vel aliquibus in Vesperis cantare aliquos versus, ceteris omissis, non licet; et haec praxis omnino eliminanda est. **3539** *ad* 3.

Psalmus Miserere et in fine *Requiem aeternam* recitare, dum pro Defunctis SS. Sacramentum publice expositum est, tolerari potest, ubi viget consuetudo. **2856**; sed ubi eadem non adest, introduci nequit. **3616.**

Ad Psalmum Venite adoremus in III Nocturno festi Epiphaniae Domini stare possunt omnes detecto capite aut non, iuxta consuetudinem. **3855** *ad* 8.

Psalmus: De profundis cum ℣. *Requiem aeternam* in expositione SSmi Sacramenti pro Defunctis recitari potest ante benedictionem, si adsit consuetudo vel specialis gratia. **3748** *ad* 2.

Psalmus: De profundis ad preces recitari, laudabilius est, quando ex Officio Defunctorum unicum tantum Nocturnum absque Laudibus recitatur. **3035** *ad* 4.

Psalmus: De profundis cum Antiphona: *Si iniquitates* dici debet, Absolutione ad tumulum expleta, in Officiis et Missis cum cantu pro uno vel pluribus Defunctis, die 7, 30 et anniversario aut extra hos dies celebratis. **4014.**

Psalmos omittendi *Lauda* ad Vesperas et *De profundis* ad Laudes in Officio Defunctorum (etsi cum uno tantum Nocturno) sub ritu duplici recitato usus, in pluribus Ecclesiis etiam Urbis exsistens, servari potest. **4029** *ad* 3.

Quoad Psalmos, qui iuxta Rituale Romanum in associatione Defuncti sunt canendi per viam, alternatim tantum a Sacerdotibus recitandi consuetudinem, servetur, quantum fieri potest, Rituale Romanum. **4029** *ad* 5.

Psalmi Graduales et Poenitentiales omittere non licet diebus, in quibus iuxta Rubricas dici debent in Choro. **1154.**

In Psalmi cuiusque fine, quando Officium Defunctorum canitur, Episcopus nequit benedicere manu dextera tumulum. **3621** *ad* 5.

Psalmos intonare tam in Choro quam in Processionibus, Canonico celebrante, competit Hebdomadario, non vero alteri ex Canonicis. **2328** *ad* 7.

In Psalmorum fine ad ℣. *Gloria Patri* praxis retineri potest sedendi in Choro. **3113** *ad* 2; etiamsi Horae canonicae persolvantur coram SSmo Sacramento publice exposito. *Ibidem ad* 3.

Vide **De profundis. Lauda anima.**

Psalterii universi et Antiphonarii cum cantu editio Ratisbonensis Brevi Apostolico commendatur. **3830.**

Puellae.

Puellae (nedum septennio minores, sed Virgines ultra vigesimum annum) puerique in Processionibus in die solemnitatis Corporis Christi eiusque octava nequeunt repraesentare Sanctos Sanctasque eorumque vitas, miracula et mortes, ac indui et incedere cum insignibus eorumdem Sanctorum. **1361** *ad* 7.

Sub Puellarum dormitorio in domibus Filiarum Charitatis Sacellum, in quo SS. Sacramentum asservatur, esse conceditur; dummodo Altari imponatur ampla umbella, vulgo *Baldacchino.* **3525** *ad* 2.

Puellis et mulieribus cantare intra vel extra ambitum Chori, praesertim diebus per annum solemnioribus, omnino interdicitur; et invecta consuetudo tamquam abusus prorsus quamprimum eliminanda est. **3964.** Vide **Pueri.**

Pueri.

Puerorum Communionis primae occasione, Altaria ornari possunt floribus et pulsari Organa, etiam tempore Quadragesimae; et statua S. Ioseph relinqui potest discooperta tempore Passionis. **3448** *Dub.* XI.

Pueros plebemque docenti christianam doctrinam Episcopo non debetur assistentia Canonicorum. **2454.**

Pueri in Missis privatis et Choro inservientes convenit, ut sint tonsurati, si per aetatem sint capaces. **113** *ad* 6.

Pueri puellaeque repraesentantes Sanctorum martyria et mysteria nullo modo admittantur in Processionibus, quae per Urbem fiunt in Octava Corporis Christi. **1348. 1361** *ad* 7.

Pueri, modo quo Angeli depingi solent, quorum alii flores per viam spargunt, alii fumigantes deferunt thuribulos, alii uvam et frumenti spicas in manibus deferunt, in Processione peragenda in solemnitate SS. Corporis Christi, ad arbitrium Rmi D.

Pulpitum.

Pulvinar.

Punctatores.

Purificatio B. M. V.

gaudet in translatione Antiphona *Alma Redemptoris* etc.; quae omnino cessare debet ad Completorium diei 2 Februarii. **1658. 1890** *ad* 3. **2152** *ad* 1.

In Purificationis B. M. V. festo incidente in Dominicam privilegiatam, in Ecclesiis B. M. V. sub alio titulo, Missa solemnis post Processionem celebrari debet de Dominica. **2144** *ad* 6.

Purificationis B. M. V. festum si transferri debeat, in fine Completorii die 2 Februarii dicenda est Antiphona *Ave Regina coelorum,* et in Suffragiis Oratio cum versiculis, ut in reliquo tempore, atque in Missa 2 Oratio *A cunctis,* 3 ad libitum. **2148** *ad* 1; in iis Dioecesibus, in quibus hoc festum celebratur etiam in Dominicis privilegiatis, idem nequit celebrari a Regularibus in gratiam populi ad eorum Ecclesias accedentis. *Ibidem ad* 2.

In Purificationis B. M. V. festo incidente in Dominicam privilegiatam, in Ecclesiis dicatis sub titulo Annuntiationis, Assumptionis etc., cantanda est Missa de Dominica tantum, nec facienda in ea alterius commemoratio. **2326** *ad* 2.

Purificationis B. M. V. festi solemnitas quamvis transferatur ad Dominicam sequentem, benedictio et distributio candelarum ac Processio fieri debent ipsa die 2 Februarii. **3321.**

In Purificationis B. M. V. Missa, etiam infra octavam, ubi eadem fit, Praefatio Nativitatis dicenda est. **3624** *Dub.* II.

In Purificationis B. M. V. festo Vesperae in Ecclesiis parochialibus nullam habentibus Chori obligationem, in quibus tantum cantantur Vesperae absque Completorio, concludendae sunt cum Antiphona: *Alma Redemptoris.* **3885** *ad* 4.

In Purificationis B. M. V. die Dignitas, etsi prima non sit, ius habet benedicendi et distribuendi candelas, si id ei fuit attributum in Decreto erectionis. **1121.**

In Purificationis B. M. V. die Dignitatibus assistentibus in habitu chorali nulla debetur praeeminentia supra Celebrantem et Ministros sacros. **1773** *ad* 5.

In Purificationis B. M. V. die distributio candelarum fiat tantum interessentibus processioni; nec candelae transmittendae sunt per domus. **585** *ad* 1.

Purificatio calicis.

Ad Purificationem calicis et ad ablutiotionem digitorum post sumptionem SSmi Sanguinis quibusdam Sacerdotibus abstemiis, ex speciali gratia, aqua uti tantum conceditur. **2926. 2947.**

Purificationem primae Missae Sacerdos in duabus diversis Ecclesiis eodem die celebrans potest deferre secum in aliquo vase, et sumere cum purificatione secundae Missae. **3798** *ad* 5.

Purificari non debet calix in prima et secunda Missa diei Nativitatis Domini. **2104.**

Purificatio calicis, quomodo fieri debeat, quum Sacerdos duas celebrat Missas eadem die in Ecclesiis longe dissitis, declarat specialis Instructio S. R. C. **3068** *ad* 2.

Purificatorium.

Purificatorium benedici non debet. **2572** *ad* 12 *et* 13.

Purificatorio guttas vini adhaerentes lateribus Calicis abstergere maxime congruum et summopere laudabile est. **2572** *ad* 14; arbitrio Sacerdotis relinquitur illud ponere super os Calicis, dum praeparatur, vel super patenam. *Ibidem ad* 15. Quoad plicandum purificatorium post ablutionem digitorum in Missa, servanda est Rubrica. **3368** *ad* 2.

Puritas B. M. V.

In Puritatis B. M. V. Officio Capitulum ad Tertiam sumendum est proprium ex Vesperis, non ex Communi Festorum B. M. V. **3060** *ad* 1.

Puritatis B. M. V. Festum, Dominicae III Octobris assignatum, quando in aliqua Ecclesia Festo maioris ritus perpetuo impediatur, assignari non debet alia die fixa, sed perpetuo omittendum est; nisi supplicetur pro translatione. **2745** *ad* 9.

Puritatis B. M. V. Festum, si accidentaliter impediatur, transferri nequit absque privilegio, sed eo anno omittendum est. **3607** *ad* 5. **3637** *ad* 4.

Pyxis.

Quoad Pyxidis benedictionem servandae sunt Rubricae. **926** *ad* 5.

Pyxis, in qua defertur Viaticum, decens est ut cooperiatur velo oblongo humerali. **2017.**

Pyxis sacra nequit exponi in throno, et deinde cum ea populum benedicere. **2725** *ad* 4.

Pyxis sacra exponi nequit ad breve tempus, donec aliquae preces recitentur, super Altare, in quo iam exposita est Reliquia alicuius Sancti, de quo Festum agitur. **2779.**

Pyxis sacra in benedictione debet cooperiri extremitatibus veli humeralis. **2786** *ad* 1. **3582** *ad* 1. **3780** *ad* 1. **3888** *ad* 3.

Pyxis sacra ex cupro deaurato esse potest. **3162** *ad* 6.

Pyxis nequit extrahi e tabernaculo, et velata sub umbella collocari, populo benedicendi gratia; sed iuxta Instructionem Benedicti XIV Eucharistiae tabernaculum solum aperiatur et sacra Pyxis clausa suoque velamine obtecta populi oculis obiiciatur. Quapropter penitus interdicitur sacram Pyxidem e tabernaculo extrahi ac velatam sub umbella collocari; cum nullum huius ritus vestigium apud liturgicos scriptores, nullaque hac de re Sedis Apostolicae, quam sequi omnino debemus, consuetudo deprehendatur. **3394** *ad* 1.

Cum S. Pyxide in fine piarum exercitationum benedicendi populum consuetudo continuari potest; quoties Ordinarius nil in hoc inconveniens deprehendat. **2957. 3394** *ad* 2.

Pyxis cum SS. Sacramento nequit extrahi e tabernaculo post Missam et populus cum ea benedici, quin aliquid dicatur vel cantetur. **3402** *ad* 1.

In Pyxide vitrea nequit asservari SS. Sacramentum, in locis silvestribus atque imperviis, ubi latrones metalli amore cupidi pyxides furantur. **3511.**

Pyxis sacra extrahi potest e tabernaculo, ut cum eo populo benedicatur. **3650** *ad* 1 *et* 2; et haec consuetudo prudenti arbitrio Ordinarii concedi potest Congregationibus id petentibus. *Ibidem ad* 3.

Cum sacra Pyxide peragi potest, per modum exceptionis, prudenti iudicio Ordinarii, expositio SS. Sacramenti ex mandato Summi Pontificis pro recitatione Rosarii facienda, in Ecclesiis pauperibus: aperiendo scil. ab initio ostiolum ciborii et cum Pyxide populum in fine benedicendo. **3650** *ad* 4. **3666.**

Pyxidem a Diacono teneri facere Celebrans non debet, dum Communionem in Missa solemni administrat. **1572** *ad* 2.

Quoad Pyxidem in Tabernaculo asservandi modum, cuiusdam inventoris finis a S. R. C. laudatur; negotium vero, in casu et ad effectum de quo agitur, spectat ad locorum Ordinarios. **3987.**

Pyxidem privatim exponere possunt Regulares in tabernaculo portatili cum consensu Episcopi erecto, atque ad eorum libitum in quocumque Ecclesiae propriae Altari collocato. **1796.**

Cum S. Pyxide benedictio in functionibus Marialibus aliisque, quae cum Missa persolvuntur, impertiri potest a celebrante, cum velo humerali super planeta. **3833** *ad* 3.

Quando cum S. Pyxide benedictio datur, thurificatio omitti potest. **2957.**

Cum S. Pyxide post distributionem Communionis Moniales vel populum benedicere non licet; sed manu dextera benedictio fieri debet. **2543;** et contraria consuetudo est abolenda. **2725** *ad* 1 *et* 2.

Cum S. Pyxide Benedictio dari potest, Expositione privata finita. **3875** *ad* 3.

Cum S. Pyxide Benedictio dari potest ex speciali gratia extra portas Civitatis, regionis vel domus infirmi, quando Viaticum defertur ad infirmos in agris. **2690** *ad* 2. **3059** *ad* 18.

Cum S. Pyxide Benedictio post distributam Communionem in Archidioecesi Salisburgensi dari potest, ob invectam consuetudinem. **3287**; talis vero concessio valet exclusive pro illis locis, pro quibus nominatim ob speciales circumstantias et ad evitanda scandala impertita fuit. **3308.**

Quando cum S. Pyxide fiat Expositio SSmi Sacramenti ex publica causa, in Missis privatis fieri poterit Commemoratio SSmi Sacramenti, durante eius Expositione. **2390** *ad* 4 *et* 5.

Pyxis sacra cum particulis consecratis Feria V in Coena Domini, si nulla habeatur functio, in suo Altari usque ad solis occasum asservari potest, ut fideles loco Sepulcri ad SSmam Eucharistiam ibi adorandam accedere valeant. **3842** *ad* 3.

Coram Pyxide vel velato exposito SSmo Sacramento in Missa lecta omnes genuflexiones observari debent, quae alias fiunt coram SSmo Sacramento publice exposito. **2427** *ad* 10. **2769** III *ad* 3.

Sive in Pyxide, sive in Ostensorio SS. Sacramentum sit expositum, in Altari Expositionis Missae de Requie, tempore quo Expositio durat, omnino prohibentur. **3302** *ad* 2.

Q

Quadragesima.

Quadragesimae et Adventus tempore in Missis Diaconus et Subdiaconus uti debent planetis plicatis, non Dalmatica et Tunicella. **9** *ad* 9. **1821** *ad* 7; etiam in Ecclesiis parochialibus. **3352** *Dub.* VII.

In Quadragesimae et Adventus Dominicis Ministri sacri uti debent Planetis plicatis; nec adhibere possunt Dalmaticas ratione Expositionis SSmi Sacramenti. **3161** *ad* 2.

Quadragesimae singulis diebus concionaturus Episcopus debet id facere rochetto et mozzetta indutus. **115.**

Quadragesimae tempore, Quatuor Temporibus vel Vigiliis, si occurrat festum duplex vel semiduplex vel dies octavae, in Cathedralibus et Collegiatis Missa de feria vel Vigilia omitti nequit. **404.** *ad* 3. **525** *ad* 2. **603. 925. 970** *ad* 4. **1599** *ad* 3. **1677. 1694.**

In Quadragesimae Feriis Canonici adstringi possunt, ut a Cappellanis cani faciant Missam Conventualem Feriae cum Diacono et Subdiacono. **440** *ad* 1.

In Quadragesimae et Adventus Dominicis, aliisque diebus Festis, in quibus Episcopus in Choro cum cappa assistit, Canonici Episcopo assistere tenentur. **913.**

In Quadragesimae Dominica IV et Adventus III in Missa et utrisque Vesperis Organa pulsanda sunt. **1490** *ad* 8. **2245.**

Quadragesimae, Adventus et Vigiliarum tempore in Missis votivis B. M. V., quae singulis Sabbatis solemniter celebrantur, et in Litaniis, quae cantantur post Vesperas, Organa pulsari licet, attenta consuetudine. **2424** *ad* 4.

Quadragesimae et Adventus tempore in Dominicis ad Missas solemnes et Vesperas quoad Organi sonitum strictim servanda est dispositio Caeremonialis, non obstante consuetudine. **2959** *ad* 1. **3183. 3333** *ad* 1 *qu.* 5; etiamsi fiat solemnis Expositio SSmi Sacramenti, occasione XL Horarum. **3576** *ad* 16; et contrarius usus est eliminandus. **2965** *ad* 1.

Quadragesimae tempore, occasione primae Communionis puerorum, vel ob devotionem erga S. Ioseph mense Martio, Altaria floribus ornari et Organa pulsari possunt. **3448** *Dub.* XI.

Quadragesimae tempore, in festo S. Ioseph aliorumque Sanctorum in parochialibus Ecclesiis, ubi non adest obligatio Chori, Vesperae cantari nequeunt post comestionem seu post meridiem ad populi devotionem fovendam. **3675** *Dub.* II.

In Quadragesimae, Quatuor Temporum et Vigiliarum Missis infra Octavas habentes Praefationes proprias, Praefatio de Octava dici debet; alias vero, Praefatio communis. **2319**. *Reliq. Dub. ad* 26.

Intra Quadragesimam Octavae prohibentur. **3826** *Decret. gener.*

In Quadragesimae, Adventus etc. Feriarum Missis omnes in Choro genuflectere debent, a dicto per celebrantem *Sanctus* usque ad *Pax Domini* inclusive. **3624** *Dub.* X.

In Quadragesima, Quatuor temporibus et Vigiliis etc. duas Missas non cantandi consuetudo, non per coniecturas, sed concludentissime probari debet. **691.**

In Quadragesimae Feriarum, vel Vigiliae aut Quatuor Temporum aut Rogationum Missa Conventuali, adiungi potest et debet Collecta imperata pro vivis, etiam in casu festi I classis, et Collecta pro defunctis sive imperata sive ad libitum sacerdotis celebrantis; ita ut in his casibus attendatur solum qualitas Missae, non vero ritus festivitatis. **3553** *ad* 2.

In Quadragesima in Missa Conventuali feriali, quae canitur post Nonam, adhibendi sunt Ceroferarii et Incensum. **2890** *ad* 1.

In Quadragesima, Adventu, Quatuor Temporibus et Vigiliis quae ieiunantur, Missa Conventualis de Feria dicenda est post Nonam. **2067** *ad* 1.

Quadragesima adveniente, Octava cessare debet et finem habet post Nonam feriae III. **1875.**

Si in Quadragesima ex speciali gratia celebretur Octava alicuius Sancti, in Missa Feriae secunda Oratio erit de Octava ac tertia *Concede,* non vero *A cunctis.* **2319** *Reliq. Dub. ad* 26.

In Quadragesimae et Paschatis Dominicis Praefatio de Tempore, non autem de Trinitate, dici debet. **2515** *ad* 6.

In Quadragesimae et Adventus Feriarum, Quatuor Temporum et Vigiliarum, quae ieiunantur, Missis, et pariter in Missis defunctorum, ad Orationes Praelati tenentur genuflectere: dummodo non adsit contraria consuetudo. **1876.**

In Quadragesima non possunt dici Psalmi Graduales et Officium parvum B. M. V. post Completorium singulorum dierum ferialium. **1962.**

In Quadragesimae et Adventus Dominicis, in quibus fit de duplici I classis, non sunt cantandae duae Missae. **2002** *ad* 9.

Quadragesimalibus aliisque concionibus interessentes Canonici Cathedralis debent esse induti habitu canonicali, dum sedent in propriis stallis. **2108.**

In Quadragesimae Feria II, quando occurrat Commemoratio Sancti simplicis, in Missa sufficit tertia Oratio *A cunctis;* quod si dicatur quarta *Omnipotens,* quinta erit ad libitum. **2193** *ad* 1.

Quadragesimali tempore Capitulo Cathedralis non licet recitare Matutinum pro die sequenti de sero, immediate post Completorium. **2331** *ad* 10.

In Quadragesimae et Adventus Dominicis Collecta a Superioribus imperata omitti nequit; exceptis Dominica Palmarum et Dominica IV Adventus in occursu cum Vigilia Nativitatis Domini. **2618** *ad* 2. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **220.**

Quadragesimae tempore Religiosi Divini verbi praecones extra coenobium commorantes, praedicationis causa, se conformare debent in Officio Calendario suae Provinciae. **2801** *ad* 2.

Quadragesimae tempore, quando fit Officium feriale, cui adnexum est Officium parvum B. M. V. vel Psalmi Graduales aut Poenitentiales, haec additionalia non sunt anticipanda; et obligant in Choro tantum. **2801** *ad* 3.

In Quadragesimae Feriis, aut Quatuor Temporum aut Vigiliarum Commemorationes Sanctorum seu Suffragia dicenda sunt flexis genibus. **2986** *ad* 1.

Quadragesimali tempore, quando Episcopus Vesperas solemniter celebrat, Antiphona finalis B. M. V. post easdem non est cantanda. **3213** *Dub.* IX.

Quadragesimae tempore, quotiescumque ex speciali indulto recitatur in Choro die Dominica, post Vesperas et Completorium, Matutinum cum Laudibus insequentis Feriae II, ad Preces feriales et Suffragia stari non debet. **3461** *ad* 1.

In Quadragesimae Dominica II agenda est Commemoratio de SS. Salvatore, Ecclesiae Titulo, inter Suffragia. **4043** *ad* IV.

Quadragesimae et Adventus tempore candelabra, praesertim Altaris, in quo functiones peraguntur, tegi nequeunt velis violaceis, vulgo nuncupatis *calze.* **3266.**

Vide **Dominica.**

Quadraginta Horarum Oratio; vide Expositio SS. Sacramenti occasione XL Horarum.

Quatuor Tempora.

Quatuor Temporum Pentecostes Sabbato nequit repeti Missa de Dominica Pentecostes. **893** *ad* 2.

Quatuor Temporum Sabbato in Ordinationibus, tametsi occurrat Festum duplex, Missa celebrari debet de Feria cum Oratione pro Ordinandis et cum reliquis Suffragiis sine Commemoratione Sancti currentis. **1049** *ad* 3. **2179** *ad* 1. **2294** *ad* 1. **3576** *ad* 9.

In Quatuor Temporibus Pentecostes si accidit festum Titularis vel concursus populi ad celebrandum festum, quod transferri debet, duae Missae quidem post Nonam celebrantur; sed illa prius de die, quae cum Officio concordat, postea altera de Festo, ad cuius Missam populus eo libentius quo tardius venire solet. Et licet in hoc casu nulla hora sit media inter utramque Missam, casus ipse est unicus et privilegiatus ob concursum populi. **1332** *ad* 2.

In Quatuor temporum feriis et Sabbato, occasione currentis Festi novem Lectionum, debent in Cathedralibus cantari duae Missae; potest vero per Canonicos cantari illa de Festo, per Episcopum autem facientem Ordinationem cantari vel saltem celebrari altera de Feria in paramentis violaceis. **1599** *ad* 3.

In Quatuor Temporum vernalium Sabbato quando occurrit S. Eliae Prophetae Officium, quod habet idem Evangelium ac illud Feriae, Lectio IX de Feria omittenda est. **2496.**

In Quatuor Temporum Sabbato, quando occurrat Vigilia, Episcopus Ordines conferens facere debet solum Commemorationem de Vigilia, non autem legere eiusdem Evangelium in fine Missae. **3638** *ad* 1.

Si Quatuor Temporum Feria IV occurrat infra Octavam Conceptionis B. M. V., declaratur a S. R. C. quid observandum sit quoad Officium et Missam. **2319** *Reliq. Dub. ad* 26.

In Quatuor Temporum Sabbatis et Sabbato *Sitientes* Missa Ordinationis, si sit de feria, nullam admittit Sanctorum occurrentium Commemorationem. **3642** *ad* 3.

Si Quatuor Temporum feria incidat in die octava Nativitatis B. M. V., in Missa conventuali de Feria dicenda est Praefatio ferialis. **428.**

In Quatuor Temporum Sabbatis Oratio Missae diei in Ordinatione maiorum Ordinum est illa, quae primo loco dicitur, iuxta

Pontificale Romanum, Tit. *De Ordinatione Diaconi.* **3592.**

Vide **Quadragesima.**

Quarta funeralium.

Quarta funeralium Parocho non debetur a Regularibus ratione decimarum, quae ab immemorabili numquam solutae fuerunt. **448** *ad* 2.

Quarta funeralium debita parochiali Ecclesiae reservatur in casu; quamvis sepultura cuidam eiusque successoribus in Ecclesia per ipsum aedificata concessa sit **500.**

Quarta funeralis tantum omnium cerarum, quae deferuntur in associatione cadaveris et quae circa illud exponuntur in funere in Ecclesia Regularium, in qua idem sepelitur, spectat ad Parochum. **2342** *ad* 3.

Quarta funeralium non debetur Parocho defuncti, si tumulatio Canonici vel alterius fiat in Cathedrali. **2445** *ad* 6.

Quarta funeralium debetur Parocho, quando cadavera defunctorum, sepelienda in Ecclesiis Regularium, noctis tempore deferuntur et privatim successive tumulantur, et sequentibus diebus, sepultura iam data, Nocturnum cum Laudibus et Missae de Requie celebrantur. **1400.**

Quarta funeralium spectat in casu ad Ecclesiam tumulantem. **2881. 2899.**

Quicumque; vide **Symbolum S. Athanasii.**

Quinquagesimae Dominica; vide **Dominica.**

Quinque Vulnera; vide **Vulnera quinque.**

R

S. Raphael Archangelus.

In S. Raphaelis Officio Benedictio octava dicenda est: *Cuius festum colimus.* **1885** *ad* 2.

In S. Raphaelis Festo Hymnus: *Christe Sanctorum* ad Laudes recitandus est iuxta formam, quae in usu erat ante correctionem Urbani VIII. **3297** *Dub.* I *qu.* 1; et in eodem strophae SS. Michaelem et Gabrielem respicientes omittendae sunt. *Ibidem qu.* 2.

In S. Raphaelis festi II Vesperis duplex *Alleluia* omittendum est in Antiphona ad *Magnificat.* **3297** *Dub.* II.

De S. Raphaele Commemoratio inter Suffragia in Officio votivo Ss. Angelorum non omittitur, quae ab Antiphona et Oratione eiusdem Officii votivi diversa habetur. **4006** *ad* 8.

In S. Raymundi Nonnati Conf. festo Lectiones I Nocturni sunt de Scriptura occurrente. **3006** *ad* 10. **3060** *ad* IV.

Reconciliatio.

Reconciliatio Ecclesiae consecratae et Coemeterii, proprio Episcopo impedito vel absente, committenda est alteri Episcopo. Simplex vero benedictio Ecclesiae vel Coemeterii non consecrati potest committi alicui Presbytero in Dignitate ecclesiastica constituto. **246.**

Reconciliari non potest Ecclesia consecrata nisi per Episcopum vel de commissione Papae, aqua per Episcopum benedicta, quae fit cum cinere et vino per Episcopum tantum. Si vero Ecclesia non erat consecrata, potest et debet lavari per Presbyterum aqua exorcizata, quae in dies benedicitur a Presbyteris. **411. 2612.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **201.**

Reconciliata non erit Ecclesia (prius polluta) per solam celebrationem Missae; sed debet reconciliari iuxta formam praescriptam in Pontificali. **611** *ad* 2.

Reconciliata Ecclesia ab Episcopo non habente iurisdictionem in loco, dicitur bene reconciliata. **611** *ad* 3.

Reconciliatio Ecclesiae acta a Sacerdote sine delegatione valet; sed cavendum est ne id in futurum fiat. **904.**

Ut reconciliari possent Altaria, polluta per violationem Sepulcri Reliquiarum, sola repositione Reliquiarum, S. R. C., SSmo adprobante, indulsit. **1955**; et hoc Decretum eadem S. C. respondit dandum esse pro diverso casu, in quo destructis Altaribus, intactae remanserant mensae cum Reliquiarum Sepulcris. *Ibidem.*

Ut ad Reconciliationem Ecclesiae pollutae Vicarius Capitularis, Sede vacante Episcopali, procedere posset, si nullus Episcopus Salmanticae vel in viciniis commoratur, dummodo utatur aqua a viciniore Episcopo benedicta, Sanctitas Sua benigne concessit: Episcopo vero causa aegritudinis vel absentiae a sua Dioecesi impedito, nulloque alio

Episcopo occurrente vel accedente et Vicario Generali sacerdotali charactere non insignito, prima Dignitas eiusdem Capituli, habita prius ab Episcopo licentia in scriptis et cum aqua pariter ab eodem Episcopo benedicta, in casu necessitatis, eamdem benedictionem posset peragere. **2463.**

Reconcilianda est ad cautelam Ecclesia, quae militaribus stationibus et excubiis per biduum inservivit. **2938.**

Rector.

Rectores Ecclesiae, qui sunt de gremio Cathedralis sedere possunt in casu ante Beneficiatos, sed post Canonicos. **1128. 1595;** sin autem non sunt de eiusdem gremio, locum debent dare Beneficiatis tam in Choro quam in Processionibus. **1066.**

Rector debet antecedere Episcopum in Congregationibus seu Parlamentis dumtaxat; in quibus Status conveniunt, et Rector praesidet uti summum caput, Episcopus vero adest tamquam Praelatus ecclesiasticus. **74.**

Rectores Ecclesiarum suae Dioecesis Episcopus nequit cogere, sed hortari potest, ut paramenta aliaque ad celebrandum necessaria subministrent Sacerdotibus in eorum ecclesiis celebrantibus. **96** *ad* 3. **1999. 2107.**

Rectorem Chori alium eligere neque Episcopus neque eius Vicarius potest sub praetextu quod Chorus non recte gubernetur, absque expressa licentia S. Sedis. **471.**

Rector alicuius Ecclesiae parochialis debet in sua parochiali, dum recitantur divina Officia, sedere in scamno, non autem in sella. **584** *ad 1 et* 4.

Rector alicuius Ecclesiae parochialis, ad quam accedat Episcopus cum Capitulo Cathedralis, sedere debet post Canonicos in aequali scamno, vel e regione sedis Episcopalis. **584** *ad* 3.

Ad Rectorem ipsius Ecclesiae spectant functiones solemnes in Ecclesia simplici intra fines alicuius Parochiae exsistente. **725.**

Rector Ecclesiae Parochialis, qui curam per Cappellanos exercet, tenetur recipere Ordinarium cum rochetto et mozzetta ad illius Ecclesiam accedentem, ad valvas Ecclesiae cum superpelliceo et aspersorio. **424.**

Rectores et Beneficiati in Processionibus intra limites Parochiae vel in Ecclesia gremiale deferre nequeunt. **1725** *ad* 1; non possunt collocare septimum candelabrum in Altari maiori in Festis solemnioribus. *Ibidem ad* 2; in Missis solemnibus vel privatis uti nequeunt Palmatoria. *Ibidem ad* 3.

Ad Rectorem, seu digniorem Ecclesiae ad quam Episcopus accedit, spectat eidem porrigere aspersorium. **584** *ad* 2. **1803** *ad* 1. **2608.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **199.**

Rectores et Administratores Hospitalis Generalis nequeunt exponere SSñum Sacramentum, praetextu privilegiorum, sine licentia Episcopi. **1860** *ad* 1; et Episcopus potest in casu contraventionis procedere ad censuras et alia iuris remedia, quibuscumque privilegiis non obstantibus; dummodo intra quindecim dies, postquam in ipsius manus pervenerit huiusmodi Decretum, non fuerit ex parte Rectorum deductum ullum privilegium, quo expresse et absque ambiguitate illis a Sede Apostolica concedatur facultas exponendi SSñum Sacramentum absque licentia Ordinarii. *Ibidem ad* 2.

Rectores perpetui Parochialium Urbis non possunt praecedere Vicariis perpetuis S. Ioannis in Laterano, S. Petri in Vaticano, S. Mariae Transtyberim et S. Laurentii in Damaso. **1899** *ad* 1; habent tamen praecedentiam supra Archipresbyteros S. Mariae in Rotunda et Ss. Celsi et Iuliani. *Ibidem ad* 2.

Rectores et Cappellanos Ecclesiarum et Confraternitatum nequit Parochus, cessante speciali et legitimo titulo et ex solo iure parochiali, compellere ad assistendum functionibus Ecclesiae parochialis. **2123** *ad* 25.

A Rectore seu Cappellano Confraternitatis celebrari seu cani facere Missas in festivitatibus solemnioribus in eorum Ecclesia Confratribus licet, absque ulla Parochi dependentia. **2210** *ad* 1.

Rector Ecclesiae ruralis, in qua SSñum Sacramentum semper asservatur, tenetur ad residentiam et quotidianam Missae celebrationem, vel per se vel per alium Sacerdotem. **2700.**

Rectores singularum Ecclesiarum possunt inserere variationes in Calendario Dioecesano pro respectivis Ecclesiis, iuxta Rubricas; ex tacita saltem Ordinarii venia. **3936** *ad* 2.

Pro Rectore Ecclesiae datur Instructio, quum vas SSñae Eucharistiae cum particulis consecratis furatum est. **1.**

Rectores, Hospitali Ecclesiae Lateranensis de Urbe aggregati, exercere nequeunt functiones et munia ad Parochos pertinentia sine expressa Ordinarii et Parochi licentia. **294.**

Vide **Confraternitas.**

SSmi Redemptoris festum.

SS. Redemptoris Officium, quod concessum est sub ritu duplici II classis cum octava Reipublicae Venetiarum pro Dominica III Iulii,

sicubi occurrit in aliqua Ecclesia cum festo Dedicationis ipsius Ecclesiae, reponatur in Feria II post Dominicam III Iulii, ac celebretur sub ritu duplici II classis sine octavae Dedicationis commemoratione; de qua reliquis diebus fiat officium cum commemoratione SS. Redemptoris, cuius octava desinet cum simplici commemoratione in die octava Dedicationis Ecclesiae. **2396.**

In SS. Redemptoris festo color albus adhibendus est. **2969** *ad* 1.

In SS. Redemptoris Missa coram SSmo Sacramento exposito omittenda est commemoratio eiusdem SS. Sacramenti ob identitatem mysterii. **3924** *Dub.* IV.

SS. Redemptoris Commemoratio inter Suffragia Sacerdotes Congregationis SS. Redemptoris adiicere nequeunt. **3011** *ad* 1.

SS. Redemptoris Officium Dominicae assignatum transferri nequit absque speciali privilegio. **3531** *ad* 1.

In SS. Redemptoris festi concurrentia cum Officio votivo de SSmo Sacramento, fieri nequit commemoratio huius Officii in Vesperis. **3624.** *Dub.* IX.

SSmi Redemptoris Congregatio; vide **Congregatio.**

Referendarius.

Referendarius simplex Praelatus in Collegiata Praepositus vel Canonicus, celebraturus Missam privatim, nequit sumere paramenta de Altari cum ministerio etiam laicorum famulorum vel uti pulvinari super presbyterio vel in stallo. **514.**

Referendariis extra Curiam Romanam, uti Praelatis Papae et non Ecclesiae, nulla, intuitu Referendariatus, praecedentia competit; neque uti licet habitu praelatitio, nisi alias fuerint Protonotarii Apostolici. **998**; (sed iuxta hodiernum ius et usum Referendarii, uti Praelati Papae etiam extra Curiam Romanam habitum praelatitium adhibere possunt).

Referendariis utriusque Signaturae D. Papae aut Protonotariis Apostolicis honorariis Missam celebrantibus, in Civitatibus quarum regimini praeficiuntur, non licet uti ritibus qui proprii EE. Cardinalium et Episcoporum videntur; sed iidem rem Sacram facere tenentur more ceterorum Sacerdotum: prout in privatis Missis praescriptum fuit Abbatibus in Decreto circa usum Pontificalium Praelatis Episcopo inferioribus concessorum. **1530.**

Reformati; vide **Ordo Minorum S. Francisci. Praecedentia.**

Regina coeli; vide **Antiphona.**

Regolamento sive Ordinatio de Musica sacra. **3830.**

Regula.

Regulam esse edicitur in Litteris circularibus, quod non liceat in una eademque Ecclesia exponere Imagines depictas vel statuas eumdem referentes coelitem; et hanc Regulam prae oculis habitam fuisse a S. R. C. quoad nonnulla dubia respicientia Imaginem Deiparae quae colitur in templo Vallis Pompeianorum. **3732.**

Regulae in Altaris constructione pro asservando SS. Sacramento prudenti arbitrio Ordinarii determinandae sunt. **3449** *ad* 2.

Ut Regulae liturgicae observentur etiam extra Chorum, in Exequiis et in administratione Baptismi et Matrimonii et in omnibus parochialibus functionibus, Magister Caeremoniarum Cathedralis ius habet et obligationem iubendi. **3505** *ad* 5.

Regulares (in genere).

Regulares non possunt accedere ad domos infirmorum, qui non sint Tertiarii nec Cincturati, et ipsos in articulo mortis facere Tertiarios seu Cincturatos atque aggregare eorum Religioni. **271** *ad* 2.

Regulares non vocati interesse nequeunt in associatione cadaverum, nec deferre Pluviale in Processionibus et Rogationibus, et agnos benedicere; quia haec spectant ad Parochum, et non ad alios. **496.**

Regulares promoti ad Episcopatum debent uti cappa pontificali coloris propriae Religionis. **628.**

Regulares non possunt habere conciones et sermones, non petita prius benedictione ab Episcopo. **641** *ad* 2.

Regulares possunt inter Missarum solemnia et ad Vesperas SSmum Sacramentum exponere in festo et infra Octavam Corporis Christi, absque licentia Ordinarii. **753.**

A Regularibus necessario non est thurificanda Reliquia, quando in Processione per Civitatem ante eorum Ecclesias defertur; laudabile tamen est, si id sponte fiat. **922.**

Regularium Caeremonialia, quae Caeremoniali Episcoporom in aliquibus conformia non sunt, prohibentur; nisi aliter a S. Sede fuerit specialiter indultum. **937** *ad* 5.

Regulares tenentur ad associationem Processionis Rogationum usque ad Collegiatam; et ad id praestandum cogi possunt. **1029.**

Regularium Superiores et Priores locales non sunt intelligendi nomine Ordinariorum locorum. **2067** *ad* 8.

Nec Regularibus nec Saecularibus etiam

exemptis licet Parochum impedire, quominus in casibus necessitatis in eorum Ecclesiis SSmum Sacramentum extrahat ad infirmos reficiendos cum Viatico. **2159** *ad* 1.

Regulares, qui, ad tramitem Constitutionis Ordinis proprii, assecuti sunt gradum Doctoris in sacra Theologia, gaudent huius Tituli honoribus inter Regulares tantum; ast non amplius, dimisso Religionis habitu. **2907** *ad* 4.

Regularibus Episcopus potest permittere aut interdicere pro suo arbitrio et prudentia Processiones et Expositiones SSmi Sacramenti. **1450.**

Regularibus licet Feria V in Coena Domini et biduo sequenti, etiam contradicente Parocho, convocare Terrae populum ope tabulae, quae dicitur vulgo *troccola.* **2234.**

Regulares non possunt ministrare Sacramenta in domibus Tertiariorum seu Cincturatorum, praeterquam Sacramentum Poenitentiae; administratio vero ceterorum Sacramentorum pertinet ad Curatum. **271** *ad* 1.

Regulares quoad Benedictiones.

Regularium Ordinum quibusdam Superioribus et Abbatibus concessa benedictio sacrorum supellectilium valet dumtaxat pro Ecclesiis propriis; et restringitur ad ea, pro quibus non adhibetur sacra unctio. **513. 587. 2377.** *ad* 3. **3157** *Dub.* XI.

Regulares Abbates petere debent benedictionem ab Ordinario, non autem ab aliis Abbatibus proprii Ordinis. **648.**

Regularibus licet benedictio Candelarum, Cinerum et Palmarum in propriis Ecclesiis. **2098** *ad* 1, 2 *et* 3.

A Regularibus impertiri nequit trina Benedictio cum SSmo Sacramento. **1540. 1944.**

Regulares quoad Ecclesias proprias.

Regulares possunt in eorum Ecclesiis sepelire, absque Parochi interventu, viros huiusmodi collegialiter viventes aut cum claustralibus habitantes, necnon mulieres virginalem, vel coelibem, aut castam vidualem, expresso voto, sub dicto habitu vitam ducentes. Quod si Tertiarii vel Tertiariae his carent qualitatibus, non sunt sepeliendi in Ecclesia Regularium, nisi ipsi dum vixerint in ea elegerint sepulturam; et tunc Parochus etiam est adhibendus. **271** *ad* 3.

Regulares possunt in eorum Ecclesiis sepelire corpuscula parvulorum, quando ibidem adest sepulcrum maiorum vel concurrente consuetudine ab eorum patribus est electa sepultura: curare autem debent Regulares, ut habeant Coemeterium separatum pro sepulturis parvulorum. **383.**

In Regularium Ecclesiis Parochus praetendere nequit Officia facere super cadaveribus. **448** *ad* 1.

In Regularium Ecclesiis apponi debet pannum in scamno, quando Canonici capitulariter accedunt ad eas et sunt in habitu Canonicali. **623.**

In Regularium Ecclesiis Officium super cadaveribus ad ipsos Regulares spectat. **731. 767. 773. 793.**

Regularium Ecclesiam ingredi licet Capitulo et Canonicis in associatione funerum cum propria Cruce; nec id impediri potest a Regularibus. **732.**

Regulares nullo modo possunt impedire, quominus in Litaniis maioribus et minoribus Episcopus per suos Canonicos Missam solemnem cantari faciat in Ecclesiis Regularium, ubi Processio terminatur; neque tunc ad Regulares, sed ad Episcopum seu Canonicos pertinet celebratio Missae. **121.**

In Regularium Ecclesiis Episcopo licet erigere baldachinum. **1290** *ad* 1; et Archiepiscopo ingredi easdem cum Cruce. **1550.**

Regulares non debent se abstinere a pulsatione Campanarum in eorum Ecclesiis tempore concionis, quae fieri solet in Parochiali. **1291** *ad* 11.

Regularibus, etiam in eorum Ecclesiis, non licet concionari, ipso episcopo actu concionante. **1360.**

Regulares in propriis Ecclesiis SSmum Sacramentum exponere nequeunt sine licentia Ordinarii. **641** *ad* 1. **703. 882. 988** *ad* 1. **1008. 1673** *ad* 1. **2613** *ad* 4. *Decret. gener.*

Regularibus non licet in eorum Ecclesiis genuflexorium parare cum stratu et pulvinaribus pro Domino loci. **1720. 1738.**

Regularibus licet de consensu Episcopi uti tabernaculo amovibili vel portatili, illudque ad eorum libitum in quocumque Ecclesiae propriae Altari collocare; ac ibi exponere sacram Pyxidem, e solo tabernaculo fixo extractam. **1796** *ad* 2.

Regulares in eorum Ecclesiis scamnum pro Magistratu in Presbyterio erigere non possunt. **2462** *ad* 5.

In Regularium Ecclesiis aliisque Ecclesiis exemptis Collectae ab Ordinario loci praescriptae recitandae sunt. **2613** *ad* 1. *Decret. gener.;* et cessari non debent, antequam Ordinarius id iusserit. *Ibidem ad* 2.

Regularium Ecclesiae aliaeque exemptae mandato Ordinarii parere tenentur; quate-

nus quibusdam Solemnitatibus vel in alio peculiari casu sonus aeris campani omnium Ecclesiarum ab Ordinario praecipiatur. **2613** *ad* 3. *Decret. gener.*

In Regularium Ecclesiis Clerus saecularis nequit celebrare Missas seu Officium Defunctorum, invitis Regularibus. **98.**

In Regularium Ecclesiis Expositio SSmi Sacramenti nimis frequens esse non debet; hinc demandatur Episcopo, ut decentiae prospiciat, expendendo causas exponendi et assignando loca, horas et assistentiam. **1329.**

Regularibus et Rectoribus interdicere nequit Episcopus, ne pulvinaria dentur Canonicis Cathedralis capitulariter ad eorum Ecclesias accedentibus, ipso absente **1900** *ad* 1.

In Regularium Ecclesiis (ianuis clausis) vel Oratoriis in Feria V in Coena Domini Missa legi vel cantari potest a Superiore, ad ministrandam Religiosis Communionem. **2799.** *ad* 2. Vide **4049** *ad* 2.

Ad Regularium Ecclesias etiam extenduntur Decreta, quae prohibent, ne Magistratus locum habeat in Presbyterio. **1792. 1832** *ad* 1.

Vide **Ecclesia. Oratoria. Sacellum.**

Regulares quoad Funera.

Regulares non vocati ad funera accedere non possunt. **496. 502. 1522** *ad* 2. **2470** *ad* 2.

Regulares vocati ad funera non possunt impediri quominus associent cadavera, dummodo incedant sine Cruce; atque Officium fieri debet per Regulares, in quorum Ecclesiis cadavera tumulantur. **515. 516. 604** *ad* 1. **760.** Vide **3854** *Decret. gener.*

Regulares non possunt impedire Parochum, ne pulset campanas parochiales in casu, quo defunctus tumuletur in Ecclesia Regularium; neque ipsi Regulares Ecclesiae in qua defunctus sepelitur, impediri a Parocho, ne pulsent campanas eiusdem Ecclesiae. **785.**

Regulares nequeunt levare cadavera decedentium in Parochia, nisi requisito Parocho, eoque de iuribus parochialibus satisfacto. **924** *ad* 8. **1042** *ad* 2. **1503.**

Regulares vocati ad associandum funus, tenentur accedere ad Ecclesiam parochialem, et hinc una cum Clero ad domum defuncti; etiamsi in eorum Ecclesia defunctus sepeliendus sit. **1291** *ad* 6. **1363. 1539** *ad* 2. **2021.**

Regulares nequeunt canere Officia defunctorum, Responsoria, Preces aliasque Orationes in domo defuncti, absque Parochi consensu. **1291** *ad* 7.

Regulares quando non comitantur defunctum, tenentur exire e Conventu conventualiter cum Cruce ad portam Ecclesiae, et permittere ut Beneficiati ingrediantur et possint assistere exequiis, sed non canere. **1291** *ad* 8. **1539** *ad* 4.

Regulares vocati ad funus associandum nullo modo expectare debent per vias aut in domo defuncti; sed prius convenire debent ad Ecclesiam parochialem defuncti, et inde cum Clero dictae Parochiae se conferre ad levandum cadaver, non obstante contrario usu, etiam immemorabili. **924** *ad* 8. **1292. 1408** *ad* 1. **1521**; vel ad Cathedralem, quando ad funus capitulariter interveniat vocatum Capitulum Cathedralis. **1408** *ad* **2. 1413** *ad* 1.

Regularibus licet, vocato Parocho et ipso renuente, intervenire vel alterum mittere, deinde absque Parocho deferre cadavera in eorum Ecclesiis sepelienda. **1539** *ad* 5. **1604** *ad* 1; nec opus est licentia Episcopi. **1503.**

Regularibus aliis debent praecedere Canonici Regulares Lateranenses. **1905** *ad* 2.

Regulares vocati ad funus incedere debent sub Cruce Ecclesiae sive exponentis sive sepelientis. **3311.** Vide **3854** *Decret. general.*

Regulares et Cappellani Confraternitatum et Collegiatarum nequeunt aspergere cadavera in domibus defunctorum ipsorum aqua benedicta, priusquam ad eorum Ecclesias efferantur tumulanda. **1643** *ad* 11.

Si in Regularium Ecclesia cadavera tumulanda sint, in funeribus associandis Capitulum Cathedralis potest ingredi eam cum propria Cruce erecta; non autem facere funus super cadaver. **2206** *ad* 6; (quo Decreto alterum emendatur sub num. **1522** *ad* 3); ita tamen ut in Absolutione funeris, sola adhibeatur Crux Ecclesiae tumulantis. **1957** *ad* 1 *et* 2. Vide **3854** *Decret. gener.*; etsi non invitati, Canonici Cathedralis possunt associare funus ad Ecclesiam Regularium deferendum, citra tamen praeiudicium haeredum. **1957** *ad* 3.

Vide **Cadavera. Exequiae. Funus.**

Regulares quoad Missam.

Regulares, qui Antistitis nomine tacito, eius loco in precibus sive in Canone suae Religionis Superiorem nominant, temeritatis notam incurrere et animadversione dignos esse censuit S. R. C. **194.**

Regularibus Fundator Monasterii non potest imponere legem, ut in eadem Collecta,

quae ex privilegio Apostolico in Missa pro Rege tantum, eius prole et exercitu dicitur, etiam ipsius Fundatoris nomen exprimatur. **197.**

Regulares a Parochis molestari nequeunt, ne in propriis Ecclesiis Missas privatas celebrent ante Missam parochialem, et praecipue diebus festivis. **620.**

Regulares, qui utuntur Missali Romano in celebratione Missarum, nihil addere, minuere vel immutare possunt; sed omnia in eodem Missali et Caeremoniali praescripta ad unguem servare debent. **937** *ad* 2.

Regulares solemniter celebrantes non adhibeant sedem cum subpedali, sed bancum iuxta Caeremoniale; et a certa quadam Ecclesia amoveatur sedes, quae ibi pro Celebrante parata exsistit. **977.**

Regulares non tenentur ad plures Missas cantandas; quia illorum Ecclesiae non sunt Collegiatae, sed appellantur proprie Conventuales. **1332** *ad* 6.

Regularibus licet in die Corporis Christi celebrare Missas lectas in propria eorum Ecclesia, et per octavam, ante completam Missam solemnem et Processionem consuetam. **1811.**

Regulares ad Missae Conventualis assistentiam non tenentur; et assistentes laudandi sunt, non cogendi. **2514** *ad* 5.

Regulares Praelati, etiam locales, nequeunt ordinare Collectam dicendam in Missa a subditis suis, tam pro necessitate Ordinis quam pro necessitate communi, sine licentia Episcopi. **2514** *ad* 6.

In Regularium et Monialium Ecclesiis, quando Solemnitas Festorum translata est ad Dominicam proxime sequentem cum Missa solemni de Festo translato, Missa Solemnitatis, quoties Ecclesiae illae in Indulto comprehendantur, semper celebranda erit cum cantu. **2914** *ad* 2.

Apud Regularium nonnullos Ordines invecta consuetudo addendi Symbolum Missae insignium Patronorum Ordinis, qui non sunt Institutores, Titulares vel Patroni, abroganda est; et solum addatur Symbolum, si recolantur Institutores, Titulares vel Patroni. **2964** *ad* 3.

Regulares, iure consuetudinis aut eorum Constitutionum secluso, tenentur tantum legere unam Missam Conventualem, Officio videlicet diei respondentem, tempore a Rubricis praescripto; quamvis aliae ab illis sint canendae, sive votivae, sive defunctorum, ut onera particularia adimpleantur, vel ex peculiari S. Sedis indulto **3757** *ad* I; sive illa Missa legatur sive fiat cum cantu, non solum in duplicibus I, sed etiam II classis, omittenda est commemoratio de simplici occurrenti aut de die infra octavam. *Ibidem ad* II; Missae feriarum, duplicibus aut semiduplicibus occurrentibus, Regularibus non prohibentur, si a Rubricis praescribantur; dummodo tempus servetur in iisdem Rubricis praescriptum, et Choralibus iis assistendi libertas fiat. *Ibidem ad* III; ad Rogationum Missam quod attinet, Regulares ad eam celebrandam tenentur, si tamen publica supplicatio locum habet. *Ibidem ad* IV; ubi vi Constitutionum Ordinis vel ratione consuetudinis, Feriarum aut Vigiliarum occurrentium Missae fieri debeant, eae non sunt omittendae, et tempus in Rubricis praescriptum omnimode est servandum. *Ibidem ad* V.

Regulares (in Missa) in Oratione *A cunctis* possunt ad litteram N. nominare proprium S. Fundatorem, dummodo Titularis nomen (si nominari queat) non omittant; servato tamen ordine dignitatis in Rubricis praescripto. **3758.**

Regulares comprehenduntur sub Decreto diei 9 Iulii 1895 de celebrandis Sanctorum et Beatorum Missis Ecclesiae vel Oratorii Officio conformibus; et privilegium Missam celebrandi iuxta Calendarium proprii Ordinis revocatum est. **3883.**

Regulares cogere nequit Episcopus, ut faciant commemorationem Episcopi inter commemorationes ultimas, quae fiunt in Missis privatis ritus semiduplicis vel inferioris. **96** *ad* 4.

A Religiosis in Oratoriis piarum Sororum seu Religiosarum, quae proprium Calendarium non habent, Missae celebrandae conformes esse debent Calendario Dioecesano, non vero Calendario ipsorum Religiosorum. **3927** *ad* 1; et privilegium, quo Religiosi iuxta suum Calendarium celebrare valeant, non conceditur. *Ibidem ad* 2.

In Religiosae Familiae alicui concreditis Ecclesiis Sacerdotes exteri Missam celebrantes sequi debent Calendarium eiusdem Familiae proprium, si habeatur. **4051** *ad* 2; secus vero dicendum est de Ecclesiis, quae non Religiosae Familiae, sed tantum alicui personae privatae, etsi ad eamdem Familiam pertinenti, commissae sunt. *Ibidem ad* 3.

Regulares possunt exponere SSmum Sacramentum inter Missarum solemnia et ad Vesperas in Solemnitate et infra Octavam Corporis Christi absque licentia Ordinarii. **753.**

Vide **Missa.**

Regulares quoad Officium.

Regularis Episcopus debet Officium recitare et divina Officia celebrare iuxta ritum suae Dioecesis. **181** *ad* 1.

Sive Regulares sive Saeculares Cappellani, qui alternis vicibus cum Episcopo Regulari Officium recitare solent, debent se conformare Episcopo circa recitationem Officii. **181** *ad* 3.

Nec Regulares nec Episcopi possunt elevare Festa Calendarii Romani ad nobiliorem ritum, puta a semiduplici ad duplicem, sine licentia S. Sedis. **477** *ad* 7. **555.** § *Non potuisse.*

Regularibus utentibus Breviario Romano licet Officia Ss. Archiepiscoporum, de quibus nihil habetur in Calendario Romano, celebrare, si eorum festa apud Ecclesiam Mediolanen. consueverant per biscentum annos ante Constitutionem S. Pii V celebrari; non tamen sub altiori ritu, quam quo in eadem Ecclesia Medfolanensi recitantur. **798.**

Regulares Episcopi, gaudentes privilegiis suae Religionis, de Beatis suae Religionis nequeunt recitare Officium, celebrare Missam et Altaria erigere in propriis Cathedralibus. **1156** *ad* 5.

Regulares non possunt uti Calendario Dioecesano; sed tantum tenentur ad recitationem Officii proprii Patroni principalis et Titularis Ecclesiae Cathedralis, necnon Protectoris Civitatis. **1708** *ad* 1.

Regulares debent recitare Officia ad petitionem Regum et Principum recitari concessa in aliquibus Regnis, Provinciis, Ditionibus etc., ubi concessio extenditur etiam ad Regulares. **1708** *ad* 2.

Regulares octavam Patroni principalis celebrare non possunt, nisi id specialiter ipsis indultum fuerit ex vi concessionis Apostolicae vel constitutionis Religionis ab Apostolica Sede approbatae. **1708** *ad* 5. **2092** *ad* 1.

Regulares absque speciali privilegio, sed sola communicatione privilegiorum aliarum Religionum, non possunt addere nomen Fundatoris in Litaniis et *Confiteor,* neque recitare Officia et Missas concessas aliis Religionibus. **2166** *ad* 2.

Regulares celebrare debent Officium Dedicationis Cathedralis in Civitate sub ritu duplici II classis sine octava. **2409. 2417** *ad* 1. **3861** *ad* 1. **3863** *ad* IV.

A Regularibus recitari nequit Officium Purificationis B. M. V. in gratiam populi ad eorum Ecclesias accedentis, in iis Dioecesibus, in quibus illius festum occurrit, etiam in Dominica privilegiata. **2148** *ad* 2.

A Regularibus Officium Patroni Parochiae celebrari non debet. **2148** *ad* 3. **2822** *Dub.* II. *qu.* 3.

Regulares, tam Celebrans quam assistentes, in celebrandis Matutinis solemnibus non possunt uti pluviali a principio Officii. **2515** *ad* 2.

Regularis sequi debet in itinere Calendarium coenobii, ex quo discessit, dum alterum coenobium petit; cum pervenit et manet in altero coenobio, etsi ad tempus, huius Calendarium sequatur. **2801** *ad* 1; tempore vero Quadragesimae extra coenobium commorans, praedicationis causa, se conformare debet Calendario suae Provinciae. *Ibidem ad* 2.

Regulares, qui praedicationis vel ex alia rationabili causa per aliquot dies a suo Conventu absunt, sequi debent Calendarium coenobii apud quod hospitantur, si in Choro Breviarium recitant; si vero privatim, servari debent Calendarium coenobii a quo discesserunt. **3919** Dub XIII.

Regulares non tenentur ad octavam Titularis Cathedralis. **2829.**

Religiosi utriusque sexus, proprium Calendarium non habentes, uti debent Calendario Dioecesano; additis Officiis peculiariter concessis Regularibus in illa Dioecesi commorantibus. **2964** *ad* 1.

Regulares Officia propria Dioeceseos recitare nequeunt, nisi in Rescripto concessionis eadem Officia declarata fuerint de praecepto etiam pro Regularibus Calendario Dioecesano minime utentibus. **3084** *ad* 1.

Regulares semper et ubique sequi debent Calendarium Officii iuxta coenobium, in quo moram faciunt, etsi ad tempus; quia ubique Choro interesse tenentur. **3001.**

Regulares, Romae degentes, non tenentur sub ritu duplici recitare ea Sanctorum Summorum Pontificum Officia, quae ex concessione Apostolica enunciato sub ritu persolvit Clerus saecularis Almae Urbis. **3130** *ad* 2.

Regulares tenentur ad recitanda Officia ad petitionem Regum et Principum universis eorum Regionibus concessa, cum expressa mentione utriusque Cleri saecularis et regularis, aut nulla facta in indulto distinctione Cleri, aut utrique Cleri alicuius Dioecesis indulta, si Officia aliquando fuerint ab ipsis Regularibus acceptata; secus vero, non. **3147** *ad* I, II *et* III.

Regulares, qui utuntur Calendario Almae Urbis, debent inter Suffragia communia commemorationem facere de praecipuo Patrono loci. **3157** *ad* I *qu.* 2; et commemoratio sumatur ex Officio proprio si habeatur; secus, de communi, mutatis verbis quae natalitium aut solemnitatem indicant in iis quae memoriam exprimunt. *Ibidem qu.* 3.

Regulares in Gallia tenentur etiam ad Indultum, quo festum Dedicationis Ecclesia-

rum agendum est Dominica post octavam omnium Sanctorum. **3157** *ad* II *qu.* 1; nec Anniversarium Dedicationis Cathedralis transferre possunt, sed omittere debent. *Ibidem qu.* 2.

Regulares in suppressis Italiae Provinciis commorantes tenentur ad recitationem Officii Patroni respectivae Provinciae Regularis, ad quod obligantur ex peculiari Rubrica proprii Ordinis. **3210.**

Regularium communitas, alicui Ecclesiae publicae addicta, tenetur ad Officium Patroni Titularis huius Ecclesiae, etiam per totam Octavam. **3397** *Dub.* IV.

Regulares facere debent inter Suffragia Commemorationem Titularis propriae Ecclesiae, non vero Cathedralis. **3436** *Dub.* I. *qu.* 1; et eis liberum non est, in hac Commemoratione, loco Tituli eligere Patronum totius Regni prae Patrono Dioecesis et Civitatis. *Ibidem qu.* 2.

Quod Regulares debeant se conformare Officio Communitatis, in qua, licet ut mere transeuntes, habitant, intelligendum est de solis Regularibus recitantibus divinum Officium in Choro. **3436** *Dub.* II.

Regulares in Hispania tenentur recitare Officium proprium B. M. V. de Columna seu *del Pilar* sub ritu duplici I classis, sed sine octava. **3436** *Dub.* IV.

Regulares Calendario Dioecesano utentes non tenentur se conformare etiam octavis Festorum Dioecesis. **2887** *ad* 1. **3512.**

Regulares Choro adstricti non satisfaciunt praecepto Chori, recitando Officium divinum in Oratorio privato Conventus ab Ecclesia separato. **3506** *ad* 1; quod si Oratorium privatum, aperto muro vel accessu, Ecclesiae iungatur, satisfacere possunt; sed Episcopus uti Delegatus S. Sedis locum visitet, et videat an sit decens et cum Ecclesia communicet. *Ibidem ad* 2; et Superior localis dispensare nequit, ut Officium divinum in hoc Oratorio vel Sacristia communiter recitetur, nisi supradictae conditiones adimpleantur. *Ibidem ad* 3.

Regulares Missionarii, proprium Officium habentes, Festum S. Francisci Xaverii, qui iuxta Bullam Benedicti XIV habendus est uti Patronus principalis Indiarum, posita consuetudine, sub ritu duplici I classis sine Octava celebrare debent; nisi habeant speciale Indultum. **3578** *ad* 2.

Regulares, qui remunerationem a Gubernio accipiunt ut Dioecesanis Ecclesiis inserviant, non debent sese conformare in Officio persolvendo Sacroque peragendo Calendario Dioecesano, si gaudeant proprio Calendario. **3806.**

Regulares, qui Calendarium proprium habent, celebrare debent die statuta Anniversarium Dedicationis omnium Ecclesiarum tantummodo sui Ordinis. **3861** *ad* 1. **3925** *Dub.* V. **3863** *ad* III. *Decret. gener.*; ubi vero de eodem Patrono plura sint Festa in loco instituta, unum tantum solemnius, id est natalitium, Regulares recolent, nisi utraque sub praecepto sint observanda; tunc enim ad illa ipsimet Regulares adiguntur. **3863** *ad* I. *Decret. gener.*

Regulares tenentur ad celebranda Patronorum Festa, quae cum feriatione recoluntur. **3925** *Dub.* III *qu.* 4. Vide **3147** *ad* IV.

Regulares Calendarium propriae religiosae Congregationis sequi nequeunt, si eisdem una cum cura animarum administratio alicuius Ecclesiae Saecularium commissa est: relicto Calendario Dioecesano, cui populus iam assuetus fuit. **3979** Dub. II.

Regularis, Ecclesiae saeculari aliquando ad tempus sive ad beneplacitum Episcopi praepositus, atque privatim recitans Horas canonicas, adhibito Calendario proprii Ordinis, non tenetur ad Officium Sancti Titularis Ecclesiae saecularis praedictae. **3979** *Dub.* III.

A Regularibus, qui habent proprium Calendarium, Festis perpetuo translatis assignandi sunt dies, qui in eodem Calendario liberi sunt; quin amovenda sint illa Ordinis Festa, quibus iam assignati sunt dies proprii. **2494** *ad* 1.

Regulares, Calendario Dioecesano utentes, se conformare tenentur Calendario Dioecesano, quando aliquod Officium pridem eorum Congregationi concessum, postea fuit indultum Dioecesi, sed alia die. **3041** *ad* 1; item si eadem quidem die, sed ritu altiore et Officio proprio: modo in concessione Officii proprii facta dioecesi Regulares explicite non excludantur. *Ibidem ad* 2 *et* 3.

Vide **Officium. Calendarium.**

Regulares quoad Praecedentiam.

Super Regulares semper et ubique praecedentia competit Clero saeculari. **145. 324. 1094. 1294.**

Regularibus ex quavis consuetudine non competit locus supra Clerum saecularem; ac proinde neque cantus secundae Antiphonae in Officio defunctorum ante Presbyteros pariter saeculares. **1216.**

Regularium praecedentia in Processionibus, dum his intersunt ex diversis Institutis, statuitur. **255. 309. 318. 352. 374. 410. 429. 905. 1344. 1616. 2728. 2927.**

Regularium praecedentia non est petenda ab antiquitate Conventus, sed ab incolatu familiae. **1067.**

Regulares etiam Canonici Lateranenses habere nequeunt praecedentiam supra Parochos Regulares, dum hi tamquam tales Processionibus intersunt. **116.**

Regulares Minores Observantes, Assisii degentes, praecedentiam habent in Processionibus supra Minores Conventuales, quamvis isti Basilicae Patriarchali addicti sint. **3036** *ad* 1; et hoc ius competit etiam Minoribus Reformatis, quando Observantes non accedunt. **3040.**

Regulares tertii Ordinis Assisii commorantes habent praecedentiam supra Capuccinos eiusdem Civitatis, quando isti soli sub propria Cruce incedunt. **3036** *ad* 3.

Regularibus aliis praecedere debent in funeralibus Canonici Regulares Lateranenses. **1905** *ad* 2.

Inter Regulares lites praecedentiae componere debet Ordinarius, omni appellatione remota ad tenorem Concilii Tridentini Sess. XXV, de Regularibus et Monialibus cap. 3; ideoque potest etiam poenis et censuris ecclesiasticis ad executionem Decretorum super his editorum Regulares compellere. **1905** *ad* 5.

Supra Regulares praecedentiam habent in supplicationibus Patres Oratoriani. **2485** *ad* 3.

Vide **Praecedentia.**

Regulares quoad Processiones; vide **Processiones quoad Regulares et Confraternitates.**

Religiosae; vide **Moniales. Sorores.**

Reliquiae (in genere).

Reliquias Sanctorum et lignum S. Crucis, ad impetrandum a Deo pluviam tempore siccitatis, in aquam immergere aut madefacere nullo modo licet sub praetextu cuiusvis consuetudinis. **369. 2486.**

Post Reliquiam seu Imaginem incedere debet Episcopus in Processione, in qua illa defertur, nisi adsit consuetudo in contrarium. **489** *ad* 1; Vicarius autem incedere debet ultimo loco inter Canonicos seu Dignitates, dummodo non adsit contraria consuetudo. *Ibidem ad* 2.

Reliquiis Sanctorum, si sint authenticae, Episcopus uti potest in consecratione Altarium absque alia denominatione. **542.**

Reliquiis Sanctorum incerti nominis non sunt apponenda nomina ad libitum; hic abusus eliminandus est. **853.**

Reliquiae a Sacerdotibus quavis Dignitate fulgentibus in Processione sine bireto deferendae sunt. **1043.**

Reliquias S. Crucis et S. Spinae deferendi ius in casu spectat ad Digniorem. **1299** *ad* 4.

Reliquias sacras in Processionibus Rogationum gestanti Canonico Cathedralis induto alba, stola et pluviali, non licet extra portam Civitatis pluviale dimittere; et sic pergere ad Ecclesias, ad quas Processio dirigitur. **2063.**

Reliquiae Sanctorum non possunt processionaliter deferri sub baldachino; permittitur tamen, ut lignum S. Crucis aliaque Instrumenta Passionis Domini deferantur sub baldachino, dummodo tamen id fiat seorsum et disiunctim a Sanctorum Reliquiis, quibus distinctivum hoc honoris omnino non convenit. **2647** *Decret. gener.* **2854.**

Reliquiis Pretios. Sanguinis D. N. I. C. tantummodo illae venerationis et cultus significationes exhibendae sunt, quae conveniunt Reliquiis verae Crucis. **2660.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **294.**

Reliquias Sanctorum deosculandas praebere potest Sacerdos in Missa privata sacris indutus paramentis. **2704** *ad* 5.

Reliquiarum Vigiliae ante consecrationem Ecclesiae celebrandae sunt iuxta Pontificale. **2868**; et Officium recitari debet cum Matutino, Laudibus, Hymnis, Canticis de Communi et cum simili Oratione de Communi, sine nomine expresso; quum haec omnia non sint partes Officii diei. **2886.**

Reliquiae, quas constat easdem esse, quae ineunte praesenti saeculo asservabantur sub Altari sacelli Archipraesulum Mediolanensium, quamvis nomine careant Sancti, cuius corporis particulae sunt, ab Episcopo authenticari possunt; sed earum distributionem fieri non expedit **3345.**

Reliquiarum thecae ad modum ostensorioli ex simplici et nudo ligno confectae tolerari possunt. **3697** *Dub.* XIV.

Reliquiarum tegumentum sit idem, et eiusdem coloris, valoris et pretiositatis in tribus diebus Rogationum, a quocumque deferantur Reliquiae: sive scilicet per Canonicos Cathedralis sive per Canonicos Collegiatae. **1509.**

Reliquias sacras includere in sculptis Imaginibus Sanctorum in Altari dispositis non est de necessitate ad hoc, ut incensata Cruce, valeant illae a Celebrante thurificari. **2375** *ad* 3.

Quoad Reliquias approbandas ac publicae venerationi exponendas Episcopus uti debet iure suo, iuxta Cap. 2 § *Ne imposterum* Tit. XLV De Reliq. et Vener. Sanct. **1946** *ad* 4.

Reliquiarum feretrum deferentes Sacerdotes in Consecratione Ecclesiae induti sint sacris vestibus, ex usu passim recepto. **3364** *Dub.* V; et antequam cum feretro Reliquiarum Ecclesiam ingrediatur, Episcopus inungere debet duos stipites lapideos vel lateritios, non vero portam ipsam. *Ibidem Dub. VI.*

Reliquiae quoad Altaria.

Reliquiis Sanctorum, si sint authenticae, Episcopus uti potest in consecratione Altarium absque alia denominatione. **542.**

Reliquiae si non adsint in Altaribus vel ablatae fuerint, super haec poterit cum Indulto celebrari, quousque Episcopus novas Reliquias obtineat in eis includendas. **2941.**

Reliquiis carentes lapides sacri Altarium nequeunt servari. **3674** *ad* 1; retineri possunt qui e schisto sunt efformati. *Ibidem ad* 2; non vero illi, qui constant ex gypso, Reliquiis Sanctorum instructi. *Ibidem ad* 3.

Si Reliquiarum sacrarum Capsae sub aliquo vacuo in medio spatio Altarium fixorum exsistente recondantur, ita commode dispositae, ut oculis fidelium diebus saltem solemnioribus appareant; haec Altaria consecrari possunt, dummodo omni ex parte stipitibus adhaereant. **3126.**

Si Reliquiarum sepulcrum plane inviolatum et mensa Altaris fixi consecrati, a cuius stipite avulsa est, omnino integra permanserit, hoc altare indiget nova consecratione; et sine dispensatione et sanatione Summi Pontificis in eodem celebrari nequit. **3198.**

Ut Reliquiarum sola repositione Altaria fixa reconciliari possent, quae sola violatione sepulcri Reliquiarum polluta sunt, ex urgenti causa S. R. C., Sanctissimo approbante, indulsit. **1955**; et hoc Decretum eadem S. C. respondit dandum esse pro diverso casu, in quo destructis Altarium basibus, intactae remanebant mensae cum Reliquiarum sepulcris. *Ibidem.*

Reliquias certas addere veteribus authenticitate carentibus non licet in Altari portatili. **2991** *ad* 2.

Si Reliquiae unius tantum S. Martyris in sepulcro Altarium portatilium sint conditae, vel aliae numero perpaucae, quoad haec Altaria supplicandum est Sanctissimo pro sanatione, ad cautelam tantum. **3155.**

Reliquiae in Altaribus portatilibus recondendae sunt in sepulcro intra lapidem effosso; et claudendae cum parvo operculo item ex lapide confecto. **3162** *ad* 2.

Si Reliquias amisit Altare, sive fixum sive portatile, idem indiget nova consecratione. **2876** *ad* 1. **2880** *ad* 1 *et* 2; neque valet appositio aliarum Reliquiarum, facta ab Episcopo vel eius auctoritate. **2911.**

Absque Reliquiarum appositione, a simplicibus Sacerdotibus consecrata Altaria nova indigent consecratione. **2876** *ad* 2.

Pro Reliquiarum sepulcris claudendis in consecratione Altaris nequit adhiberi caementum loco lapidis seu operculi. **3585** *ad* 1; et ex singulis Altaribus caementum extrahi et lapides substitui debent in casu. *Ibidem ad* 2; et integra consecratio repeti; pro qua S. R. C. indulget usum brevioris ritus. *Videatur hic ritus. Ibidem ad* 3.

Reliquiae quoad Benedictionem et Expositionem.

Reliquiarum et sacrarum Imaginum expositio non est de iure mere parochiali. **2123** *ad* 12.

Quando cum Reliquiis S. Crucis vel alia insigni Episcopus populo benedictionem impertit, Mitram et pileolum deponere debet. **2769** *ad* IV. *n.* 1 *et* 2.

Reliquias Beatorum exponere licet in Ecclesiis, in quibus Officium et Missa de eisdem recitari ac celebrari possunt. **1156** *ad* 4.

Reliquiae non expositae, neque a Diacono in Missa, neque a Celebrante in Vesperis, thurificandae sunt; expositae vero, non a Diacono in Missa, sed a solo Celebrante, dummodo sint expositae in Altari ubi Missa cantatur: in Vesperis vero, dummodo sint expositae in Altari chorali, vel Altari Sancto, cuius sunt Reliquiae, dicato; et dummodo sint cum luminibus expositae. **1322** *ad* 2.

Cum Reliquiis benedictio impertiri potest populo post Processionem Reliquiarum; nulla tamen exstat obligatio. **1711** *ad* 1. **2002** *ad* 17. **2483** *ad* 5.

Reliquiarum expositio non spectat privative ad Archipresbyterum: quippe quas in omnibus Ecclesiis exponere licet. **1842**; nec ad Parochum **2254** *ad* 1.

Reliquias baptizatas exponendi usus continuari potest ad formam Decreti anni 1691. **1893** *ad* 2.

Reliquiis non est supponenda palla, quando publice exponuntur. **2689** *ad* 3.

Reliquiae Sacerdotis Melchisedech, et partis loci, in quo asserebatur Christum Dominum constitisse tempore quo Orationem Dominicalem composuerat, repertae absque ulla approbatione occasione visitationis Dioecesanae, in posterum exponi nequeunt. **1977.**

Reliquiae si exponantur, super Altare saltem ardeant duo lumina omnino oportet;

alias, Reliquiae non exponantur. **2067** *ad* 9 **3029** *ad* 13. **3204**.

Cum Reliquiis benedicere populum spectat in casu ad Parochum; et Cappellanus Confraternitatis id facere nequit, nisi de licentia Ordinarii. **2254** *ad* 2.

Post Reliquiae S. Crucis expositionem vel Processionem, quando Reliquia reponitur, populus cum ipsa benedici debet. **2324** *ad* 1; et haec Reliquia a Celebrante stante incensanda est. *Ibidem ad* 2.

Si Reliquia S. Crucis loco principe super Altare fuerit exposita, tunc transeuntes ante illam unico genu usque ad terram flexo venerare debent; sola vero capitis inclinatione, si praefata Reliquia recondita erit in custodia. **2324** *ad* 3. **2722** *ad* 2. **2747**. **2854**. **2390** *ad* 7.

Cum Reliquia S. Crucis in fine eiusdem expositionis populus benedicendus est, sive celebret Canonicus sive Beneficiatus. **2578** *ad* 11. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **162**.

Reliquiae Sanctorum aut Imagines pictae Tabernaculo, in quo SS. Sacramentum asservatur, non sunt superimponendae, quatenus idem Tabernaculum pro basi inserviat. **2613** *ad* 6. *Decret. gener. Vide Suffragium in IV volumine pag.* **203**; et hoc Decretum valet etiam pro Reliquiis S. Crucis et Instrumentorum Dominicae Passionis. **2740** *ad* 1; neque exponendae sunt Reliquiae ante eiusdem Tabernaculi ostiolum, etiam die qua festum alicuius Sancti recolitur: quare consuetudo contraria tamquam abusus est eliminanda. **2906**.

Reliquias adprobandi, et facultatem impertiendi ut eas publice exponi possint, est iuris Episcopi. **1946** *ad* 4.

Reliquiae Sanctorum non sunt collocandae super Altare, in quo SS. Sacramentum publicae venerationi est expositum. **2365** *ad* 1.

In Reliquiae S. Crucis benedictione impertienda nequeunt cantari verba: *Benedicat vos omnipotens Deus etc.* **2722** *ad* 3.

Reliquiam S. Crucis exponere non licet post Missam Praesanctificatorum in Sacello, ubi asservatur SS. Sacramentum pro Feria VI in Parasceve, eamque expositam retinere usque ad Missam Sabbati Sancti. **2740** *ad* 5.

Si Reliquiae alicuius Sancti, cuius festum celebratur, expositae sint, sacra Pyxis cum SSmo Sacramento vel per breve temporis spatium, exponi nequit, nisi remota Reliquia. **2779**.

Reliquia S. Crucis exponi potest Feria VI in Parasceve immediate post adorationem Crucis et ante Missam Praesanctificatorum; dummodo Reliquia inclusa sit Cruci talis mensurae, ut poni queat inter candelabra Arae maioris. **2887** *ad* 4.

Cum Reliquiis thecae vetustae, quae authentico documento carent, olim ad suppressa Monasteria spectantes, in Altari exponi nequeunt. **3779** *Dub.* V.

Reliquia S. Crucis; vide **S. Crucis Reliquia.**

Reliquiarum Ss. Festum.

In Reliquiarum et Sanctorum Festis Cathedralis, aliae Ecclesiae non debent se conformare cum eadem in Officio et Missa. **477** *ad* 6.

Reliquiarum ratione addi nequit Festum Breviariis toleratis a S. Pio V, excedentibus biscentum annos, nisi modo et forma contenta in Decreto Urbani VIII et consulta Sede Apostolica. **477** *ad* 2.

Pro Reliquia insigni et approbata Franciscanis conceditur Festum duplicis minoris. **1334** *ad* 3.

De Reliquiarum translatione Festum cum Officio et Missa celebrari nequit absque auctoritate S. Sedis. **1755**.

In Reliquiarum Festo, quae asservantur in propriis Ecclesiis, adhibendus est color rubeus. **2492**.

Reliquiarum Festum, celebrandum sub ritu duplici II classis apud Benedictinos, quando occurrat cum Festo S. Lucae Evangelistae, transferendum est. **2319** *Reliq. Dub. ad* 12.

Reliquiarum Festum apud Benedictinos celebrandum est die 30 Octobris. **2319** *Reliq. Dub. ad* 15.

Reliquiarum Festum, quod celebratur in Poloniae Regno prima Dominica post Festum S. Matthaei, si haec Dominica fuerit impedita festo altioris ritus, poterit transferri in primam diem non impeditam iuxta Rubricas. **2390** *ad* 2.

Reliquiarum Festum, quod in Dioecesi Basileensi peragitur sub ritu duplici maiori Dominica infra Octavam Omnium Sanctorum, omitti debet, quoties occurrat in die ipsa octava OO. Sanctorum; nisi obtineatur indultum pro translatione. **3892** *Dub.* IV.

Si Reliquiarum Festum cum Lectionibus et Evangelio *Descendens Iesus* occurrat cum Vigilia OO. Sanctorum, de eadem Vigilia fit tantum Commemoratio sine IX Lectione. **2319** *ad Tit.* XXV circa Lect. III Noct. *Dub.* 4.

Reliquia insignis.

Reliquias insignes S. R. C. declaravit esse Corpus, Caput, Brachium, Crus aut illam

partem corporis in qua passus est Martyr, modo sit integra et non parva, et legitime ab Ordinario approbata. **460** *ad* 3. Vide **477** *ad* 10. **555** § *Insignes.* **1334** *ad* 3.

Reliquiae insignis ratione unicum Festum Translationis celebrari debet in Civitate tantum, et non plura. **477** *ad* 4. **488** *ad* 2.

Reliquia insignis non censetur Tibia. **1234** *ad* 2.

Reliquia insignis Sancti, ratione cuius dici queat *Credo* in Missa, ea est, ratione cuius duplex Officium recitari potest, scilicet de Sancto cuius habetur caput, brachium, crus; quibus S. R. C. die 8 Aprilis 1628 tamquam insignem Reliquam addidit eam partem Corporis, in qua passus est Martyr; modo sit integra et non parva. Quod si Corpus habeatur integrum, aut illius magna pars, a fortiori Symbolum in Missa recitari debet. **1333** *ad* 14. **1334** *ad* 3.

Quoad Reliquiarum Sanctorum insignitatem, servandum est Decretum S. R. C. sub Urbano VIII impressum in Breviario Romano. **1354** *ad* 3.

Uti Reliquia insignis haberi potest pars anterior brachii, quae antibrachium dicitur, ab alia parte superiori eiusdem brachii separata. **4041** *Dub.* 1; idem dicendum est de eadem parte superiori brachii. *Ibidem Dub.* 2.

Uti Reliquiae insignes haberi debent cor, lingua, manus, si ex miraculo intactae conserventur. **4041** *Dub.* III.

Pro Reliquia insigni haberi nequit os quoddam Capitis S. Stephani Protomartyris. **490.**

Reliquiae quoad Officium et Missam.

De Reliquiis nequit celebrari Officium et Missa in die ipsa martyrii vel obitus, nisi Reliquia sit de Sancto descripto in Martyrologio Romano, et constet de identitate Reliquiae eiusdem Sancti. **1234** *ad* 1. **1722. 1815** *ad* 3; **1853** *Decret. gener.* **2180** *ad* 1 *et* 2.

Pro Reliquia insigni conceditur Officium duplex minus. **1334** *ad* 3.

Ratione Reliquiae fieri non potest Officium de Sancto, eo quod in loco sit eius nomine Ecclesia vel Reliquia, nisi in proprio Titulo Ecclesiae vel ubi est Reliquia. **1334** *ad* 2.

Pro Reliquia insigni non integra, sed mutilata, Officium fieri non potest. **1460.**

Si Reliquiae insignis ratione alicuius Sancti qui cum Socio est in corpore Breviarii, et uterque habet ritum simplicem, faciendum sit, quomodo Lectiones legendae sint, statuitur. **1589** *ad* 2.

De Reliquia insigni in Ecclesia tantum, in qua eadem asservatur, Officium et Missa celebrari potest; et hoc decretum comprehendit Clericos tam saeculares quam regulares Civitatis et Dioecesis. **1603** *ad* 1, quin sustineri possit contraria consuetudo. *Ibidem ad* 3; ast Clerici qui non sunt Choro addicti, sed tamen in aliquo ministerio deserviunt tali Ecclesiae, possunt Officium et Missam de hac Reliquia celebrare. *Ibidem ad* 2.

De Reliquiis Sanctorum, quae baptizatae sunt, Officium fieri nequit. **1670.**

Ratione Reliquiae insignis Symbolum dici debet in illa tantum Ecclesia, in qua Reliquia asservatur. **1743** *ad* 1 *et* 2. **1890** *ad* 5. **3238**; si Reliquia non sit insignis, Symbolum dici nequit. **2802** *ad* 1. **2883** *ad* 1.

Si ob Reliquiam insignem Officium et Missa celebrentur in Cathedrali, vel alia ecclesia, in qua eadem asservatur, nequeunt ea celebrari in ceteris ecclesiis per Civitatem vel Dioecesim. **460** *ad* 2, **1890** *ad* 5.

De Reliquiis Sanctorum, qui non sunt descripti in Martyrologio, aut pro quibus a S. Sede non fuerit specialiter concessum, Officia recitari et Missas celebrari prohibetur, non obstante quod ipsorum Corpora vel insignes Reliquiae in Ecclesia asserventur; quibus tamen ab Ordinariis locorum approbatis debitam fidelium venerationem (prout hactenus servatum est) exhibenda erit, absque tamen Officio et Missa, sub poenis de non satisfaciendo praecepto recitandi Officium. **1853** *Decret. gener.* Vide **2228.**

Reliquiarum sacrarum Officii, quod in Toletana Ecclesia celebratur die 19 Ianuarii sub ritu duplici II classis, translatio facta ex privata auctoritate ad Dominicam III post Epiphaniam, reprobatur; utrum vero satisfactum fuerit oneri divini Officii, tam in dicta Dominica, quam in aliis diebus recitando de consequenter translatis Festis, S. R. C. noluit definire. **2564** *ad* 1.

Reliquiae aliquot etiam parvo numero sufficiunt, ut ex privilegio in casu unica Missa cum cantu celebrari possit: et haec Missa, si non adsint Reliquiae S. Crucis aut alicuius S. Martyris, in colore albo celebratur. **3574** *Dub.* IV *qu.* 1; eademque recitatur iuxta exemplar: *Multae tribulationes,* ut in Appendice Missalis. *Ibidem qu.* 2; atque celebratur sub ritu duplici. *Ibidem qu.* 3.

In Reliquiarum Ss. festo Tractus in Missa sumendus est ex aliis Missis de Communi plurimorum Martyrum, videlicet: *Qui seminant in lacrimis etc.* **3763** *ad* 1.

Si Reliquia insignis alicuius Sancti habeatur, et hic Sanctus describatur in Calen-

dario una cum aliis Sociis, quum tamen nulla inter eos necessaria consanguinitatis aut affinitatis intercesserit ratio; Officium de Sancto, cuius Reliquia servatur, separatim agendum est. **4037** *Dub.* III.

Ante Reliquias in consecratione Ecclesiae vel Altaris reconditas, pro Vigiliis celebrandis sufficit cantare Matutinum cum Laudibus. **3686** *ad* 3.

Vide **Missa. Officium ratione Reliquiae insignis.**

Reliquiae quoad Processiones; vide **Processio cum Sacris Reliquiis.**

S. Remigius Ep. Conf.

S. Remigii Ep. Conf. festum, quod celebratur sub ritu semiduplici ad libitum vel simplex de praecepto, non est transferendum, si eodem die occurrat aliud festum duplex; verum de S. Remigio fit tantum Commemoratio et IX Lectio. **1607.**

De S. Remigio, si cadat infra diem alicuius octavae, fit commemoratio tamquam de Simplici. **2378** *ad* 6.

Renovatio.

Renovatio et professio votorum Religiosorum et Monialium quomodo infra Missam peragenda sit, statuitur. **3836** *Decret. gener.;* hoc Decretum obligat quaslibet religiosas Congregationes utriusque sexus, ubi vota nuncupantur vel renovantur intra Missam. **3912.**

Quoad Renovationem SS. Eucharistiae servanda est dispositio Caeremonialis Episcoporum lib. 1 cap. 6 § 2. **3621** *ad* 2. Vide **2650** *Prima facti specie qu.* 1 *et* 2. *Vide* etiam *Suffragium in IV volumine pag.* **278.**

Pro Renovatione et Expositione SSmi Sacramenti, dum Idem in Ostensorio reponitur, Diaconus et non Sacrista debet ministrare Celebranti. **2951** *ad* 14.

Renum unctio in extrema Unctione, quando in aliqua Dioecesi prorsus est inusitata, S. R. C. declaravit id patienter se quidem laturam; insimul tamen ardentissimum votum suum expressit, ut paulatim et sensim sine sensu disponantur fideles ad istam quoque specialem unctionem in extremo agone recipiendam, iuxta Ritualis Romani praescriptiones. **3075.**

Repraesentationes.

Repraesentationes aliquarum scenarum Passionis Domini in Sacello, in quo Feria V maioris Hebdomadae reponi debet Hostia consecrata, tolerari nequeunt; et Episcopus curet, ut Regulares hunc morem eliminent, usus etiam auctoritate S. R. C. **3178.**

Repraesentantia Cruces, Ostensoria, Calicem cum Hostia, figuras Angelorum et similia, vela quaedam transparentia tolerari possunt in tobaleis Altarium, in Albis et in superpelliceis. **3191** *Dub.* V.

Repraesentationes B. M. V., S. Ioannis Ev., S. M. Magdalenae et militum custodum in Sacello SSmi Sacramenti Feria V et VI Hebdomadae maioris adhibere non licet; poterunt tamen Episcopi, ubi antiqua consuetudo vigeat, huiusmodi repraesentationes tolerare; caveant autem ne novae consuetudines hac in re introducantur. **3939** *ad* 2. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **419.**

Repositio SSmi Sacramenti, vide **Expositio SSmi Sacramenti.**

Requiem aeternam.

Dum ℣. *Requiem aeternam* dicitur in fine cuiusque Psalmi in Officio Defunctorum, Episcopus nequit benedicere tumulum manu dextera. **3621** *ad* 5.

Cum ℣. *Requiem aeternam*, non vero cum ℣. *Gloria Patri* concludi debet Ps. *De profundis* ante benedictionem, quando exponitur SS. Sacramentum pro animabus in Purgatorio degentibus; si adsit consuetudo vel specialis gratia. **3748** *ad* 2.

Requiescat in pace.

Requiescat in singulari in fine absolutionis defunctorum dicendum est, quando absolutio est pro uno defuncto; pro pluribus vero, in plurali *Requiescant;* in Missa vero semper *Requiescant.* **1611.**

Requiescant versiculo dicto, iuxta praxim Romanam in Exequiis, quae fiunt pro uno vel pro pluribus ad absolutionem tumuli, excepta die Commemorationis omnium fidelium defunctorum, dicendus est versiculus *Anima eius* (vel *animae eorum*) *et animae omnium fidelium etc.* **1743** *ad* 7. **3267. 4014.**

Requiescant in pace etiam Celebrans dicere debet in Missa solemni pro Defunctis. **2572** *ad* 22.

Responsio.

Respondere debet Celebrans Episcopo assistenti Missae solemni ad Confessionem, usque ad *Indulgentiam* inclusive. **1275** *ad* 7.

Responsiones et Decreta a S. R. C. quaecumque manata, vel ab ipsa propositis dubiis

scripto formiter edita, eamdem habent auctoritatem ac si immediate ab ipso Summo Pontifice promanarent; quamvis nulla facta fuerit de iisdem relatio Sanctitati Suae. **2916**.

Ad Respondendum, dum in Missa cantatur *Ite Missa est*, consuetudo pulsandi tantum Organum servari potest. **2951** *ad* 5.

Ut Responsiones et Decreta S. R. C. sint: *formiter scripto edita*, sufficit quod sint subscripta a S. R. C. Praefecto et Secretario ac eiusdem sigillo munita. **3023** *ad* 1; et, quae in authentica Collectione sunt inserta, tamquam *formiter edita* habenda sunt. *Ibidem ad* 2.

Respondere potest Sacerdoti celebranti mulier, omnibus ab ipso sibi prius commode dispositis quae ad Sacrificium occurrere possunt, urgente necessitate. **2745** *ad* 8. **4015** *ad* 6.

Responsorium.

Quoad Responsoria et Antiphonas cantanda, dispositio Caeremonialis Episcoporum servanda est. **670**.

In Responsoriis brevibus Officii votivi de SS̃mo Sacramento extra tempus Paschale *Alleluia* omittendum est. **843** *ad* 5.

In Responsorio brevi ad Primam in festo Expectationis Partus B. M. V. dicendum est: *Qui venturus es in mundum*. **1404** *ad* 2.

Responsoria pro defunctis a Sacerdote privatim celebrante super sepulcra cum Planeta seu Casula recitari nequeunt. **1736** *ad* 2; nec Responsoria solemnia pro defunctis, post Missam de Festo, cantari licet cum Pluviali coloris Festi vel nigri. *Ibidem ad* 3.

Responsorium: Domine praevenisti etc. dicendum est in quocumque Officio Martyrum, qui perierunt non effuso sanguine. **1890** *ad* 2.

Responsorium S. Antonii quotidie cantare in Cappella Collegiatae Ecclesiae Casalis novi cum antecedenti signo campanae Canonicis non licet. **2203** *ad* 3; et pro dicto Responsorio oblationes et stipendia recipi vel quaestuari per Oppidum nequeunt. *Ibidem ad 4 et* 5.

Responsorium: In Paradisum etc. decantari potest iuxta consuetudinem tempore absolutionis, licet cadaver ad tumulum minime deferatur. **2696** *ad* 1. Vide **3034** *ad 1 et* 2.

Responsorium post Lectiones, quando duplex apponitur asteriscus, quomodo sit repetendum, declaratur. **2718**. **2820**. **2872** *Dub*. III. **3576** *Dub*. XIII.

In Responsorio: Libera me Domine repeti debent verba: *Quando coeli*, dicto iam ℣. *Tremens*. **2725** *ad* 8. **2820**. Vide **Libera me Domine.**

Ad Responsorium private dicendum pro defunctis, stola non est assumenda. **2951** *ad* 2.

In Responsorio post Lectionem septimam festi Prodigiorum B. M. V. dici debet: *Tuam sanctam festivitatem*. **3101**.

Responsoria brevia Horarum in festis Pretioss. Sanguinis et Sacr. Sindonis quomodo dicenda sint, decernitur. **3297** *Dub*. III *et* IV.

Responsorium: Haec est vera fraternitas in festis plurium Martyrum Ordinis dici debet a Fratribus trium Ordinum S. Francisci iuxta Rubricam specialem ipsorum Breviarii. **2587** *ad* 1. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **177**.

In Responsorio brevi ad Primam in Officio Insignis Miraculi SS̃mi Corporis Christi dicendus est ℣. *Qui sedes ad dexteram Patris*. **3626**.

Responsorium pro defunctis canere non licet in paramentis nigris post Missam solemnem in festis duplicibus. **3722** *ad* 1; quod prohibetur etiam post Missam privatam. **3942**.

Responsorium VIII in Officio S. Ildefonsi Episc. Conf. recitandum est in Hispania: *In medio Ecclesiae*. **3767** *Dub*. I.

In Responsorio brevi ad Primam in Officio Sacr. Quinque Vulnerum dicendus est ℣. *Qui vulneratus es pro nobis*. **3767** *Dub*. II.

Responsorium vel Absolutio pro defunctis super sepulturam quotidie cantari potest, exceptis tamen duplicibus I classis; in quibus Absolutio et Responsorium neque habere locum poterunt private post absolutas vespere Horas canonicas. Quod si in diebus permissis de mane facienda sint, nunquam fiant post Missam de die, nisi omnino independenter ab eadem. **3780** *Dub*. VIII.

Responsoria, Lamentationes, Ps. *Miserere* et reliquae liturgicae partes cum sono Organi fieri nequeunt in Hebdomada maiori. **3804** *Dub*. II.

Responsorium breve ad Primam in Dominica III Adventus infra octavam Immaculatae Conceptionis B. M. V. dicendum est: ℣. *Qui natus etc.* **3924** *Dub*. XI.

Responsorium: Erit mihi Dominus omitti nequit in Dedicatione Ecclesiae; quamvis nunc temporis sermo et lectio Decretorum ante foras Ecclesiae omittantur. **3729** *ad* 8.

Responsoria in Absolutione in Exequiis Sacerdotum cantanda sunt iuxta Rituale. **2915** *ad* 10.

Resurrectio Domini; vide **Pascha.**

Reverentia.

Reverentiam facere in fine Missae conventualis Vicario proprio illius Ecclesiae non tenetur Canonicus celebrans in aliqua Ecclesia Collegiata de Urbe, praesente ipso Vicario. **160.**

Reverentiam solitam et debitam Vicario Generali exsistenti in Choro facere tenentur omnes Canonici, tam exempti a iurisdictione Ordinarii, quam non exempti. **326.**

Reverentia fit Cruci infra gradus, capite discooperto, in fine Missae, ad quodcumque Altare celebratae (nisi in Altari SS. Sacramentum asservetur, quia tunc genuflectendum est). **1333** *ad* 7.

Reverentiam facere debent detecto capite Episcopo Canonicus vel Dignitas Hebdomadarius paratus cum pluviali seu planeta, ac Diaconus et Subdiaconus illi assistentes parati, dum transeunt ante ipsum. **1402** *ad* 1.

Reverentia exhibenda est primae Dignitati ab his, qui a Choro discedunt, celebrandi vel alterius necessitatis causa. **1590** *ad* 2.

Reverentiam per capitis inclinationem facere non debent Celebrantes Magistratui post finem Missae, tam solemnis quam privatae, antequam ab Altari discedant. **2255** *ad* 3.

Reverentiam exhibendi Praefecto Chori ad initium Matutini et aliarum Horarum consuetudo, tamquam laudabilis, servanda est. **2998.**

Reverentiam facere debet Choro Celebrans in functionibus funebribus, dum accedit ad Altare et dum redit in sacristiam. **3399** *Dub.* I.

Quando Reverentiam Cruci facit Celebrans in Sacristia, Ministri sacri non tenentur genuflectere. **2515** *ad* 7.

Vide **Caput. Genuflectere. Inclinatio.**

B. Rita de Cascia.

B. Ritam de Cascia assumere in Titularem propriae Ecclesiae Patribus Eremitarum S. Augustini non licet. **2353** *ad* 1; Titulus sic assumptus supprimi, et alius Sanctus iam canonizatus substitui debet. *Ibidem ad* 2. (Hoc Decretum in Collectione authentica ante Canonizationem S. Ritae prelo subiectum est).

Rituale.

Ritualis Romani verba: *Laici a Clericis, feminae a viris separatae orantes in Processionibus prosequantur*, ita intelligi debent, ut post Clerum viri a feminis separatim incedant; quoad modum vero et locum eundi, Rituale nihil statuit. **797.**

Rituale Romanum servandum est de Sacramento Baptismi Tit. *De sacris Oleis* vers. *Alba vestis.* **826.**

Rituale Romanum servare debent in funeribus Clerici Regulares Ordinis ministrantium infirmis; Constitutiones vero suas in actibus vitae. **822.**

Ritualis Romani ordo servandus est quoad preces et alias caeremonias, etiam quoad luminaria, in sepeliendis Canonicis. **1322** *ad* 7.

Ritualis Romani caeremonias servare debent Parochi in functionibus parochialibus. **1643** *ad* 7.

Ritualis Romani Rubrica, quoad adhibendam bursam cum corporali in administratione Communionis, est praeceptiva. **2932** *ad* 3.

In Rituali Romano omnes benedictiones descriptas et reservatas, in quibus non intervenit sacra unctio, Episcopi sive ex iure ordinario sive ex consuetudine, Sacerdotibus delegare nequeunt absque Apostolico Indulto. **3343** *Dub.* I. **3533** *Dub.* III.

Rituali Romano standum est in Benedictione Nuptiarum, etiam ab Hispanis Sacerdotibus. **3654.**

Rituale Romanum ipsum servandum est in Benedictionibus minoribus ex Rituali privatim peragendis, quoad stolam et superpelliceum. **3697** *ad* 15.

Rituale Romanum licet ubique adhiberi et in quibuscumque functionibus; etiamsi proprium Rituale Dioecesanum, in nonnullis tantum a Romano discrepans, habeatur. **3792** *Dub.* IX.

Rituali Romano, non vero Cisterciensi, uti debet Sacerdos saecularis administrans Sacramenta Monialibus Cisterciensibus. **3901** *ad* 1.

A Rituali Romano praescripto ordine relicto, Monialibus Ordinis Cisterciensis licet, prius Extremam Unctionem, deinde Viaticum recipere. **3486.**

Ad Ritualis Romani praescripta omnia servanda Episcopus Ordinarius potest obligare omnes et singulos Parochos et Sacerdotes, non obstante quacumque contraria etiam immemorabili consuetudine. **3276** *ad* 6.

Ritus.

Ritus graeci duobus Presbyteris, qui in Choro tamquam Dignitates cum aliis Presbyteris latinis assistunt, conceditur licentia Officium more latino celebranda; dummodo ipsi in omnibus ritui latino se conforment. **177.**

Rochettum.

forma ad regionis normam compacta illa sint et consuta, Canonici assistentes Episcopo, non vero albam, induere debent cum amictu subtus Dalmaticam vel aliud Chori peculiare Insigne. **2388** *ad* 2.

Rochettum, neque coopertum neque discoopertum, deferre potest in Choro Canonicus Protonotarius Titularis. **626. 656.**

Rochetto et mozzetta, etiam extra Cathedralem, uti possunt Canonici in Galliarum Dioecesibus ob generalem consuetudinem, quae absque populi admiratione eliminari nequit. **3361.**

Rochettum solummodo cum superpelliceo adhibere debent Canonici assistentes Missae privatae Episcopi, non vero Insignia canonicalia. **3804** *Dub.* 1.

Rochetto induti vel superpelliceo formam rochetti praeseferenti, Clerici et initiandi nequeunt assistere sacris functionibus. **3438** *ad* 8.

Vide **Mozzetta. Superpelliceum.**

S. Rochus.

De S. Rocho Conf., ubi est Titulus Ecclesiae, in II Vesperis Assumptionis B. M. V. fit tantum Commemoratio. **1695.**

S. *Rochi* Officium ubi est Titularis Ecclesiae, ritu celebrari debet Titularibus competenti. **1809.**

S. *Rochi* Officium concedere nequit Episcopus sub ritu duplicis maioris, etiamsi sit Patronus minus principalis. **2128** *ad* 3.

Rogationes.

Rogationum Missa Episcopus iubere potest ut per Canonicos celebretur in Ecclesia Regularium, in qua Processio finem habet. **121. 2311.**

Rogationum Missa in festo S. Marci non est celebranda ante Processionem. **862** *ad* 2.

Rogationum diebus, quando in aliqua feria earum incidit festum Inventionis S. Crucis, duae Missae celebrandae sunt. **872.**

In Rogationum Processionibus tenentur Regulares ad associationem usque ad Collegiatam; et ad id praestandum cogi possunt. **1029.**

In Rogationum triduo et festo S. Marci Canonici Collegiatae noviter erectae in casu convenire debent ad Ecclesiam parochialem matricem; cum ius benedicendi sit apud Parochum. **1255** *ad* 3.

Pro Rogationum Litaniis, occasione Iubilaei, necnon pro pace, pluvia vel serenitate petenda, Processiones inter generales censeri debent. **1297** *ad* 1.

In Rogationum Feria II circa celebrationem Missarum Rubricae Missalis Romani servandae sunt. **1357** *ad* 1.

Rogationum Missa pro populi commoditate ex gratia cantari conceditur ante Processionem. **2319** *Reliq. Dub. ad* 20.

In Rogationum tribus diebus tegumentum Reliquiarum sit idem, et eiusdem coloris, valoris et pretiositatis, a quocumque deferantur Reliquiae, sive scilicet per Canonicos Cathedralis sive per Canonicos Collegiatae. **1509.**

In Rogationibus Canonici Cathedralis et Collegiatae uti debent scamnis in Ecclesiis Collegiatis et Regularium, dum a Canonicis Cathedralis canitur Missa. **2420** *ad* 6.

In Rogationum Missis, conveniente simul utroque Capitulo Cathedralis et Collegiatae, etiam osculum pacis et thurificatio danda est. **2420** *ad* 7.

In Rogationum Processionibus Cantores incedere possunt Pluvialibus induti, attenta consuetudine. **2424** *ad* 11.

In Rogationum Processionibus, in Ecclesiis quas illae per vias ingrediuntur, fieri possunt commemorationes pro defunctis in adimplementum legatorum a personis in eisdem Ecclesiis sepultis relictorum. **2424** *ad* 12.

Rogationum tribus diebus et in festo S. Marci Litaniae maiores ab iis, qui non intersunt Processionibus, nequeunt anticipari die praecedenti post recitatum Matutinum, sed recitari debent in eadem die in qua cadunt. **2503** *ad* 4.

Rogationum commemoratio facienda est in Missa pro Sponso et Sponsa illarum diebus dicenda. **2693** *ad* 4.

In Rogationum diebus et festo S. Marci Litaniae Sanctorum sunt de praecepto. **2740** *ad* 8; et etiam Missa Rogationum, si fiat Processio. *Ibidem ad* 9.

In Rogationum Processione singuli Litaniarum versus integre a Cantoribus et a Clero repeti debent. **3135**; non vero duplicantur nisi in Processione. **3011** *ad* 2. **3580** *ad* 4; et omnes versus, tam intra quam extra Ecclesiam cantandi, repeti debent. **3993** *ad* 4.

In Rogationum triduo et in festo S. Marci ad privatam recitationem Litaniarum sunt obligati etiam Religiosi extra monasterium commorantes. **3428.**

In Rogationibus et in festo S. Marci non sunt recitandae Litaniae Sanctorum propriae alicuius Ordinis, quando Religiosus Parochus solus cum populo assistit Processionibus, sed communes Ecclesiae. **3133** *ad* 1; et ita Parochus satisfacit suae obligationi. *Ibid. ad* 2; in Conventibus vero ex quibus omnes

Religiosi Processionibus intersunt, si populus nolit recitare Litanias Ordinis, easdem religiosa familia in Choro vel in alia Processione recitare non tenetur. *Ibidem ad* 3.

Rogationum Feriarum tertiae et quartae Commemoratio omitti debet in festis duplicibus I classis; non vero in duplicibus II classis. **3352** *Dub.* V.

In Rogationum Feriis Canonici Collegiatae excipere debent ad ianuam eorum Ecclesiae, Episcopum processionaliter ingredientem; cui eorum Digniori competit aspersorium porrigere. **2079** *ad* 12.

Vide **Missa Rogationum. Processiones Rogationum. S. Marcus. Litaniae.**

Rorate.

Rorate Missa votiva solemnis de B. M. V. in Novemdiali ante festum Nativitatis Domini, ratione consuetudinis et concursus populi, decantari potest cum *Gloria* et *Credo,* etiamsi occurrat festum S. Thomae Apostoli vel Dominica III aut IV Adventus: non omissa tamen Missa de die currente, quae quidem solemnius, statuta hora canonica, de more est decantanda. **1093. 2223. 2257. 2259.**

Rorate Missa votiva B. M. V. cantata tolerari potest toto tempore Adventus, exceptis solemnioribus Festivitatibus; dummodo cantetur sine *Gloria* (praeterquam in Sabbatis et infra octavam eiusdem B. M. V.) et sine *Credo,* ac non omissa Missa Conventuali. **2378** *ad* 7.

Rorate Missa in Ecclesiis minoribus, ubi unica celebratur Missa, cantari nequit, si proinde omitti debeat illa occurrentis Festi de praecepto. **2378** *ad* 8.

Rorate Missa, etsi solemniter cantetur, in Adventu non est recensenda inter Missas votivas pro re gravi vel pro publica causa; sed haberi dumtaxat poterit ut mera populi devotio. **2417** *ad* 5.

Rorate Missa votiva dici nequit in festo Translationis almae Domus Lauretanae ipso die 10 Dec., quo celebranda est Missa ipsius Festi. **3583** *ad* 3.

Vide **Missa votiva.**

S. Rosaliae Virg. Patronae minus principalis festum in Collegiata Ecclesia S. Salvatoris Civitatis Montis Regalis in Sicilia celebrari potest, attento usu immemorabili, sub ritu duplici II classis cum Octava, omisso tamen Symbolo in Missa. **3201** *Dub.* III.

Rosarium.

Rosarii Sacr. Societatis Confratres deferre nequeunt Crucem sine habitu; nec praecedentiam eis competit super alias Societates, quae ante eos habent habitum; nec possunt accedere ad funeralia mortuorum, nisi specialiter et expresse vocentur. **359.**

Rosarii Sacr. Confraternitati in casu speciali non licet exponere in publico insignia Protectoris Confraternitatis supra ianuam Ecclesiae S. Dominici, quae ad Conventum Ordinis Praedicatorum pertinet, sed tantum supra eiusdem Cappellam, intus Ecclesiam. **487.**

De Rosario Missa, ad instar Fratrum S. Dominici, a Cappellanis deputatis ad Cappellam Rosarii in quadam Collegiata existentem celebrari nequit. **535** *ad* 1.

Rosaria noviter inventa et ab aliis discordantia reprobantur. **886. 1289. 1306. 2213.**

Rosarii Sacr. Confraternitati et Dominicanis licet consuetam Processionem in prima Dominica Octobris peragere extra eorum ambitum, accedente dumtaxat licentia Episcopi, sine consensu Capituli. **1824. 1980** *ad* 1; et possunt Patres Dominicani ducere hanc Processionem sine interventu Capituli. **1980** *ad* 2.

Quoad Rosarii Sacr. Confraternitatem quamdam plura decernuntur. **2250.**

Rosarii Sacr. Processio duci debet a Patribus Ordinis Praedicatorum iis annis, quibus Confraternitas Sacr. Rosarii, erecta in claustro S. Dominici Maioris in civitate Neapolitana, eidem non interest; non autem a Confratribus praefatae Confraternitatis. **3007.**

Rosarii Sacr. Confraternitas nequit celebrare in omnibus Sabbatis unam Missam votivam cantatam de B. M. V. cum *Credo,* absque speciali Indulto; quod tamen in casu S. Congregatio concedit pro unica Missa votiva singulis Sabbatis cum cantu celebranda; dummodo non occurrat duplex I vel II classis, Feria, Vigilia aut Octava privilegiata; et Rubricae serventur. **3044** *ad* IV.

Rosarii Sacr. Confraternitatis erectio vel restitutio spectat ad Generalem Ordinis Praedicatorum. **3295.**

Regina Sacratissimi Rosarii, ora pro nobis, ceteris Litaniarum Lauretanarum B. V. praeconiis in fine addendum est. **3598.**

Rosarii Sacr. Missa uti votiva dici nequit. **2683** *ad* 2. **3605** *Dub.* V *qu.* 2. **3924** *Dub.* II.

Infra Rosarii Sacr. Octavam Lectiones II et III Nocturni repetantur de die festi. **3624** *Dub.* V.

Pro Rosarii recitatione Expositio SSm̃i Sacramenti singulis diebus mensis Octobris ex mandato Summi Pontificis fieri debet

solemni modo in Ostensorio; sed pro Ecclesiis pauperibus, per modum exceptionis, prudenti iudicio Ordinarii peragi potest in sacra Pyxide: aperiendo scilicet ab initio ostiolum ciborii et cum ea populum in fine benedicendo. **3650** *ad* 4. **3666.**

Rosarium, si mane cum Litaniis recitetur, uno eodemque tempore singulis Octobris diebus recitandum est quo Missa celebratur. **3650** *ad* 5.

Rosarium cum Litaniis Lauretanis pro mense Octobri praescribitur pro universa Ecclesia. **3666.**

Rosarii Sacr. festum Dominica I Octobris celebrandum ad ritum duplicem II classis pro universa Ecclesia elevatur. **3681.**

De Rosario antiquae Imagini B. M. V. in Ecclesiis Confraternitatum Sacr. Rosarii non est substituenda Imago Pompeiana; nec licet in eodem Altari supponere Imaginem parvam Pompeianam, nec dedicare Imagini Pompeianae aliud altare, nec extra Altare ibidem Imaginem B. M. V. Pompeianam publicae venerationi exponere; nec in casu visitantes lucrarentur Indulgentias concessas. **3723. 3732.**

Rosarii Sacr. festum, quando impediatur in Dominica prima Octobris, transferri nequit in Dominicam immediate sequentem; sed servandae erunt Rubricae de translatione Festorum. **3932** *Dub.* I; in casu translationis in primam diem liberam, conceditur Ordini S. Benedicti pro gratia, ut Lectio IX dividatur in duas partes, et pro Responsorio XII sumatur: *Ne timeas* etc.; utpote concessum fuit Eremitis Camaldulensibus. *Ibidem Dub.* II.

In Rosarii Sacr. Processione Patribus Dominicanis Oppidi Poli Dioecesis Baren. non licet delatio stolae, sine licentia Parochi. **2413** *ad* 1; renovata vero propositione, recedendo a decisis, S. R. C. edixit id fieri posse. **2419.**

In Rosarii Sacr. Festo in Praefatione Missae dicendum est: *Et te in solemnitate B. Mariae semper Virginis.* **2461** *ad* 5.

Rubricae.

Ad Rubricarum et Regularum Missalis et Caeremonialis observantiam Canonici ab Episcopo cogi possunt. **9** *ad* 10; etiam per censuras. *Ibidem ad* 19.

Rubrica XV Missalis Romani, ubi dicitur Missam privatam celebrari posse ab aurora usque ad meridiem, est universalis, si intelligatur eo modo quo est intelligenda; tanto magis quod in alia Rubrica, ubi agitur de defectibus qui occurrere possunt in Missa, additur quod celebratur ab aurora communiter, ex quo constat habitam fuisse rationem locorum in quibus non apparet aurora. **614.**

Rubricae servandae sunt quoad benedictionem Pyxidis, Purificatoriorum, Ostensorii vel lunulae. **926** *ad* 5.

Ad Rubricarum Missalis et Breviarii Fratrum Minorum calcem, quaedam subiici debent regulae quae et generales sunt, et exhibent velut compendium plurium Resolutionum S. R. C. **1331. 1332. 1333.**

Rubricae non sunt violandae imperitorum laicorum causa. **2417** *ad* 6.

Rubricae servandae sunt quoad inclinationes in Missa. **2682** *ad* 27; ex illis autem etiam dignoscitur, quomodo hae faciendae sint. *Ibidem ad* 28.

Rubricis Ritualis Romani standum est in Benedictione Nuptiarum, etiam ab Hispanis Sacerdotibus. **3654.**

Rubricae servandae sunt in Choro, quoad tempus standi, sedendi et genuflectendi. **2687** *ad* 1.

Rubrica, quoad adhibendam bursam cum corporali in administranda Communione extra Missam, est praeceptiva. **2932** *ad* 3.

Rubrica specialis Breviarii Romani servanda est in concursu diei octavae festi primarii S. Ioannis Ap. et Ev. cum die octava S. Stephani Protomartyris. **4006** *ad* 1.

Circa Rubricas proferuntur Decreta generalia. **2166.**

Rubricas illius actus quem facit, Episcopus servet et servari faciat. **399** *ad* 1.

Ut Rubricae et S. R. C. Decreta rite serventur, Episcopi stricte tenentur opportunis remediis providere; si quid vero dubii occurrat, recurrendum erit ad eamdem S. C. pro declaratione. **2621** *ad* 1. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **225.** - **3417** *ad* 2.

S

Sabbatum.

In Sabbato in Missis votivis B. M. V. *Gloria in excelsis* dicendum est; et idem faciendum est in Sabbatis Adventus, quod in aliis Sabbatis fit. **235** *ad* 10. **1814. 2788** *ad* 1.

Sabbato Quatuor Temporum Pentecostes nequit repeti Missa de Dominica Pentecostes. **893** *ad* 2.

Sabbato Passionis, quamvis eo die occurrat Festum Titularis vel Patroni Ecclesiae, velari debent Imagines et Cruces. **926** *ad* 2.

Sabbato in Albis, quoad Missam Titularis Ecclesiae, cuius festum ea die cadit, servandae sunt Rubricae. **1336.**

In Sabbato primo post octavam Epiphaniae, Festo duplici vel semiduplici non impedito, faciendum est Officium Dominicae II post Epiphaniam anticipatae; alioquin, scilicet si praedictum Sabbatum sit impeditum, faciendum illud est in prima die post dictam Octavam, quae non reperitur impedita Festo duplici (vel semiduplici). **1890** *ad* 8.

Si Sabbato post meridiem accipiatur nuntium de obitu alicuius in loco dissito, poterit feria secunda sequenti cantari Missa de Requie: etsi Officium sit duplex non festivum. **2461** *ad* 6.

In Sabbato ante Septuagesimam, in quo occurrit Officium novem Lectionum cum commemoratione Dominicae anticipatae post Epiphaniam, legendae sunt Lectiones I Nocturni de Dominica anticipata; dummodo in eodem Sabbato non occurrat Initium alterius Epistolae S. Pauli. **2503** *ad* 1.

In Sabbatum ante Dominicam, in quam festum Patroni principalis transfertur, ieiunium pariter et abstinentia ac etiam Officium Vigiliae transferri debent. **2591** *ad* 3; *Vide Suffragium in IV volum. pag.* **188.**

Quando in Sabbato festum Ss. Apostolorum Petri et Pauli incidit, apud Belgas ieiunium in eorum Vigilia servandum anticipari indulgetur. **2785.**

Vide **Quatuor Tempora.**

Sabbatum Sanctum.

Sabbato Sancto campanas non licet pulsare, priusquam in Cathedrali seu Matrice pulsentur. **36. 170. 337. 370. 405. 634** *ad* 7. **673. 738. 887** *ad* 1. **1079. 1138. 1440** *ad* 6. **1684** *ad* 3. **1842. 2799** *ad* 3; etiamsi agatur de Ecclesiis exemptis. **337.**

Sabbato Sancto debetur praecedentia, supra omnes alias Dignitates et Canonicos, illi qui celebrat, et facit benedictionem fontis cum habitu sacro. **613.**

Sabbato Sancto Rector Ecclesiae parochialis, qui tenetur accedere ad Ecclesiam Archipresbyteralem pro functionibus praescriptis, non eximitur a dicta obligatione ratione distantiae loci ad locum. **645.**

Quominus in Sabbato Sancto Parochus Ecclesiae baptismalis faciat in propria Ecclesia benedictionem Fontis, Vicarius foraneus impedire nequit. **738.** Vide **Benedictio Fontis Baptismalis.**

Sabbato Sancto ad *Gloria in excelsis,* si commode fieri potest, vel post Officium eiusdem diei, sacrae Imagines discooperiendae sunt. **1248. 2965** *ad* 2.

In Sabbato Sancto Missa privata in aurora, sine Prophetiis et sine praeiudicio Missae Conventualis, celebrari nequit. **1335.**

In Sabbato Sancto Episcopo peragenti sacras functiones duo Diaconi assistere possunt, praesertim ad Praeconium Paschale. **1665** *ad* 1; pergens ille ad benedictionem Fontis, simul cum Planeta exuere debet Dalmaticam et Tunicellam atque assumere Pluviale; et si baptizandi sunt infantes, congruo tempore, alba paramenta sumere debet; expleto vero Baptismate, iterum induat violacea et ad Altare progrediatur, ubi, deposito Pluviali et retenta stola, ad litanias procumbet. *Ibidem ad* 2; ne toties paramenta mutare cogatur, alterum deputare praeventive potest ad benedicendum ignem. *Ibidem;* tandem ad Litanias cum Mitra procumbere debet. *Ibidem ad* 3.

In Sabbato Sancto post cantatam Epistolam et osculatam manum Episcopi Subdiaconus dicat verba: *Annuntio vobis etc.;* absente vero Episcopo, non fiat annuntiatio. **1701.**

Sabbato Sancto celebratio Missarum omnino prohibetur in quibuscumque Ecclesiis et Oratoriis privatis, non obstante quacumque consuetudine in contrarium; et unica Missa conventualis una cum Officio eiusdem diei celebranda est. **1822. 1873. 1890** *ad* 6; firmo tamen privilegio singulari aliquibus Ecclesiis, peculiaribus attentis circumstantiis concesso, unam vel alteram Missam lectam celebrandi post unicam solemnem de die. **2616** *ad* 3. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **216. - 2970.** *ad* 1 *et* 2.

Sabbato Sancto in Ordinatione Episcopus Missam privatam peragere nequit (ex arbitrio et sine causa) in proprii Palatii sacello, **2095**; hoc tamen Decretum S. R. C. postea immutavit, statuens ut, si in Sabbato Sancto pro collatione Sacrorum Ordinum Episcopus in suo domestico Oratorio Missam celebret, eadem incipienda sit a Prophetiis. **2375** *ad* 2. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **214. - 3044** *ad* 1.

Sabbato Sancto adhibendi parvum cereum pro Praeconio ad maiorem commoditatem Celebrantis, aliumque maiorem alias benedictum accendendi in Dominica Resurrectionis ac toto tempore Paschali, consuetudo servari potest. **2425** *ad* 8.

Sabbato Sancto celebrandae Missae benedictio Ignis et Cerei praecedere debet

et ante Missam Prophetiae omitti nequeunt; Episcopus autem Parochos ad Ignis et Cerei benedictionem faciendam aliqua poena pecuniaria adigere potest. **2436** *ad* 4.

Sabbato Sancto inter Missarum solemnia Sacra Eucharistia fidelibus distribui, et per eamdem sumptionem sacrae Communionis praeceptum Paschale adimpleri potest. **2561.**

Sabbato Sancto, qui singulari privilegio gaudent Missam celebrandi, eamdem dicere debent more solito, sine tamen Introitu, post Campanarum sonitum. **2616** *ad* 2. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **216.** - **2970** *ad* 4.

Sabbato Sancto si fiat Ordinatio Subdiaconi, admonitio facienda est post Litanias. **2616** *ad* 4 *et* 5. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **217** *et* **218.**

Sabbato Sancto Diaconus, qui cantat *Exsultet*, nequit esse alter ab eo, qui assistit ad benedictionem ignis. **2684** *ad* 8. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **323. 2965** *ad* 3; sed peculiarium circumstantiarum causa Summus Pontifex pro Cathedrali Tiburtina consuetudinem contrariam concessit. **2631** *ad* 2. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **243.**

Ad Sabbatum Sanctum privilegium Pontificalibus in Festis solemnioribus utendi non extenditur. **2666**. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **306.**

Sabbato Sancto benedictio novi ignis et incensi ab alio Sacerdote fieri potest, licet Missam non celebraturo; ubi exstat huiusmodi usus. **2684** *ad* 8.

Sabbato Sancto Diaconus Missae Cereo Paschali infigere debet quinque grana incensi, non autem cuidam Cruci cerae albae ab eo separatae. **2684** *ad* 9. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **325.** Vide **Cereus Paschalis.**

Sabbato Sancto Arundo cum tribus candelis regulariter removenda est post Missam. **2873** *ad* 5; consuetudo tamen eam removendi post Prophetias retineri potest in Metropolitana Pisana, ex apostolica dispensatione benigne concessa. **2684** *ad* 19.

Sabbato Sancto et in Vigilia Pentecostes ut Diaconus et Subdiaconus praesto sint ad induendum Episcopum, quum dictum fuerit in Litaniis *Sancta Maria*, surgentes recedant ad Sacristiam; ubi depositis violaceis Planetis, assumant Dalmaticam et Tunicellam albas, nec revertantur ad Altare nisi quum absolutis Litaniis, solemnis inchoanda sit Missa. **2684** *ad* 20.

Sabbato Sancto benedictio Fontis Baptismalis fieri potest extra vas Baptisterii, antequam infundatur Chrisma; ubi talis adest consuetudo. **2690** *ad* 1. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **337.**

Pro Sabbato Sancto et Vigilia Pentecostes assignatae Litaniae recitari nequeunt aliis temporibus. **2709** *ad* 1.

Sabbato Sancto, celebrata Missa solemni, non licet alteram Missam solemnem celebrare, praesente cadavere. **2725** *ad* 7.

Sabbato Sancto Diaconus superpelliceo et stola indutus nequit, etiam de consensu Parochi, benedicere domos. **2729.**

Ad Sabbati Sancti functiones Ecclesia parochialis adigitur; observando saltem parvum Caeremoniale Benedicti XIII, si sufficienti Clero destituatur. **2970** *ad* 5.

Sabbato Sancto in Litaniis incipiendis post Benedictionem Fontis Baptismalis, Episcopo non praesente, servanda est Rubrica Missalis. **3108** *ad* X.

Sabbato Sancto, dum in Missa a Celebrante intonatur *Gloria in excelsis*, non permittenda est descensio velaminis seu panni Passionis super Altare paratum ad Festum; sed exclusa quavis scenica repraesentatione, Altaris imago contecta sit velo simplici violaceo ad formam Caeremonialis, demittendo ad hymni Angelici intonationem iuxta usum Ecclesiarum. **3110** *Dub.* XII. Vide **3108** *ad* XI.

Ut Sabbato Sancto velum ingens caeruleum, repraesentans Christi Passionem, quod suspenditur tempore Quadragesimae ante ingressum Presbyterii in multis Ecclesiis, post cantum Litaniarum Sanctorum auferatur, tolerari potest, attenta consuetudine. **3448** *Dub. XVI.*

Sabbato Sancto substitui nequit benedictio Aquae ordinaria benedictioni solemni, inter *Exsultet* et Missam peragendae in Ecclesia vel Oratorio, in quo fons baptismalis non exstat. **3271** *ad* 1; haec tamen benedictio fieri potest privatim in Sacristia. *Ibidem ad* 2.

Sabbato Sancto ante Missam licet audire confessiones fidelium in Cathedrali aliisque Ecclesiis, praesertim Parochialibus. **3383.**

Sabbato Sancto Ordines maiores privatim conferre nequit Episcopus in una ex publicis Cappellis in Cathedrali exsistentibus, parum dissita a Choro et Presbyterio. **3485.**

Sabbato Sancto Subdiaconus Epistolam cantaturus, non alter, Crucem deferat, ad benedictionem tam novi ignis quam Cerei Paschalis. **3491** *ad* 9.

Sabbato Sancto ad *Exsultet*, loco verborum *Imperatorem nostrum N.* non est canendum *Regem nostrum N.* **3606** *Dub.* II.

Sabbato Sancto aspersio Aquae benedictae fieri potest ab alio Sacerdote, diverso

a celebrante, iuxta receptam consuetudinem. **3039** *ad* 5.

Ante Sabbatum Sanctum benedictio domorum in casu fieri nequit; poterit tamen fieri, durante hebdomada octavae Paschatis. **3645** *ad* 2.

Sabbato Sancto si fiat Ordinatio, dicendae sunt Litaniae in Missali assignatae, additis quae Episcopus proferre debet super Ordinandos post ℣. *ut omnibus fidelibus defunctis etc.* **3731** *ad* 6.

Sabbato Sancto privatim conferens sacros Ordines Episcopus utatur paramentis coloris violacei, dum legit Prophetias; quae mutabit in alia coloris albi ad versiculum *Peccatores* Litaniarum, ad normam Caeremonialis Episcoporum. **3832** *Dub.* V.

Sabbati Sancti functio omitti potest, non tamen illa Feria VI in Parasceve, in Ecclesiis non parochialibus, ubi iuxta Memoriale Rituum, expetita facultate pro eius usu, functiones Hebdomadae sanctae peraguntur. **4049** *ad* 1.

Sabbato Sancto, Alleluia post Epistolam cantandum est ad formam Caeremonialis. **1629.**

Sabbato Sancto pulsatio Campanarum non est de iuribus parochialibus, sed fieri debet ab Ecclesia digniore. **2123** *ad* 9; licet in eo loco in casu adsit Ecclesia Matrix. **2940.**

Sabbati Sancti et Sabbati ante Pentecostem functiones solemnioribus adnumerantur. **2507.**

Vide **Benedictio Fontis Baptismalis. Praeconium Paschale.**

Sacellum.

Sacellum privatum et commodum extruere Abbati et Monachis Monasterii S. Victoriani conceditur ob invasiones furum maleque viventium, ubi matutinum hora consueta celebrari possit: tempus vero ad id ab Ecclesia praescriptum non immutetur. **34.**

In Sacello publico functiones ecclesiasticae, quae non sunt iuris parochialis, atque solemnes per annum supplicationes, in casu speciali, exerceri et institui possunt de consensu tantum Episcopi. **2901.**

In Sacello, ubi asservatur SS. Sacramentum pro Feria VI in Parasceve, Reliquiam S. Crucis exponere eamque expositam retinere usque ad Missam Sabbati Sancti non licet. **2740** *ad* 5.

In Sacello Episcopali, Sede vacante, quilibet Sacerdos Missam celebrare potest. **3021** *ad* 1; etiam casu quo hoc Sacellum assignatum est pro excipiendis ad scholas accedentibus. *Ibidem ad* 2.

In Sacello quolibet sepulcreti rite erecto vel erigendo Missae, quae inibi celebrari permittuntur, possunt esse de Requie diebus non impeditis a Festo duplici I vel II classis, a Dominicis aliisque Festis de praecepto servandis, necnon a Feriis, Vigiliis Octavisque privilegiatis; item in quibuslibet Ecclesiis et Oratoriis quum publicis tum privatis, et in Sacellis ad Seminaria, Collegia et Religiosas vel pias utriusque sexus Communitates spectantibus, Missae privatae de Requie, praesente, insepulto vel etiam sepulto non ultra biduum cadavere, fieri possunt die vel pro die obitus aut depositionis: sub clausulis et conditionibus, quibus, iuxta Rubricas et Decreta, Missa solemnis de Requie iisdem in casibus decantatur, et exceptis duplicibus I classis, Dominicis aliisque Festis de praecepto. **3903.**

Sacellis sepulcreti privilegium concessum favet sive Ecclesiae sive Oratorio publico ac principali ipsius sepulcreti; non vero aliis Ecclesiis vel Cappellis extra Caemeterium, subter quas ad legitimam distantiam alicuius Defuncti cadaver requiescit. **3944** *Dub.* I.

Ad Sacellorum vel Ecclesiarum usum inservientes Campanas benedicendas, ab Episcopo adhibendae sunt caeremoniae et unctiones in Pontificali praescriptae. **3770** *ad* 1; pro omnibus Campanis quae ad usum sacrum non inserviunt, adhibeatur formula nuperrime adprobata. *Ibidem ad* 2.

Dum in Sacello sui Palatii Episcopus Ordinationes peragit, Canonici ab ipso cogi possunt ut sibi inserviant. **1945.**

In Sacello extructo in mansione militari datur facultas celebrandi, quamvis adsint lectuli pro militibus in cubiculo superiori. **2812.**

In Sacellis privatis domorum Sororum expositio SSmi Sacramenti remittitur prudenti arbitrio Episcopi Ordinarii. **3703.**

Sacellum, in quo SS. Sacramentum asservatur, esse conceditur sub dormitorio puellarum in domibus Filiarum Caritatis; dummodo Altari imponatur ampla umbella, vulgo *Baldacchino.* **3525** *ad* 2.

In Sacello domestico Olea sacra Feria V in Coena Domini private consecrari non debent, sed publice in Ecclesia. Quod si Episcopus ob aegritudinem ea rite conficere nequeat, id potest, imo debet alteri Episcopo committere. **1896.** Vide **1225.**

Sacellum, in quo quotidie celebratur et SSmum Sacramentum asservatur, potest supra se habere locum ad ambulandum. **3460** *ad* 1.

In Sacello privato in conferendis Ordinibus, etiam quando unus tantum ordina-

tur, non est omittenda interdictio praescripta in Pontificali. **3006** *ad* 4.

Si in Sacello Caemeterii adest altare, sub quo in linea recta loculi mortuorum in crypta sunt dispositi, sed ipsa crypta a Sacello proprie dicto per cameram separata est; Missam in eo altari celebrari permittitur. **3460** *ad* 2.

Vide **Cappella. Ecclesia. Oratorium.**

Sacerdos.

Sacerdotibus sive saecularibus sive regularibus Missas celebrantibus non licet ex his, quae in Missali ordinario tam in Rubricis quam in nigro praescribuntur, et multo minus in Canone, aliquid mutare, adimere vel addere. Qui secus fecerint, temeritatis notam incurrere censuit S. R. C.; nec non animadversione dignos esse eos Religiosos qui, Antistitis nomine tacito, eius loco in precibus sive in Canone suae Religionis Superiorem nominant. **194.**

Sacerdoti prius ordinato debetur praecedentia super alios. **454. 1644.**

Sacerdos cantans Vesperas, quoad locum, ubi incipiendum est *Deus in adiutorium,* vel intonanda prima Antiphona, Hymnus, Antiphona ad *Magnificat* et Oratio, servare debet formam Caeremonialis lib. II. cap. 3. **235** *ad* 13.

Sacerdos, qui nullum obtinet beneficium, ab Episcopo cogi nequit ad interveniendum Divinis aut Processionibus. **675. 1001. 1652.**

A Sacerdote facta reconciliatio Ecclesiae pollutae sine delegatione valet; sed cavendum est, ne id in futurum fiat. **904.**

Sacerdotes celebrantes, praesente Principe vel Ministro Reipublicae, nequeunt se convertere ad eum infra Confessionem et caput inclinare ad verba *Tibi Pater* et *Te Pater.* **1114** *ad* 1; nec antequam populo in fine Missae benedicant, Principem seu Ministrum capitis inclinatione venerari. *Ibidem ad* 3.

Sacerdotes subdelegati utantur, in benedictione paramentorum, benedictione quae legitur in Rituali Romano. **3392.**

Sacerdos, qui probabilius iudicat Calendarium errare quoad paramentorum colorem, Officium et Missam, non potest proprio haerere iudicio, sed stare tenetur Calendario. **4031** *ad* 5.

Sacerdos, quoniam non osculatur Evangelium in Missa de Requie, recitare non debet verba: *Per evangelica dicta* etc. **2956** *ad* 10.

Sacerdotes, qui sunt *affittuari* seu substituti, tam in Processionibus, quam in sessionibus et in celebratione divinorum Officiorum, praecedere debent supra Clericos Beneficiatos Beneficio simplici. **1528.**

Sacerdos nequit salutare Magistratum detecto capite, ante et post celebrationem Missae. **1837** *ad* 1.

Sacerdos Beneficiatus, uti Beneficiatus, in Ecclesia in qua nulla adest Collegiata habere debet praecedentiam in functionibus ecclesiasticis, tam in sessione quam in incessu, supra alios Sacerdotes non Beneficiatos sed simplices Presbyteros, etiam primo ordinatos in Ordine sacerdotali et antianos. **1850.**

Sacerdos Missam celebraturus, transiens ante Altare, ubi fit populi Communio, non tenetur permanere genuflexus quousque terminetur Communio. **2002** *ad* 14.

Sacerdos in Expositione SSmi Sacramenti, cantatis versic. *Panem de coelo* etc., surgens non debet reiterare genuflexionem, antequam recitet Orationes. **2008.**

Sacerdotes in sacrificio uti possunt cingulo serico; sed congruentius est uti cingulo lineo. **2067** *ad* 7.

Sacerdos cotta indutus Magistratum ad functiones ecclesiasticas advenientem, ad ianuam Ecclesiae *Collegiatae* aqua benedicta aspergat. **2483** *ad* 2.

Sacerdos pergens ad celebrandum et Calicem manu sinistra portans ad ianuam Sacristiae accipere potest aquam benedictam eaque se signare, si commode fieri potest; sin minus, se abstineat. **2514** *ad* 4.

Sacerdos ruralis Ecclesiae, ubi SSmum Sacramentum semper asservatur, tenetur ad residentiam et ad quotidianam Missae celebrationem vel per se vel per alium Sacerdotem. **2700.**

Sacerdos rudis et imperitus ad Missam celebrandam, ab Episcopo suspendatur, donec instructus appareat ad rite celebrandum, scandalo secluso. **2787.**

Sacerdos, qui a fidelibus eleemosynam accepit ad celebrandam Missam in honorem alicuius Sancti vel de aliquo Mysterio, dum ritus non permittit celebrationem Missae votivae, non potest addere Missae occurrenti commemorationem illius Sancti vel Mysterii. **2981** *ad* 3.

Si Sacerdos celebrat sine ministro, non debet bis dicere *Confiteor.* **3368** *Dub.* I.

A Sacerdote semper associanda sunt cadavera fidelium, utcumque deferantur sive ad Ecclesiam sive ad Coemeterium. **3405.**

Sacerdos simplex sive saecularis sive regularis potest invitatus benedicere privato ritu campos, animalia et similia. **3801** *Dub.* VI.

A Sacerdote quocumque Benedictio mulieris post partum fieri potest, si expetitus fuerit, in quacumque Ecclesia vel Oratorio publico, certiore facto Superiore Ecclesiae. **3813** *ad* II.

Sacerdoti pro sua privata devotione non licet sacrum Tabernaculum aperire pro adorando SS. Sacramento, preces ad libitum fundendo, ac postea illud claudere. **3832** *Dub.* II.

Sacerdotes simplices ex privilegio assistentes Episcopo, alterum Episcopum consecranti, mitra uti nequeunt. **3834.**

Sacerdotes obligati ad canendam Missam, ob impotentiam vel imperitiam cantus praescripti in Missali Romano non sunt dispensati ab hoc onere. **3936** *ad* 3.

Sacerdotes alienae Dioecesis obligantur et ipsi ad dicendam Orationem praescriptam ab Episcopo loci, ubi celebrant. **3985.**

Sacerdos, cui erogatur eleemosyna ad celebrandam Missam pro uno vel pluribus defunctis, aut votivam in honorem alicuius Mysterii, B. Mariae V. vel Sancti, satisfacit obligationi suae Missam celebrando Officio conformem, cum aliunde petitam Missam ritus diei non permittat, dummodo applicet iuxta intentionem dantis eleemosynam; sed consultius est, ut quantum fieri possit, intentioni eleemosynam erogantis satisfiat per Missam vel de Requie, vel votivam. **4031** *Dub.* IV.

A Sacerdote simplici calix noviter deauratus benedici nequit; sed indiget nova consecratione per Episcopum. **3042** *ad* 1.

In Sacerdotis defuncti manibus calicem cum patena ponendi consuetudo retineri potest. **2915** *ad* 9.

Sacerdoti dubitanti num in Ordinatione ad Presbyteratum calicem physice tetigerit, proposito Dubio, S. R. C. respondit eumdem posse tuta conscientia continuare celebrationem Missae. **1221.**

Sacerdos in Canone Missae pronuntians nomen alicuius Sancti, de quo factum est Officium vel saltem Commemoratio, facere debet inclinationem capitis. **2572** *ad* 20.

Sacerdos in Canone Missae ad nomen Papae caput inclinare debet. **2915** *ad* 5.

Sacerdotes esse debent quatuor Canonici assistentes Episcopo in absolutione ad tumulum. **2194** *ad* 5.

In Sacerdotum funeribus dispositio Ritualis Romani servanda est. **2915** *ad* 10.

In Sacerdotis defuncti funeribus non licet Ecclesiasticis, praesertim Canonicis paratis, deferre eius feretrum, vel fimbrias panni mortuarii. **3110** *ad* 15.

Vide **Celebrans. Missa privata. Missa solemnis. Praecedentia.**

Sacerdos Caecutiens.

Sacerdos caecutiens, ex indulto Apostolico celebrare valens Missam votivam B. M. V., tenetur uti paramentis albi coloris. **2560** *ad* 1; **3146** *ad* 2; in hac Missa non debet recitare Orationem Officii currentis diei, sed de Spiritu Sancto; nec dicere potest *Gloria* (nisi in Sabbato) et *Credo*. **2560** *ad* 2. **3146** *ad* 3 *et* 4; nec addere Collectam ab Ordinario praescriptam. **3146** *ad* 5; ac si quando devenerit ad omnimodam caecitatem, nequit perseverare in celebratione Missae eiusdem, donec novum impetretur a S. C. Concilii indultum. *Ibidem ad* 3; conditiones autem appositae in huiusmodi privilegiis non sunt merae ritualitatis et styli, sed obligatoriae in conscientia. *Ibidem ad* 4.

Sacerdos, qui ex indulto quotidie celebrat Missam votivam B. M. V., in Sabbatis addere debet *Gloria,* non autem infra octavas festorum Deiparae. **2788** *ad* 1.

Sacerdos caecutiens, privilegium habens Missam votivam B. M. V. dicendi, in die Nativitatis Domini nequit dicere tres Missas votivas B. M. V. **2802** *ad* 3. **3146** *ad* 6.

Sacerdos caecutiens habens facultatem celebrandi Missam votivam B. M. V. non tenetur ad Missam festivam in festis ipsius Deiparae. **2951** *ad* 7.

Sacerdos caecutiens, vel alia rationabili causa habens privilegium Missam votivam B. M. V. celebrandi, potest hanc Missam celebrare etiam in Festis solemnioribus vel diebus privilegiatis, v. gr. in Nativitate Domini vel in Dominica Palmarum. **3146** *ad* 1.

In Sacerdotii divini Iesu Christi, omniumve Summorum Pontificum et Sacerdotum honorem, Missa propria non conceditur. **1183.**

Sacramenta.

In Sacramentorum administratione Parochi, quando sunt Protonotarii Apostolici, vel de licentia Parochi alii Sacerdotes item Protonotarii Apostolici, non possunt supra mantellettam ponere stolam. **1529.**

In Sacramentorum administratione Canonici Cathedralis et Parochi, tam intra quam extra ipsorum ecclesiam, deponere debent Cappam vel rocchettum, et uti tantum superpelliceo et stola. **2578** *Dub. addition. ad* 1 *et* 2. **2622.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **228.** - **2684** *ad* 22. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **329.** - **2993** *ad* 5. **3542** *ad* 1. **3779** *Dub.* VIII et IX. **3784** *ad* I *et* II *Decret. gener.*

In Sacramenti Poenitentiae administratione Confessarii uti debent stola, iuxta Rituale. **2883** *ad* 2.

In Sacramentorum et Sacramentalium administratione et confectione adhibenda est stola. **3185. 3237** *Dub.* 11.

Sacramenta Monialibus Cisterciensibus administrans Sacerdos saecularis uti debet Rituali Romano, non vero Cisterciensi. **3901** *ad* 1.

Sacramenta sunt ministranda Episcopo aegrotanti a Canonico digniore Cathedralis, non autem ab Archipresbytero loci. **1684** *ad* 12. Vide **2219** *ad* 3.

Sacramenta Confirmationis aut Ordinis collaturum Episcopum, dum accedit ad Cathedralem, debent saltem duo Dignitates seu Canonici in habitu chorali ad ianuam Ecclesiae excipere, aspersorium ipsi porrigere, eique Confirmationem vel Ordines conferenti assistere. **2471** *ad* 9.

Vide **Baptismus. Communio. Confirmatio. Poenitentiae Sacramentum. Parochus quoad administrationem Sacramentorum.**

SSmi Sacramenti asservatio.

SSmum Sacramentum asservari potest ex speciali privilegio in Ecclesia simplici (in loco ubi non adest parochialis) in casu particulari, de consensu Ordinarii, et absque Parochi, intra cuius Parochiae fines exsistit, praeiudicio; dummodo Ecclesia sit decens et habeat Beneficiatum perpetuum qui eius curam gerat, et SS. Sacramentum possit caute custodiri, et ibi lampas perpetuo accensa habeatur. **31.**

SSmum Sacramentum conservare debet Collegiata pro servitio suae Parochiae; neque tenetur Cathedralis illud subministrare. **375** *ad* 4.

SSmum Sacramentum retineri nequit in Ecclesiis, quae non sunt Parochiales. **420.**

SSmum Sacramentum retinere possunt Confratres quidam in eorum Oratorio occasione XL Horarum in diem sequentem, assumendum a Sacerdote in crastinum celebraturo. **446.**

SSmum Sacramentum Feria V in Coena Domini sub unica tantum clave asservari debet, retinenda per Sacerdotem in crastinum celebraturum. **579. 635.**

SSmum Sacramentum asservari potest in Ecclesiis Monialium, si Monasterium sit canonice erectum; secus vero, non. **860.**

SSmum Sacramentum asservari non licet in sodalitatum Laicorum Oratoriis, quibus animarum cura non est adnexa, nec hospitalitatis ius exercetur. **895.**

Ante SSmum Sacramentum, quod asservatur in tabernaculo, non quidem super altare collocato, sed appenso et palmis octo circiter a superficie Altaris distante, omnino genuflectendum est. **1132.**

SSmum Sacramentum retineri nequit in Ecclesia Hospitalis, nolente Parocho; quatenus tamen in Hospitali adnexo Ecclesiae cessaverit hospitalitas pro infirmis, ut supponitur. **1409** *ad* 2.

SSmum Sacramentum asservari nequit Feria V in Coena Domini pro die sequenti a Confraternitatibus in Cappella intra Ecclesiam. **1887** *ad* 2.

SSmum Sacramentum servandum est in uno tantum Ecclesiae Altari designando ab Episcopo. **1946** *ad* 3.

SSmum Sacramentum asservari nequit in Ecclesiis Confraternitatum, non parochialibus neque regularibus, sine Indulto S. Sedis. **2123** *ad* 26.

SSmum Sacramentum retineri indulgetur in Ecclesia seu Oratorio Confraternitatis a *Morte* civitatis Perusinae. **2251** *ad* 8.

Ubi SSmum Sacramentum in Ecclesia rurali semper asservatur, Sacerdos tenetur ibi ad residentiam et ad quotidianam Missae celebrationem vel per se vel per alium Sacerdotem. **2700.**

Super SSmi Sacramenti Altare baldachinum omnino apponatur. **1966. 2912.**

SSmum Sacramentum asservandi in duobus aut tribus Altaribus et nonnumquam, occasione novemdialis aut alicuius festivitatis, transferendi in aliud Altare diversum ab illis, in quibus ordinarie asservatur, consuetudo nequit tolerari. **3104** *ad* XIII.

SSmum Sacramentum in Ecclesia Cathedrali in Altari maiori asservari nequit. **3335** *ad* 1.

SSmum Sacramentum asservandi facultatem concedere nequit Episcopus in Ecclesiis seu Cappellis publicis non parochialibus et in Oratoriis piarum Communitatum, inconsulta S. Sede. **3484** *ad* III.

SSmum Sacramentum asservari conceditur in Sacello sub dormitorio puellarum in domibus Filiarum Caritatis; dummodo Altari imponatur ampla umbella, vulgo *baldacchino.* **3525** *ad* II.

SSmum Sacramentum asservari nequit in uno ex duobus Sacellis in nosocomio exsistentibus, si in eo nec omnibus diebus festivis Sacrum peragatur; sed Sacerdos sumat ex proximo Sacello SS. Eucharistiam, eamque deferat infra pectus capsula inclusam ad infirmos. **3525** *ad* III.

SSmum Sacramentum in Corporali tantum involutum asservari nequit, etiamsi timeatur periculum, quod furibus vas cum sacris speciebus diripiatur; sed Episcopus curet ut Sacra Eucharistia cautius custodiatur. **3527.**

Pro SSm̃o Sacramento asservando in constructione Altaris regulae in casu servandae prudenti arbitrio Ordinarii determinentur. **3449** *Dub.* II.

Circa SSm̃i Sacramenti asservationem et adorationem apud Moniales S. Clarae in Belgico Regno quaedam consuetudo pia tolerari potest. **3648** *ad* 1.

SSm̃um Sacramentum asservari potest diu noctuque in Oratorio privato in aedibus Filiarum Caritatis S. Vincentii a Paulo; ibique Missae celebrari possunt, etiamsi iisdem publica aliqua Ecclesia adnexa sit. **3662.**

SSm̃um Sacramentum asservari nequit in privatis Oratoriis Congregationum piarum, si nec semel in hebdomada Missa ibi celebratur. **3706** *ad* 1; et si ibidem Missa quotidie celebrari nequit, ab Apostolica Sede indultum petendum est, quae semel saltem in quavis hebdomada illam praecipere solet. *Ibidem ad* 2.

SSm̃um Sacramentum asservari nequit in Ecclesiis filialibus seu Oratoriis alicuius Parochiae, ubi Missa celebratur tantummodo Dominicis et quando Viaticum ad aegrotos ferendum desumitur; nisi per aliquot diei horas aditus pateat fidelibus SSm̃um Sacramentum visitare cupientibus. **3739** *ad* 1.

SSm̃um Sacramentum proponi nequit publicae fidelium adorationi post Missam Praesanctificatorum. **4049** *ad* 3.

Ante et intra SSm̃i Sacramenti Altare lampas retinenda est, ut continuo ardeat; mos vero eamdem maxime distantem ab Altari retinendi reprobatur. **2033.** Vide **Lampas.**

SSm̃um Sacramentum non licet collocare iterum de sero in Ecclesia et ad proprium Altare cum luminaribus Feria VI in Parasceve; et contrarius abusus eliminari debet. **2740** *ad* 4.

In SSm̃i Sacramenti Altari, si inibi cantetur Missa de Requie, Conopaeum saltem esse debet coloris violacei. **3562.**

In SSm̃i Sacramenti Altari ad ostium tabernaculi, loco conopaei, tabula ex metallo vel ex tela acu picta vel ex moderni temporis charta dicta oleographia, in qua apparent symbola SSm̃ae Eucharistiae, vel SSm̃um Nomen Iesu, vel B. M. V. imago, tolerari nequit. **4000** *ad* 1.

In SSm̃i Sacramenti Altari tabernaculum tegendum est Conopaeo, quod potest confici ex panno contexto ex gossypio, vel lana, vel cannabe; et debet esse coloris albi vel coloris convenientis Officio. **3035** *ad* 10. **3105.**

In SSm̃i Sacramenti Altari Reliquiae pictaeque Imagines Sanctorum non sunt superimponendae tabernaculo, ita ut idem tabernaculum pro basi inserviat. **2613** *ad* 6. *Decret. gener. Vide Suffragium in IV volumine pag.* **203**; neque illae exponendae sunt ante eiusdem tabernaculi ostiolum, etiam die qua festum alicuius Sancti recolitur; et consuetudo contraria tamquam abusus eliminanda est. **2906.**

Vide **Expositio SSmi Sacramenti. Tabernaculum.**

SSmi Sacramenti delatio.

SSm̃um Sacramentum deferatur a Celebrante propriis manibus, non obstante quavis contraria consuetudine. **365. 575. 586. 652. 2557. 2792** *ad* 1.

SSm̃i Sacramenti delatio in festo Corporis Christi pertinet ad Dignitates seu Canonicos Cathedralis; atque ab eadem Cathedrali Processio debet inchoari et ibidem finiri. **375** *ad* 1.

SSm̃i Sacramenti delatio spectat in casu ad digniorem Cathedralis, per omnes vias, etiamsi contingat transire per limites alterius Parochiae. **618.**

SSm̃i Sacramenti delatio in festo Corporis Christi spectat ad Praepositum Collegiatae, quae simul est matrix, uti ad primam Dignitatem; et eo absente, ad aliam Dignitatem eiusdem Matricis, ordine successivo; dummodo ipsa Dignitas, quae SS. Sacramentum defert, illa die solemniter celebraverit. **634** *ad* 2.

SSm̃i Sacramenti delatio extra Ecclesiam non est permissa, nisi occasione solemnis Processionis in festo et per octavam Corporis Christi, necnon occasione infirmorum, et Orationis XL Horarum. **640.** Vide infra **3878.**

SSm̃i Sacramenti delatio spectat ad primam Dignitatem Cathedralis in solemnitate Corporis Christi; dummodo ipsa prima Dignitas Missam solemnem celebret. **755.**

SSm̃um Sacramentum tradi nequit, mane celebrato Sacro per proprium Parochum in propria Ecclesia, alteri Parocho ibidem exspectanti, qui deferat illud processionaliter ad suam Ecclesiam. **859.**

SSm̃um Sacramentum in parochiis ruralibus, ubi longum est iter, deferri non licet ad aegrotos eisque administrari cum stola super vestem communem absque cotta sive superpelliceo. **2650** *ad* 2 *facti speciem qu.* 1. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **280.**

SSm̃i Sacramenti delatio in festo Corporis Christi spectat in casu ad Parochum Matricis, non ad Dignitatem Collegiatae noviter erectae. **1255** *ad* 2.

SSm̃i Sacramenti delatio in Processione II Dominicae cuiuslibet mensis spectat ad

Celebrantem; et si Archipresbyter velit celebrare, non potest impediri. **1428.**

In SSmi Sacramenti delatione ad infirmos Sacerdos nequit uti pileolo parvo de die vel de nocte per civitatem. **1938.**

SSmum Sacramentum in Processione festi Corporis Christi deferri non potest a Celebrante usque ad ianuam Ecclesiae, et ibi tradi Archidiacono seu alteri Dignitati, quae sacris vestibus induta, illud processionaliter deferat per Civitatem; sed Celebrans ipse debet incipere et terminare Processionem. **2399.**

SSmum Sacramentum deferente Archidiacono, duo Canonici antiquiores induere debent pluvialia. **1942** *ad* 2.

SSmum Sacramentum deferri non potest in una eademque supplicatione per plures Sacerdotes, qui sibi invicem succedant. **2835.**

SSmum Sacramentum, occasione alicuius Festi, Tridui etc., ab Altari maiori transferri potest ad Altare in Ecclesiae lateribus erectum, ut durante Festo, Triduo etc. Communio distribuatur et populo benedictio impertiatur: dummodo tamen SS. Sacramentum in duobus Altaribus continuo non asservetur. **3576** *Dub.* VI. **3728** *ad* 1.

SSmum Sacramentum non est deferendum in Ostensorio, quando occasione Benedictionis transfertur ab uno ad alterum Altare, sed in capsula, aut in sphaera velo humerali cooperta. **3576** *Dub.* XII.

SSmum Sacramentum Feria V in Coena Domini per vias publicas horis nocturnis deferendi usus eliminandus est. **3717.**

SSmum Sacramentum deferri licet in vespertinis Processionibus, extra Festum et Octavam Corporis Christi, de consensu Ordinarii. **3878.**

SSmum Sacramentum processionaliter deferenti Episcopo debetur assistentia duorum Canonicorum, Dalmaticis indutorum; qui ad id cogi possunt, si renuant. **2526** *ad* 2 *et* 3. **2528** *ad* 2.

SSmum Sacramentum Feria VI in Parasceve deferendi in quadam arcera, vulgo *bara,* per quatuor Sacerdotes mos omnino eliminandus est. **586.** Vide **2089** *ad* 1.

Vide **Processio cum SSmo Sacramento. Processio cum SSmo Sacramento in festo Corporis Christi et infra eiusdem Octavam. Viaticum.**

SSmum Sacramentum quoad genuflexiones et reverentiam faciendas.

Ante SSmi Sacramenti Altare transeundo omnes genuflectere debent. **877** *ad* 1; et sicut omnes fideles, etiam Canonici. **117.**

Quando SS. Eucharistia a Celebrante post sumptionem Corporis et Sanguinis administratur Clericis, Canonici in Choro stantes genuflectere debent. **2209** *ad* 3.

SSmum Sacramentum si expositum est in Ecclesia, concio fieri debet detecto capite. **488** *ad* 4; quamvis SS. Sacramentum sit velo serico obductum. **2769** *ad* II.

In SSmi Sacramenti festi I Vesperis ad stropham *Tantum ergo* genuflectendum est exposito Venerabili. **1583** *ad* 7. Eodem autem non exposito, servari debet consuetudo Ecclesiae. **1280** *ad* 2.

Ante SSmum Sacramentum patenter expositum a transeuntibus genuflectendum est utroque genu, etiamsi in Pyxide recondatur. **937** *ad* 6. **2390** *ad* 4. **2769** *ad* III. *qu.* 3; et ab interessentibus Processionibus, etiam pluviali indutis, quando accedunt vel recedunt. **4048** *ad* 11.

Dum SSmum Sacramentum Episcopus adorat, cappa indutus, in Ecclesiam ingressus, Canonici genuflectere debent circa genuflexorium eiusdem; nec eis tunc licet pergere ad sedes Chorales, ibique genuflectere. **2331** *ad* 13.

Ad SSmi Sacramenti Altare, sive expositi sive in tabernaculo reconditi, a Celebrante genuflectendum est in accessu et recessu in plano; in infimo autem gradu, quoties insuper genuflectere occurrat. **2682** *ad* 47.

SSmo Sacramento exposito super Altare maius, diametraliter ante Chorum, sed in notabili distantia situm, Celebrans in eundo salutet cum inclinatione profunda Episcopum, deinde genuflectat SS. Sacramento et procedat in Missa; in redeundo genuflectat SS. Sacramento, deinde se inclinet Episcopo et procedat quo debet. **2049** *ad* 1.

Coram SSmo Sacramento exposito a Celebrante et Ministris genuflectendum est in accessu et recessu utroque genu in plano; intra Missam unico genu. **2682** *ad* 49. **3434** *ad* 6; idem valet etiam pro Ministro in Missa privata. **3426** *ad* 6.

Ante SSmum Sacramentum in tabernaculo reconditum etiam Mulieres debent genuflectere unico genu, quoties ante Idem transeunt. **3402** *ad* 2.

In SSmi Sacramenti Altari Celebrans genuflectere non debet, quando defectu Ministri ipse defert Missale a cornu Epistolae ad cornu Evangelii et vicissim; vel quando in maiori Hebdomada transit a cornu Epistolae ad cornu Evangelii ad legendam Passionem. **3975** *Dub.* II.

Coram SSmo Sacramento discooperto Celebrans et Ministri genuflectere debent in plano utroque genu iuxta praxim Ecclesiarum Urbis; cum finita Missa recedunt ab Altari ad scamnum in cornu Epistolae, **ut**

ibi celebrans exuat casulam et manipulum induatque Pluviale, ac Ministri deponant manipulos. **4048** *ad* 5.

Coram SSmo Sacramento exposito, quotiescumque Celebrans in lectione Evangelii pronuntiat nomen *Iesu,* inclinationem facere debet versus Venerabile. **3875** *Dub.* 4; item ad *Et verbum caro factum est* debet genuflectere aliquantulum versus SS. Sacramentum. *Ibidem.*

Coram SSmo Sacramento exposito dum Celebrans dicit *Flectamus genua,* versus librum genuflectere debet. **2859.**

Dum cum SSmo Sacramento Episcopus actu populum benedicit, Canonici pro Diacono et Subdiacono assistentes genuflectere debent. **2352. 2791** *ad* 5; et quidem in infimo gradu. **2769** *ad* III *qu.* 1 *et* 2.

Ante SSmi Sacramenti Altare in transitu etiam genuflexio fieri debet, si asservatur Sacramentum in tabernaculo appenso ad palmos circiter octo a superficie, ac si immediate collocatum esset super Altare. **1132.**

Coram SSmo Sacramento exposito, sed velato vel in Pyxide, genuflexiones omnes observari debent in Missa lecta, quae alias fiunt coram Eodem palam exposito. **2427** *ad* 10.

Cum SSmo Sacramento prius quam Sacerdos benedicat populo, genuflexionem iterare non debet, cum surgit ad dicendas Orationes. **2008.**

SSmum Sacramentum expositum in Vesperis ad *Magnificat* Hebdomadarius incensare debet, genuflexus super suppedaneo Altaris. **2928** *ad* 5.

Coram SSmo Sacramento exposito Minister in Missa privata unicam genuflexionem facere debet, quando transfert Missale a cornu Epistolae ad cornu Evangelii. **3975** *Dub.* I *qu.* 1; si vero ad Offertorium et Purificationem ascendit ad Altare et descendit, tam ante ascensionem ad Altare, quam post descensionem de eodem, in plano genuflexionem facere debet. *Ibidem ad* 2.

SSmum Sacramentum quoad Thurificationem.

SSmo Sacramento exposito super Altari, thurificatio Cleri more consueto est peragenda. **1248.**

SSmi Sacramenti Altare thurificari debet ad Vesperas itemque Altare chorale coram quo decantantur Vesperae; nisi hoc sit idem, in quo SS. Sacramentum asservatur: tali enim casu hoc Altare tantum thurificari debet. **915** *ad* 3. **1322** *ad* 1. **3110** *ad* 6. **3410** *ad* 1; quando autem Episcopus loci Vesperas celebrat, non thurificatur Altare SSmi Sacramenti. **3410** *ad* 2.

SSmo Sacramento exposito, non licet thurificare in Vesperis Sodales Confraternitatis de Cingulo S. Francisci. **2185** *ad* 1; neque licet post thurificationem Altaris ad *Magnificat,* etiam Altare S. Francisci ac ipsius Statuam ab Altari disiunctam thurificare. *Ibidem ad* 2.

SSmo Sacramento exposito in Altari maiori, non debent thurificari alia Altaria post thurificationem illius in Vesperis ad *Magnificat;* licet alibi SS. Sacramentum asservetur. **2390** *ad* 6.

Dum SSmi Sacramenti publice expositi Altare incensatur, thurificanda non est Crux. **2340** *ad* 4.

Coram SSmo Sacramento exposito Celebrans thurificandus est stans in plano Presbyterii aut in supremo Altaris gradu iuxta consuetudinem; caveat vero ne terga vertat SS. Sacramento. **2682** *ad* 48.

In SSmi Sacramenti benedictionis tempore non praescribitur thurificatio. **2956** *ad* 9; et servanda est consuetudo locorum. **3108** *ad* 6.

In SSmi Sacramenti benedictione cum sacra Pyxide thurificatio praescripta omitti potest: et hoc erit conformius praxi Ecclesiae; sed non est omittenda in benedictione cum Ostensorio. **2957.**

In SSmi Sacramenti thurificatione Sacerdos, dum imponit incensum in thuribulo, stare debet; ab eodem vero SS. Sacramentum thurificandum est triplici ductu, sed genibus flexis; et tam ante quam post, facienda est profunda capitis inclinatio. **3086** *ad* 3.

SSmi Sacramenti thurificatio facienda est duplici ictu in triplici ductu, etiam intra Missam solemnem ante Introitum et ad Offertorium. **4048** *ad* 9.

Praeter SSmi Sacramenti Altare thurificari potest in Vesperis solemnibus etiam illud dicatum Sancto, cuius festum agitur; aut tantummodo ipsius Sancti imago, iuxta loci consuetudinem. **3547.**

SSmi Sacramenti thurificatio omitti potest, cum distantia magna sit a Choro usque ad Sacellum, ubi asservatur SS. Eucharistia; nisi SSmum Sacramentum solemniter sit expositum. **3839** *ad* 5.

SSmum Sacramentum thurificare debet Episcopus, ipso incensum in thuribulum ponente; quando assistit cum cappa benedictioni cum SS. Sacramento populo impertiendae. **3035** *ad* 6. **3935** *ad* 4.

SSmi Sacramenti benedictioni assistens in faldistorio, Episcopus debet thus imponere, si cappa sit indutus; sin minus, id pertinet ad Hebdomadarium. **2106** *ad* 3; et in priori casu a digniore Canonico non

Dignitate, non vero a Magistro Caeremoniarum navicula administranda est. *Ibidem ad* 4.

SSmum Sacramentum in Ostensorio exponi nequit absque incensatione. **3580** *ad* 6.

SSmum Sacramentum post thurificationem Oblatorum non est iterum thurificandum in Feria VI in Parasceve. **2003** *ad* 2.

SSmum Sacramentum expositum ad *Magnificat* in Vesperis incensare debet Hebdomadarius genuflexus super suppedaneo Altaris. **2928** *ad* 5.

Sacrarium; vide **Sacristia.**

Sacrificium Missae; vide **Missa.**

Sacrista.

Sacrista maior in sua solita sede a parte dextera Chori sedeat in casu, Hebdomadarius in altera parte sinistra; et convenit ut Sacrista maior iuxta antiquam consuetudinem immediate post Hebdomadarium ab eodem, qui ipsum Hebdomadarium thurificat, triplici ductu thuribuli (si tamen Episcopus non sit praesens) thurificetur. **368.**

Sacrista et Curatus Cathedralis, etiam si sint amovibiles, quando intervenit Capitulum Cathedralis, proprio Parocho defuncti praecedere debent. **561.**

Non Sacrista, sed Diaconus debet ministrare Celebranti; dum in Ostensorio reponitur Hostia pro renovatione et expositione SS. Sacramenti. **2951** *ad* 14.

Per Sacristam Priores Universitatis thurificentur. **1192.**

Sacrista et Cappellani ac Clerici, dum sunt membra Capituli, non possunt nec debent disiungi a Capitulo in Processionibus. **1359** *ad* 1.

Sacristis prohibitum est in Benedictione nuptiali, ne pallium seu baldachinum pro Sponsis parent; multoque magis, ne quid pro eadem benedictione exigant. **200.**

Sacrista et Cappellani Collegiatae in funeribus, quibus interest Capitulum, praecedunt Parocho defuncti; quia, cum sint de gremio, efficiunt cum eo unum corpus, quod dividi nequit. **1263** *ad* 1.

Sacrista, Cappellani, Clerici addicti servitio Collegiatae, tam in Processionibus quam in funeribus, incedere debent sub Cruce Capituli. **1359** *ad* 2.

Sacristia.

In Sacristiis omnium Ecclesiarum tam saecularium quam regularium, etiam Patriarchalium, Metropolitanarum, Cathedralium, Collegiatarum et aliarum quarumcumque, affigi et perpetuo asservari debent Decreta Urbani VIII circa abusus Officiorum et Missarum, et quoad Reliquias insignes. **460** *ad* 6. **555** § *Et ne.*

E Sacristia Canonici exire debent pro inchoando divino officio ordinatim bini, praecedente Cruce, in diebus solemnioribus. **464** *ad* 4.

A Sacristia Ecclesiae Cathedralis Episcopo paramenta pontificalia ministranda sunt. **615** *ad* 1. **831** *ad* 4 *et* 5.

Donec in Sacristia alii Canonici sumant paramenta, duo assistere debent Episcopo pontificaliter celebranti. **2079** *ad* 6.

E Sacristia egrediens (vel regrediens ad eam) Sacerdos Missam celebraturus nequit facere salutationem et reverentiam Duci laico. **1441** *ad* 4.

Non in Sacristia, sed ad Altare maius, vestiendus est a Canonicis paramentis sacris Episcopus Pontificalia exercens, iuxta Caeremoniale. **3039** *ad* 2.

In Sacristia sumere possunt Canonici Cathedralis paramenta sacra in Missa pontificali; quae si forte sit valde distans, possunt eadem sumere in propriis sedilibus. **3228** *ad* 2.

Si Sacristia stat post Altare, ab eadem egrediendum est e parte Evangelii, et regrediendum ad illam e parte Epistolae. **3029** *ad* 12.

E Sacristia nequeunt Acolythi in Missis et Vesperis solemnibus manibus iunctis ad Altare accedere, et inde recedere. **3333** *ad* 1. *qu.* 2.

Ad Sacristiae ianuam accipere potest Sacerdos aquam benedictam, eaque se signare, pergens ad celebrandum et calicem manu sinistra deferens, si commode fieri potest; sin minus, abstineat. **2514** *ad* 4.

In Sacristia Cathedralis Baptismi Sacramentum solemniter administrari nequit; nisi adsit rationabilis causa ab Episcopo approbanda. **3104** *Dub.* IX.

Dum e Sacristia ad Altare pergunt Celebrans et Ministri pro Missa solemni, procedant unus post alium; et Presbyter assistens incedat ad sinistram Celebrantis. **4018** *ad* II *qu.* 1.

In Sacrarii tabella Canonicis et Dignitatibus Cathedralis non licet retinere ad publicam lecturam titulum *Illmi et Rmi.* **2331** *ad* 12.

In Sacristia quando Celebrans facit reverentiam Cruci, Ministri sacri non tenentur genuflectere. **2515** *ad* 7.

Saeculares; vide **Laici. Presbyterium.**

Sal.

Sal bene fractum et attritum adhibendum est in Baptismo iuxta Rituale Romanum; non vero parva instrumenta ex sale confecta, quibus interna oris infantium tanguntur. **3535** *Dub.* IX.

Salem et aquam benedicere nequit Diaconus, cum aliquando ex necessitate ei committitur solemnis Baptismi administratio. **3684.**

Sal simul, dum Aqua benedicta conficitur, non est necesse exorcizetur; sed adhiberi potest sal iam exorcizatus et in hunc finem reservatus. **2218** *ad* 3.

Cum Sale, cinere et vino mixta Aqua benedicta pro consecratione Altarium portatilium, quae superfuit in una consecratione, adhiberi nequit in sequenti. **3153** *ad* 1.

Salette (de la) B. M. V.

Salette (de la) B. M. V., de Lourdes necnon Immaculatae Conceptionis lucis radios e manibus emittentis imagines seu simulacra ut exponantur ad publicam fidelium venerationem in Ecclesia, ab Ordinariis loci permitti potest; servatis tamen cautelis, praesertim Decreto Tridentini sess. XXV et Constitutione Urbani VIII *Sacrosancta Tridentina Synodus* diei 15 Maii 1642. **3419** *Dub.* I.

Salette (de la) B. M. V. dicatum pium Sodalitium ab Ordinario Dioecesis admitti potest; sed in admissione huius Sodalitii stetur, quoad titulum, praxi adhibitae in approbatione eiusdem Confraternitatis Romae erectae in Ecclesia SS. Salvatoris in Thermis; nimirum *B. M. V. Reconciliatricis peccatorum,* vulgo *de la Salette.* **3419** *Dub.* III.

Sub Salette (de la) B. M. V. titulo festum cum Missa et ritu duplici I classis cum octava celebrari nequit; nisi de speciali et expressa Apostolica facultate. **3419** *Dub.* IV.

Salette (de la) B. M. V. Apparitionis Litaniae speciales recitari nequeunt. **3419** *Dub.* V.

Vide **Apparitiones.**

Salutatio.

Salutare non debet Episcopus assistens Divinis cum cappa Canonicos ante ipsum transeuntes; sed satis est illis manu benedicat. **152** *ad* 5.

Salutare nequit in casu concionator Priores et Magistratum aut Capitulum Cathedralis. **941.**

Salutationem et reverentiam facere Duci laico Sacerdos Missam celebraturus nec in egrediendo e Sacristia, nec in regrediendo ad eam, potest. **1441** *ad* 4.

Quod Salutationi concionatoris Ministri Altaris et ipse Celebrans correspondeant, non est incongruum. **1772** *ad* 5.

Salutare nequit Magistratum Sacerdos ante et post celebrationem Missae, detecto capite. **1837** *ad* 1.

Salutare debet concionator, absente vel praesente Episcopo, prius Canonicos et deinde Gubernatorem. **1851. 1892. 2045** *ad* 2.

Salutatio prima et distincta debetur Episcopo a concionatore, non autem Gubernatori. **1941.**

Salutare nequit concionator, praesente vel absente Episcopo, Magistratum cum titulo *Illmi* et Capitulum cum titulo *Rmi.* **1621. 2045** *ad* 3.

Salutatio primo loco debetur Capitulo a concionatore, non vero Magistratui. **2288.**

Salutationem et reverentiam per capitis inclinationem facere debent Magistratui Solemniis interessenti Celebrans et Ministri sacri in primo accessu ad Altare et ultimo recessu ab eodem tantum. **2483** *ad* 3.

Quoad Salutationem aliorum de Choro circumstantium, si quis superveniat vel egrediatur, Officio iam inchoato, in Officiis defunctorum, in Matutinis Tenebrarum, per integram Feriam VI in Parasceve ac Sabbato Sancto usque ad Missam solemnem exclusive, servandae sunt peculiares locorum consuetudines. **3029** *ad* 11. (Videndum tamen decretum sequens n. **3059** *ad* 27; cui, circa salutationes chori in Fer. VI in Parasceve, stari debet).

Salutatio Chori in luctuosis Officiis Hebdomadae sanctae et Defunctorum omitti nequit a quocumque adveniente post inceptum Officium, a Celebrante in accessu et recessu ac transitu a sua sede ad Altare, a quocumque cantaturo Lectionem et a Subdiacono Epistolam cantaturo; praeterquam ab adoratione Crucis Feriae VI in Parasceve usque ad Nonam Sabbati Sancti. **3059** *ad* XXVII.

Salutantibus Chorum Ministris Altaris et Caeremoniario in Missa et Officio, Chorus respondere debet, caput tantum aperiendo, iuxta praxim. **3059** *ad* VI.

Salutationes, thurificatio etc. in Missa et Vesperis, quando Hebdomadarius non sedet in Choro, incipere debent ab ea parte, in qua sedet dignior ex praesentibus. **3059** *ad* XXV.

Salutationem reddere potest sacris Ministris Celebrans in Missa solemni, quando sedet, caput aperiens aut inclinationem tantum faciens capite cooperto iuxta consuetudinem. **3434** *ad* 5.

Quoad Salutationes exhibendas quid servandum sit in ingressu Processionis ad Basilicam S. Petri, Capitulo S. Petri in Va-

ticano cum Capitulis S. Mariae Transtiberim et S. Laurentii in Damaso Urbis praescribitur. **209.**

Salutare debent capite detecto Celebrantes Canonici et Dignitates parati Episcopum, dum ante eumdem transeunt. **1402** *ad* 1.

Vide **Inclinatio. Reverentia. Caput. Celebrans.**

Salutatio Angelica.

Pro Salutatione Angelica Regulares campanas pulsare possunt, non exspectantes signum Ecclesiae Collegiatae. **659. 1436. 1778** *ad* 3.

In Salutatione Angelica addere non licet *Ave Maria plena doloribus etc.* **678.**

In Salutatione Angelica post verbum *Iesus* addi nequit *Christus.* **689.**

SS. Salvator.

SS. Salvatoris Officium, ubi est Titulus Ecclesiae, recitandum est ut in festo Transfigurationis die 6 Augusti cum Octava ex Octavario Romano. **2439** *ad* 4. **2721** *ad* 2. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **342.**

SS. Salvatoris festum, sub cuius titulo erecta reperitur Ecclesia matrix, non est celebrandum sub praecepto, post electionem et confirmationem Apostolicam S. Isidori Agricolae in Patronum praecipuum Oppidi Farnesii, dioecesis Aquaependen. **2721** *ad* 1. *Vide Suffragium in IV volumine* pag. **342.**

SS. Salvatoris festum, quod in oppido *Belmonte* Archidioecesis Firmanae die 9 Novembris utpote non solum Titularis Ecclesiae, sed etiam Patroni oppidi ipsius sub ritu duplici I classis et sub utroque praecepto celebratum fuit, potest celebrari etiam in posterum die 9 Novembris, attenta longaeva consuetudine. **3303.**

In SS. Salvatoris Dedicationis festo Praefatio specialiter concessa pro festo Dedicationis Ecclesiarum dici nequit. **3323** *ad* 1.

In SS. Salvatoris festo in Missali post Evangelium addenda sunt verba: *Et dicitur Credo.* **3421** *Dub.* IV.

SS. Salvatoris Dedicationis Anniversarium, ubi die 9 Nov. sub ritu duplici I classis cum Octava celebratur, quando occurrat cum anniversario Dedicationis Cathedralis, in Ecclesiis non consecratis Civitatis Episcopalis celebrandum est; et posterius Festum transferri debet. **3426** *ad* 3.

SS. Salvatoris festum Titulare sub ritu duplici I classis cum Octava et quidem die 6 Aug. assignandum est Ecclesiae benedictae sub invocatione *Iesu orantis Gethsemani* vel sub invocatione *Christi e sepulchro resurgentis.* **3745** *ad* 1. **3845**; in die octava Lectiones I Nocturni erunt de Scriptura occurrente. **3745** *ad* 2; et Suffragia per annum sumenda sunt ex die festo. *Ibidem ad* 3. **3845.**

De SS. Salvatore, Ecclesiae Titulo, agenda est Commemoratio in Suffragiis post Commemorationem de Cruce; imo in ipsa Dominica II Quadragesimae. **4043** *ad* IV.

Si SS. Salvatoris propriae Ecclesiae Dedicatio occurrat cum festo Dedicationis Basilicae Lateranensis, fieri debet Officium de propria Ecclesia, et prima die non impedita infra Octavam de Basilica Lateranensi. **972.**

Salve Regina; vide Antiphona.

Sancti.

De Sancto aliquo Canonizato facultas concessa in Litteris et Bullis Canonizationum celebrandi festum et recitandi de eo officium, nequit ad exercitium deduci, nisi et modo et forma qua specialiter per S. Sedem et S. R. C. permittitur. **488** *ad* 1. **1231.**

De Sanctis Canonizatis, qui non sunt in Calendario descripti, Officium recitare nequeunt Ordinarius aut Capitulum aut alii; nisi illi sint Patroni Ecclesiarum, aut adsint illorum Reliquiae insignes. **488** *ad* 2.

Sancti illi solum, qui ab Ecclesia universali hoc titulo coluntur, in Patronos eligi possunt. **526** *ad* 1.

Sancti alii in Litaniis, praeter descriptos in ipsis Litaniis, apponi nequeunt. **562. 957** *ad* 1.

De Sancto seu de Sanctis Titularibus utriusque Beneficii simplicis Beneficiati non tenentur quotidie facere Commemorationem. **1354** *ad* 1.

Sancti solum Canonizati in Martyrologio Romano in posterum apponendi sunt. **1651.**

De Sanctis Ordinis Carmelitani Clerici saeculares Choro non addicti possunt recitare Officia, si sint eiusdem Ordinis Tertiarii. **2388** *ad* 6.

Sanctorum Officia possunt recitare Clerici saeculares Professi in militari Ordine D. N. I. C., quae recitant eiusdem Ordinis Claustrales; dummodo illi non sint Choro adstricti. **2388** *ad* 7.

Sancti, qui in fine anni supersunt, non sunt transferendi ad annum sequentem; sed quoties toto anni decursu de illis celebrari non valeat, tunc in illo anno, diebus eorum propriis considerandi sunt tamquam simplices, faciendo illorum commemorationem, cum IX Lectione ad Matutinum composita

Sanctimoniales; vide Moniales.

Sanctus.

Sandalia.

Sanguinis Pretiosissimi D.N.I.C. festum et Reliquiae.

persolvendi alia Officia Dominicae Passionis. **3761** *ad* 4.

Quando Sanguinis Pretios. D. N. I. C. primae Vesperae concurrunt cum secundis Vesperis Commemorationis S. Pauli Apostoli, sumenda est Antiphona propria S. Pauli, deinde altera propria S. Petri. **4022.**

Sanguine D. N. I. C. rubenti Corporalibus miraculose tinctis illae venerationis et cultus significationes debentur, quae conveniunt Reliquiis de Cruce D. N. I. C. **3176.**

Scabellum.

In Scabellis nudis sedere debent Assistentes, qui ministrant Episcopo in actu lavandi pedes pauperibus Feria V in Coena Domini. **1795** *ad* 1; non vero supra scamna. *Ibidem ad* 2.

Scabella seu sedes ornatae brachiis, quas *imperiales* vocant, in Processione Corporis Christi deferri nequeunt, etiamsi ad ornatum tantum. **1821** *ad* 4.

In Scabello stare vel potius sedere potest iuxta consuetudinem, extra tamen solium, Magister Caeremoniarum, Episcopo Pontificalia exercente. **2332** *ad* 16.

In Scabello separato potest sedere Presbyter assistens ad sinistram Subdiaconi infra cantum Hymni Angelici et *Credo*. **4018** *ad* III.

Vide **Scamnum. Sedes.**

Scamnum.

Scamna et loca laicorum in Ecclesia Episcopus potest moderari arbitrio suo; et providere ne unus solus multa loca occupet, ita ut pro aliis locus non relinquatur. **174** *ad* 3.

In Scamnis serico villoso coopertis Canonicis Cathedralis assistentibus Episcopo sedere non licet; qui sedere debent super scabellis nudis. **541.**

In Scamno oblongo sedere debent Canonici celebrantes cum Ministris, nec possunt uti sede cum postergali. **320. 1320.**

In Scamno, non autem in sella, sedere debet Rector alicuius Ecclesiae parochialis in sua parochiali, dum recitantur Officia divina. **584** *ad* 1 *et* 4.

In Scamno apponi debet pannum pro Canonicis capitulariter accedentibus ad Ecclesias Regularium, quando sunt in habitu Canonicali. **623.**

In Scamno sedere debet Magistratus, tam in funeralibus Regis Catholici quam in aliis functionibus; non vero in sedibus. **1328.**

Scamnum sive sedile ligneum sine suppedaneo, panno coopertum, conceditur Magistratui Baren.; tam in Ecclesia Cathedrali, quam in aliis Ecclesiis Saecularium et Regularium, extra Presbyterium. **1840. 1952** *ad* 7.

Scamnum cum postergali et stemmate Communitatis detinere in Ecclesia parochiali eoque uti non licet Syndico et Consulibus. **1916.**

In Scamno duorum graduum sedere possunt Canonici in Synodo in casu; dummodo sedes Episcopi sit elevatior. **2047** *ad* 4.

Scamnum seu altior locus Canonicis Cathedralis non competit, nisi in Synodo. **2082.**

Super Scamno ligneo et absque postergali, in loco inferiori et a Clero separato intra Presbyterium, sub praetextu inserviendi de aqua et linteo Episcopo pontificaliter celebranti, Gubernatori, Syndico aliisque Nobilibus sedere non permittitur. **2141.**

Scamnum diebus Festis, quibus celebrant Canonici, ornari debet eodem panno serico quo utuntur Dignitates. **2332** *ad* 1.

Scamnis a pavimento elevatis per unum gradum et aliquo panno coopertis uti debent Canonici Cathedralis in Synodo; et iisdem scamnis, absque tamen dicto gradu, aliquo panno coopertis, coloris ad arbitrium Episcopi, uti possunt etiam Canonici Collegiatae. **2420** *ad* 5.

In Scamnis sedere debent Canonici Cathedralis et Collegiatae in Rogationibus in Ecclesiis Collegiatis, dum a Canonicis Cathedralis canitur Missa. **2420** *ad* 6.

Scamnum proprium retinere possunt Canonici Collegiatae extra Chorum seu Presbyterium, etiam interveniente Magistratu, pro audiendis concionibus aliisque functionibus in eadem Ecclesia; et collocatio haec scamnorum arbitrio et prudentiae Episcopi permittitur. **2434** *ad* 1.

Scamnum habere non potest Magistratus in Presbyterio Ecclesiarum Regularium. **2462** *ad* 5.

Scamni cooperti tapete loco, Sedem cameralem serico damasceno ornatam pro Celebrante, nec non similia scabella pro Ministris adhibendi abusus reprobatur. **2621** *ad* 6. **2734.** *ad* 2.

In Scamno sedere potest Celebrans in Missa cantata sine Ministris sacris ad cantum *Gloria, Credo* et Sequentiae; dummodo scamnum sit diversimode ornatum, seu cum remissiori apparatu quam illud quod Canonicis exhibetur. **3026.**

Scamnum coram se vel Lectorile ornatum tapete cum libro, in quo intonat Antiphonas, Hymnum et Capitulum, Canonicus solemniter celebrans Vesperas et Laudes habere potest; dummodo servetur Caeremoniale. **3110** *Dub.* XIX.

batis uno gradu humilior absque ornatu, et loco aliquatenus inferiori, adeo ut non sit opposita Sedi Episcopali. **156** *ad* 3. **347.**

Sedem sibi erigere extra Chorum, ubicumque voluerit, licet Archiepiscopo; et convenit, ut Canonici suum Praelatum sequantur atque ei debita fiat assistentia iuxta Caeremoniale. **214** *ad* 2.

Sedem seu sellam in Processionibus post se deferendi, in qua sedeat, dum Processio consistit, immemorabilis consuetudo Archiepiscopi Granatensis servanda est. **252.**

Sedes cum postergali Canonicis celebrantibus non licet; sed iidem sedere debent cum Ministris in aliquo scamno oblongo. **320. 743. 2135** *ad* 3. **2621** *ad* 6. **3104** *Dub.* IV. **3804** *Dub.* XI.

Sede sua propria et convenienti, quae locata sit et esse debeat in cornu Evangelii in plano Presbyterii cum duobus tantum gradibus parvis, et sine ullo suppedaneo, suggestu lapideo vel ligneo, ac sine baldachino desuper, sed cum postergali tantum ex aliquo panno vel serico levi, sine auro, coloris convenientis solemnitati quae celebratur, Abbas Monasterii S. Severini Ordinis S. Benedicti et ceteri omnes similes Abbates eiusdem vel alterius Ordinis in Civitate et Dioecesi Neapolitana et ubique, quando solemniter in propriis eorum Ecclesiis celebrant, contenti sint et esse debeant. **348.**

In Sede eminentiori cum Dignitatibus et Canonicis sedere nequit Vicarius deputatus ad curam animarum in Cathedrali Monopolitana, neque ire ad circulos. **395.**

Sedes prima paratis tantum Hebdomadariis concedenda est. **418.**

Sede seu throno in loco superiori et eminentiori, cum gradibus et baldachino, ad instar Sedis episcopalis, iuxta chorum in Ecclesia maiori Dominus loci uti nequit. **494. 658. 680. 694. 1593.**

Sedes pro Commissario Calvi parari debet extra Presbyterium iuxta dispositionem Caeremonialis lib. I cap. 13 in fine. **531.**

Sedes stabilis pro Barone non permittitur. **558. 766.** Vide **Baro. Dominus loci.**

In Sedibus et scamnis ius Laicis non acquiritur, quominus Episcopo liceat ex causa super his disponere. **816.**

Sedem particularem habere extra Ecclesiam Archipresbyteralem non licet Archipresbytero; sed in aliis ecclesiis debet esse contentus Sede aequali una cum Canonicis, in loco tamen digniori, ornato etiam tapete et pulvinari pro genuflexione. **888** *ad* 1.

Sedem prope Altare habere pro commodiori audientia concionatoris Archipresbytero non licet, sed in alio loco opportuno et decenti. **888** *ad* 7.

In Sede portatili degenti Episcopo non licet deferre SSm̃um Sacramentum in Processione Corporis Christi. **943.**

Sedem intra Presbyterium retinere nequit Gubernator absque speciali licentia S. Sedis. **959. 960.**

Sedem cum subpedali non adhibeant Regulares solemniter celebrantes, sed bancum iuxta Caeremoniale. **977.**

In Sede sua Parocho celebranti apponi debet pulvinus pro sessione; et ipse habere potest ante se Lectorile vel aliquem, qui teneat librum ad Capitulum et Orationes. **1643** *ad* 5.

Sedem ceteris eminentiorem, cum panno viridi a parte humerali, in cornu Epistolae, prope Sedem Episcopalem in Ecclesia maiori et parochiali habere Abbati mitrato non licet. **1351. 1776.**

In Sede cum postergali sedere, ac pulvinar et pannum coloris violacei sibi sternere possunt in qualibet parte Ecclesiae Cathedralis Episcopi Suffraganei in functionibus solemnibus aut pro audiendis concionibus. **1747.**

Sedes ex corio Archidiaconi Aprutin., primae et unicae Dignitatis, assistentis Episcopo pontificaliter celebranti, sita in pavimento Ecclesiae prope Thronum episcopale ad istius partem dexteram, potest ab Episcopo mutari, et alterari in parvum scamnum, ampliata planitie Throni a parte dextera. **1948.** Vide **1914** *ad* 2. **1923** *ad* 2.

Sedes Episcopi debet esse altior sedilibus Canonicorum; ad eam autem ascendatur per tres gradus. **2049** *ad* 25.

Sedem fixam et permanentem cum tribus gradibus, non simplici serico panno, sed pretioso, ornatam seu coopertam, Abbates in suis Ecclesiis habere nequeunt. **2183.**

Sedem seu locum retro Altare habere non possunt in festo et octava Corporis Christi Confratres SSm̃i Sacramenti. **2220** *ad* 7.

Subtus Sedem, in qua sacris concionibus in Ecclesia Cathedrali assistere solet, Episcopo licet retinere unum gradum cum suppedaneo. **2231** *ad* 8.

Sedes cum brachiis et subselliis, praesente vel absente Episcopo, Dignitatibus et Canonicis intra et extra Cathedralem in privatis functionibus ecclesiasticis adhibere non licet; qui uti debent scabellis vel scamnis. **2289** *ad* 3 *et* 4.

Quod Sede propria, qua desuper dependeat umbraculum seu baldachinum, Episco-

pus utatur, dum Divinis assistit vel ea per se ipsum peragit, SSmo Sacramento super Altari palam exposito, ex vi aut lege Caeremonialis Episcoporum non prohibetur; dummodo genuflexiones tunc praescriptas debitasque reverentias ad amussim observet, atque saltem aperto capite, in signum reverentiae, assistat. **2367.**

Supra Sedem suam Episcopalem habere debet Episcopus pontificaliter celebrans baldachinum; et haec Sedes locanda est e regione Altaris, vel in cornu Evangelii iuxta Caeremoniale. **2471** *ad* 5.

Sedilia Chori quomodo disponenda sint pro Canonicis paratis et pro Vicario Generali, dum Episcopus sedet in Cathedra sita a latere Evangelii, declaratur. **1848.**

Ut Sedes laicorum a presbyterio amoveantur, Episcopus potest imperare. **96** *ad* 6.

Sedes et scamna laicorum Episcopus pro arbitrio suo potest moderari in Ecclesia. **174** *ad* 3.

Sedilia habere potest Magistratus, modo sita sint extra Presbyterium. **2007.**

Ad Sedem Episcopalem assistentes Canonici Episcopo Officium privatim recitare nequeunt. **1787** *ad* 1. Vide **3201** *ad* 9.

Sedes in Presbyterio parari nequeunt Praepositis fabricae Ecclesiae; et si qui easdem habeant intra Presbyterium, Ordinarius curet pro sua prudentia ut locentur extra Presbyterium. **3264** *ad* 1.

Non Sede camerali vel simpliciter lignea ex corio cooperta, sed scabello uti debet Presbyter assistens Episcopo in solio; nec toleranda est immemorabilis consuetudo contraria. **2621** *ad* 2 *et* 3. *Vide Suffragium in IV. volumine pag.* **225.**

Vide **Thronus. Stallum. Scabellum. Scamnum.**

Sedes vacans Episcopalis.

Sede Ediscopali vacante, Vicarius Capitularis in Choro, sessionibus ceterisque ecclesiasticis functionibus, digniorem locum relinquere debet primae Dignitati Capitulum repraesentanti. **1702.**

Sede vacante vel absente Episcopo, Canonicis Ecclesiae Cathedralis Turritanae non licet tempore divinorum Officiorum sedere in quadam Sede exsistente in antiqua Ecclesia extra civitatem Turritanam, ad quam duobus gradibus ascenditur. **2135** *ad* 2.

Sede vacante, functiones ecclesiasticae spectant ad primam et successive ad alias Dignitates in casu, etiamsi non sint Canonici. **2219** *ad* 7.

Sede vacante Episcopali, Sanctitas Sua benigne concessit, ut, si nullus Episcopus Salmanticae vel in viciniis commoretur, Vicarius Capitularis ad benedictionem Ecclesiae pollutae possit procedere, dummodo utatur aqua a viciniore Episcopo benedicta: Episcopo vero causa aegritudinis vel absentiae a sua Dioecesi impedito, nulloque alio Episcopo occurrente vel accedente et Vicario Generali sacerdotali charactere non insignito, prima Dignitas eiusdem Capituli, habita prius ab Episcopo licentia in scriptis et cum aqua pariter ab eodem Episcopo benedicta, in casu necessitatis, eamdem benedictionem possit peragere. **2463.**

Sede vacante Episcopali, in Sacello Episcopali quilibet Sacerdos Missam celebrare potest. **3021** *ad* 1; etiam casu, quo hoc Sacellum assignatum est pro excipiendis ad scholas accedentibus. *Ibidem ad* 2.

Sede vacante, in Ordinatione inhibitio legenda est nomine Vicarii Capitularis hisce verbis: *Rmus Dominus N. N. huius Dioeceseos, Sede vacante, Vicarius Capitularis deputatus sub excommunicationis poena praecipit etc.* **3593** *Dub.* I.

Sede vacante, Capitulum nequit propria auctoritate novum aliquem ritum inducere. **819** *ad* 2.

Sede vacante, preces pro eligendo Episcopo diebus festivis non sunt intermittendae, etiamsi Ecclesiae datus sit Administrator. **2274** *ad* 10; et pro eligendo Episcopo Collecta continuari debet usque ad diem electionis, qui est dies Consistorii secreti. **2672** *ad* 3.

Semiduplex.

In Semiduplicibus, quando contingit plures cantari Missas Conventuales, permitti potest ex speciali gratia, ut Commemoratio pro defunctis in Missa Conventuali fiat. **862** *ad* 4.

In Semiduplici Officio occurrente in Vigilia festi OO. Sanctorum dici debent Suffragia ad Laudes et Oratio *A cunctis* in Missa. **2205** *ad* 1.

Semiduplici festo occurrente in Vigilia alicuius Apostoli, in Missis tertia Oratio dicenda est *A cunctis.* **2326** *ad* 5.

Semiduplici cuicumque in concursu cedunt dies infra quamcumque octavam, qui tamquam secundarii habendi sunt. **3886.** *ad* 1.

Semiduplicia et duplicia excluduntur a translatione. **3581** *Decret. gener.*

In Semiduplicis festi secundarii vel officii votivi Immaculatae Conceptionis concurrentia cum Dominica sequenti Vesperae dividuntur a Capitulo. **3867** *ad* 1. **3871.**

Semiduplicia, quae transferuntur ob per-

petuum impedimentum, transferri possunt in dies infra Octavas non privilegiatas, in quibus fieri deberet de Octava, tamquam in dies proprios et fixos. **2378** *ad* 3.

Vide **Festum. Officia. Concurrentia. Occurrentia.**

Semiduplex ad libitum ; vide **Officium ad libitum.**

Seminarium.

Seminario competit praecedentia supra Clericos in minoribus constitutos et adventitios in eadem Ecclesia non praebendatos, in Processionibus aliisque similibus actibus. **377. 2570. 2679** *ad* 1. **3200.**

In Seminario Romano commorans Clericus exterus recitare potest Officium secundum Ordinem Romanum. **61.**

Seminarii Clericis non licet habitare die noctuque et etiam dormire in domibus aedificatis super Cappellis dexterae navis Ecclesiae Cathedralis, in quibus quotidie celebratur. **756.**

Pro Seminario erigendo ab Episcopo deputatus Canonicus nulla gaudet praecedentia; sed debet sedere et incedere in loco suae solitae receptionis. **885.**

Seminarium thurificandum est immediate post Beneficiatos, tamquam de Clero. **1165.**

Seminario et reliquis de Clero Cathedralis Ecclesiae, sine paramentis procedentibus, assignetur ab Episcopo in Processionibus locus ante omnes qui sacris paramentis induti sunt. **1188.**

Seminarii alumnorum et Clericorum assistentium Celebranti numerus idem esse debet, si celebret quaelibet Dignitas vel Canonicus. **2068** *ad* 3.

Seminarii locus in Processionibus debet esse immediate post Crucem, iuxta Caeremoniale lib. II. cap. 33. § 5. **2126. 2641** *ad* 2. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **268.**

Seminario in Processionibus debetur praecedentia super Capitulum et Canonicos Collegiatae, quando Canonici incedunt sub diversa Cruce. **2233** *ad* 1; sed quando isti incedunt sub Cruce Cathedralis, praecedentiam habent super Seminarium. *Ibidem ad* 2.

Seminarii Professores non efformant unum idemque corpus cum Clericis Seminarii in publicis Processionibus. **2679** *ad* 2; et hi Professores ius non habent in Processionibus incedendi post Seminarium immediate ante Capitulum Collegiatae, sed incedere debent cum aliis Presbyteris Civitatis et adventitiis. *Ibidem ad* 3.

In Seminariorum Oratoriis festum Titularis celebrari nequit sub ritu duplici I classis cum Octava et *Credo*. **2682** *ad* 32; nisi in casu quo aliquod ex iis consecratum vel benedictum solemniter fuerit. **4025** *ad* V. *Decr. gener.*

Seminarii Episcopalis Alumni cum cotta assistentes Choro, thurificandi sunt per modum unius. **2791** *ad* 4.

Seminaristae in maioribus constituti Ordinibus necnon Professores tenentur ad Octavam Titularis Ecclesiae Seminario adnexae. **2939** *ad* 3; et debent de eodem facere commemorationem in Suffragiis per annum. *Ibidem ad* 5. **3400** *Dub.* IV. Vide **3279.**

Seminarii Alumni sacris Ordinibus initiati tenentur in divinis Laudibus persolvendis ad Calendarium sequendum Ecclesiae Seminario adnexae. **2980** *ad* 1; idem Calendarium sequi debent Professores in Seminario ipso degentes seu commorantes, quamvis plerumque in aliis Ecclesiis Missam celebrent, sacris functionibus assistant, sacramentales fidelium confessiones excipiant. *Ibidem ad* 2.

A Seminarii Missionum ad Exteros Alumnis apponi debet inter Suffragia Sanctorum Commemoratio S. Ioseph iuxta formam Brevis Apostolici; Commemoratio vero S. Francisci Xaverii in casu sumenda est prout infra Octavam eiusdem Sancti. **3314.**

A Seminarii, cui nulla Ecclesia publica est adnexa, Directoribus, a Cappellanis Xenodochii et Monialium nec non a Sacerdotibus vel Clericis in sacris in maiori Seminario coadunatis tempore recessus ecclesiastici, facienda est praeter Suffragia communia etiam Commemoratio Patroni Dioeceseos vel loci. **3401** *Dub.* II. *qu.* 1.

Seminarii Alumni in functionibus ecclesiasticis possunt deferre biretum, etiamsi Canonici idem non deferant. **3746** *ad* 2.

In Seminarii interiori Oratorio privato ad Orationem *A cunctis* in Missa exprimendum est nomen Sancti Titularis Ecclesiae eiusdem Seminarii. **3804** *ad* 8.

In Seminarii Cappella seu Ecclesia, publico cultui destinata cum porta principali in via publica et sub titulo S. Vincentii Mart. consecrata, celebrari debet festum huius Sancti sub ritu duplici I classis cum octava et *Credo* in Missa; et inter Suffragia fieri debet de eo commemoratio. **3279** *ad* 1; et Professores et Seminaristae in Sacris constituti tenentur ad Officium huius Sancti. *Ibidem ad* 2.

In Seminariorum, Episcoporum, Collegiorum, piarum Communitatum, Hospitalium et Carcerum Cappellis Missa respondere debet Calendario loci, dummodo aga-

tur de Cappella principali (quae instar Oratorii publici ad effectum memorati Decreti habenda est). **3910.**

Seminarii Oratorii principalis Dedicationis (et Titularis) Officium celebrandum est; dummodo Oratorium reapse fuerit consecratum, et non simpliciter benedictum. **3471.** Sed quoad Titularem, vide **4025** *ad* I. *Decr. gener.*

Seminis benedictio non est de iuribus mere parochialibus. **2123** *ad* 6.

Seniores.

Seniori obedire debet Pro-Vicarius Canonicus deputatus, si intersit Choro tamquam Canonicus, quando ab illo iubetur ut hic aliquam ex Lectionibus cantet. **401.**

Cum Seniori Canonico Dignitates incedere tenentur in Processionibus, quibus pari et uniformi habitu indutae intersunt, quotiescumque Canonicorum numerus dispar fuerit. **975. 1004. 1668. 2072.**

Senior Capituli non est semper dignior ex Canonicis. **2655** *ad* 2. **2936.**

Seniori Canonico competit officium Presbyteri assistentis, ubi viget consuetudo quod dignitates nullam praestent assistentiam Episcopo, sine distinctione praebendarum, quando idem cum cappa tantum assistit. **2056.**

E Senioribus seu dignioribus Canonicus quartam Antiphonam in Vesperis ab Episcopo solemniter cantatis intonare debet. **724. 867. 3422** *ad* 2.

Seniores Canonici ordinis diaconalis vel subdiaconalis praeferendi sunt Poenitentiario et Curato (qui in ipsa admissione Canonicatus Presbyteris adnumerati fuerunt) si quando aliis advenientibus Canonicis transeant ad ordinem Presbyterorum; dummodo tamen, data alias optandi Presbyteratum opportunitate, optare non neglexerint, ne Sacerdotium suscipere cogerentur. **1215.**

Seniores Canonici non Sacerdotes, ubi Praebendae non sunt distinctae, non praeferuntur Presbyteris possessione posterioribus. **1136. 1438.**

Seniores Canonici prope sedem Praepositi gradatim assidere debent iuxta consuetudinem. **81.**

Non a Seniore Presbytero Canonico (Dignitate ultima, ubi plures sunt, deficiente) celebratio Missarum et divinorum Officiorum peragenda est; verum suppleri debet ab altera ex iisdem Dignitatibus. **2332** *ad* 4.

Septem Dolorum B. M. V. festum; vide **Dolorum Septem B. M. V.** festum.

Septem Fratrum Mart.

Ex Septem Fratribus, de quibus in Martyrologio Romano sexto Idus Iulii, unius S. Alexandri Martyris Officium seiungi potest; quia in casu agitur de festo I vel II classis. **3037.**

Si ex Septem Fratribus unius Officium celebrandum sit sub ritu inferiori duplici I vel II classis, non est separandum festum Ss. dictorum Fratrum; sed de omnibus Officium coniunctim peragendum est sub ritu convenienti uni ex Septem Fratribus, cuius peculiaris festivitas peragitur: translato, iuxta Rubricas, festo Ss. Rufinae et Secundae. **3037** *in fine.*

Sepulcrum Altaris.

Sepulcri operculum in Altaribus confici potest ex quocumque lapide, dummodo sit vere lapis naturalis; nec necessario esse debet marmoreum. **3567** *ad* 1.

Quando Sepulcri lapis in Altari firmus non invenitur, et certo amotus non fuit, non est censendus profanatus; Episcopus vero per se ipsum firmet eumdem, nisi obtineatur Apostolica facultas subdelegandi. **3575** *ad* 10; sed si dubitatur num lapis amotus fuerit, Altare denuo consecretur forma consueta: vel etiam breviori, postquam haec a S. Sede impetrata fuerit. *Ibidem ad* 11.

Si Sepulcra Altarium fixorum aperta et post repertas Reliquias iterum clausa sunt, haec Altaria pro exsecratis haberi debent. **3162** *ad* V.

Si Sepulcrum Reliquiarum maxime afficiat scissura Altaris fixi (cuius mensa lapidea scissa est in duas partes fere aequales) hoc Altare exsecratum haberi debet. **3497** *ad* 1.

Si Sepulcri Reliquiarum sola violatione fuerint polluta Altaria fixa; ex urgenti causa, S. R. C., Sanctissimo approbante, indulsit ut reconciliari possent sola repositione Reliquiarum. **1955**; et hoc Decretum eadem S. C. respondit dandum esse pariter pro alio casu, in quo destructis Altarium basibus intactae remanebant mensae cum Reliquiarum sepulcris. *Ibidem.*

Si Sepulcrum Altaris portatilis vel eius operculum fractum sit, aut solummodo hoc amotum fuerit, Altare est denuo consecrandum; non autem, si fractum sit solum sigillum. **2991** *ad* 1.

Licet Sepulcrum non fuerit violatum, Altaria portatilia, quae habent lapidem cum tenui scissura ad instar fili, exsecrata censenda sunt. **3162** *ad* 3.

Supra Sepulcra Sanctorum Protectorum in crypta subterranea Basilicae Ambrosianae

Mediolanensis collocatis Altarium mensis apponendum est Altare portatile. **3330.**

Si Sepulcra Reliquiarum Altarium portatilium non fuerunt aperta, sed tantummodo caemento firmata, haec Altaria non sunt exsecrata. **3379.**

Si Sepulcri lapis Altaris portatilis habet aliquas scissuras, quae tamen sic inter se adhaerent, ut nullimode dubitari possit de Reliquiarum authenticitate, Altare amisisse censetur suam consecrationem. **3497** *ad* 2.

Si Sepulcrum Reliquiarum Altaris portatilis non fuit apertum, sed rimula quaedam cernitur inter sepulcrum ipsum et eiusdem operculum, hoc altare non est exsecratum; Episcopus vero cum maltha benedicta operculum firmet. **3504** *ad* 2.

Si Sepulcrum Altarium portatilium non parvo lapide est obtectum et calce sigillatum, sed quadam subtili lamina confecta ex vulgo *ottone* aut *latta,* et calce sigillata vel ad quatuor angulares extremitates stamno firmata, haec Altaria tolerari nequeunt. **3532.** *ad* 1.

Si Sepulcrum gypso clausum fuerit, caementum in consecratione Altarium portatilium adhibendum parari debet iuxta dispositionem Pontificalis Romani. **3567** *ad* 2.

Pro Sepulcri firmando lapide caementum in consecratione Altaris portatilis benedicendum est ritu pro Altaris fixi consecratione praescripto. **3726** *ad* 1; et ipse Episcopus idem sepulcrum caemento linire et lapide claudere debet, si agatur de unico Altari portatili consecrando; si vero agatur de pluribus Aris portatilibus consecrandis, satis est ut Episcopus liniat caemento labium Sepulcri unius Arae: et dum ipse prosequitur in sacrarum Reliquiarum repositione, assistentes Sacerdotes lituram et cuiusque Sepulcri clausuram peragant. *Ibidem ad* 2.

Si Sepulcrum non in medio lapidum Altarium portatilium, sed in eorum fronte effossum fuit, tales lapides in posterum non sunt admittendi; quoad praeteritum vero, cum commode fieri possit, iterum Altaria breviori formula consecrentur. **4032** *ad* 3.

Pro Sepulcris Reliquiarum claudendis in consecratione Altaris nequit adhiberi caementum loco lapidis seu operculi. **3585** *ad* 1; et ex singulis Altaribus caementum extrahi et lapides substitui debent in casu. *Ibidem ad* 2; et integra consecratio repeti; pro qua S. R. C. indulget usum brevioris ritus. *Videatur hic ritus. Ibidem ad* 3.

Sepulcrum Defunctorum.

In Sepulcro proprio vel electo corpora defunctorum sine Curati praesentia humi tradi possunt, si Curatus requisitus interesse recuset vel petitam licentiam deneget. **523.**

Super Sepulcrum Canonici defuncti, qui habuit Mitrae usus, ad tholum suspendi nequit Mitra. **1728** *ad* 13.

Super Sepulcra Responsoria pro defunctis a Sacerdote privatim celebrante cum planeta seu casula recitari nequeunt. **1736** *ad* 2.

Ad Sepulcra in Processionibus, quae intra Ecclesiam cum SSmo Sacramento fieri assolent, licet erigere Altare portatile, ut in eo reponi tantisper valeat SS. Sacramentum, dum aliqua stropha vel Oratio canitur; sed cavendum ne Altare portatile Sepulcro cuidam immineat. **2951** *ad* 6.

Sepulcri privilegium conceditur Archiconfraternitati S. Ioseph, erectae in Ecclesia Ordinum Minorum Suburbii Civitatis Notabilis Meliten.; quando in eius Ecclesia facta est electio sepulturae a decedentibus Sodalibus. **3018** *ad* 1.

In Sepulcris, quae non distant ab Altari iuxta praescriptiones canonicas, corpora defunctorum iam condita removeantur, si id commode fieri poterit; posthac vero in iisdem neutiquam cadavera sepeliantur. **3339.**

Sepulcrum in Caemeterio rite benedicto quod novum foditur, non est benedicendum; nam benedictionis praescriptio respicit tantum cryptam vel sepulcrum lapideum in Caemeterio vel Ecclesia aedificatum. **3400** *Dub.* V *qu.* 1 *et* 2.

Sepulcrum in Caemeterio iam antea benedicto benedici debet, quoties agitur de Sepulcro ex nova materia confecto. **3524** *Dub.* I. *qu.* 1; et quoad benedictionem Sepulcri parvulorum satis est servare quae a Rituali Romano praescribuntur. *Ibidem qu.* 2.

In Sepulcro maiorum tumulanda sunt cadavera parvulorum, vel ubi parentes elegerunt ipsis sepulturam. **717**; item in quacumque Regularium Ecclesia ad parentum beneplacitum; sed Regulares curent haberi coemeterium separatum pro sepulturis parvulorum. **383.**

In Sepulcreti sacellis, et in Ecclesiis atque Oratoriis tam publicis quam privatis, quando Missae de Requie celebrari possint, declarat Decretum generale. **3903.**

Vide **Cadavera. Exequiae. Funus. Sepultura.**

S. Sepulcri D. N. I. C. Festum.

S. Sepulcri D. N. I. C. festum, quod celebratur Dominica II post Pascha, si occurrat cum festo altioris ritus, non erit transferendum ad aliam Dominicam, sed prorsus omittendum. **2417** *ad* 4.

Sepulcrum in Hebdomada sancta.

Sepulcrum in maiori Hebdomada erigi nequit in Sodalitatum laicorum Oratoriis, quibus animarum cura non est adnexa, nec hospitalitatis ius exercetur. **895.**

In Sepulcro Feria V in Coena Domini SSmum Sacramentum asservari nequit in Ecclesiis, in quibus non asservatur idem SS. Sacramentum. **1120.**

Ad Sepulcri ornatum Feria V et VI maioris Hebdomadae vetitum est adhibere quaecumque indumenta nigri coloris, tum intra tum extra locum ipsius Sepulcri. **1223.**

Sepulcrum seu *Monumentum* nequeunt instruere Confraternitates Feria V Maioris Hebdomadae in Cappella intra Ecclesiam, nec in eo asservare SSmum Sacramentum pro sequenti die. **1887** *ad* 2. **1989** *ad* 4. **2099** *ad* 2.

In Sepulcri Altari Feria V in Coena Domini apponi non licet velum album, quod e magna Cruce descendens cooperiat Eucharistiam. **2734** *ad* 1.

In Sepulcri Sacello, ubi asservatur SS. Sacramentum pro Feria VI in Parasceve, Reliquiam S. Crucis exponere post Missam Praesanctificatorum, eamque expositam retinere usque ad Missam Sabbati Sancti, non licet. **2740** *ad* 5.

Sepulcrum nominari potest iuxta consuetudinem Sacellum, in quo asservatur SS. Sacramentum Feria V in Coena Domini. **2873** *ad* 2; at cantari nequit: *Sepulto Domino etc. Ibidem ad* 3.

In Sepulcri Sacello, in quo Feria V in Coena Domini reponi debet Hostia consecrata, Repraesentationes aliquarum scenarum Passionis Domini tolerari nequeunt; et Episcopus curet, ut Religiosi hunc usum eliminent, etiam auctoritate S. R. C. **3178.**

Ante Sepulcrum seu Sacellum, ubi Feria V in Coena Domini asservatur SSmum Sacramentum, nec a laicis nec a Sacerdotibus perfici debet Mandatum: et si Ecclesia tantae magnitudinis non sit ut locus ab eodem Sacello remotus haberi possit, extra Ecclesiam perficiatur. **3317** *Dub.* II.

In Sepulcro Feria V in Coena Domini Hostia consecrata pro Missa Praesanctificatorum exponi nequit in quadam capsula, quae non ex omni parte clausa est, sed ostiolum crystallo munitum habet, ita ut Calix velo coopertus videri possit; et huiusmodi consuetudo eliminanda est. **3660** *ad* 1.

Ut ad Sepulcrum seu Sacellum deferenda altera Hostia haberi possit, Feria V in Coena Domini Missam canere non licet; si die sequenti Missa Praesanctificatorum non celebretur. **3842** *ad* 1.

Ut Sepulcri vice, fideles ad SS. Eucharistiam adorandam accedere valeant, potest servari sacra Pyxis in suo Altari usque ad solis occasum; si Feria V in Coena Domini nulla habeatur functio. **3842** *ad* 3.

In Sepulcri Altari, in quo Feria V et VI maioris Hebdomadae publicae adorationi exponitur et asservatur SSmum Sacramentum, repraesentatur tam sepultura Domini, quam institutio Augustissimi Sacramenti. **3939** *ad* 1; ad praedictum Altare exornandum non licet adhibere statuas aut picturas, nempe B. M. V., S. Ioannis Evangelistae, S. M. Magdalenae et militum custodum; poterunt tamen Episcopi, ubi antiqua consuetudo vigeat, huiusmodi repraesentationes tolerare; caveant autem ne novae consuetudines hac in re introducantur. *Ibidem ad* 2. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **419.**

In Sepulcro seu urnula reponi nequit pyxis cum particulis consecratis pro infirmis, si opus fuerit, Sancto Viatico reficiendis, simul cum Hostia consecrata, quae reservatur pro Missa Praesanctificatorum. **4049** *ad* 4.

Sepulcrum fiat in Ecclesiis non parochialibus, ubi iuxta Memoriale rituum functiones peraguntur; expetita facultate pro eiusdem usu, si sacrorum ministrorum et clericocorum defectus exsistit; et omitti potest functio Sabbati Sancti, non tamen illa Feriae Sextae in Parasceve. **4049** *ad* 1.

Sepultura.

Sepulturam construendi pro Episcopo in medio Chori licentia conceditur; dummodo sepulcrum non emineat supra Chori planitiem, neque immineat Altari constructo vel construendo. **433.**

Sepulturae reservatio valet pro quodam Alicornio et successoribus in Ecclesia per ipsum aedificata, reservata tamen quarta funerali debita parochiali Ecclesiae. **500;** et Sepulturae in hac Ecclesia tradi possunt corpora defunctorum (si Curatus requisitus interesse recuset, vel petitam licentiam deneget) sine ipsius interventu et licentia. **523.**

Sepulturam propriam si habeat maritus in Ecclesia alienae Parochiae, in ipsa tumulanda est uxor; sin minus, in parochia, intra cuius limites decessit. **601.**

Sepultura quando eligitur alibi, Parochi non aliud possunt praetendere quam ius funerale. **649.**

In Sepultura propria tumulari potest parvulus, si illius parentes eam habeant. **717.**

Super Sepultura nullum ius competit Ecclesiae, cui Clericus defunctus in susceptione primae tonsurae fuerat adscriptus. **891.**

In Sepultura cadaveris vel in anniversario pro Sacerdote defuncto, prima vel se-

cunda Missa pro Defunctis dici potest, dummodo pro eo Oratio; *Deus qui inter Apostolicos etc.* omnino adhibeatur. **2417** *ad* 8.

Sepultura, si in diebus S. Marci et Rogationum et in Vigilia Pentecostes occurrat neque anticipari vel differri possit, in Parochia, in qua praeter Parochum nullus est alius Sacerdos, facienda est sine Missa defunctorum. **3208.**

Antequam Sepulturae tradantur corpora defunctorum, mos ea non deferendi ad Ecclesiam, sed statim a propriis domibus ad caemeterium, non probatur; atque Episcopus curet ut inductus abusus evellatur. **3291.**

Super Sepulturam Absolutio pro Defunctis vel Responsorium quotidie cantari potest; exceptis tamen duplicibus I classis, in quibus Absolutio et Responsorium neque locum habere poterunt private post absolutas vespere Horas canonicas. Quod si in diebus permissis de mane fiant, nunquam fiant post Missam de die, nisi omnino independenter ab eadem. **3780** *Dub.* VIII.

Quod in Sepulturae mandandis Clericis vel pueris Parochus loco praecedendi sequatur feretrum, reprobatur. **3804** *Dub.* X.

Sepulturam nequit benedicere Diaconus de licentia Parochi, vel loco Parochi associare cum pluviali cadavera. **2951** *ad* 10.

Vide **Cadavera. Exequiae. Funus.**

Sequentia.

Sequentia Missae septem Dolorum B.M.V. dicenda est in eius solemnitate; in Missis autem votivis est omittenda. **1490** *ad* 2.

Sequentia in Missa de SS. Nomine Iesu omittenda est. **2323** *ad* 2. **2327** *ad* 2.

Sequentia in Missa solemni tam de Festo quam de Requie a solo Celebrante recitari debet; non alternatim a Celebrante cum sacris Ministris. **2956** *ad* 7.

Sequentia: Dies irae in Missa de Requie cum cantu praetermitti nequit: quia omnia quae precationem Suffragii respiciunt, cantari debent. **2959** *ad* 2; et verba *precatio Suffragii* includunt etiam Sequentiam *Dies irae.* **3051** *ad* 1.

Sequentia in Missa cantata vel solemni, quae cum Organi sonitu celebratur, semper est canenda. **3365** *Dub.* VII; et omitti nequit, etiamsi cantor unicus adsit. **3624** *Dub.* XI.

Circa Sequentiam: Dies irae in Missis Defunctorum, vide *Decretum generale.* **3920** *ad* IV.

Sequentia: Dies irae in Missis de Requie semper dicenda est, quandocumque hae fiant in cantu; atque etiam in Missis lectis, quae sunt de diebus privilegiatis, hoc est diebus obitus, III, VII, XXX et anniversario; in reliquis autem, ab libitum. **3956.**

In Sequentia: Dies irae ad stropham: *Rex tremendae maiestatis* legendum est: *qui salvandos salvas gratis.* **3054** *ad* I. d.

Sermo.

Sermonem in laudem Defuncti habens Sacerdos stolam super veste talari induere nequit. **2888** *ad* 1; et dispositio Caeremonialis quoad Sermonem in laudem defuncti tam in Cathedralibus quam in omnibus aliis Ecclesiis servanda est. *Ibidem ad* 2.

Sermones, vulgo *Fervorini* nuncupati, in Missa post sumptionem haberi possunt, dum vel ad sacram Synaxim prima vice adolescentes admittuntur, vel alia quacumque ex causa. **3009** *ad* 4.

Sermonem solemnem coram Episcopo et Canonicis in Vesperis habens Sermocinator potest induere in casu habitum Canonicalem. **3059** *ad* XXVIII.

Sermones de SSm̃a Eucharistia fieri possunt ante Missam et semel tantum ante Communionem fidelium ab Altari, et de consensu Ordinarii, **3059** *ad* X. **3529.**

Sermonem seu praedicationem Verbi Dei post Evangelium, quando expositum est SSm̃um Sacramentum et coram eo celebratur Missa, faciendi consuetudo tolerari potest: apposito tamen velamine ante SSm̃um Sacramentum, dum habetur concio. **3728** *ad* 2.

Sermo vulgo *Fervorino* ante Benedictionem cum SSm̃o Sacramento haberi potest. **3599** *ad* 2.

Vide **Concio.**

Servi Dei.

De Servorum Dei vita, rebus gestis ac miraculis libri imprimi non possunt, inconsulta Sacr. Rit. Congregatione. **2617** *Decret gener.*

In Servorum Dei proponendis causis, qui cultu immemorabili fruuntur, methodus praescribitur. **2651.** *Decr. gener.*

Servorum Dei causas respicientia Decreta generalia eduntur. **3233.**

In Servorum Dei ac Beatorum causis Dignitates vel Canonici, Beneficiati aliique Chorales omnes, qui sive conficiendis Processibus tum Ordinariis tum Apostolicis operam navant, sive uti testes vocati sunt, habeantur tamquam praesentes in Choro, mutato Officio; et ideo omnia emolumenta percipiant, etiam eventualia. **3812.** Vide **2581.** *Vide Suffragium in IV volumine*

pag. **166.** Hoc autem Indultum locum habet iis tantum diebus, quibus illi conficiendis et adornandis Inquisitionibus actu incumbunt. **2754.**

Servorum Dei sive virorum sive mulierum Imagines, qui cum fama sanctitatis decesserunt, sed nondum Beatificationis aut Canonizationis honores consecuti sunt, neque Altaribus utcumque imponi possunt, neque extra Altaria depingi cum aureolis, radiis aliisque sanctitatis signis; possunt tamen eorum Imagines vel gesta ac facta in parietibus Ecclesiae, seu in vitris coloratis exhiberi; dummodo imagines ipsae neque aliquod cultus vel sanctitatis indicium praeseferant, neque quidquid profani aut ab Ecclesiae consuetudine alieni. **3835.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **401.**

Sessio.

Sedere possunt Diaconus et Subdiaconus una cum Celebrante, dum cantatur a Choro *Kyrie eleison*, *Gloria* et *Credo;* et si dabitur tempus, licebit eis etiam sedere dum cantatur Epistola a Subdiacono et Graduale a Cantoribus. **9** *ad* 6. **290.**

In sedendo tam Assistentes, quam Diaconus et Subdiaconus, pro loci situ et commoditate ita se gerant, ut se inferiores ministros Episcopi, non pares et aequales ostendant. **9** *ad* 15.

Sedere et stare nequit Canonicus Auditor, qui etiam Iudex et Examinator Synodalis est, super alios Canonicos in sessionibus et congregationibus, sed in loco suae promotionis. **178.**

Tam in sedendo quam in incedendo, semper et ubicumque, in Processionibus et in omni loco et actione, ubi simul convenire et incedere contigerit Vicarium in spiritualibus et gubernatorem Civitatis Ravennaten., tam praesente quam absente Archiepiscopo, praecedentia danda est Vicario iuxta stylum et dictae Civitatis antiquam et laudabilem consuetudinem. **227.**

In sedendo servare possunt Canonici arbitrio Episcopi usum introductum in Cathedrali Alexandrina, quo in festis pontificalibus Canonici omnes parati sedent non in sedibus Chori, sed in duobus banchis oblongis, quae ponuntur ab utroque latere Altaris: vel possunt sedere in Sedibus Chori, prout melius et decentius Episcopo videbitur. **248** *ad* 10.

Ut sedeant digniores Canonici in Sedibus quae sunt propinquiores et viciniores Sedi episcopali, convenientius est. **248** *ad* 12.

Sedere debent omnes Assistentes Episcopo in eodem plano, si locus sit capax. **560.**

Sedere debent Canonici et reliqui de Choro, dum a Celebrante legitur *Communio.* **2951** *ad* 4.

Sedere potest Celebrans in Missa cantata sine Ministris sacris in scamno ad *Gloria, Credo* et Sequentiae cantum; dummodo scamnum sit diversimode ornatum, seu cum remissiori apparatu, ab illo qui Canonicis exhibetur. **3026.**

Sedendi praxis in Choro retineri potest, dum in fine Psalmorum dicitur *Gloria Patri.* **3113** *Dub.* II; etiamsi coram exposito SSm̃o Sacramento persolvantur. *Ibidem. Dub.* III.

Sedere possunt Clerus et populus, dum SS. Sacramentum expositum est; secluso tamen scandalo et irreverentia. **3408** *ad* 3. **3442** *ad* 3.

Sedere in throno cum rochetto et mozzetta, vel cum cappa et pluviali, nullatenus licet Episcopo, si adhibeat simplices Clericos superpelliceo indutos loco sacrorum Ministrorum assistentium. Verumtamen S. R. C. attentis circumstantiis in casu concessit, ut Episcopus assistere posset Missae solemni et Vesperis in primo stallo in Choro supra alios. **3540.**

Sedere potest Clerus, quando Celebrans post Confessionem thurificat Altare. **3631** *Dub.* I.

Sedere potest iuxta consuetudinem Presbyter assistens infra cantum *Gloria* et *Credo* ad sinistram Subdiaconi; sed in scabello separato. **4018** *Dub.* III.

Sedere potest ad Benedictiones Lectionum Abbas pontificaliter assistens Matutino in diebus ei permissis. **2157.**

Sedere debent in scamnis nudis Assistentes Episcopo Feria V in Coena Domini ad pedum lotionem; et consuetudo contraria abusus declaratur. **541. 1795** *ad* 1 *et* 2.

Sedere debent Celebrans et Ministri capitibus coopertis, dum Episcopus distribuit Palmas, Cineres, Candelas. **2184** *ad* 1.

Sedere debent in Choro Dignitates successive iuxta ordinem ipsius dignitatis. **305.**

Sedendi in gradibus Altaris maioris, terga vertendo SSm̃o Sacramento, sive sit vel non sit expositum, ad effectum audiendi concionem, consuetudo tamquam corruptela reprobatur. **2564** *ad* 3.

Sedentes in Choro non debent detegere caput in fine Lectionum, quando verba *Tu autem Domine miserere nobis* dicuntur; nisi adsit consuetudo. **3434** *ad* 7.

Quoad Sessionem, dum cantatur *Kyrie, Gloria,* Epistola, Graduale et *Credo*, Magistratus servare debet consuetudinem. **1476** *ad* 10.

Vide **Scabellum. Scamnum. Sedes.**

Sexta.

Sextae et Nonae recitatione facta tempore Missae Conventualis, obligationi Chori satisfieri nequit. **2699.**

Post Sextam Missa aliqua non correspondens Officio in casu celebrari potest, attenta consuetudine; nisi agatur de Missis de tempore in Adventu, Quadragesima, Quatuor Temporibus et Vigiliis; vel de Missis votivis solemnibus pro re gravi vel publica Ecclesiae causa cum populi frequentia, pro quibus standum est Rubricis generalibus Missalis Tit. XV num. 2 et 5: vel nisi agatur de Missis de Requie, pro quibus pariter servanda est eadem Rubrica num. 3. **3059** *ad* XII.

Ad Sextam ℣. Responsorii brevis in festo Sacr. Sindonis dicendus est: *Quia per mortem tuam redemisti mundum,* iuxta editiones rite adprobatas. **3297** *Dub.* IV.

Post Sextam Missa Conventualis (si quando plures cantari debent) de Simplicibus et Feriis per annum cantanda est. **2960** *ad* 4.

Non post Sextam, sed post Tertiam, Missa Conventualis dici debet in festis duplicibus et in diebus Dominicis. **9** *ad* 7.

Sigillum.

Sigillo publico Civitatis obsignari nequit arca, in qua Feria V in Coena Domini repositum est SSmum Sacramentum, et illud sequenti die publice auferri. **2172.**

Sigillum apponi nequit in ostiolo, ubi reconditur SSmum Sacramentum Feria V in Coena Domini. **2873** *ad* 1.

Sigillum Capituli conservari debet in capsula, quae duabus clavibus obsignanda est; quarum altera sit penes electum a Capitulo, altera penes digniorem Capituli. **1619** *ad* 2.

Quando Sigillum tantum frangatur, quod Reliquiis in sepulchro inclusis appositum fuit, Altaria portatilia consecrationem suam non amittunt. **2991** *ad* 1 *et* 2.

Ss. Sigismundi Regis et Soc. Mart. festum, sub ritu duplici minori celebrandum Dominica II post Pascha, omittendum est, quoties impeditur alio Festo duplici in eadem Dominica occurrente. **3892** *Dub.* III.

Signum.

Ex Signis deductis Consecratio Ecclesiae concludenter probari debet, et ipsa signa probari per testes deponentes de visu. **611** *ad* 1.

Signo ultimo dato pro hora inchoandi Officium in Choro, Episcopus non debet immorari; et post illud, possunt Canonici idem inchoare, etiam non expectato Episcopo. **841.**

Signo dato cum campana Canonici tenentur accedere ad cubiculum Episcopi, ut eum excipiant et associent ad Ecclesiam. **900** *ad* 7.

In Signum coepti ieiunii quadragesimalis attendi debet a ceteris Ecclesiis sonitus campanae Cathedralis. **949.**

Signum dare incipiendi et inchoandi in Choro divinum Officium, vel a Choro exeundi, spectat ad primam Dignitatem in Choro praesentem. **933** *ad* 3. **1882. 1906** *ad* 1. **1924** *ad* 1.

Signum Martyrii censeri debent phialae vitreae aut figulinae Sanguine tinctae, quae ad loculos sepultorum in sacris Coemeteriis, vel intus vel extra ipsos, reperiuntur. **3120** *qu.* 1.

Signum dare debet pro incipiendis Matutinis et Vesperis, impedito Magistro Caeremoniarum, Hebdomadarius Canonicus. **1311.**

Signum dare Cantoribus, ut in Absolutione ad tumulum incipiant Responsorium: *Libera me Domine,* spectat ad Caeremoniarum Magistrum. **3110** *ad* 17.

Signum lugubre cum aere campano dari nequit pro Missa quae de festo occurrente celebranda est (diebus, quibus prohibetur Missa de Requie) pro anima alicuius Defuncti. **4015** *ad* 7.

Signum Crucis; vide **Crucis Signum.**

Si iniquitates.

Si iniquitates Antiphona et Ps. *De profundis,* Absolutione super tumulum expleta, recitari, non vero cantari debent, dum regreditur ad Sacristiam. **2696** *ad* 2; sed omittuntur in die Commemorationis omnium fidelium defunctorum. **2694.**

Si iniquitates Antiphona cum Ps. *De profundis* dici debet Absolutione ad tumulum expleta, in Officiis et Missis cum cantu pro uno vel pluribus defunctis, quae die VII, XXX et anniversario aut etiam extra hos dies celebrantur. **4014.**

In S. Silverii Papae Mart. festo (die 20 Iunii), elevato pro quadam Dioecesi a ritu simplici ad ritum dupl. minor., loco VI Lectionis de Communi 2 loco tribuitur facultas adhibendi alteram Clero Romano concessam. **3763** *ad* 2.

S. Silvester.

S. *Silvestri* P. C. festum, ubi aliud festum Titularis propriae Ecclesiae die 31 De-

cembris celebratur, fixe transferendum est ad 30 Decembris cum commemoratione Dominicae, si occurrat. **3609.**

S. Silvestri Abbatis festum assignatum die 26 Novembris non est praeferendum in Hispania festo Desponsationis B. M. V. **3767** *Dub. addit ad* VIII.

SS. Simon et Iudas Apostoli.

Post Ss. Simonis et Iudae Ap. Missam die 28 Octobris non est addenda in Missali Rubrica: *Si in Vigilia OO. Sanctorum occurrerit Missa de aliquo Festo semiduplici etc.* **3103** *Dub.* XII.

Quando in Ss. Simonis et Iudae Ap. (die 28 Oct.) II Vesperis de Officio votivo Ss. Apostolorum commemoratio fieri debet, Oratio pro dicto votivo sumenda est uti pro aliquibus locis die 29 Iunii scil.: *Deus qui nos beatorum etc.* **3597** *Dub.* V.

Simplex.

De Simplici festo Missa in Dominica dici nequit; ob populi tamen devotionem quandoque permittitur una Missa votiva solemnis cum *Gloria* et *Credo*, et sine Commemoratione Dominicae. **1421** *ad* 2. Idem dicendum, quando Festum simplex cadit in Feriis maioribus. *Ibidem.*

De Simplici festo Lectio IX, quando occurrat festum duplex, dicenda est etiam infra Octavam Corporis Christi. **1431** *ad* 1. **1890** *ad* 4. **2152** *ad* 7.

De Simplici Lectio IX in Dominica infra Octavam Corporis Christi excluditur, ubi haec solemnitas respuit alia festa, praeterquam I et II classis. **2555. 3027** *ad* 2; imo ubique excludenda est, si de eadem Dominica recitatur Officium. **3027** *ad* 1.

De Simplici Sancto Lectio IX legi debet sine titulo. **1991** *ad* 2.

De Simplici Sancto Lectio IX legi debet in Dominica in Albis. **2319** *ad Tit. XXV circ. Lect. III. Noct. Dub.* 3.

De Simplici occurrente Lectio IX recitari debet infra octavam alicuius festi (praeter festa, quae describuntur in Breviario Romano) ita privilegiati, ut duplicia tantum I et II classis admittat. **4026** *ad* 2.

Simplici festo occurrente feria III Rogationum, in Cathedrali et Collegiatis non sunt cantandae duae Missae Conventuales. **2002** *ad* 3.

In Simplicibus vel quando Missa Dominicae praecedentis in Feria secunda vel prima die mensis non impedita, reassumenda est, dicenda est secunda Oratio *Fidelium*, tam in Missa Conventuali quam in ceteris privatis. **2077.**

Simplicibus et ferialibus diebus Officium parvum B. M. V. tuto omitti potest in casu. **2388** *ad* 5.

Simplex festum si perpetuo impediatur ob occurrentiam duplicis I classis, non est transferendum ad aliam diem iuxta Rubricas. **2390** *ad* 1. **2408**; sed prorsus omittendum. **3438** *ad* 1.

Simplicis Sancti commemoratio in duplici II classis omitti debet in Missa conventuali, etsi non cantata, sed lecta a Communitate religiosa. **2148** *ad* 7. **2514** *ad* 8; omittenda est etiam in duplicibus II classis in Missa cantata sine Ministris sacris. **2572** *ad* 4.

Simplicis commemoratio facienda est, si in Ordinatione Missa dici debeat de Festo occurrente; si vero Missa sit de Feria, ut in Sabbatis Quatuor Temporum et Sabbato *Sitientes*, haec Missa nullam admittit Sanctorum occurrentium commemorationem. **3642** *ad* 3.

Simplicis occurrentis aut de die infra Octavam commemoratio in Missa Conventuali, sive legatur sive fiat cum cantu, omittenda est in duplicibus tum I, tum etiam II classis. **3757** *ad* II. *Decret. gener.*

In Simplicium festorum et Feriarum Missis tantum, Collectae pro Defunctis admittuntur. **1322** *ad* 8.

Pro Simplicis Commemoratione plurimorum Martyrum Antiphonae variantur, quando ea fieri debet in festo pariter plurimorum Martyrum; sin autem festum hoc transferatur, variatio non fit. **2199.**

Simplex Festum si elevatur ad ritum duplicem, suam sedem retinere potest, translato alio duplici, quod eam forte occupaverat. **2598** *ad* 1. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **190.**

De Simplicibus et Feriis per annum Missa Conventualis, si plures dici debent, cantanda est post Sextam. **2960** *ad* 4.

Simplicis Sancti Commemoratio quando occurrat in feria II Quadragesimae, in Missa non est dicenda quarta Oratio: *Omnipotens.* **2193.**

Simplicis Commemoratio non est omittenda in Duplicibus II classis in Missa Conventuali plana, quando ratione Solemnitatis altera Missa cantatur. **2740** *ad* 7.

Simplicis Commemoratio et preces post Missam nequeunt supprimi in Missa parochiali, si legatur. **3957** *Dub.* III.

Simplex aut de Feria Officium in aliud brevius commutare sub occupationum praetextu non licet. **840.**

Si de Simplici occurrente dicenda sit secunda Oratio in Missis tempore Passionis vel

infra Octavas Paschatis et Pentecostes, tertia non est dicenda. **1884. 2325.**

Vide **Festa. Officia. Missa.**

Simulacrum.

Simulacrum S. Ioannis Baptistae in parochiali Ecclesia Castriveterani Dioecesis Mazarien., quod non supra altare, sed extra illud sexdecim fere palmis seiunctim in propria aedicula exsistit, iuxta antiquissimam consuetudinem in expositione SS. Sacramenti velari non debet, praeterquam in Expositione XL Horarum. **2664** *ad* 1, 2 *et* 3. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **300.**

Simulacrum B. M. V. de Monte Carmelo deferri nequit sub baldachino. **2808.** Vide **2647** *Decret. gener.*

Simulacra seu Imagines B. M. V. sub titulo *de Lourdes* aut *de la Salette* necnon Immaculatae Conceptionis lucis radios e manibus emittentis ab Ordinariis loci permitti possunt; servatis tamen cautelis, praesertim Decreto Tridentini sess. XXV et Constitutione Urbani VIII *Sacrosancta Tridentina Synodus* diei 15 Maii 1642. **3419** *Dub.* I.

Simulacrum B. M. V. *de Lourdes* in minori Altari et tabula princeps Altaris maioris repraesentans Immaculatam Conceptionem eiusdem B. M. V. debent haberi distincta, iuxta diversum obiectum ab alterutro repraesentatum; dummodo B. M. V. *de Lourdes* repraesentetur cum omnibus Apparitionis signis. **3791.**

Vide **Imago. Statua. Baldachinum.**

Sindonis Sacr. festum.

In Sindonis Sacr. festo ℣. Responsorii brevis ad Sextam dicendus est: *Quia per mortem tuam redemisti mundum* iuxta editiones rite adprobatas. **3297** *Dub.* IV..

De Sindone Sacr. si feria VI est agendum, et feria V Officium votivum de SSmo Sacramento actum est, in I Vesperis commemoratio huius votivi omitti debet; sed Hymni eiusdem metri ad II Vesperas et ad Completorium concludi debent: *Iesu tibi sit gloria.* **3844** *Dub.* VII.

Slavica lingua; vide Lingua Slavica.

Societas.

Societas SSmi Sacramenti habet ius praecedendi in Processionibus tantum, in quibus SSmum Sacramentum defertur; dummodo eadem accedat ad alias Processiones iuxta ordinem antianitatis. **1789. 2421** *ad* 1. **2708.**

Vide **Confraternitas.**

Societas Iesu.

Ad Societatis Iesu Presbyteros in casu spectat funeralia facere in Ecclesiis propriis super cadaveribus ibidem sepeliendis, si per se ipsos ea exercere voluerint; sin vero per se ipsos noluerint, non per exteros Presbyteros, sed per proprium Parochum ea sunt peragenda. **792.**

Societatis Iesu Patribus licet celebrare die 1 Ianuarii festum SS. Nominis Iesu **2276.**

Sub Societatis Iesu Sacerdotum directione exercitia spiritualia peragens, Clerus uti potest Calendario Societatis Iesu ex concessione speciali Pii PP. IX: quatenus ibidem simul, idest in communi, horas canonicas recitet. **3955.**

Societatis SSmi Sacramenti Presbyteri; vide Presbyteri Societatis SSmi Sacramenti.

Sodalitas.

Sodalitati S. Ioseph, erectae in Ecclesia Minorum Observantium Civitatis Notabilis Meliten. praecedentia debetur, praeterquam in Processionibus SS. Sacramenti: Sodalitas autem SS. Sacramenti tenetur et cogi potest ad alias Processiones, iussu tamen, prudentia et arbitrio Ordinarii. **2606.** *Vide Suffragium in IV volumine pag,* **197.**

In Sodalitatis piae Unionis Propagationis Fidei Ecclesia Civitatis Eugubinae festum S. Francisci Xaverii ceu Patroni ipsius Unionis institui nequit sub ritu duplici I classis cum *Credo* in Missa. **2857.**

Sodalitas a bona Morte nuncupata in oppido vulgo *Fratta* Dioecesis Eugubinae consuetudinem celebrandi octiduum a prima die ad diem octavam Novembris pro defunctis servare potest. **2953.**

Sodalitas Sacr. Stigmatum Civitatis Reatinae, non obstante contraria etiam immemorabili consuetudine, tenetur, quum ad defunctorum cadavera associanda vocatur, ad Ecclesiam parochialem accedere; nulloque modo permittendum est, ut illa domum defuncti directe petat vel per vias exspectet. **3020.**

Sodalitas pia B. M. V. *de la Salette* dicata ab Ordinario Dioecesis admitti potest; sed in admissione dictae Sodalitatis stetur, quoad titulum, praxi adhibitae in approbatione eiusmodi Confraternitatis Romae erectae in Ecclesia SS. Salvatoris in Thermis: nimirum *B. M. V. Reconciliatricis peccatorum,* vulgo *de la Salette.* **3419** *Dub.* III.

Solemnitas.

est, quo iubetur ut, ubi non adsit obligatio Missae Conventualis, addatur sola Commemoratio Dominicae sub distincta conclusione et eius Evangelium in fine; ubi autem exstat praedicta obligatio, haec Missa cantetur cum unica Oratione, *Gloria* et *Credo* ac Evangelio S. Ioannis in fine. **3754** *ad* 2; haec autem Missa votiva solemnis cantanda est in omnibus Ecclesiis et Oratoriis publicis, si ibi cantetur Missa in aliis Festis. **2974** *ad* 4; in Ecclesiis vero Regularium et Monialium servetur consuetudo. *bidem ad* 5.

Solemnitas Patroni sive Dioeceseos, sive peculiaris Civitatis transferenda est ad Dominicam sequentem in Republica Gallicana iuxta Decretum Cardinalis Caprara. **3206.**

Solemnitas Assumptionis B. M. V., ubi celebratur Dominica sequenti, quando occurrat cum Titulari Ecclesiae S. Ioachim, celebranda est Dominica infra Octavam, translata in casu solemnitate Titularis in Dominicam subsequentem. **3299** *Dub.* I; in Ecclesiis vero S. Rochi, S. Hyacinthi vel S. Bernardi Solemnitas Assumptionis celebranda est in Dominica infra Octavam, anticipata in casu Solemnitate Titularis in Dominica praecedenti. *Ibidem Dub.* II.

Si Solemnitas Festorum ad Dominicam proxime insequentem transferenda sit, secundae Vesperae eorumdem in Choro solemniter cantari possunt; dummodo non omittantur Vesperae Officii currentis, ubi adest obligatio. **3441;** et omnes Clerici in Sacris constituti et Officio divino addicti tenentur adhuc ad recitandas privatim Vesperas de Festo occurrente: quia Vesperae de Solemnitate translata solum devotionis gratia permittuntur. **3450.**

Solemnitas Patroni Dioeceseos in locis, ubi proprii Patroni Solemnitas agitur, in Dominica sequenti haberi nequit; et Episcopus usum contrarium retinere non potest. **3444. 3469** *ad* 1.

Inter Solemniora Festa accensenda sunt festa Immaculatae Conceptionis et S. Ioseph Sponsi B. M. V.; et in iisdem ab Archiepiscopis Pallium adhiberi potest. **3595.**

Si Solemnitas Patroni principalis transfertur ad Dominicam insequentem, in Missa solemni votivo-festiva neque de die infra octavam, neque de simplici commemoratio facienda est. **3624** *Dub.* I. *qu.* 1.

Si Solemnitas Ss. Petri et Pauli, translata in Dominicam sequentem, occurrat cum Solemnitate Sacr. Cordis Iesu sub ritu duplici I classis ex speciali Indulto celebranda; Solemnitas Sacr. Cordis Iesu transferenda est ad Dominicam sequentem. **3634.**

Solemnitas S. Francisci Salesii, qui in Oratorio publico consecrato et gymnasio adiecto uti Titularis celebratur, transferri nequit in Dominicam proxime sequentem. **3676** *ad* 2 *et* 3.

In Solemnitate Patroni Ecclesiae translata in Dominicam sequentem, quoties Patronus non habet Praefationem propriam, adhibenda est Praefatio de SS. Trinitate seu de tempore. **3683.**

Solemnitatum translatarum (v. gr. Epiphaniae), quae celebrantur in Gallia Dominica immediate insequenti, Missa debet necessario cantari. **3735** *ad* 1.

Pro Solemnitate Festorum transferenda Indulti Declaratio profertur. **3754.**

Quoad Solemnitatem extrinsecam Festivitates propter quodvis etiam leve motivum transferre nequit Ordinarius loci; nec permittere quod in die proprio Festi solummodo Missa diei cantetur absque alia pompa in eadem Ecclesia, ubi celebranda erit Festivitas in aliam diem translata. **3804** *Dub.* IX.

De Solemnitate centenaria celebranda Redemptionis humanae Litterae S. R. C. **3857.**

Solemnitas Sacr. Cordis Iesu non potest peragi iuxta regulas ceteris Solemnitatibus communes, nisi sit festum de praecepto. **3876** *ad* 10.

Solemnitas externa festi Sacr. Cordis Iesu in aliam diem a R̃mis Ordinariis locorum designandam potest in unoquoque anno transferri, etiam cum privilegio celebrationis Missae propriae de ipsomet Sacr. Corde Iesu: hoc autem privilegium excluditur, quoad Missam solemnem, a duplicibus I classis et a Dominicis privilegiatis item I classis, et quoad Missas lectas, etiam a duplicibus II classis necnon a Dominicis, Feriis, Vigiliis Octavisque privilegiatis: non omittenda tamen est Missa conventualis vel Parochialis Officio diei respondens, ubi eam celebrandi adsit obligatio. **3960.**

Solemnitatibus quibusdam Titularium Ecclesiarum parochialium assignare certas per annum Dominicas, etiam a Festo distantes, Ordinario non licet. **3876** *ad* 11.

Solemnitate festorum ad dominicam translata, die qua Officium celebratur, Missae celebratio in Oratoriis mere privatis, et Missae exequiales praesente corpore non prohibentur. **3890** *Dub.* I *qu.* 1. **3933;** sed manet obligatio Parochorum Missam applicandi pro populo; nec non facultas Episcopo concessa conferendi Ordines sacros diebus festivis de praecepto. **3890** *Dub.* I. *qu.* 2 *et* 3.

Solemnitates in Dominicam transferendae celebrari nequeunt in Festis Circumcisionis Domini et SS. Trinitatis, die octava Epiphaniae, Dominica Passionis et Dominica in Albis. **3890** *Dub.* II.

Si Solemnitates plures transferendae oc-

giosorum Ordinibus. Restitutis vero Patribus Eremitanis, S. R. C. declaravit etiam Reliquiam S. Spinae reportandam esse ad Ecclesiam eorumdem Patrum. **2760. 2768.**

In S. Spinae Coronae, Lanceae et Clavorum etc. Vesperis fieri nequit commemoratio Officii votivi de SSmo Sacramento. **3612** *Dub.* II; sed Hymni eiusdem metri sive ad II Vesperas sive ad Completorium concludi debent: *Iesu tibi sit gloria.* **3844** *Dub.* VII.

Spina Coronae sanguine D. N. I. C. conspersa nequit collocari super tabernaculo, in quo asservatur SSmum Sacramentum et transeuntes non debent utrumque genu flectere; eique idem cultus exhibendus est, qui praescribitur pro Reliquiis S. Crucis aliorumque Instrumentorum Passionis Domini. **3966.**

Spiritus Sanctus.

Spiritus Sanctus non indicatur nomine *Spiritus* quod legitur in Orationibus S. Iuliani vel S. Fidelis a Sigmaringa Mart., in Postcommunione S. Ioannis Nepomuceni, in Orationibus S. Bernardini, S. Hieronymi Aemiliani, S. Ioannae Franciscae, S. Ianuarii, Octavae Passionis D. N. I. C., feriae IV post Dominicam II Quadragesimae; ideoque more solito hae Orationes sunt concludendae. **2682** *ad* 45.

Quando Spiritus Sanctus nominatur in prima vel secunda Oratione (cum plures in Missa vel Officio dicendae sint sub una conclusione), non autem in ultima, in conclusione dici tantum debet: *in unitate Spiritus Sancti etc.* omisso verbo *eiusdem.* **2326** *ad* 6. **2724** *ad* 1.

De Spiritu Sancto commemoratio in Missa de Officio currenti facienda, de speciali gratia nullo umquam tempore in exemplum afferenda, conceditur Monialibus Ordinis Cisterciensis S. Susannae in Urbe, occasione vestitionis vel professionis; dummodo non occurrat festum duplex I vel II classis nec Dominica privilegiata. **2766.**

Ad Spiritus Sancti verba in Festo Pentecostes non est discooperiendum et inclinandum caput in Choro. **3867** *ad* 2.

Spiritus Sancti invocatio seu Oratio, quando Capitulum convocatur, spectat ad digniorem. **1299** *ad* 6.

De Spiritu Sancto Oratio tertia dicenda est infra Octavas festorum B. M. V. atque in Missa Vigiliae aut Feriae Quatuor Temporum. **2319** *Reliq. Dub. ad* 26.

Vide **Missa votiva de Spiritu Sancto.**

Sponsus et Sponsa.

Pro Sponsis benedicendis nullo modo paretur pallium seu baldachinum; nec Sacristae quidquam omnino exigere audeant seu praesumant pro tali benedictione. **200.**

Circa Sponsorum Missam statuitur Decretum generale. **2582.**

Circa Sponsos Missa tantum ac preces pro nubentium benedictione in Missali positae, sub prohibitione Nuptiarum tempore Adventus et Quadragesimae intelligi debent; non autem Matrimonium ipsum cum solis caeremoniis et precibus in Rituali Romano contentis, modo accedat Episcopi venia. **3079** *ad* 1; et tunc, facta per Episcopum licentia contrahendi matrimonium, benedictio coniugum per preces et Orationes in Missa pro Sponsis repertas non permittitur, neque Episcopus ad id facultatem concedere potest. *Ibidem ad* 2.

Sponsi scapulas sponsaeque caput velandi in benedictione Nuptiarum consuetudo retineri potest. **3531** *ad* VI.

Sponsi in Missa Nuptiali Communionem necessario recipere non debent; Parochi tamen curent et Rectores adhortentur fideles nupturos, ut in Missa, in qua benedictiones nuptiales impertiuntur, communicent. **3329. 3531** *ad* VII.

Vide **Matrimonium. Benedictio Nuptialis. Missa votiva de Sponso et Sponsa.**

Stallum.

Stallum suae antiquae provisionis retinere potest Canonicus, qui permutavit quidem Praebendam cum Ecclesia parochiali, sed, quin permutatio habuerit effectum, ad Canonicatum restitutus est. **149.**

Stalla Canonicorum et aliorum de Capitulo habitu ecclesiastico indutorum occupare nec licet nec permitti debet laicis vel etiam Clericis, qui non sunt de gremio Capituli. **175.**

In Stallo primo sedere debet in casu Canonicus paratus celebrans Vesperas seu Matutinum: hoc est ab una parte in stallo Decani, ab altero in stallo Archidiaconi, ita ut sedes Archiepiscopi Canonicalis, ipso absente, remaneat vacua quando ab ea parte sedere contingit Celebrantem. **362. 1133.**

In Stalli suae primaevae receptionis locum tamquam antianus restituitur Canonicus Regularis professus; qui, postquam e monasterio iussu Superioris discessit et ad aliud commigravit, reversus est postea ad suae professionis domum. **434.**

Stallum primum iam dimissum retinere nequit Canonicus, qui pinguiorem Canonicatum in eadem Ecclesia adeptus est. **468.**

2845; sed occupare debet stallum secundae possessionis. **2073. 2846.**

In Stallo Canonicorum sedere debet post indutos Planetis Canonicus Presbyter pro Subdiacono deserviens. **544** *ad* 1.

In Stallis Canonicorum sedendi post omnes Canonicos in possessione manutenendi sunt Parochi in casu speciali; item in possessione incedendi in processionibus ac in funeralibus: et incedant immediate ante ipsos Canonicos. **741.**

Stallum primum in Choro assignandum est in casu Vicario, firmandum tamen in loco fixo, ita ut amplius variari non possit, absente vel praesente Episcopo, in privata seu pontificali Sede interveniente; secundum vero stallum relinquendum est Archidiacono, et post hos, aliis Dignitatibus et Canonicis. **742.**

Stallum Archidiaconi nequit occupare Vicarius Generalis. **1027**; nec stallum alius Dignitatis. **1277** *ad* 1. **1914** *ad* 1; nec Canonici stallum Archidiaconi occupare possunt. **1286. 1299** *ad* 1.

In Stallo primo sedere debet Canonicus Hebdomadarius faciens Officium in Choro. **1086** *ad* 1.

Stallum Vicarii Generalis non possunt occupare Canonici. **1206. 1886** *ad* 3. **2062.**

Stalla seu sedes Canonicorum, quando Chorus est in medio Ecclesiae ante Altare, esse debent ad dexteram Episcopi in forma quadrata, prout sunt sedilia Emorum DD. Cardinalium Presbyterorum in Cappella Palatii Pontificii: quia iste locus est dignior loco a sinistris Sedis Episcopalis; locus vero pro Vicario Generali potest destinari a sinistris extra gradus Solii Episcopalis. **1848.**

Stalla Canonicorum in casu speciali ordinanda sunt iuxta votum Episcopi; nempe primae Dignitates, Archipresbyter et Archidiaconus occupare debent in posterum stalla, quae ad praesens occupantur a Primiceriis. **1975.**

In Stallis pro Dignitatibus destinatis, tam praesentibus quam absentibus iisdem, Canonicis sedere non licet. **2076** *ad* 5.

In Stallis propriis sedentes ad audiendas conciones, praesertim quadragesimales, Canonici Cathedralis debent esse induti habitu canonicali. **2108.**

In Stallis Canonicorum sedere non licet Sodalibus Confraternitatis SSmi Sacramenti feriis V et VI maioris Hebdomadae. **2220** *ad* 6.

Stallum in Choro seu locus in Capitulo non competit Delegato Apostolico, nisi sit de gremio Capituli. **2448** *ad* 2.

In Stallo primo supra omnes Canonicos sedere debet Canonicus qui Episcopatum dimisit, ratione Episcopatus. **355. 2706** *ad* 1.

In Stallo proprio et in Choro Canonicus nequit uti pulvinari, vulgo dicto *cuscino di pelle*. **3110** *Dub.* XXIV.

In Stallo primo in Choro super omnes alios Episcopus assistere potest Divinis absque ulla assistentia Canonicorum diebus ferialibus. **650. 3540.**

Stallum ceteris eminentius prope Sedem episcopalem habere non licet Abbati mitrato. **1351.**

Vide **Sedes.**

Standi ordo.

Stare debet Archidiaconus, quando ipse uti prima Dignitas accedens ad Altare recipit pacem ab Archipresbytero solemniter celebrante, facta prius et post receptam pacem genuflexione. **638.**

Stare debet Vicarius Generalis, dum Dignitates et Canonici thurificantur. **962.**

Stare debent Canonici in Choro existentes ad confessionem, reliqui vero inferiores genuflectere. **1122.**

Stans et non genuflexus dignior Sacerdos a Celebrante accipere debet candelam, cineres et palmam. **1303.**

Stare debet Sacerdos, dum incensum ponit in thuribulo. **3086** *ad* III.

Non est standum ad preces feriales et Suffragia Sanctorum, quotiescumque tempore Quadragesimae ex speciali indulto recitatur in Choro Matutinum cum Laudibus Feriae secundae insequentis, die Dominica post Vesperas et Completorium. **3461** *ad* 1.

Stare debet Clerus in Choro, quando Celebrans in Missa solemni recitat Introitum et *Kyrie*. **3631** *Dub* I.

Stando nonnisi Antiphonae in Choro intonandae sunt a quibuscumque seu Beneficiatis aut Mansionariis seu Canonicis. **3781** *ad* I.

Stare debent Canonici Missae privatae Episcopi assistentes tantum ad benedictionem. **3804** *ad* I.

Stare possunt omnes detecto capite aut non, iuxta consuetudinem, ad Psalmum *Venite adoremus* in III Nocturno festi Epiphaniae Domini. **3855** *ad* 8.

Stare debet tam Diaconus, quando in benedictione SSmi Sacramenti Ostensorium Celebranti tradit, quam Celebrans, quando idem a Diacono accipit. **3975** *Dub.* IV.

Stare debent Canonici in Choro assistentes, dum die Dominica fit Aspersio aquae benedictae ante Missam conventualem. **2209** *ad* 2.

Stare debent Canonici ad primam, quartam et septimam Lectionem, dum Hebdomadarius stans benedictionem dat; non vero in aliis, nisi adsit consuetudo, quando Matutinum solemniter cantatur. **3780** *ad* 11.

Stare debent omnes in Choro, Canonico vel Episcopo pluviali induto Officium peragente et IX Lectionem canente. **3780.** *ad* 12.

Stare debent in Choro ad Missam solemnem Cantores, dum actu cantant. **2065.**

Stare debet, non vero sedere nec genuflectere Episcopus assistens paratus vel cum cappa Missae in Dominica Palmarum, ad cantum Passionis; et in casu impotentiae abstineat ab interventu Missae. **2184** *ad* 2.

Stare debet Episcopus assistens Missae solemni cum cappa cooperto capite, dum cantatur confessio inter Missarum solemnia. **2682** *ad* 14 *qu.* 3; et stare debet sine bireto, dum a Presbytero assistente thurificatur. *Ibidem ad* 4.

Stare potest ad *Lavabo* Celebrans coram SSmo Sacramento exposito in plano Presbyterii aut in supremo Altaris gradu, iuxta consuetudinem; dummodo caveat, ne terga vertat Sacramento. **2682** *ad* 48.

Stare semper debet Hebdomadarius dans benedictionem in dicendis Lectionibus. **3110** *ad* 3. **3780** *ad* 10.

Non stantes, sed genuflexi Missam pro Ordinatione prosequi debent Ordinandi Presbyteri. **2404** *ad* 2.

S. Stanislaus.

In S. Stanislai honorem Litaniae, quae solent recitari in Cappella dicti Sancti, non approbantur. **463.**

S. Stanislai Mart. festum, quod a Clero saeculari in Polonia sub ritu duplici I classis celebratur, celebrare tenentur etiam Carmelitani sub ritu I classis. **2444** *ad* 1; et debent uti Officio proprio cum suis Antiphonis etc., quod recitatur a Clero saeculari. *Ibidem ad* 2. Vide **2494** *ad* 2.

Statua.

Statua magna SS. Crucifixi in Altari sufficit pro celebranda Missa, et non indiget alia Cruce. **1270** *ad* 2.

Si Statua aliqua vel figura alicuius Sancti in Processione deferatur, Magistratui baldachini hastas portanti et ecclesiasticis sub baldachino incedentibus non licet cooperire caput. **1841** *ad* 3.

Statua B. M. V. velo nigro circumdata nocte Feriae V in Coena Domini, cum Iesu Domino Filio mortuo in gremium deposito, in Ecclesia exponi et sequenti die Feria VI mane processionaliter cum pluvialibus nigris deferri permittitur. **2375** *ad* 4. **2682** *ad* 52.

In Statuae vel Imaginis B. M. V. manu, vel iuxta latus vulneratum sculptae Imaginis D. N. I. C. e Cruce pendentis, SSmum Sacramentum exponi nequit, praevio quodam machinismo ad hoc specialiter constructo; statuae enim non sunt apponendae in Altari, in quo SSmum Sacramentum est expositum. **3349.**

Statuae vel Imagines D. N. I. C. suum Cor Sacratissimum monstrantis B. Mariae Margaritae Alacoque ad eius pedes provolutae exponi nequeunt publicae venerationi, inconsulta Sede Apostolica. **3420.**

Statua sub nomine *Ecce Homo* in Altari, in quo fit Expositio SSmi Sacramenti, durante huiusmodi Expositione, in casu detecta manere potest. **3599** *Dub.* III.

In Statuae vel Imaginis S. Clarae manu dextera Ostensorium apponi nequit in Expositione SS. Sacramenti. **3615** *ad* 1.

Statua B. M. V. Perdolentis Patribus Servitis non permittitur induere eorum habitu nigri coloris. **824.**

Super Statuam Deiparae Perdolentis in Processionibus baldachinum, velut tentorium, si pluvia decidat, tolerari potest. **3641.**

Statua Deiparae Perdolentis, nigris vestibus induta, habitu consueto, ast sinistra manu Crucifixum gestans, non probatur. **3818** *ad* 1.

Statuas Sacr. Cordis Iesu et Puriss. Cordis B. M. V. applicare licet ad utrumque latus Sanctuarii, ita ut invicem adversentur. **3673** *ad* 1.

Statuas Sacr. Cordis Iesu nequit collocari in medio Altaris maioris loco tabernaculi; neque, si adest tabernaculum, in quo asservatur SSmum Sacramentum, in huius posteriori parte. **3673** *ad* 2.

Statua Dominum nostrum Iesum Christum detecto Corde et ad eius pedes provolutam repraesentans S. M. Magdalenam super Altari maiori Ecclesiae in fabrefacta aedicula locari potest. **3625** *ad* 2.

Statua B. M. V. sub titulo *de la Soledad* processionaliter deferri in casu permittitur super currum ad solis occasum Feriae VI in Parasceve. **3699** *ad* 1; et etiam Statua Immaculatae Conceptionis super currum triumphalem mense Iulio; sub conditione tamen quod aliquot respectivi Confratres sacco induti currum comitentur ad huius latera. **3699** *ad* 1 *et* 2.

Statuas vel Imagines depictas plures eumdem referentes Coelitem in una eademque Ecclesia exponere non licet. **3732.**

Statuae marmoreae duorum virorum, cui Deipara fertur apparuisse, in Ecclesia Collegiata B. M. V. de Guadalupe collocari poterunt, dummodo non exponantur super Altare. **3785.**

Statuas aut picturas B. M. V., S. Ioannis Ev., S. M. Magdalenae et Militum custodum ad Altare S. Sepulcri exornandum, in quo Feria V et VI Hebdomadis maioris SS. Sacramentum asservatur, adhibere non licet; poterunt tamen Episcopi, ubi antiqua consuetudo vigeat, huiusmodi repraesentationes tolerare; at caveant ne novae consuetudines hac in re inducantur. **3939** *ad* 2. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **419.**

Statua vel simulacrum Cordis B. M. V. conforme esse debet typo approbato per Decretum S. Inquisitionis d. d. 26 Aprilis 1875. **3470.**

Cum Statuis et Imaginibus virorum in dignitate ecclesiastica constitutorum ex quadam familia, quae a fundamentis exstruxerat Cappellam in Ecclesia parochiali, inscriptiones ibi affigere non licet. **733.**

Vide **Imagines. Simulacrum.**

Ex Stearina candelae pro usu sacro prohibentur. **2865. 3376** *ad* 3.

Stemma gentilitium.

Stemma gentilitium familiae donantis impressum ab Ostensorio aliisque nobilibus supellectilibus removeri non praescribitur. **2875.**

In Stemmatibus Familiae Canonici usu Pontificalium decorati mitram non apponant; nisi in casu quo expresse concessum sit in Litteris Apostolicis. **2624** *ad* 27.

S. Stephanus Protomartyr.

S. Stephani Capitis quoddam os nequit haberi pro Reliquia insigni. **490.** Vide **4041.**

S. Stephani festum, uti Titularis Ecclesiae Cathedralis, est celebrandum cum Pontificalibus, quum sit de prima classe. **1479.**

In S. Stephani festo infra Octavam Nativitatis Domini *Gloria* et *Ite Missa est* cantari debent in tono B. M. V. **3421** *Dub.* I. *circa cantum Eccles. in fine.*

S. Stephani festum, ubi est Contitularis Cathedralis, potest celebrari sub ritu duplici I classis cum Octava, aut in Cathedrali tantum aut in tota Dioecesi, iuxta consuetudinem. **3637** *Dub.* VI.

In S. Stephani diei octavae concursu cum die octava festi primarii S. Ioannis Ap. et Ev., Rubrica specialis Breviarii Romani servanda est. **4006** *ad* 1.

S. Stigmatum S. Francisci festum.

S. Stigmatum S. Francisci festum ritus duplicis II classis apud Franciscanos, occurrens cum festo SS̃mi Nominis B. M. V. sub ritu duplicis maioris, celebrandum est; et alterum transferendum. **1599.** *ad* 1.

In S. Stigmatum S. Francisci festo translato nulla est facienda mutatio in Hymno. **2365** *ad* 3. **3254** *ad* 5.

Stilum seu virgulam argenteam adhibendi usus in administratione extremae Unctionis continuari nequit, nisi in casu necessitatis. **3051** *ad* 2.

Stola.

Stolae ratione danda est praecedentia Cappellano in associatione defunctorum, qui curam Ecclesiae Cathedralis exercet. **258.**

Stolam in deducendis funeribus Sacerdos in domo defuncti assumere, et mox exiens illam deponere et sine Stola procedere nequit; sed servandum est Rituale. **825.**

Stolae usum Episcopus permittere nequit singulis Cappellanis Congregationis SS̃mi Sacramenti in Processionibus. **988** *ad* 3.

Stolae delatio non competit Cappellano substituto Praepositi in casu, quandocumque Praepositus ipse Processionibus generalibus solitis interveniat et sit praesens: cum vero Praepositus absens et legitima causa fuerit impeditus, non ad Archipresbyterum, sed ad dictum Cappellanum Praepositi munia explere et Stolam deferre spectat. **1089.**

Stolam deferre nequeunt in casu Parochi in functionibus Cathedralis, ad quas sunt invitati vel quibus tenentur assistere. **1456.**

Stolae usus in certis functionibus Parochis adseritur. **1718. 1797** *ad* 1.

Stolam deferre possunt Parochi in propriae Parochiae districtu; et tunc praecedent omnibus aliis. **1356** *ad* 1.

Stola non debet uti Hebdomadarius in Choro. **1275** *ad* 3.

Stola aptanda est ante pectus in modum crucis in aspersione aquae benedictae; si Sacerdos, alba et stola indutus, Missam celebraturus est. **1637** *ad* 3.

Stolam adhibere debet Sacerdos in aspersione aquae benedictae. **2951** *ad* 3.

Stolam aptare possunt in modum crucis vel deferre a collo hinc inde pendentem Sacerdotes Communionem sumentes Feria V in Coena Domini. **1637** *ad* 4.

Stola erit coloris tempori convenientis in

Processione, quae fit feria 2, 3 et 4 hebdomadae maioris ad Oratorium, in quo Expositio SS. Sacramenti occasione Orationis XL Horarum habetur. **1765.**

Cum Stola super vestem communem absque cotta sive superpelliceo SSmum Sacramentum in parochiis ruralibus, ubi longum est iter, deferri non licet ad aegrotos eisque administrari. **2650** *ad 2 facti speciem qu.* 1. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **280.**

Cum Stola simplici super habitu canonicali Canonici nequeunt dare populo benedictionem cum SS. Sacramento. **2047.** *ad* 1.

Stolae latioris, quam arcem vocant, usus permitti nequit Archipresbytero Cathedralis. **2069** *ad* 3.

Stolam deferre nequeunt Patres Ordinis Praedicatorum in Processione Sacr. Rosarii absque licentia Parochi. **2413** *ad* 1; sed paullo post S. R. C. recessit a decisis, et permisit praefatis stolam etiam sine licentia Parochi. **2419** *ad* 1.

Stolam habere possunt Canonici Sacerdotes Feria V in Coena Domini ad Communionem generalem super almutiam a collo pendentem aut solum super cottam iuxta consuetudinem. **2552** *ad* 3.

Stola pro ministranda SSma Eucharistia extra Missam potest esse coloris Officio illius diei convenientis, vel etiam alba. **2740** *ad* 12.

Stolam non tenetur deferre super habitu chorali Canonicus, assistens Episcopo in Oratorio privato aut alibi Missam celebranti. **2741** *ad* 1; nec potest deferre stolam, Decretis obstantibus. *Ibidem ad* 2. **3367.**

Stolam supra mozzettam Parochi in Processione Corporis Christi aliisque functionibus propriae Parochiae deferre non possunt. **2769** VI *ad* 2. **2806**; Parochis vero Ravennatensibus et Mutinensibus in supradictis casibus conceditur, ut stolam supra cottam deferre possint, tum tantum, cum collegialiter incedunt. **2622. 2824.** Vide **3228** *Dub.* V.

Stola uti debent Confessarii in administratione Sacramenti, iuxta Rituale Romanum. **2883** *ad* 2. **3158** *ad* 2. **3542** *ad* 3.

Stolam super veste talari vel alia dignitati suae competenti Sermocinaturus in laudem defuncti induere nequit. **2888** *ad* 1; et dispositio Caeremonialis circa concionem in laudem defuncti non solum in Cathedrali, sed in aliis omnibus Ecclesiis servanda est. *Ibidem ad* 2.

Stolam adhibere possunt concionantes Episcopi et Presbyteri, si adsit immemorabilis consuetudo. **2682** *ad* 21. **3157** *Dub.* VI; **3185. 3237** *Dub.* II; et color eiusdem respondeat Officio diei. **3157** *Dub.* VI; etiam die 2 Novembris. **3764** *Dub.* XIII.

Stola ad private dicendum Responsorium pro defunctis non est assumenda. **2951** *ad* 2; sed assumi debet, dum in Dominicis aspersio aquae benedictae fit sine pluviali. *Ibidem ad* 3.

Stolam Celebrans nequit induere in Vesperis festivis vel votivis, ubi non adest obligatio Chori. **2956** *ad* 5.

Stolae usus in Processione Corporis Christi relinqui potest arbitrio Episcopi, attenta consuetudine. **2973.**

Stola latior, qua utitur Diaconus, dum tempore Adventus et Quadragesimae deponit planetam plicatam, non debet habere intextas tres Cruces. **3006** *ad* 7.

Stolam et Pluviale nigri coloris assumere potest Parochus pro deferendo cadavere in Ecclesiam; item eadem retinere ad canendum Nocturnum aut Vesperas defunctorum; **3029** *ad* 4; item in die III, VII, XXX et Anniversaria ab initio Officii defunctorum: sed pro recitandis precibus in fine Nocturni non tenetur assumere Stolam vel Pluviale. *Ibidem ad* 5 *et* 6; item potest, sed non tenetur assumere Stolam et Pluviale ab initio Vesperarum defunctorum vel ad *Magnificat* aut pro precibus recitandis. *Ibidem ad* 8 *et* 9.

Stolam nequeunt superimponere Canonici pluvialibus induti Feria V in Coena Domini ad sacram Communionem suscipiendam. **3029** *ad* 14; quod valet etiam pro Canonico Diacono assistente, Calicem de manu Episcopi accepturo. **3059** *ad* XXII.

Quum Stola sit signum Officii, non iurisdictionis, Stola ipsa assumenda est ab illo, qui exequias persolvit, sive Parochus sit, sive alius Sacerdos pro Parocho. **3035** *ad.* 2.

Stola uti potest Praesbiter assistens primae Missae Neo-Sacerdotis a principio Missae usque ad finem; vel a principio Canonis usque ad consummationem, si adsit consuetudo. **3515** *ad* 7.

Stolas saltem accipere debent in Ordinatione, ut provisum est per Pontificale, Canonici Sacerdotes praesentes in habitu Canonicali manus imposituri super Ordinandos ad presbyteratum; non vero deponere cappam vel mozzettam et induere superpelliceum. **3059** *ad* XXIII.

Stolam et Pluviale in praedicatione adhibere possunt Capitulares Cathedralis de Arequipa, etiam praesente proprio Episcopo, attenta consuetudine. **3117** *ad* 1 *et* 2.

Stola adhibenda est a Sacerdote quum conficit aut ministrat Sacramenta, aut Offi-

cium aliquod facit, pro quo Stola adhibenda est. **3185. 3237** *Dub.* II.

Stolam praeter superpelliceum deferre nequit Superior Regularis aut alius pro eo in recipiendo Episcopo Ordinario ad ingressum Ecclesiae et in porrigendo aspersorio. **3191** *ad* 1.

Stola violacei coloris uti non debet Sacerdos ad Ecclesiae fores praebens lustralem aquam Clero ingredienti, in processionibus festi S. Marci vel Rogationum. **3043** *ad* 4.

Stolam super superpelliceo Cappellani piarum associationum, comitantes earumdem Consodales sub propria Cruce incedentes in Processionibus, deferre nequeunt. **3191** *Dub.* II.

Cum Stola incedere possunt Cappellani Confraternitatum in Processionibus, et in cadaverum associatione, dum processionaliter easdem sequuntur et claudunt. **2635.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **254.** - **2652. 2755. 2763. 3051** *ad* 4; quibus Decretis emendatur **2391.**

Stola una adhibenda est a Sacerdote in festo S. Blasii ad benedictionem gutturis. **3196.** *ad* 1.

Stola et veste talari se induere debent Missionarii in Dania in cubiculo infirmi aut captivi, qui in carceribus acatholicis longo tempore detinentur; si ab haereticis aut infidelibus proveniat periculum sacrilegii. **3234** *Dub.* I *qu.* 4.

Stolam adhibere nequit Parochus in Choro et in Processionibus praesente Capitulo. **3251** *ad* 4.

Stola eiusdem coloris Sacerdos Communionem accipiens utatur ac Sacerdos qui eam administrat, vel etiam coloris albi. **3499** *ad* 1; Diaconi accedentes privatim ad sacram Communionem deferre debent Stolam transversam super cotta. *Ibidem ad* 2.

Stola bicolori, ex una parte violacea, ex altera alba, in administrando Baptismo uti licet. **3086** *Dub.* VII.

Quoad Stolam et superpelliceum in minoribus Benedictionibus ex Rituali Romano privatim peragendis, servetur ipsum Rituale. **3697** *ad* 15.

Stola et cotta sit indutus Sacerdos in Expositione et Repositione SSmi Sacramenti. **3697** *ad* 12.

Stola et superpelliceo induto Superiori Regulari Ecclesiae in Monte Berico excipere licet in casu ad ostium Ecclesiae Processiones. **3775** *ad* 1; et Parochi in dictis Processionibus ingredi possunt cum stola ad hanc Ecclesiam. *Ibidem ad* 2.

Stolam induendi et omnia Officia persolvendi super cadavere defuncti ad suam pertinentis Ecclesiam, ius et onus Parocho inest semper, etiam praesente Capitulo Cathedralis (extra hanc tamen), usquedum e loco obitus ingressus fuerit Ecclesiam tumulantem. **3854** *ad* II *Decret. gener.*

Stola latior, vulgo *Stolone*, super stola adhiberi nequit in Hebdomada maiori in cantu Passionis D. N. I. C. **3949** *Dub.* VI.

Stolam ad exponendum et reponendum SSmum Sacramentum Diaconus semper adhibere debet: duobus tantum casibus exceptis, prout in Caeremoniali Episcoporum lib. II cap. 23 § 12. et cap. 33 § 20. **4030.**

Stola sibi imposita super habitu canonicali Canonicus nequit dare Benedictionem cum SSmo Sacramento. **2047** *ad* 1. **3039** *ad* 4. **3319. 3333** *ad* I *qu.* 1; neque Episcopus sola Cappa indutus. **2987.**

Vide **Exequiae. Funera.**

Stragulum quo operitur mensa Altaris extra Missam, ne tobaleae pulvere sordeant, nequit relinqui involutum tempore Missae super Altare. **3576** *Dub.* II.

Ad Subcantorem Cathedralis non spectant directio Chori et munera Cantoris absentis **1273** *ad* 1; nec debentur ei omnes praerogativae et caeremoniae, quae debentur Cantori, quando in II Vesperis Nativitatis Domini, Paschatis et Pentecostes canit loco eiusdem Cantoris. *Ibidem ad* 2; nec ipse praeferri debet in sedendo Hebdomadario, qui habet usum stolae, vel in processionibus defunctorum Presbytero non Capitulari, qui stolam defert. *Ibidem ad* 3.

Subcollectores.

Subcollectores Canonici et alii Camerae Apostolicae ministri subsunt Episcopis, ubi agitur de cultu divino, de observantia Caeremoniarum, Rubricarum etc. **858.**

Subcollectores, praesertim beneficia ecclesiastica possidentes, tenentur accedere ad publicas et solemnes Processiones, necnon Episcopo solita et consueta obsequia praestare; atque ad huiusmodi implenda per eumdem Ordinarium cogi possunt. **1208.**

Subcollectores spoliorum, extra Civitatem degentes pro servitio R. C. Ap., non tenentur redire ad Civitatem, ut intersint Processionibus publicis; si vero in Civitate morentur, compelli possunt. **1229.**

Subdelegatio.

Subdelegare potest Episcopus tam Plebanum, quam alium sibi benevisum, ad effectum Ecclesiam benedicendi, non autem consecrandi. **889.**

Subdelegati Sacerdotes in paramentorum benedictione utantur formula benedictionis, quae legitur in Rituali Romano. **3392.** **3524.** *Dub.* II. **3533** *Dub.* I.

Subdelegandi facultas Episcopo concessa extenditur in casu ad benedictionem omnium quorumcumque ad divinum cultum spectantium, in quibus sacra unctio non adhibetur. **2457.**

Subdelegato ab Episcopo Sacerdoti licet ad benedictionem nolarum (quum debeat formam servare in Pontificali Romano praescriptam) unctiones adhibere. **3015** *ad* 1; eidemque licet hanc benedictionem solemniter peragere etiam cum Diacono, qui in fine Evangelium solitum cantet. *Ibidem ad* 5.

Subdelegare potest Episcopus, habens facultatem Sacerdotes delegandi pro benedictione sacrae supellectilis, etiam pro benedictione sacrorum Vasorum; dummodo sacra unctio non sit adhibenda. **3533** *Dub.* II.

In subdeleganda Benedictione agrorum Ordinarii deputare possunt Sacerdotes ad libitum; nec tenentur ad eligendum digniorem. **806.**

Vide **Delegatio.**

Subdiaconus.

Subdiaconus paratus, etiamsi sit Canonicus, caligas et sandalia velo tecta, ambabus manibus usque ad faciem elevatis portare debet ad Episcopum celebraturum. **9** *ad* 14.

Subdiaconus pacem, a Diacono acceptam in Missa solemni, deferre debet stantibus in Choro aliisque. **20** *ad* 5.

Pro Subdiacono deserviens Canonicus Presbyter incedere debet paramento actui qui exercetur congruente, nempe Tunicella; et sedere in stallo Canonicorum post indutos Planetis. **544** *ad* 1.

Subdiaconandi in collatione Ordinum statui possunt contra cornu Evangelii. **1665** *ad* 4.

Subdiaconus in Sabbato Sancto post cantatam Epistolam et osculatam manum Episcopi dicat verba: *Annuntio vobis etc.;* absente vero Episcopo, non fiat annuntiatio. **1701.**

Per Subdiaconum paratum in Processione Corporis Christi Crux Archiepiscopalis deferri debet ante Beneficiatos paratos. **1712.** *ad* 9. **2362** *ad* 2.

Subdiacono deficiente pro Missa solemni, extra casum absolutae et praecisae necessitatis, non est substituendus per Superiores constitutus in minoribus ad cantandam Epistolam, paratus absque manipulo; et Episcopo praecipitur, ut huiusmodi abusum abscindat, ubi invaluit. **2002** *ad* 13. **2221** *ad* 1. **2525** *ad* 1. **2965** *ad* 4. **3525** *ad* 1; postea vero S. R. C. declaravit Subdiaconi munere fungi posse Clericum, dummodo saltem tonsura sit initiatus, manipulum non ferat, et vera urgeat necessitas. **3832** *Dub.* VII. Quod si agatur de Canonicis, deficiente Subdiacono, alter supplere debet, etiamsi sit Presbyter. **2525** *ad* 1.

Subdiaconus debet Episcopo deferre Missale osculandum post cantum Evangelii; quando ille assistit in Choro aliquantulum distante ab Altari maiore. **2049** *ad* 4.

Subdiaconus in exequiis defuncti Sacerdotis, praesente corpore, se collocare debet cum Cruce ad caput defuncti inter feretrum et Altare. **2392** *ad* 2.

Subdiaconus sustinere tenetur librum Evangeliorum, sive ante pectus sive in Lectorili exsistentem, dum Diaconus Evangelium cantat. **2425** *ad* 3.

Subdiaconus sustinens Patenam in Missa solemni, quae coram SSmo Sacramento exposito celebratur, genuflectere non debet, quando Celebrans post Offertorium genuflexus thurificat SSmum Sacramentum. **2474.**

Subdiaconus in Missa Ordinationis, quae non fiat in cantu, non cantare sed legere debet Epistolam, dum Episcopus eamdem legit. **2682** *ad* 9. **3368** *ad* 5.

Subdiaconus vel Clericus minorista, qui est etiam Organista, nequit cantare textum Evangelii Passionis. **3110** *Dub.* X.

Subdiaconus Canonicus post solemnem Missam Pontificalem tenetur Episcopo detrahere sandalia; cuiusmodi actio non pertinet ad scutiferos. **2634.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **252.** (Sed confer **3228** *ad* 3. et **4015** *ad* 2; quibus Decretis praesens aliquantulum emendatur).

Subdiaconus, diversus a Subdiacono ministrante et amictus Tunicella aut Planeta plicata, prout exigit sacrae actionis qualitas, Crucem in Processionibus deferre debet in die Purificationis, Dominica Palmarum, Feria V in Coena Domini et Feria VI in Parasceve; die vero Commemorationis omnium fidelium defunctorum Crux deferenda est a Subdiacono Missae. **2646** *ad* 1. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **272.**

Subdiaconus in Missa solemni accedere potest cum Diacono ad Altare ad dicendum *Sanctus,* vel etiam non accedere, iuxta loci consuetudinem. **2682** *ad* 30.

Subdiaconus deferens Crucem Archiepiscopalem sit paratus, medius tamen inter duos Ceroferarios cum luminaribus; et Acolythus deferens Crucem Capituli sit cotta indutus. **2684** *ad* 16.

Subdiaconus in secunda et tertia Missa

cantata Nativitatis Domini sustinere debet Patenam de more. **2956** *ad* 6.

Subdiaconus, quando Ordinatio confertur sine cantu, postquam Epistolam legerit, non debet manum Episcopi osculari. **3006** *ad* 5.

In Subdiaconorum Ordinatione, si fiat Sabbato Sancto, admonitio facienda est post Litanias. **2616** *ad* 4 *et* 5. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **217** *et* **218.**

In Subdiaconi Ordinatione amictus demittendus est super scapulas, postquam impositus fuerit ab Episcopo. **2956** *ad* 2.

In Subdiaconi Ordinatione potest ei tradi Missale loco libri Epistolarum. **3315** *Dub.* VII.

In Subdiaconi Ordinatione, si uni tantum Ordo conferatur, noviter promotus non debet cantare Epistolam, ut fit in Ordinationibus generalibus. **2179** *ad* 3.

Subdiaconi in Ordinatione generali dicere debent *Confiteor* post Communionem Presbyterorum. **2682** *ad* 10. **3721** *ad* 2.

A Subdiacono Canonico (excepta Missa pontificali) calicem e credentia ad Altare et e converso non deferendi, nec adhibendi velum humerale pro patena sustinenda, consuetudo tolerari nequit. **3333** *ad* 3. *in princ.*

Subdiaconus Missae, dum cantatur Symbolum, accepto libro Evangeliorum, Canonicorum et Seminaristarum Missae assistentium stalla circuire nequit, unicuique praebens librum clausum, quem singuli manu dextera tangant dicentes; *Credo* et *Confiteor;* haec enim consuetudo non est conformis legibus sacrae Liturgiae. **3348.**

Subdiaconus Epistolam cantaturus in Sabbato Sancto, non alter, Crucem deferat, ad benedictionem tum novi ignis, tum Cerei Paschalis. **3491** *ad* 9.

Subdiaconus in Processionibus nequit incedere inter Ceroferarios prope Acolythum qui defert Crucem; sed in singulis casibus dispositio Caeremonialis Episcoporum servanda est. **3691** *ad* 4.

Subdiaconus in Missa pontificali ascendere nequit ad dexteram Diaconi in cornu Epistolae ad recitandum *Agnus Dei* simul cum Pontifice, nec ad aquam infundendam, dum Pontifex se purificat post Communionem. **3769** *ad* 4; nec potest ascendere ad *Sanctus,* ubi talis viget consuetudo: tunc enim servandum est Caeremoniale Episcoporum. *Ibidem ad* 5.

Per Subdiaconum caligis et sandaliis Episcopum non induendi, sed hoc munus cubiculario committendi consuetudo sustineri potest; dummodo Subdiaconus, qui caligas et sandalia defert, assistat. **4015** *ad* 2.

A Subdiacono, sive Canonico sive Beneficiato, ampullae ministrari debent in Missis non pontificalibus, licet adsit Presbyter assistens. **4018** *Dub.* I.

Ad Subdiaconi sinistram sedere potest Presbyter assistens in Missa solemni infra cantum Hymni Angelici et *Credo,* iuxta consuetudinem; sed in scabello separato. **4018** *Dub.* III.

Subdiaconus Canonicus, celebrante pontificaliter Episcopo Suffraganeo, nequit, lecta Epistola, accepta ab Episcopo benedictione et tradito Missali Clerico, pergere directe ad scamnum et sedere; quin sustineat Missale apertum, dum Episcopus Epistolam et Evangelium legit: et contraria consuetudo, ut abusus, tollenda est. **4019** *ad* 1.

Subdiaconus in Absolutione, absente cadavere, collocare se debet inter Ecclesiae ianuam et tumulum, sive Absolutio fiat pro laico sive pro Sacerdote; excepto casu quo cadaver sit moraliter praesens. **4034** *Dub.* III.

Subdiaconus Canonicus, qui in Vesperis Antiphonas praeintonat, nequit ex consuetudine Tiburtinae Cathedralis sedere in scamno in cornu Epistolae cum ligneo postergali, serico damasceno rubro cooperto, coronide deaurata a parte superiore apparente, et per unum gradum a terra elevato; sed tantum in Missa Diaconus et Subdiaconus pariter Canonici dicto scamno uti possunt. **2631** *ad* 3. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **243.**

Subdiaconus ad legendam Epistolam in Missa solemni non debet petere benedictionem ab Episcopo, in habitu camerali et privatim Missae assistente, nec ei deferre Evangelium osculandum. **3110** *ad* 22.

Subdiaconus cantare nequit Evangelium cum Lectione in Matutino Nativitatis Domini. **2689** *ad* 1.

Subdiaconus vel minorista nequit cantare Evangelicum textum Passionis. **3110** *ad* 10.

Si Subdiaconi unius Ordinatio fiat privatim sine cantu, possunt in Altari accendi tantum quatuor cerei; sed in Ecclesia et publica Ordinatione debent accendi septem. **2682** *ad* 8.

Vide **Diaconus. Ordinatio.**

Substitutus.

Non ad Substitutum Archipresbyteri, sed ad Canonicos spectat, Missas et divina Officia celebrare, absente Archipresbytero, quae ad ipsum pertinerent, si adesset, et Substituto neque in sessionibus; neque in Processionibus neque in aliis huiusmodi actibus

ulla competit praeeminentia super Canonicos. **360.**

Per Substitutos possunt explere munia Chori Parochi Civitatis Tarraconen., quando curae animarum ac Sacramentorum administrationi incumbunt. **1556.**

Non per Substitutos, sed per se ipsos Canonici Cathedralis tenentur Canonico celebranti deservire pro Diacono et Subdiacono. **1597.**

Substituti (seu *affittuari*) Sacerdotes tam in Processionibus, quam in sessionibus et in celebratione divinorum Officiorum, praecedere debent Clericos Beneficiatos ex Beneficio simplici. **1528.**

Non per Substitutum, sed personaliter interesse debet Parochus matricis Ecclesiae Processionibus generalibus; nisi obstet legitimum impedimentum. **1297** *ad* 3.

Per Substitutum nullo modo deferre debet Baro seu Vice-baro hastam baldachini supra SS. Sacramentum, sed per se ipsum; vel si id facere recuset, ad Processionem non accedat. **137.**

Non per Substitutum, sed per seipsam prima Dignitas Episcopo celebranti vel Divinis interessenti assistere debet. **655** *ad* 2.

Substituere neminem alium potest Dignitas, si legitime impedita nequit munera sibi incumbentia per seipsam adimplere, nisi eum qui immediate ei succedit. **1619** *ad* 5.

Succentor, seu quivis alius, cuiuscumque sit dignitatis et praeeminentiae, Evangelium in Missa pontificali cantans, thurificare debet Canonicos aliosque de Capitulo. **20** *ad* 3.

Suffraganeus; vide **Episcopus Suffraganeus.**

Suffragia Sanctorum.

Pro Suffragiis, ubi Titulus Ecclesiae est B. M. V. Assumpta, sufficit Antiphona: *Sancta Maria succurre miseris*, cum Commemoratione ibi posita. **1354** *ad* 2. **3401** *Dub.* II. *ad* 2. **4043** *ad* III.

Suffragia dicenda sunt in Vigilia festi OO. Sanctorum, si contingat hac die Officium semiduplex. **2205** *ad* 1.

In Suffragiis a die 2 Februarii occurrentibus, quando translatum ex Rubricis Officium Purificationis B. M. V. nondum recitatum sit, et officium fiat de semiduplici vel simplici, dici debet ℣. *Ora pro nobis etc.* Cum Oratione *Concede.* **2148** *ad* 1.

Inter Suffragia commemoratio de Titulari Ecclesiae Cathedralis facienda est solum ab iis, qui sunt de gremio eiusdem Ecclesiae. **2388** *ad* 8.

In Suffragiis non est facienda commemoratio Titularis Dioecesis aut Paroeciae. **2769** VII *ad* 2.

In Suffragiis addenda est etiam a Regularibus commemoratio Patroni vel Titularis Ecclesiae. **2822** *ad* 3.

In Suffragiis debent facere commemorationem Titularis Ecclesiae Seminario adnexae Professores et Seminaristae in maioribus constituti. **2939** *ad* 5. Vide **3279.** *Dub.* II.

Suffragia Sanctorum in Feriis Quadragesimae, Quatuor Temporum et Vigiliarum flexis genibus dicenda sunt. **2986** *ad* 1.

Inter Suffragia Sanctorum Sacerdotes Congregationis SSmi Redemptoris Commemorationem tantum S. Alfonsi Mariae Institutoris adiungere debent, non autem SS. Redemptoris. **3011** *ad* 1.

In Suffragiis, si simul cum S. Barnaba facienda sit S. Georgii Mart. commemoratio, mutanda et sumenda est Oratio S. Georgii de Communi unius Martyris non Pontificis. **3071.**

In Suffragiis Commemorationem Titularis Altaris in Cathedrali, diversi a Titulari proprio eiusdem Cathedralis, a Parocho eiusque Vicariis in casu speciali addi convenit. **3072.**

In Suffragiis Commemoratio S. Michaelis, ubi ratione Titularis Ecclesiae addenda est, praecedere debet illam Ss. Apostolorum Petri et Pauli. **3107** *ad* 2; ac illas S. Ioannis Baptistae et S. Ioseph. **4043** *ad* VII.

Inter Suffragia communia Regulares, qui utuntur Calendario Almae Urbis, facere debent commemorationem de Patrono loci particulari. **3157** *ad* I *qu.* 2; haec autem commemoratio sumatur ex Officio proprio, si habeatur; secus, de Communi, mutatis verbis quae natalitium aut solemnitatem indicant in ea quae memoriam exprimant. *Ibidem qu.* 3.

Inter Suffragia communia Sanctorum apponi debet commemoratio S. Ioseph. **3252. 3314.**

Inter Suffragia commemoratio Titularis Ecclesiae ab eo tantum Clero facienda est, qui servitio eiusdem est addictus. **3255** *Dub.* II. *qu.* 2. Qui nulli Ecclesiae est adscriptus, nullam de Titulari Commemorationem facere debet; et id pariter respicit Commemorationem Patroni, quando nullus nec loci, nec Dioeceseos, nec Provinciae nec Regni Patronus habeatur. *Ibidem qu.* 4. **3401** *Dub.* II *ad* 1 *et* 4.

Inter Suffragia Sanctorum apponi debet ab Alumnis Seminarii ad Exteros Commemoratio S. Ioseph iuxta formam Brevis Apostolici; Commemoratio vero S. Francisci Xa-

verii sumenda est prout infra Octevam eiusdem Sancti. **3314.**

Inter Suffragia Regulares facere debent Commemorationem Titularis propriae Ecclesiae, non vero Cathedralis. **3436** *Dub.* I. *qu.* 1; et eis liberum non est, loco Tituli, eligere Patronum totius Regni prae Patrono Dioecesis et Civitatis, in hac Commemoratione. *Ibidem qu.* 2.

Ad Suffragia et preces feriales, quotiescumque tempore Quadragesimae ex speciali indulto recitatur in Choro Matutinum cum Laudibus Feriae II insequentis, die Dominica post Vesperas et Completorium, non est standum. **3461** *ad* 1.

Pro Suffragio S. Ioannis Baptistae, ubi est Titulus Ecclesiae, in Laudibus et Vesperis recitanda est Oratio de Eius Festo Nativitatis, mutata voce *Nativitate* in *Commemoratione.* **3539** *Dub.* I. **3803.**

Pro Suffragio Exaltationis S. Crucis Oratio sumenda est, quae in Suffragiis est adnotata. **3539** *Dub.* I; quoad vero S. Bibianam, S. Agnetem ac S. Gabrielem, Oratio in Suffragiis sumenda est ex festis, mutatis repective voce *Natalitia, Solemnia, Festum* in vocem *Commemorationem, Memoriam.* **3539** *Dub.* I.

Inter Suffragia Regulares Missionarii, posita consuetudine, commemorationem S. Francisci Xaverii facere debent; qui uti Patronus principalis Indiarum habendus est iuxta Bullam Benedicti XIV. **3578** *ad* 1.

In Suffragiis ad Vesperas et Laudes omitti nequit commemoratio Ss. Apostolorum Petri et Pauli, quoties Feria III recitatur Officium votivum omnium Ss. Apostolorum. **3597** *Dub.* VII.

Inter Suffragia Episcopus, qui habet praeter Cathedralem alias Ecclesias, ex quibus fructum aliquem ad eius sustentationem percipit, tenetur tantum ad Commemorationem Titularis Ecclesiae Cathedralis; Missionarius vero, cui plurium Ecclesiarum cura commissa est, tenetur ad Commemorationem tantum de Titulari Ecclesiae dignioris vel Ecclesiae, apud quam residere debet. **3661** *Dub.* II. Vide **3554.**

Inter Suffragia commemoratio S. Francisci Salesii, qui in Oratorio publico eidem consecrato et Gymnasio adiecto uti Titularis celebratur, fieri debet a viris ecclesiasticis huic Gymnasio quocumque titulo adscriptis. **3676** *ad* 1.

Suffragia in Ecclesia dicata SS. Salvatori sumenda sunt per annum a die Festo (die 6 Aug.) **3745** *ad* 3. **3845.**

In Suffragiis Sanctorum commemoratio Titularis Ecclesiae facienda est, si haec sit tantum solemniter benedicta. **3752** *ad* 1. **4043** *ad* I; non vero id valet pro omni Sacello praecipuo alicuius loci, cui adscribitur Missionarius. **3752** *ad* 2.

In Suffragiis debet fieri commemoratio SSmi Sacramenti in Ecclesia dicata huic mysterio, quando fit Officium de Feria; et ibi illa de Cruce omittenda est. **3875** *Dub.* I.

In Suffragiis commemoratio Sacrae Familiae Titularis Ecclesiae tantum benedictae, et non consecratae, facienda est; et omittenda commemoratio de S. Maria et de S. Ioseph. **3929** *ad* 1 *et* 2.

In Suffragiis, ubi Titularis Ecclesiae est S. Infantia Iesu, ad Laudes dicatur Antiphona ad Benedictus *Gloria in excelsis* ex Laudibus Officii de Nativitate Domini; in Vesperis autem dicatur Antiphona ad Magnificat ex II Vesperis eiusdem Nativitatis, omissis *Hodie.* **3943** *ad* 3.

In Suffragiis commemoratio S. Michaelis Archangeli in iis locis, ubi est Titulus Ecclesiae, non est facienda in Officio votivo Ss. Angelorum. **4006** *ad* 7. **4043** *ad* II; non vero omittuntur Commemorationes de S. Gabriele et de S. Raphaele, quae ab Antiphonis et Orationibus Officii votivi Ss. Angelorum diversae habentur. **4006** *ad* 8.

Inter Suffragia Commemorationem facere tenetur quilibet, sive saecularis sive regularis, alicuius Ecclesiae servitio, quocumque canonico titulo, addictus (dummodo Ecclesia sit publica, etsi non consecrata) tam in Laudibus quam in Vesperis, diebus a Rubricis notatis, de eiusdem Ecclesiae Titulo; non obstante quacumque consuetudine contraria etiam immemorabili, et quamvis commemoratio iam soleat fieri Patronorum loci vel regionis. **4043** *ad* I.

In Suffragiis Commemorationes nunquam fiant de iis Mysteriis vel Sanctis, de quibus eadem die agitur Officium. Imo neque in Officio votivo de Passione fiat Commemoratio de S. Cruce aut de SS. Sacramento. **4043** *ad* II; similiter Commemoratio de Ecclesiae Titulo, iam communiter in Suffragiis agenda, semel tantum fiat, et per Antiphonam communem. Itaque, si Titulus Ecclesiae sit ipsa S. Crux, eius Commemoratio, tam intra quam extra tempus Paschale, non fiat nisi semel; et per antiphonam, Versiculum et Orationem, quae inter Suffragia pro diversitate temporum annotantur. *Ibidem ad* III; si vero tam Officium diei, quam Commemorationes circa idem obiectum, haud tamen sub eadem ratione, versentur, tunc Commemoratio Tituli non omittatur. Sic de SS. Salvatore, Ecclesiae Titulo, agenda est Commemoratio etiam post Commemorationem S. Crucis, imo in ipsa Dominica II Quadragesimae: *Ibidem ad* IV; ceterum, de Titulo Commemoratio fiat omni-

no specialis, nec sufficit eidem cum aliis Sanctis non Titularibus communis. *Ibidem ad* V; Commemoratio B. M. V. communis omittenda est in Choro, iuxta Rubricam, quum recitatur eiusdem B. M. V. Officium parvum. *Ibidem ad* VI; Tituli Commemoratio inter alia Suffragia locum teneat, pro dignitate ipsius, a Rubricis assignatum. *Ibidem ad* VII; praeter Commemorationem de Titulo seu Patrono Ecclesiae (et Regulares etiam de proprio Fundatore), nulla de Patrono loci, Dioeceseos, Provinciae aut Regni, vi Rubricae facienda est; nisi contraria vigeat consuetudo. Quo in casu, nisi aliter exigat personalis dignitas, Commemorationes huiusmodi hoc ordine fiant: ut loci seu Civitatis Patronus Patrono Dioeceseos, hic vero Patronis universalioribus, in Suffragiis anteponatur. *Ibidem ad* VIII.

In Suffragiis Sanctorum pro Commemoratione S. Antonii Abbatis, Dioecesis Minoricensis Patroni, Antiphona propria de II Vesperis Festi dici potest, omisso verbo: *Hodie.* **4048** *ad* 3.

Suffragiorum loco dicenda Commemoratio de Cruce tempore Paschali recitari nequit, quando fit Officium votivum de Passione. **3675** *ad* 3. **4043** *ad* II; aut de SSmo Sacramento. **3792** *ad* 8. **3844** *ad* 5.

Supellex sacra.

In Supellectilis sacrae benedictione Abbates mitram et baculum non adhibeant, nisi de expressa S. Sedis concessione. **1131** *ad* 17.

Supellex e tela ex *urticis* confecta adhiberi nequit. **3387.**

Supellex sacra ex tela quadam composita e lino et gossypio subtilissimo, quem vocant *Mussolo,* confici nequit. **1287.**

Supellex sacra ex tela linea vel gossypio, vulgo *Percalle,* confecta non admittitur. **2769** *Dub.* V. n. 3.

Supellex sacra, confecta ex gossypio, non vero ex lino vel cannabe, omnino prohibetur. **2600.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **192.** - **3455** *ad* 1; sed ex gratia conceditur Archidioecesi Goanae usus telae ex lino et gossypio quoad amictum, albam et tobaleas Altarium, sub conditione tamen intra biennium ea consumendi: non vero quoad corporalia, purificatoria et pallas. **3455** *ad* 2.

Supellectilem pro servitio dumtaxat suarum Ecclesiarum vel Monasteriorum Abbates benedicere possunt. **513. 587. 2377.** *ad* 3. **3157** *Dub.* XI. **1131** *ad* 18; non autem Altaria consecrare et alia sacra vasa, in quibus adhibetur sacrum Chrisma. **2333**, nisi habeant privilegium S. Sedis. **2377** *ad* 1; quod tamen Abbati Monasterii Litticensis Ordinis Cisterciensis in Dioecesi Goritiae concessum est. **2488.**

Supellectilis sacrae ex gossypio confectae usus continuari nequit; sed S. R. C. Episcopo indulgeat, ut intra biennium supellex renovetur ad tramites generalis Decreti, permisso interim illius usu, quae nunc habetur. **2737.**

Supellectilem pretiosam cum propriis Insignibus habens Canonicus pro Missa celebranda, debet ab horum usu abstinere, dum solemniter celebrat praesentibus Canonicis et aliis de Capitulo. **597.**

Ad Supellectilis sacrae et campanarum benedictionem Episcopus iure ordinario nequit delegare sacerdotes, absente Apostolico indulto. **2377** *ad* 4 *et* 5.

Supellectilem sacram benedicendi facultas concessa extenditur etiam ad Imagines D. N. I. C., B. M. V. aliorumque Sanctorum; ad Tabernaculum, in quo asservatur SS. Sacramentum; ad Pyxidem et generaliter ad omnia, in quibus sacra Unctio non adhibetur. **2457.**

Pro Supellectilis sacrae benedictione facultatem habens Episcopus Sacerdotes delegandi, potest etiam subdelegare pro benedictione sacrorum vasorum; dummodo sacra unctio non sit in casu adhibenda. **3533** *ad* 2.

Vide **Alba. Paramenta.**

Superiores.

Superiores Regulares non sunt nominandi in Canone Missae nomine Antistitis. **1333** *ad* 9. **1827** *ad* 1; nec in Collecta specialiter praescripta. **1740.**

Superioris Ecclesiae immunis nomen in Praeconio Paschali, loco nominis Episcopi Dioecesani, non est dicendum. **1827** *ad* 2.

Per Superiores substitui nequit, deficiente Subdiacono pro Missa solemni, constitutus in minoribus ad cantandam Epistolam, paratus absque manipulo. **2002** *ad* 13.

Superiores necnon Priores locales Regularium non sunt intelligendi sub nomine Ordinarii loci. **2067** *ad* 8.

Superiores Regulares, Rectores, Priores, Guardiani possunt benedicere supellectilem, pro qua sacrum Chrisma non requiritur, pro suis Ecclesiis, supposito S. Sedis privilegio. **2377** *ad* 3.

A Superiore praeceptae Orationes, puta pro pace, pro aeris serenitate etc., in Missa Vigiliae Nativitatis Domini omitti debent. **2461** *ad* 2.

Superiores Regulares, etiam locales, non

possunt ordinare Collectam dicendam in Missa a subditis suis, tam pro necessitate Ordinis quam pro necessitate communi, sine licentia Episcopi. **2514** *ad* 6.

A Superioribus imperatae Collectae in Dominicis Quadragesimae et Adventus non sunt omittendae, exceptis Dominica Palmarum et Dominica IV Adventus in occursu cum Vigilia Nativitatis Domini. **2618** *ad* 2. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **220.**

Superior Regularis Feria V in Coena Domini celebrare potest in privato Oratorio ad ministrandam suis Religiosis Communionem: et si desit Oratorium, in Ecclesia ianuis clausis. **2799** *ad* 2.

Superior Regularis aut alius pro eo in recipiendo Episcopo Ordinario ad ingressum Ecclesiae suae et in porrigendo aspersorio praeter superpelliceum stolam deferre nequit. **3191** *ad* 1.

Superior localis dispensare nequit, ut Officium divinum recitetur extra Ecclesiam in Oratorio Conventus vel in Sacristia; nisi sit locus decens et cum Ecclesia communicet, et ab Episcopo tamquam Delegato S. Sedis visitatum sit. **3506** *ad* 3.

Superiori Regulari Ecclesiae in Monte Berico licet in casu excipere ad ostium Ecclesiae Processiones, induto superpelliceo et stola. **3775** *ad* 1.

Superpelliceum.

Superpelliceum tantum, non vero Alba, adhibendum est a Canonicis Collegiatae in Processionibus, quando induuntur Planetae vel Dalmaticae seu Tunicellae, iuxta dispositionem Caeremonialis lib. I cap. 15 § 6. **1619** *ad* 9.

Ut Superpelliceo indutus Sacerdos vel Clericus assistat tempore XL horarum in Cathedrali vel Collegiata, vel maxime decet, iuxta edictum Emi Vicarii pro Urbe; et Episcopus in hoc quam maxime incumbat. **2079** *ad* 18. **2709** *ad* 2.

Superpelliceo et bireto induti Patres Congregationis Oratorii S. Philippi Nerii in Processionibus incedere debent. **2485** *ad* 2.

Superpelliceo et stola uti debent Canonici Cathedralis et Parochi in administratione Sacramentorum, tam intra quam extra Ecclesiam propriam, non vero cappa. **2578** *Dub. addition. ad* 1. **2622**. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **228.** - **2680.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **317.** - **2684** *ad* 22. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **329.** - **2993** *ad* 5. **3542** *ad* 1. **3779** *Dub.* VIII *et* IX. **3784.** *ad* I. *Decret. gener.*

In Superpelliceis, in tobaleis Altarium et in Albis tolerari possunt vela transparentia, quae repraesentant Cruces, Ostensoria, Calices cum Hostia, figuras Angelorum et alia similia sacra obiecta. **3191** *Dub.* V.

Superpelliceum induere debent Regulares, qui dispersionis causa Crucem erigere nequeunt, in Processionibus Corporis Christi. **3193** *Dub.* II.

Absque Superpelliceo et in habitu communi Canonici et Beneficiati Choro interesse non possunt; et abusus huiusmodi est eliminandus. **3250** *ad* 1.

Quoad Superpelliceum et stolam in minoribus Benedictionibus ex Rituali Romano peragendis, servetur ipsum Rituale. **3697** *ad* 15.

Superpelliceo partim induti, partim vero non, Clerici nequeunt assistere in Presbyterio. **3549** *post* III.

Vide **Mozzetta. Rochettum.**

Suppedaneum; vide **Predella.**

Supplices te rogamus; ad hanc Orationem Sacerdos ponere debet manus super Altare, non intra Corporale; et hoc etiam valet quoad Orationes ante Communionem. **2572** *ad* 21.

Surgendi ordo.

Surgere in recitatione cuiuslibet quinti Psalmi ad Laudes et in Vesperis, et in recitatione quarti ad Completorium, et non surgere ad Antiphonam, tam ante quam post *Magnificat,* non est de usu Ecclesiae Romanae. **1322** *ad* 14.

Surgere debent omnes in Choro praesentes, excepto Hebdomadario, si sit paratus, cum Antiphonae ab uno ex Canonicis intonantur; vel ab una illius qui intonat parte, vel ab utraque, iuxta Ecclesiarum consuetudinem. **2258** *ad* 3. **2079** *ad* 13. **3110** *ad* II. **3781** *ad* II.

Surgere semper tenetur Hebdomadarius in benedictionibus Lectionum; et alii de Choro pariter ad id tenentur, quando Officium solemniter cantatur. **3110** *ad* III. **3780** *ad* 10 *et* 11.

Surgere et stare debet Hebdomadarius in recitandis Orationibus, quae dicuntur post preces feriales. **3110** *ad* IX.

Surgere potest Episcopus ad ℣. *Gloria Patri* in fine Psalmorum, iuxta laudabilem consuetudinem; et tunc non debet sedere, antequam ℣. *Sicut erat* incipiatur. **1476** *ad* 11.

Surgere debent omnes, Canonicis exceptis, si Antiphona ab uno ex Beneficiatis aut Mansionariis intonetur: vel ab una tantum parte, vel ab utraque, prout Ecclesia fert consuetudo. **3781** *ad* III.

Quoad surgendum et aperiendum caput in intonandis Antiphonis, a Clericis servanda est consuetudo Ecclesiae. **1628.**

Surgere non tenetur Presbyter assistens, dum Diaconus in Missa solemni bursam cum corporali ad Altare defert. **4018** *ad* V.

Vide **Standi ordo.**

Suscipe Sancte Pater etc. - ab hac Oratione oblationis Ordinandi Presbyteri Missam pro Ordinatione inchoare debent, non vero ab initio. **2404** *ad* 1.

Suscipe Sancta Trinitas - in hac Oratione, quae dicenda est in Missa post Ps. *Lavabo,* legendum est: *in honorem B. Mariae semper Virginis.* **3421** *Dub.* III.

Suspensio.

Suspendatur ab Episcopo Sacerdos rudis et imperitus ad Missam celebrandam, donec instructus appareat ad rite celebrandum, scandalo secluso. **2787.**

Symbolum.

Symbolum dici debet in Missa solemni post concionem, non ante, iuxta Rubricas Missalis. **9** *ad* 8.

Symbolum in Missa solemni non est intonandum a Celebrante, priusquam Subdiaconus ei librum Evangeliorum ad osculandum obtulerit, et Diaconus eum incensaverit. **19** *ad* 3.

Symbolum et *Gloria* dici debent in Missis votivis pro re gravi, excepto tantum quando Missa celebratur cum paramentis violaceis, ut pro infirmis vel aliquo actu simili moestitiae vel poenitentiae, quia tunc non dicitur *Gloria* nec *Credo,* (praeterquam in Dominicis, in quibus *Credo* non omittitur). **235** *ad* 12. **1333** *ad* 4.

Symbolum integre et intelligibili voce decantari debet, ita ut a populo distincte audiri valeat. **1023** *ad* 3. Vide **3827** *ad* II. *Decret. gener.*

Symbolum non dicitur in Festivitatibus particularibus Ecclesiae Cathedralis, quamvis istae celebrentur cum Processione. **1227.**

In Symbolo ad ℣. *Et incarnatus est,* si festum Annuntiationis transferatur, genuflectendum est a Celebrante et Ministris in die translationis. **1268.**

Symbolum in Missa dici potest ratione magni concursus. **1228**; item ratione Reliquiae insignis; quod si Corpus habeatur integrum, aut illius magna pars, a fortiori Symbolum in Missa dici debet. **1333** *ad* 14. **3238.**

Symbolum dici nequit in Missis Beatorum Ordinis Minorum nondum canonizatorum, quae sub duplici maiori aut ritu inferiori celebrantur. **1333** *ad* 15.

Symbolum et *Gloria* in Missa votiva de aliquo Sancto pro re gravi semper dici debet. **1357** *ad* 3. **3922** § II n. 3.

In Symbolo ad ℣. *Et incarnatus est* ii tantum de Choro qui stant, tenentur ad genuflexionem, non alii extra chorum: diebus tamen Nativitatis Domini et Annuntiationis B. M. V. omnes de Choro, etiam Celebrans et Ministri. **1421** *ad* 3. **1476** *ad* 1. 2. 3. 4 *et* 5. **1570** *ad* 2. **1594** *ad* 2. **2960** *ad* 2. **3399** *Dub.* III. **3860.**

Symbolum ratione Reliquiae insignis dici debet in illa tantum Ecclesia, in qua Reliquia asservatur. **1743** *ad* 1 *et* 2. **1890.** *ad* **5**; si Reliquia insignis non sit, Symbolum dici nequit. **2802** *ad* 1. **2883** *ad* 1.

Symbolum dici nequit sola ratione Expositionis SSmi Sacramenti. **1743** *ad* 3.

Symbolum in Missis votivis B. M. V., quae non sunt pro re gravi, dici non potest. **1785. 1817. 1843.** *ad* 1. **1877. 2503** *ad* 3.

Symbolum integre canendum est, etiamsi pulsetur Organum. **3108** *ad* XV. **3827** *ad* II. *Decret. gener.*

Symbolum quando in Missa solemni seu Pontificali integrum in notis seu in cantu Gregoriano et firmo cantatur in Choro, Organum cum cantu intermisceri potest. **3110** *ad* 7.

Symbolum non est dicendum in Missa Rogationum in Festo S. Marci, etiamsi hoc incidat in Dominica in Albis. **1801**; vel infra octavam Paschatis. **2002** *ad* 12. **2572** *ad* 16.

Symbolum dici nequit in Missa festiva, quae ex Rubrica solum habet hymnum Angelicum. **1843** *ad* 2.

Symbolum dici debet in festo Patroni principalis loci, non vero in festis Patronorum minus principalium. **1854. 2378.** *ad* 9. **3201** *Dub.* III.

Symbolum dici nequit in festo translationis Patroni principalis Cathedralis. **2059** *ad* 4.

Symbolum dici nequit in festis Ss. Martyrum, Confessorum et Virginum, quae sub ritu duplicis maioris celebrantur. **2059** *ad* 5.

Symbolum in festo Titularis Ecclesiae Cathedralis non est recitandum, nisi in Ecclesia propria. **2189.**

Symbolum dici nequit in Missis cantatis B. M. V. in Novemdiali celebrandis. **2209** *ad* 1.

Symbolum dici debet in festis Beatorum, quorum Officium auctoritate Sedis Aposto-

Symbolum S. Athanasii.

Syndicus.

Synodus.

T

Tabella.

Tabernaculum.

Tantum ergo.

Te Deum.

tiarum actione coram SS. Sacramento exposito, omnes stare debent. **2514** *ad* 7.

Te Deum hymno recitato in gratiarum actione, dicendi sunt, extra casum Processionis, versiculi *Benedicamus Patrem..... Benedictus es..... Domine exaudi....* cum unica Oratione *Deus cuius misericordiae.* **2956** *ad* 3.

Te Deum in Officio parvo B. M. V. recitari debet a Nativitate Domini usque ad Septuagesimam, et a Dominica Resurrectionis usque ad Adventum; in Adventu autem et a Septuagesima usque ad Pascha nonnisi in Festis B. M. V. **3572** *ad* 1; et etiam in Festo S. Ioseph. **3659.**

Ad Te Deum, si immediate post Missam solemniter cantatur, retineri possunt paramenta Missae celebratae. **3764** *ad* 7; si vero exponatur SS. Sacramentum et benedictio impertiatur, Celebrans debet assumere pluviale. *Ibidem ad* 8.

Te Deum cantare in Cathedrali et Dominam loci ad eam associare cum baldachino a porta Civitatis Clero non licet. **910.** Vide **2341** *ad* 3.

Te Deum et aliae quaecumque liturgicae preces nonnisi latina lingua decantari debent. **3537** *ad* 3.

In Hymno Te Deum et in Cantico *Benedictus* ac in elevatione Venerabilis numerus intortitiorum adhibitus pro Dignitatibus adhibendus est etiam pro Canonicis solemniter celebraturis. **2332** *ad* 3.

Tempore Hymni Te Deum et nonae Lectionis praecedentis, a Cappellanis Laudes recitari nequeunt; sed recitandae sunt in Choro alternatim; et consuetudo contraria non est ferenda. **2684** *ad* 5. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **322.**

Ad Te igitur in principio Canonis, standum est Rubricae de ritu servando in celebratione Missae Tit. VIII. num. 1, et alteri Canoni praefixae. **2572** *ad* 19.

Tela ex urticis confecta non probatur pro supellectili Ecclesiae. **3387.**

S. Teresia Virg.

S. Teresiae festi Hymni proprii recitantur etiam in eiusdem festo Transverberationis; sed in Hymno Matutini loco *Haec est dies, qua candida,* legi debet: *Felix dies etc.* **2340** *ad* 3.

In S. Teresiae festo Lectiones I Nocturni sunt de Scriptura occurrente. **2365** *ad* 7.

Tertia.

Tertiae Horae in cantu interesse debet Magistratus diebus solemnioribus et comitari Episcopum ad templum maius ac ab eo recipere aspersionem aquae benedictae. **2638** *ad* 6. 7 *et* 8.

Tertia ante Missam pontificalem in Ecclesia Cathedrali omnino cantanda est, non obstante quacumque consuetudine. **14** *in fine* § *Declarat* 1; et si desit Secretarium, in quo id fieri possit, praedicta Hora cantanda est eodem loco, in quo cantatur Missa; omitti tamen debet hoc casu Processio. **3228** *ad* 1.

Tertia ante Missam pontificalem cantata, Officium terminari nequit, quamvis Episcopus accessum ad Ecclesiam proroget. **1003.**

Tertiam intonare debet Episcopus Missam pontificalem celebraturus, et cantare in fine Orationem. **2425** *ad* 4; dum recitatur Tertia, et Episcopus se praeparat ac sacra paramenta sumit, Capitulum servare debet Caeremoniale Episcoporum. *Ibidem ad* 5.

Tertia solemniter cantanda est post Processionem in festo S. Marci ante Missam Pontificalem. **3006** *ad* 3.

Tertia nequit iterum cantari, absoluto chorali Officio, etiam Hora Nona recitata, quando Archiepiscopus assumit paramenta pontificalia ad celebrandum; et quando Canonicis non placeat recitare Sextam et Nonam post Missam pontificalem, Beneficiarii Ecclesiae Metropolitanae recitent privatim easdem duas Horas in Ecclesia S. Restitutae. **3605** *Dub.* X.

In Tertiae fine versiculus *Fidelium animae etc.* omitti non debet, etiamsi immediate sequatur Missa. **2366.**

In Tertiae solemni cantu Episcopus annulum pontificalem gestare nequit. **3747** *ad* 1.

Ad Tertiae Horam Capitula Officiorum Maternitatis et Puritatis B. M. V. sumenda sunt ex Vesperis, non vero de Communi B. M. V. **3060** *ad* 1.

Ad Tertiam sumi debet Capitulum Vesperarum in festis Ss. VII Fundatorum Ordinis Servorum B. M. V. et S. Catharinae Fliscae Adurnae. **3731** *ad* 3.

A Tertia inchoandum est Officium Dedicationis Ecclesiae, peracta eiusdem consecratione. **2868.**

Tertiae recitatio a Choro intermitti, et ipsa Tertia de mandato Episcopi a musicis cum organi pulsatione et in cantu figurato cantari potest. **1494** *ad* 3.

Post Tertiam ante Missam conventualem in Dominicis aspersio Aquae benedictae fieri debet iuxta Rubricas Missalis et praescripta Ritualis; nec potest tolerari consuetudo eam transferendi post Nonam ante Missam votivam solemnem de SSmo Sacramento, quae alicubi cantatur ex privilegio. **3268** *ad* 1.

Tertiarii.

Tertiarii Franciscales coetum constituentes, proprio habitu induti ac sub Cruce incedentes, ius praecedentiae habent super quascumque laicas Sodalitates. **3664. 3678. 3794. 3951. 3968.**

Tertiarii Ordinis S. Dominici habent ius praecedentiae supra quascumque Confraternitates; dummodo collegialiter et cum proprio habitu incedant, etiam in solemnitate Corporis Christi. **3795.**

Tertii Ordinis privilegio frui potest Sodalitas in Consodalitatem Tertii Ordinis erecta; dummodo Sodales incedant cum proprio habitu et sub Cruce. **3819** *ad* 1.

Inter Tertii Ordinis diversas Consodalitates ius praecedentiae non ab antiquitate respectivi Ordinis desumi debet, sed a die qua canonice unaquaeque Sodalitas laica in Tertium Ordinem commutata fuit. **3819** *ad* 2.

Tertiariis S. Francisci competit ius praecedendi Tertiariis S. Dominici in casu speciali. **3882.**

Pro Tertiariorum saecularium absolutione generali specialis formula praescripta est. **3550.**

Tertiariis Ordinis S. Dominici collegialiter viventibus de iure competit in recitatione Officii, in celebratione Missae atque in aliis functionibus usus Breviarii ac Missalis nec non ritus et Caeremoniae eiusdem Ordinis, ad tramitem Constitutionum Summorum Pontificum. **3205.**

Tertii Ordinis S. Francisci Fratribus Civitatis Assisii locum cedere debent Capuccini eiusdem Civitatis; quando sub propria Cruce in Processionibus incedunt, absque interventu Patrum Conventualium. **3036** *ad* 3.

Tertii Ordinis Carmelitani Sodales, collegialiter incedentes cum proprio habitu et sub Cruce, habent praecedentiam supra Sodalitates, etiam SSmi Sacramenti, in Processionibus. **4012.**

Tertiarii Ordinis Carmelitani Clerici saeculares, qui non sunt Choro adstricti, recitare possunt Officia de Sanctis eiusdem Ordinis. **2388** *ad* 6.

In Tertiariorum seu Cincturatorum domibus Regulares nequeunt ministrare Sacramenta, praeter Sacramentum Poenitentiae. **271** *ad* 1; nec possunt in articulo mortis facere Tertiarios seu Cincturatos eosque aggregare eorum Religioni. *Ibidem ad* 2.

Super Tertiarios S. Francisci ius exequiarum in Ecclesia Minorum Reformatorum, in qua iidem, licet suppressi, functiones peragunt, spectat ad Religiosum Rectorem Ecclesiae Regularis, salvis iuribus Parocho competentibus. **3619** *ad* 1; et Tertiariorum cadavera ab ipsis Religiosis ad coemeterium deferri possunt, quando a defunctis parentibus Parochus ad id non invitatur: sub conditione quod Sacerdos e Religiosis superpelliceum et stolam induat; dummodo tamen non obstet peculiaris aliqua praescriptio Dioecesana. *Ibidem ad* 2.

Testator.

Testatoris dispositio acceptata de recitando quotidie Officio Defunctorum adimplenda est omnibus diebus, exceptis triduo maioris Hebdomadae et Festis 1 et 2 classis; in his autem facienda est commemoratio in *Memento* mortuorum. **1807.**

A Testatore praescriptum festum fieri nequit, nisi agatur de Sancto, qui est in Calendario. **477** *ad* 8.

Ex Testatorum dispositione relicta Anniversaria et Missae de Requie quotannis in die ipsorum obitus, etiam in festis ritus duplicis maioris contingente, celebrari possunt, nec comprehenduntur in Decreto generali diei 5 Augusti 1662. **1307. 1343. 1392. 1767.** Vide **3753** *ad* 1. *Decret. gener.*

In a Testatore praescripto Anniversario, quoad Officium servandae sunt Rubricae Breviarii et praescripta Ritualis. **1615** *ad* 5.

Pro Testatoris adimplenda mente sive Anniversario faciendo in Ecclesia, in qua fit Expositio SSmi Sacramenti pro Oratione XL Horarum, regulariter celebrari nequit Missa de Requie. **1743** *ad* 5.

Ut Testatoris voluntas adimpleatur, praesertim si ex consuetudine antiquiore fiat, Absolutio pro defunctis fieri vel Responsorium super sepulturam cantari quotidie potest; exceptis tamen duplicibus I classis, in quibus Absolutio et Responsorium neque habere locum poterunt private post absolutas vespere Horas Canonicas. Quod si in diebus permissis de mane fiant, nunquam fiant post Missam de die, nisi omnino independenter ab eadem. **3780** *ad* 8. Vide **3942.**

Testatoris defuncti ordinatio non requiritur ad Missam de Requie diebus 3, 7 et 30 celebrandam in Duplici non impedito, sed sufficit voluntas consanguineorum, amicorum et testamenti exsecutorum; dummodo sermo sit de Missa cantata. **3112** *Dub.* II.

Ad Testamenti cuiusdam formam indictae Missae celebrentur omnibus diebus, in quibus fit Officium B. M. V. sub ritu duplici maiori vel altioris ritus tam in Ecclesia universali quam in Calendario Dioecesano, **2460.**

Vide **Legatum.**

S. Thelesphori P. M. Officium celebrandum esse in Basilica Vaticana in Vigilia Epiphaniae, non obstante consuetudine illud transferendi, respondit S. R. C. **1491**; quaestione autem iterum proposita, in aliam abiit sententiam. **1496.**

Theologus Canonicus.

Theologus Canonicus primam sedem post Dignitatem occupare debet, si haec ipsi ab initio, cum obtinuit Praebendam, fuit assignata. **164.**

Theologus Canonicus, qui gaudet Praebenda Subdiaconali, debet occupare locum Praebendae convenientem. **684.**

Theologus Magister vel Doctor nequit adhibere in ecclesiasticis functionibus biretum doctorale; nec tamen, si utatur, amittet distributiones: siquidem biretum non est chorale indumentum. **2877.**

Theologiae Doctori non licet in Choro super mozzetta deferre decorationem variis coloribus confectam ab Universitate Sorbonica collatam, sed a S. Sede non approbatam. **3454.**

Theologiae Doctor Canonicus in celebratione Missae annulo uti non potest. **3580** *ad* 7.

Theologus Canonicus tempore Lectionis semper est dispensatus a servitio Chori. **2079** *ad* 11; non tamen debet explicare populo Sacram Scripturam inter Missarum solemnia, ac praecise post Evangelium. **2551.**

S. Thomas.

S. Thomae Apostoli festum Octavam non habet. **1589** *ad* 1. Vide **Vigilia S. Thomae.**

S. Thomae Episcopi Cantuariensis festum, ubi sub ritu duplicis minoris celebratur, fieri debet, etiamsi dies 29 Decembris venerit in Dominica; quo in casu fit eadem die Commemoratio Dominicae, et die 30 Dec. in feria II fit de Octava Nativitatis. **1663** *ad* 4.

S. Thomae Ep. Cantuar. festum ad ritum duplicem minorem pro universa Ecclesia evectum est. **3889.**

Thronus.

Thronum in Ecclesia S. Nicolai Civitatis Barensis cum tribus gradibus et baldachinum cum sede episcopali ex lamina aurea Prior Ecclesiae erigere nequit; sed debet eadem omnino removere. **1729.**

Throno qui pro expositione SSmi Sacramenti inservit, affigi possunt hinc inde candelabra pro eadem expositione accendenda. **3780** *ad* 4.

Thronum suum alteri Episcopo cum Rmorum Canonicorum assistentia sibi debita cedendi Episcopus Dioecesanus iure gaudet; dummodo Episcopus invitatus non sit ipsius Dioecesani Coadiutor, aut Auxiliaris, aut Vicarius generalis, aut etiam Dignitas seu Canonicus in illius Ecclesiis. Sicut autem Cardinales Episcopi Suburbicarii aliique Titulares Ecclesiarum Urbis Purpuratis tantum Patribus Thronum cedere possunt; ita Praesules Cardinales aliarum Dioecesium decet, ut suum Thronum nonnisi aliis eadem Cardinalitia Dignitate ornatis cedant. **4023.**

Thronum cum tribus gradibus et suppedaneo in Ecclesia retinere licet Episcopo. **2231** *ad* 7.

De Throno Episcopali non est removendum baldachinum, sed retineri potest, quando SS. Sacramentum in Ara maiori Cathedralis Ecclesiae publice et solemniter est expositum. **3360** *ad* 2.

In Throno benedictio in Missa solemni, etiam exposito SS. Sacramento, danda est ab Episcopo assistente, cappa vel pluviali induto; non vero a Celebrante. **3618** *ad* 1.

Thronum Episcopalem cum quinque gradibus prope Altare SS. Sacramenti, quod habet quatuor gradus, Archiepiscopo sibi erigere non licet; neque sterni facere tapeta in sui Throni gradibus, si gradus Altaris sint nudi. **569. 574. 2331** *ad* 7.

Thronum fixum cum baldachino in qualibet Ecclesia suae Dioecesis Episcopus habere nequit. **2212.**

Vide **Sedes. Baldachinum.**

Thuribulum.

Thuribulorum duorum usus generatim improbatur; in aliquo tamen casu permittitur. **248** *ad* 4. **871. 1322** *ad* 9. **1846;** unicum adhibendum est in thurificandis Episcopo et Canonicis, aliisque omnibus. **366.**

Thuribuli duplex ductus, quo Diaconus in Choro incensare debet singulos Canonicos, ita intelligendus est, ut unusquisque ductus perfici debeat duplici ictu. **3110** *ad* 20. **4048** *ad* 9.

Thuribuli non manuducendi, sed laxatis catenulis iactandi immemorabilis consuetudo tolerari potest; quatenus nequeat reformari absque admiratione fidelium. **3374.**

Thuriferarius.

A Thuriferario facienda thurificatio non praescribitur, dum Sacerdos cum SSmo Sacramento in Ostensorio populo benedicit; et

servanda est consuetudo locorum. **3108** *ad* 6.

Thuriferarios plus quam duos in Processione Corporis Christi adhibere non licet. **3448** *Dub.* IX.

Thuriferarius, nisi gerat vicem Caeremoniarii, sedere potest in gradibus Presbyterii in Missa solemni, quando Celebrans et Ministri sedent. **2515** *ad* 5.

Thurificatio.

Thurificandus est primo Episcopus triplici ductu thuribuli in Missa aut Vesperis solemnibus, et post Episcopum immediate Canonici Cathedralis Ecclesiae duplici ductu; deinde Abbas, praesente Episcopo, duplici ductu; Canonici tandem Ecclesiae Collegiatae unico ductu thuribuli. **156** *ad* 4.

Thurificandi sunt Beneficiati parati post omnes Canonicos ante reliquos de Clero. **107.**

Thurificationis in Missis solemnibus quoad Syndicos. **174** *ad* 2; et quoad Magistratus Cancellarium, ratio praescribitur. **700.**

Thurificare debet Succentor seu quivis alius, cuiuscumque sit dignitatis et praeeminentiae, Evangelium in Missa pontificali cantans, Canonicos aliosque de Capitulo iuxta Caeremoniale Episcoporum **20** *ad* 3; etiam in Missa conventuali. *Ibidem ad* 5.

Thurificationis ordo in Missa pontificali statuitur. **20** *ad* 4.

Thurificatio Celebranti debetur triplici ductu; Dignitatibus et Canonicis duplici. **216. 1571. 1773** *ad* 4.

Thurificandus est Archidiaconus, qui praeter Presbyterum et binos Diaconos assistit Episcopo baculum sustinens, post eosdem, etsi sit dignior. **231. 243.**

Thurificandus non est Episcopus post Evangelium, quando cum cappa Missae solemni assistit, sed solum Celebrans. **1275** *ad* 8.

Thurificationis et pacis honorem in omnibus ecclesiis parochialibus habet Rector, tamquam primus et caput illius Ecclesiae, ante omnes, etiam ante Dominos loci. **286.**

Quoad Thurificationem Canonicorum in Vesperis servetur forma libri Caeremonialis. **235** *ad* 16. **1384** *ad* 6.

Quando Vicarii et Portionarii Capituli generalis aequales sunt Canonicis et in aequali scamno sedent, aequaliter tamquam Canonici thurificandi sunt duplici ductu. **329.**

Thurificatio Magistratus in Missa Defunctorum omnino prohibita est. **690.**

Thurificatio Chori in Missa solemni integre facienda est a Diacono. **701;** incipienda est a parte digniore. **3216;** vel ea parte, in qua Chori Tabella appensa reperitur. **973;** ea vero ordine successivo absoluta, continuanda est ab altera parte, facto initio a digniore illius partis. **851. 1339.**

Thurificari non debent altare et chorus in Missa cantata sine Ministris. **937** *ad* 3. Vide **Chorus.**

Thurificandus est primum Vicarius in Choro assistens; deinde Canonici, qui sedent in eadem parte. **1086** *ad* 2.

Thurificandae sunt primo Dignitates et Canonici ex parte Hebdomadae, et deinde Dignitates et Canonici stantes in altera parte. **1664** *ad* 1. **1481;** si Dignitates Ecclesiae Collegiatae conveniant in Cathedrali et simul cum huius Capitulo occasione solemnitatis assistant, Dignitates Collegiatae post Canonicos Cathedralis thurificandae sunt. **1664** *ad* 2. Dignitates thurificari debent duplici ductu; secus, si adesset consuetudo de triplici ductu, absente Episcopo, quae autem debet esse immemorabilis et formiter probanda. *Ibidem ad* 4. Dignitates thurificari debent ante Canonicos. *Ibidem ad* 5.

In Thurificatione duplex ductus, quo Diaconus in Choro incensare debet singulos Canonicos, ita intelligendus est, ut unusquisque ductus perfici debeat duplici ictu. **3110** *ad* 20.

Thurificatio Cleri, exposito super altari SS. Sacramento, more consueto est peragenda. **1248.**

Thurificationem nemini licet, quacumque dignitate Episcopali minore insignito, accipere, capite tecto cum pileolo. **1258** *ad* 1. **1324. 1650** *ad* 6.

Thurificari ad Missam tantum debet Altare, in quo cantatur Missa; ad Vesperas vero Altare, ubi asservatur SS. Sacramentum, et Altare Chorale coram quo decantantur Vesperae: nisi esset idem, in quo SS. Sacramentum asservatur; quia tunc hoc Altare tantum thurificari debet. **1322** *ad* 1. **3110** *ad* 6. **3410** *ad* 1; quando autem Episcopus loci Vesperas celebrat, non thurificatur Altare SS. Sacramenti. **3410** *ad* 2.

Thurificari debent Archidiaconus, Gubernator et Magistratus duplici ductu, absente Episcopo; nisi adsit consuetudo contraria de triplici. **1579.**

Thurificandi non sunt Canonici extra Cathedralem sine habitu chorali. **1650** *ad* 5.

Thurificandus est prius Canonicus ad Thronum assistens, quam Thesaurarius in suo stallo. **1773** *ad* 1.

Thurificatio facienda est, cum Chorus sit divisus in duos ordines stallorum, toti ordini a latere dextero, et deinde toti a latere sinistro. **1773** *ad* 3.

Thus.

cantatis cum solo Hebdomadario parato et unico Clerico. **3009** *ad* 5.

Thus adhibendum est semper in Missa solemni cum Diacono et Subdiacono: etiam in Missa de Requie cum Ministris sacris; et contraria consuetudo non est toleranda. **3039** *ad* 6.

Thuris combustionis nova methodus, ab aliquo Gallicano inventa et S. R. C. proposita, in sacris functionibus est omnino improbanda. **3363.**

Thus imponere debet in thuribulo Episcopus assistens in Benedictione cum SSmo Sacramento et ipsemet Idem thurificare. **3035** *ad* 6.

Thuris honore Episcopus privare potest Magistratum, qui renuit eum a palatio ad Ecclesiam associare. **993.**

Thus ponere nequit in thuribulo Episcopus, habens habitum cameralem et privatim assistens Missae solemni aut Expositioni SSmi Sacramenti. **3110** *ad* 21.

Quando Thus imponit et benedicit Sacerdos in Exsequiis Defunctorum. caput suum nequit cooperire bireto; et consuetudo contraria omnino tollenda est. **3580** *ad* 2.

Thuris honor debetur per manus Diaconi vel alterius ministrantis Episcopo Suffraganeo Administratori ante Gubernatorem Civitatis et alios quoscumque. **444** *ad* 3.

Dum Thus imponit Episcopus in Missa solemni pro thurificandis Oblatis, Mitram assumere nequit. **3213** *ad* 7.

Ss. Tiburtii et Soc. Mart. Commemoratio in festo S. Iustini Mart. (die 14 Aprilis) in I Vesperis facienda est ut notat editio typica Breviarii Romani. **3747** *ad* 4.

Tintinnabulum.

Tintinnabuli loco pro Missae sacrificio adhibere quoddam cymbalum dictum *Indorum Orientalium,* quod est ad modum magni catini semipendentis ab hasta lignea, et percussum ab Acolytho sonum elicit, non permittitur. **4000** *ad* 3.

Tintinnabulo et conopaeo uti potest Collegiata S. Iacobi Civitatis Calatayeronen. vigore Litterarum Apostolicarum, quibus declaratur Basilica minor. **2575.**

Titularis.

Titulares Ecclesiarum celebrandi sunt iuxta Rubricas Titularibus competentes. **1809.**

Titularis matricis Ecclesiae Officium ab illis tantum recitari debet, qui sunt de gremio. **2144** *ad* 5.

Titularium Festa Ecclesiarum Dioecesis Ianuensis de praecepto celebrandi consuetudo, sive sit anterior, sive posterior Constitutione Urbani VIII, non obligat. **2261.**

In Titularis Ecclesiae Cathedralis Festo Symbolum dici debet tantummodo in Ecclesia propria, non in aliis Civitatis. **2189.**

Titularis Ecclesiae Festum si transferri debeat, Missa solemnis de Festo, sine alia conventuali de die, permittitur; ubi non est obligatio cantandi Missam quotidie. **2198** *ad* 1.

Tum Titularis Ecclesiae Cathedralis ab Haereticis pollutae, tum etiam Eius Dedicationis, Festum celebrari potest per Dioecesim. **2218** *ad* 1.

Titularis Ecclesiae Monialium Festum, concurrens cum Festo Dedicationis Ecclesiae Cathedralis, habet integras secundas Vesperas cum commemoratione Dedicationis. **2272.**

Titularis Ecclesiae Cathedralis aut Patroni Officium celebrari debet in tota Dioecesi cum octava. **2365** *ad* 3. **2388** *ad* 1. **3439**; sed Regulares non tenentur ad Octavam. **2829.**

Ubi Titulus Ecclesiae est Festum S. Petri ad Vincula vel Conversio S. Pauli, semper infra octavam facienda est commemoratio distincta alterius, prout in die Festo. **2365.** *ad* 5.

De Titulari Ecclesiae Cathedralis in genere, commemoratio inter Suffragia solummodo habenda est per illos, qui sunt de gremio Ecclesiae. **2388** *ad* 8.

Titularis Ecclesiae, quae SS. Salvatorem uti Titulum habet, Festum celebrari debet per Officium Transfigurationis die 6 Augusti cum Octava. **2439** *ad* 4. **2721** *ad* 2. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **342.**

Tituli novi Festum celebrandum est in Ecclesia quadam noviter aedificata sub Titulo SS. Nominis Mariae, abdicato antiquo Titulo S. Mariae de Nemore. **2453.**

Pro Titulari illarum Ecclesiarum, quae Titulo gaudent B. M. V. absque denominatione Mysterii, de quo Festum speciale celebratur, habendum est Festum Assumptionis B. M. V. **2529** *ad* 1 *et* 2.

Titulares Ecclesiae, si plures sunt vel in fundatione electi, vel Apostolica concessione additi, iisdem privilegiis et praerogativis gaudent. **2619** *ad* 1. 2. 3 *et* 4. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **221.**

Titularis Cappellarum publicarum et Oratoriorum, quae exsistunt in aedibus Episcopalibus, Seminariis, Hospitalibus etc., celebrari non debet sub ritu duplici I classis cum *Credo* et octava. **2682** *ad* 32; nisi in casu, quo aliqua ex iis consecrata vel benedicta solemniter fuerit. **4025** *ad* V.

Titularis Ecclesiae ab Episcopo immutari

nequit. **2719**. *ad* 2. *Vide Suffragium in IV volumine pag*. **341**.

Titularis Ecclesiae Matricis non inducit Festum de praecepto, si adsit Patronus loci. **2721** *ad* 1. *Vide Suffragium in IV volumine pag*. **342**.

Titularis Ecclesiae festum celebrandum est sub ritu duplici I classis cum octava, sed sine praecepto. **2758** *ad* 1.

Titularis Ecclesiae nominandus est in Oratione *A cunctis*. **2769** VII *ad* 1; et in Suffragiis commemoratio Titularis Dioecesis vel Parochiae non est facienda. *Ibidem ad* 2.

Titulares et Patroni Confraternitatum non sunt aequiparandi Titularibus Ecclesiarum. **2769** VIII *ad* 1.

In Titularium Confraternitatum festis Sacerdotes celebrantes in Missis addere nequeunt Symbolum. **2769** VIII *ad* 2.

In Titularium Confraternitatum festo occurrente Dominica privilegiata II classis, Missa privata vel solemnis de dicto Sancto celebrari nequit. **2769** VIII *ad* 3.

Titulo Ecclesiae semel assignato, non licet eum amplius immutare. **2853** *ad* 1; potest autem addi Contitularis de licentia Summi Pontificis. *Ibidem ad* 2.

Titularis Officium in Ecclesia quadam Parochiali, ubi adest solus Parochus vel solus Vicarius Parocho subiectus, non est celebrandum. **2915** *ad* 3.

Titularis Officium suae respectivae Ecclesiae nequeunt recitare Cappellani addicti Parochiae et degentes in aliqua Ecclesia Parochiae subiecta, ut in ea Sacramenta administrent. **2915** *ad* 4.

Titularis Ecclesiae dirutae Festum celebrari nequit, ubi postea in eodem loco, sub alio Titulo altera Ecclesia fuit aedificata. **2934** *ad* 1.

Titularis Cappellae, in qua hic et nunc Missa celebratur, non est celebrandus a Parocho cum Octava. **2939** *ad* 2.

Titularis Ecclesiae Parochialis Officium recitandum est solum a Clero eiusdem Ecclesiae. **2986** *ad* 3.

Titularis Ecclesiae parochialis dirutae festum a Parocho, qui ob dictum casum translulit beneficium curatum ad aliam Ecclesiam sitam in districtu, nequit celebrari sub ritu duplici 1 classis cum Octava, sed eo ritu quo gaudet in Dioecesi. **3033**.

Titulus Ecclesiae esse potest Festum SS. Sacramenti; et in illius celebratione Officium SS. Sacramenti adhibendum est. **3157** *ad* III.

Titulares Ecclesiarum, qui locorum Patroni non sunt nec vi legis nec consuetudine legitima, possunt transferri quoad solemnitatem ad Dominicam sequentem; et conceditur pro gratia unica Missa solemnis ad tramitem concessionis factae pro Patronis ab Emo Card. Caprara. **3255** *ad* 1.

Titularis Ecclesiae Cathedralis benedictae et non consecratae Commemoratio fieri debet inter Suffragia, sed tantum a Clero servitio Cathedralis addicto. **3255** *ad* 2; etiam Titularium Ecclesiarum Parochialium benedictarum, non dedicatarum, Commemorationem inter Suffragia Parochi et Vicarii facere tenentur. *Ibidem;* qui nulli Ecclesiae est adscriptus, nullam de Titulari Commemorationem facere debet; quod pariter respicit Commemorationem Patroni, quando nullus loci, nec Dioecesis, nec Provinciae, nec Regni Patronus habeatur. *Ibidem.*

In Titularis festo gaudent Ecclesiae solummodo benedictae privilegio Ecclesiarum dedicatarum. **3257**.

Titulares duo, Ecclesiae in actu Dedicationis ab Episcopo consecrante assignati, sunt aeque principales et gaudent privilegiis a Rubricis concessis. **3289** *ad* 1.

Titulares Sanctos Episcopus in erigendis Ecclesiis potest eis assignare cum omnibus praerogativis, quae ex iure Ss. Titularium sunt propriae. **3296** *ad* 1; at si Ecclesia nondum erecta sit, agi nequit de Titulari proprie dicto. *Ibidem ad* 2.

Titularium duorum Officia sunt celebranda sub ritu duplici I classis cum octava in Ecclesia parochiali, quae consecrata est sub utroque Titulo. **3386** *ad* 1; et in Suffragiis fiat commemoratio de utroque simul tam in Laudibus quam in Vesperis. *Ibidem ad* 4.

Titulum Ecclesiae, in qua Parochus, pro praesidio militum nominatus, fungitur Parochi munere, celebrare debet sub ritu duplici I classis cum Octava. **3389**.

Ad Titularis Ecclesiae Officium per totam Octavam tenetur religiosa Communitas Ecclesiae publicae cuidam addicta. **3397** *ad* 4.

Ad Titularem Ecclesiae Seminario adnexae celebrandum cum Octava Professores et Seminaristae tenentur. **2939** *ad* 3. **3279** *ad* 2. **3400** *Dub*. IV.

Titulari novae Ecclesiae Cathedralis rite electo competunt omnia iura Titularium Cathedralium; et eius festum celebrandum est sub ritu duplici I classis cum octava ab omnibus Sacerdotibus in urbe commorantibus, quamvis adhuc exsistat antiqua Cathedralis sub Titulo B. M. V. **3401** *Dub*. I; sed inter Suffragia Titulus hodiernae Cathedralis non commemoratur. *Ibidem Dub*. II. *qu*. 3.

Titulares duos habere potest Ecclesia, qui gaudent omnibus iuribus et privilegiis

iuxta Rubricas; dummodo sint aeque principales. **3417** *ad* 3. **3469** *ad* 2. **3622** *ad* 1.

De Titulari Ecclesiae parochialis ab haereticis interdum usurpatae, quoad divinum officium, nihil innovetur; et de Titulari novae Ecclesiae omnia peragenda sunt iuxta Rubricas, Titulares Ecclesiarum respicientes. **3429.**

Ad Titularis Ecclesiae parochialis Officium recitandum sub ritu duplici I classis cum octava tenentur Coadiutores Parochi, etiamsi ad nutum Parocho ab Ordinario dati sint. **3431** P. I *Dub.* I *et* II; si vero resident apud Ecclesiam filialem, ibique sacramenta administrant, non tenentur ad dictum Titularem. *Ibidem Dub.* III. **3433** *ad* 3; item si adscribuntur non tamquam proprie Coadiutores, sed tantum ad celebrandam Missam et ad Parocho inserviendum; nam illi solummodo tenentur ad Officia propria alicuius Ecclesiae, qui revera adscripti sunt stricte servitio eiusdem Ecclesiae. **2872** *ad* 1. **3430** P. I. *Dub.* IV.

Ad Titularis Ecclesiae parochialis Officium recitandum tenentur omnes Clerici, ubi ab immemorabili ille tamquam Patronus loci colitur et a fidelibus eius festum sub utroque praecepto observatur. **3431** P. I. *Dub.* V.

Ad Tituli Cappellae Officium celebrandum Cappellani non tenentur **3431** *Pars* I. *Dub.* VI; itemque Parochi non tenentur ad Officium Titularis ecclesiarum filialium. *Ibid. Dub.* VII.

Quoad Titularem, si Sancti plures per se et ex natura rei sunt coniuncti et eodem die in Calendario descripti, quorum vel alter est *Titularis* Ecclesiae vel alterius insignis Reliquia asservatur in Ecclesia, non sunt separandi. **3431** P. II. *Dub.* I.

Pro Titularibus Ecclesiarum, quae habent alibi Lectiones propriae II et III Nocturni, conceditur extensio harum Lectionum. **3431** *Pars* II. *Dub.* II.

Titularis Festum S. Hadriani M. celebrandum est die 8 Septembris; et Officium Nativitatis B. M. V. transferendum in diem primam liberam iuxta Rubricas. **3431** P. II. *Dub.* V.

Titularis festum eodem modo agi conceditur Archidioecesi Turonensi, quo festum Patroni recolitur, in qualibet ecclesia, quae nullum habet Patronum loci suae Parochiae a proprio Titulo distinctum; dummodo tamen non vigeat consuetudo honorandi Patronum Civitatis episcopalis ut Patronum Dioeceseos. **3467.**

Titularis et Dedicationis Officium Oratorii principalis Seminarii celebrandum est; dummodo Oratorium reapse fuerit consecratum, et non simpliciter benedictum. **3471;** sin autem fuerit solemniter benedictum, Officium Titularis celebrari debet. **4025** *ad* V.

Ad Titularium Officium sub ritu duplici I classis ecclesiarum Regularium, quae civiliter suppressae et parochiales effectae sunt, Parochi tenentur, non vero ad Officium Patroni veteris Parochiae; sed si translatio Parochiarum facta sit in perpetuum, tunc supplicandum est pro concessione utriusque Titularis veteris Parochiae et novae. **3473.**

Titularis festum Ecclesiae parochialis, distinctae prius ab Ecclesia Cathedrali et postea in ipsam Cathedralem translatae, non est celebrandum ab Episcopo et Capitulo. **3489.**

Titulum Ecclesiae Parochialis, quando diruta et eiusdem Titulus beneficii ad aliam Ecclesiam translatus est, Parochus celebrare tenetur; nec non Titulum novae Ecclesiae. **3515** *Dub.* V. *qu.* 1; et quando translatum est beneficium curatum ab una Ecclesiae in aliam, cuius illa facta est succursalis, Parochus utriusque Tituli festum debet celebrare. *Ibidem qu.* 2.

Titulum Ecclesiae illius tantum, apud quam residere solent, vel quae dignior est, celebrare debent sub ritu duplici I Classis Missionarii qui curam parochialem exercent in pluribus simul oppidis valde dissitis et in uno tantum regulariter resident. **3554. 3571** *ad* 2. **3661** *ad* 2.

Si Titulares vel Patroni loci alicuius duo Sancti habentur, quorum eadem die in Calendario universali fit Officium, ast sub ritu diverso, et ambo sunt aeque principales; de ipsis simul agendum est eadem die et sub ritu classis, quem Sanctis Patronis Rubricae assignant. **3622** *ad* 1.

Quando Titulares vel Patroni sunt duo Martyres, quorum eadem die Festum inscriptum est in Calendario Dioecesis, ast unius tantum Officium praescribitur in Calendario universali; Officium fieri potest de Communi plurimorum Martyrum cum communi Oratione. **3622** *ad* 2.

Si Titulares alicuius Ecclesiae sunt duo Sancti, quorum festum distinctis diebus assignatur, recoli debet seorsum eorum Festum sub ritu duplici I classis cum octava. **3622** *ad* 3.

Si praeter Titularem Contitularis Ecclesiae Cathedralis exsistit, hic celebrari potest sub ritu duplici I classis in tota Dioecesi, vel in Cathedrali tantum, iuxta consuetudinem. **3637** *ad* 6.

Titularis Festum etiam Ecclesiarum solemniter benedictarum, non vero consecratarum, recoli debet, et quidem sub ritu duplici I classis cum octava; et quando eius-

dem Tituli Officium non invenitur in Breviario Romano, de Communi Sanctorum sumendum est. **3661** *ad* 1. **3752** *ad* 1; non autem festum Titularis Sacelli parvi alicuius loci, cui adscribitur Missionarius, et quod ad tempus tantum cultui divino destinatum est. **3752** *ad* 2.

Ad Tituli tantum Ecclesiae Cathedralis commemorationem, quando Suffragia Sanctorum agenda sunt, Episcopus tenetur. **3661** *ad* 2.

Titularis Oratorii publici consecrati sub nomine S. Francisci Salesii et Gymnasio adiecti debet elebrari sub ritu duplici I classis cum octava, et eiusdem commemoratio fieri tum in Suffragiis tum in Oratione *A cunctis* a viris ecclesiasticis huic Gymnasio quocumque titulo adscriptis. **3676** *ad* 1; sed solemnitas huius festi nequit transferri in Dominicam proxime sequentem. *Ibidem ad* 2 *et* 3.

Cum Titularibus Ecclesiarum non sunt suppressi et extincti in Gallia Patroni locorum. **3701** *ad* 1; et cum principaliori cuiuslibet Ecclesiae Titulari alii minus principales non fuerunt extincti. *Ibidem ad* 2; at ille solus tamquam verus Titularis habendus est, sub cuius Titulo Ecclesia sive Cathedralis sive parochialis virtute Bullae *Qui Christi Domini* renovata fuit. *Ibidem ad* 3.

Titularis Ecclesiae festum solemnius celebrari debet ritu duplici I classis cum octava ab iis omnibus e Clero, quorum eadem Ecclesia propria est aut ratione beneficii aut ratione subiectionis: adeo ut eodem sub ritu recolendus sit Titulus Cathedralis ab universo Clero totius Dioecesis; sine octava tamen a Regulari. **3863** *ad* II. *Decret. gener.*

Titulare festum alicuius Ecclesiae a 31 Decembris ad quintam Ianuarii occurrens non habet octavam. **3876** *ad* 1.

Pro Titulari alicuius novae Ecclesiae Episcopus nequit designare Festum, quod neque in Martyrologio neque in Supplemento Dioecesis invenitur. **3876** *ad* 5.

Titularis Ecclesiae vel Patroni loci festum, occurrens diebus infra octavam privilegiatam, transferri nequit in primam diem immediate post octavam sequentem, nisi ex speciali indulto. **3924** *ad* 6.

Titularis Ecclesiae *S. Infantiae Iesu* est celebrandum die 25 Decembris. **3943** *ad* 1; ac dicendum Officium et Missa de Nativitate Domini. *Ibidem ad* 2; in Suffragiis ad Laudes dicatur Antiphona ad Benedictus: *Gloria in excelsis* etc. ex Officio Nativitatis Domini; in Vesperis autem Antiphona ad Magnificat ex II Vesperis eiusdem Nativitatis, omissis *Hodie. Ibidem ad* 3.

Ad Titularis Ecclesiae saecularis Officium Regularis non tenetur, si ad tempus sive ad beneplacitum Episcopi huic Ecclesiae est praepositus, et privatim recitat Horas Canonicas iuxta Calendarium proprii Ordinis. **3979** *ad* 3.

Titularis seu Patronus Ecclesiae is dicitur, sub cuius nomine sive titulo Ecclesia fundata est et a quo appellatur; Patronus autem Loci proprie is est, quem certa Civitas, Dioecesis, Provincia, Regnum etc. sibi delegit velut singularem apud Deum Patronum. **3048.**

Titularis Ecclesiae Cathedralis festum a Clero extra Civitatem celebrari debet sub ritu duplici I classis cum Octava. **3050** *ad* 2. **3081. 3493. 3714** *ad* 1.

Vide **Cathedralis.**

Titularis primarius, dum constat Titularem fuisse Annuntiationem B. M. V., licet progressu temporis fuerit celebratum pro Titulari festum Assumptionis vel Nativitatis B. M. V. etiam auctoritate Episcopi, resumendus est, scil. festum Annuntiationis. **3059** *ad* XIV.

Titularis Altaris in quo Parochia erecta est in Ecclesia Cathedrali, et quod diversum Titulum habet ab eo qui proprius est ipsius Cathedralis, celebrari nequit sub ritu duplici I classis cum octava; sed ritu celebrandum est quod in Cathedrali observatur: excepta tamen Commemoratione eiusdem Tituli in Suffragiis, quam a Parocho eiusque Vicariis addi convenit. **3072**; sed vide **4043** *ad* VIII.

Sub Titulo Sacr. Cordis Iesu consecrari potest Ecclesia parochialis quae sub titulo S. M. Magdalenae Poenitentis prius exsistens ac terraemotu collapsa, ab interitu vindicata est, retenta tamen S. M. Magdalena tamquam Contitulari. **3625** *ad* 1; et si festum SS. Cordis non sit de praecepto, Parochus illius die non tenetur ad applicandam Missam pro populo. **3645** *ad* 1.

Titularis aut Dedicationis Officia (de quibus in Ecclesia parochiali Festum agitur) in Ecclesiis vel Oratoriis publicis Ecclesiae parochiali subiectis, sub eodem vel solemniori ritu celebrari nequeunt. **3780** *ad* 3.

Uti Titulare, Festum SSmi Nominis Iesu et Mariae in Ecclesia, quae B. M. V. de Succursu fuit dicata (de quo tamen Titulo in consecratione eiusdem nulla facta fuit mentio, sed tantum Ss. Nominibus Iesu et Mariae) celebrare debet Clerus illi addictus Ecclesiae sub ritu duplici I classis; non vero Titulum etiamB. M. V. de Succursu. **3833** *ad* 1.

Titularis festum in quibusvis Ecclesiis publicisque Oratoriis, vel consecratis vel saltem solemniter benedictis, quotannis est

recolendum sub ritu duplici I classis cum Octava. **4025** *ad* 1; *Decret. gener.;* ad effectum celebrandi Titularium festa, pro Ecclesiis et Oratoriis publicis illae sacrae aedes intelligendae sunt, quae pro Missis celebrandis sacrisque aliis, etiam solemnioribus, functionibus peragendis ab Ordinariis locorum destinatae, vel consecrantur vel solemniter benedicuntur, ut publico fidelium usui libere plus minusve deserviant. *Ibidem ad* 3. Relativi Titularis festum a toto Clero, si exstiterit, vel a Sacerdote Rectore Ecclesiae aut publico Oratorio addicto, per integrum Officium celebrabitur: secus, in defectu cuiusvis Cleri, per solas Missas, iuxta Rubricas. *Ibidem ad* 4. Relativum festum Titularis non celebrabitur in Oratoriis, quae exsistunt in aedibus episcopalibus, Seminariis, Hospitalibus Domibusque Regularium, nisi in casu quo aliqua ex iis consecrata vel solemniter benedicta fuerint. *Ibidem ad* 5.

Titulus Ecclesiae vel loci Patronus si transferri debeat in perpetuum, Octavam suam servabit; secus, si accidentaliter transferatur. **4034** *ad* 2.

Titulo Ecclesiae Cathedralis immutato, fieri debet Officium ab utroque Clero de novo Titulari; de antiquo vero satis est ut fiat a Regularibus sub ritu duplici minori, etsi in Cathedrali fiat sub ritu duplici I classis. **2494** *ad* 2.

Vide **A cunctis. Patronus.**

S. Titus Episc. Conf.

S. Titi Episcopi Conf. festo assignanda est semel et fixe prima dies in Calendario Dioecesano non impedita post quartam Ianuarii; et si fieri possit, dies sexta Februarii. **3064** *ad* 1.

S. Titi Ep. Conf. festum in ecclesia propria celebrandum est die 6 Februarii, iuxta Martyrologium, non die 4 Ianuarii. **3876** *ad* 3.

Tobaleae.

In Tobaleis Altarium, in Albis et in Superpelliceis tolerari possunt vela transparentia, quae repraesentant Cruces, Ostensoria, Calices cum Hostia, figuras Angelorum etc. **3191** *ad* 5.

Tobalea superior Altaris usque ad terram pertingere debet; et contraria consuetudo non probatur, sed servanda est Rubrica generalis Missalis Romani Tit. XX. **4029** *ad* 1.

Tobaleae, Amictus, Albae, Corporalia, Pallae, Purificatoria esse debent ex lino vel cannabe; et confecta ex gossipio prohibentur. **2600** *Decret. gener. Vide Suffragium in IV volumine pag.* **192.**

Tobaleae, Amictus, Albae, Corporalia, Pallae ex Urtica nivea (in lingua Sinensi *Ho-ma* appellata) attentis peculiaribus adiunctis iisque perdurantibus, in Vicariatu Se-Ciuensi Sept.-Occidentalis de speciali gratia adhiberi possunt. **3995.**

Vide **Alba. Corporale. Palla.**

Tonsura.

Tonsurandi vocari possunt ab Archidiacono his verbis: *Accedant, qui promovendi sunt ad Tonsuram.* **2682** *ad* 2.

Tonsurandi una cum Episcopo proferunt verba: *Dominus pars etc.,* dum tonduntur. **2682** *ad* 3.

De Tonsura collata super comam fictitiam, ad cautelam, sanatio facta est. **2919.**

Tonsura prima ordinatus Clericus inservire potest in casu verae necessitatis Missae solemni, supplendo Subdiaconum, sed sine manipulo. **2965** *ad* 4. **3525** *ad* 1. **3832** *ad* 7.

Tonsura initiatis Clericis, in primo ingressu pro exercendo munere, per Archidiaconum Superpelliceum imponendi usus prohibetur et reprobatur. **719. 744.**

Pro Tonsura prima et Ordinibus minoribus suscipiendis Superpelliceum adhibendum est. **2993** *ad* 5.

In Tonsurae primae susceptione si Clericus alicui Ecclesiae adscriptus sit, nullum huic ius quoad sepulturam eius aliquando defuncti, acquiritur. **891.**

Tractus.

Tractus integre canendus est, quum Organum non pulsatur. **3108** *ad* 14.

In Tractus ultimo versu in Festo Annuntiationis legendum est: *adducentur in laetitia;* non autem *afferentur in laetitia.* **3421** *ad* 1.

Tractus in Missa *Multae tribulationes* festi Ss. Reliquiarum sumi debet ex Communi plurimorum Martyrum: *Qui seminant in lacrimis.* **3763** *ad* 1.

Tractus in Missa solemni vel cantata, quae cum sonitu Organi celebratur, cantari debet. *ad* 2. **3365** *ad* 7; et omitti nequit in Missis cantatis, a fidelibus petitis: et consuetudo contraria velut abusus prorsus eliminanda est. **3624** *ad* 11.

Transeuntes.

Transeuntes ante Altare, in quo expositum est SS. Sacramentum, licet sit in patenti Pyxide clausum, utroque genu debent flectere. **2390** *ad* 4.

Transeuntes ante Reliquiam SS. Crucis, si haec loco principe super Altare fuerit exposita, debent unico genu usque ad terram genuflectere; si vero sit recondita in custodia, solum caput inclinare. **2390** *ad* 7. **2747**. Vid. **2854**.

Translatio.

Translatio Corporum Sanctorum a Cathedrali ad Collegiatam, quomodo et a quibus fieri debeat, statuitur. **540**.

In Translationis Cinerum S. Ioannis Baptistae festo rubeus color adhibendus est. **974**.

In translati Episcopi Anniversario celebranda est Missa in Ecclesia, cui fuit ultimo praepositus, recurrente die quo Papa eum tali Ecclesiae praefecit; et annuntiandum erit hoc festum cum termino *Translationis*. **2365** *ad* 6.

In translati Episcopi Anniversario Missa celebrari et Commemoratio respective fieri debet tum in die suae Translationis tum in die Consecrationis; quia per Anniversarium Translationis nihil detrahitur Anniversario Consecrationis. **3078** *ad* 6.

In Translationis Almae Domus Lauretanae Officio octava Benedictio debet esse: *Cuius Festum colimus, ipsa Virgo virginum etc.;* quia vere festum fit B. M. V. **2461** *ad* 4.

Pro Translatione Almae Domus Lauretanae recolenda Processiones a Capitulo Collegiatae Terrae Montis Cassiani ducendae sunt extra illius Terrae moenia, iuxta antiquum stylum. **2483** *ad* 6.

Translationis Almae Domus Lauretanae festum omnes Regulares in Piceno commorantes tenentur celebrare sub ritu duplici I classis sine octava: at cum feriatione. **3959**.

Vide **Lauretana Alma Domus B. M. V.**

Translationes Ss. Imaginum de domo in domum non sunt Processiones; et Clerus ipsis interesse non debet. **3217**.

In die Translationis alicuius Festi non tenetur Canonicus ad celebrandum (licet in eo Festo celebrare debuerit), nisi quando dies haec translationis habeatur pro festiva in Metropolitana. **2328** *ad* 9.

In Translationis festis S. Francisci et S. Bonaventurae tam a Conventualibus quam a Capuccinis Symbolum in Missa dici debet. **2484**.

Translatus Abbas, benedictus cum bireto, ad Abbatiam habentem usum mitrae, non indiget alia benedictione. **201**.

Licet transferendum saepe sit festum Dedicationis Ecclesiae ob occursum festorum mobilium, dies illius anniversaria non est immutanda. **704**. **1498**.

Transferri debent ieiunium et abstinentia ac etiam Officium Vigiliae in Sabbatum ante Dominicam, in quam festum Patroni principalis transfertur. **2591** *ad* 3.

Transferendum est ieiunium, quod incidat in feria III post Pentecosten, ad aliam diem ab Episcopo designandam. **2009**. Vide **Ieiunium**.

Translatio Festorum.

Transferendum non est Officium *ad libitum,* quod simul est simplex de praecepto, quando occurrat cum festo duplici; sed de eo fiet Commemoratio et IX Lectio die quo cadit. **1607**.

Transferri non possunt ad aliam diem Officia Sanctorum *ad libitum* concessa, si perpetuo impedita fuerint. **4037** *ad* 1; vel etiam si accidentaliter fuerint impedita. **1685** *Decret. gener.*

Transferri nequeunt Officia *ad libitum,* etiam non fixe; sed ubi ex consuetudine tale Officium in perpetuum translatum est, servari potest cum speciali concessione Summi Pontificis. **3360**.

Translationis alicuius Reliquiae festum solum in Civitate unicum esse debet, et non plura: dummodo Reliquia sit insignis et Patroni principalis vel Episcopi loci; et tunc celebrandum est cum Officio sub ritu duplici, si est Patronus principalis: ritu vero semiduplici, si translatio est Episcopi loci, sine tamen Octava. **477** *ad* 4.

De Translatione Reliquiarum alicuius Sancti Officium conceditur solummodo Clero illius loci, in quo Translatio peracta fuit. **2795**.

Transferri possunt Officia Passionis, ubi exstat Indultum, sed intra Quadragesimam. **2837** *ad* 6; quando occurrunt cum festo altioris ritus vel festo primario, omittenda sunt; nisi adsit indultum eadem transferendi; et tunc ultra Quadragesimam non transferantur. **2883** *ad* 6. **2902** *ad* 2.

Si transferantur Officia extra tempus Paschale, *Alleluia* omitti debet. **2319** *Tit.* XXI *Dub.* 2.

Transferri debet perpetuo festum, quod perpetuo occurrit in die octava alicuius festi, in aliam diem assignatam. Si vero aliquando nequeat perfici Octava, superveniente Quadragesima, festum perpetuo translatum fieri adhuc debet in die assignata, et non in praedicta die octava. **2963**.

Transferenda Officia sive accidentaliter sive perpetuo recitari possunt diebus (festo

duplici vel semiduplici non impeditis), qui Antiphonas maiores exigunt et Octavas excludunt. **3780** *Dub.* VI.

Translatum aliquod Officium tunc tantum reponi potest die 30 Decembris, quando hac die fieri deberet de die infra Octavam Nativitatis Domini. **3866** *ad* 2.

Transferri potest fixe ad diem 30 Decembris Officium ritus vel semiduplicis vel duplicis vel potioris, per annum ante diem 30 Decembris celebrandum, sed ob occurrentiam perpetuam suo die perpetuo impeditum. **3919** *ad* 15.

Transferri perpetuo non debet duplex II classis in occursu cum duplici maiori noviter imperato. **1599** *ad* 1.

Translatis festo S. Marci ac simul festo Ss. Apostolorum Philippi et Iacobi, primo reponendum est illud S. Marci. **2171.**

Translatio Officii Sacrarum Reliquiarum, quod in Toletana Ecclesia celebratur die 19 Ianuarii, facta ex privata auctoritate ad Dominicam III post Epiphaniam, reprobatur: num vero satisfactum fuerit oneri divini Officii, tam in dicta Dominica quam in aliis diebus, recitando de Festis consequenter translatis, S. R. C. noluit definire. **2564** *ad* 1.

Translatio festorum Patronorum principalium ad Dominicam proxime sequentem iuxta formam Indulti intelligenda est relate tam ad Patronos electos quam ad eligendos. **2591** *ad* 1. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **184.**

In Translatione Officiorum Ss. Martyrum a tempore Paschali ad tempus extra Pascha Officium et Missa sumantur de Communi Martyrum extra tempus Paschale, retentis Lectionibus, Oratione, et si quid aliud habetur in proprio. **2839** *ad* 5; et in hoc casu regula sumatur ex Evangelio vel Oratione, si sit de Communi, quae indicant utrum sumpta sint de primo vel secundo loco. *Ibidem ad* 6.

Pro Translatione Sanctorum, sive fixa sive accidentali, ii tantum dies liberi censendi sunt, quibus nullus Sanctus, etiam fixe translatus, est assignatus. **3248** *ad* 6.

Translati perpetuo festi sedes fixa assignari potest diei 26 Martii. **3531** *ad* 3.

Transferuntur singula festa diebus 24, 25, 26, 27 et 28 Februarii assignata, occurrente anno bissextili, ad sequentem diem. **1663** *ad* 3. **3604** *ad* 3. **3611** *Dub.* V.

Si pro transferendis festis duplicis II classis, quae diebus suis impedita fuerint, in decursu anni non suppetant alii dies liberi, praefata festa licite possunt et debent reponi in aliis diebus proximioribus, quamvis in his festa semiduplicia, aut in eorum defectu, duplicia minora (non tamen Doctorum Ecclesiae) occurrant; quae pro eo anno commemoranda tantum erunt iuxta Rubricas. **3756** *ad* 1 *Decret. gener.*

De Translatione festorum duplicium vel semiduplicium Rubrica generalis reformata est. **3551**. *Breve Apost.*

Translata perpetuo festa ad Dominicam infra Octavam, festis mobilibus non sunt adnumeranda. **2591** *ad* 2. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **185.**

Transferri possunt festa semiduplicia, quae transferuntur ob perpetuum impedimentum, in dies infra Octavas non privilegiatas; in quibus fieri deberet de Octava, tamquam in dies proprios. **2378** *ad* 3.

Transferenda non sunt festa simplicia, quando occurrant in festo duplici I classis; sed prorsus omittenda. **3438** *ad* 1.

Transferendi nonnulla Officia *ad libitum* Indultum, concessum Ecclesiae et Clero Spoletano, comprehendit totam Dioecesim. **1949.**

Quoad Translationem festi Annuntiationis B. M. V. vide **3807. 3838. 3850. 3925** *Dub.* VI. *q.* 1.

Circa Translationem festi VII Dolorum B. M. V. Dominica III Septembris celebrandi, si cum alio festo occurrat, vide **3851**; et Decreta generalia circa hoc festum. *Ibidem.*

Transfertur festum VII Dolorum B. M. V. in feria VI post Dominicam Passionis in Sabbatum sequens, si occurrat cum festo ritus maioris vel aequalis sed gradus primarii: translato festo aequalis ritus, si occurrat. **3080.** (Quoad hoc Decretum servanda est recens Rubrica).

Transferendum est festum S. Ioseph, quando occurrerit in Dominica Passionis, in feriam II immediate sequentem; et quoties inciderit in maiorem Hebdomadam, reponendum est in feria IV post Dominicam in Albis, tamquam in sede propria. **3789. 3807. 3838.** Vide **1883** *Decret. gener.* **1885** *ad* 1. **1890** *ad* 6.

Transferri debet festum de praecepto occurrens in feria VI in Parasceve quoad Officium et Missam; sed absque obligatione audiendi Missam et vacandi ab operibus. **2164. 2305.**

Translata festa de praecepto ex Apostolico Indulto in Dominicam pro Dioecesibus particularibus, possunt transferri ad Dominicam etiam in monasteriis antiquioris reformationis de Trappa. **3707** *ad* 1.

Quando eadem die plura festa de praecepto in aliquibus locis ita fixe occurrunt, ut translatio alicuius seu aliquorum sit perpetua; tunc prima dies proxima non impedita censeatur assignata in perpetuum, loco diei proprii festi respective translati. **2384** *ad* 1.

Vide **Festa quoad translationem. Patronus quoad translationem. Solemnitas.**

In Transverberationis S. Teresiae Festo recitantur Hymni proprii eiusdem Festi; sed in Hymno Matutini, loco *Haec est dies qua candidae,* legi debet: *Felix dies etc.* **2340** *ad* 3.

Trappistae.

In monasteriis antiquioris reformationis de *Trappa* festa de praecepto, translata ex Apostolico Indulto in Dominicam pro Dioecesibus particularibus, transferri possunt etiam ad Dominicam. **3707** *ad* 1; et festa de praecepto pro aliquibus Dioecesibus recolenda infra Hebdomadam, debent etiam celebrari eodem die in illis monasteriis. *Ibidem ad* 2.

Vide **Cistercienses.**

Tribunis gentilitiis in Ecclesiis, ubicumque commode et sine scandalo fieri potest, crates apponantur. **3376** *ad* 2.

Triduum sacrum maioris Hebdomadae; vide **Hebdomada sancta. Feria V in Coena Domini. Feria VI in Parasceve.**

SSma Trinitas.

SSmae Trinitatis Octava habet integras Vesperas, si concurrat cum festo duplicis minoris. **1918** *ad* 2; aut etiam in concursu cum duplici maiori. **2145.**

Infra SSmae Trinitatis Octavam diebus, praeter festum, diem Octavam et Dominicam, Symbolum S. Athanasii in Officio recitari nequit. **1918** *ad* 3. **2194** *ad* 1. **2319** *Alia Dubia ad* 10.

Infra SSmae Trinitatis Octavam diebus 6 et 7 faciendum est Officium de die secunda et tertia infra Octavam Corporis Christi cum commemoratione SSmae Trinitatis. **2194** *ad* 2. **3624** *ad* 6.

In SSmae Trinitatis II Vesperis Commemoratio Dominicae fieri nequit, concurrente festo duplici I vel II classis. **2632** *ad* 1. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **244.**

SS. Trinitatis Octava est privilegiata pro Ordine SSmae Trinitatis Redemptionis Captivorum. **2688.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **333.**

Si SS. Trinitatis dies octava concurrit cum sequenti Festo duplici I classis, commemoratio diei octavae fieri nequit. **3624** *ad* 7.

In SS. Trinitatis Missa votiva infra aliquam octavam B. M. V., tertia Oratio dicenda est de Spiritu Sancto. **3764** *Dub.* XII.

Non de SS. Trinitate, sed de tempore Praefatio recitari debet in Dominicis Quadragesimalibus et Paschalibus. **2515** *ad* 6.

De SSma Trinitate Praefatio dici debet in Missa singulis Dominicis totius anni, quibus Praefationes propriae per Rubricas non sunt assignatae, a Sacerdotibus utriusque Cleri, saecularis et regularis. **2449.**

De SSma Trinitate seu de tempore Praefatio dicenda est in Solemnitate Patroni ad Dominicam sequentem translata; quoties Patronus non habet Praefationem propriam. **3683.**

Non de SSma Trinitate, sed de Nativitate Domini Praefatio dicenda est in Dominica infra Octavam Corporis Christi. **3989.**

SSma Trinitatis octava cessare debet, adveniente festo Corporis Christi cum Octava privilegiata ad instar Octavae Epiphaniae. **3986.**

De SSma Trinitate Missa votiva vel eiusdem Commemoratio ad reddendas gratias pro donis et privilegiis concessis B. M. V., indulta pro una Urbis Ecclesia, extenditur ad alias Dioeceses sub quibusdam regulis, conditionibus et limitationibus. **2569.**

Trium puerorum Antiphona, post Missam a Sacerdote privatim recitanda, duplicanda est ad libitum, iuxta ritum Officii et Missae. **4011** *ad* 2.

Tu autem Domine miserere nobis verba, dum recitantur in fine Lectionum, a sedentibus in Choro caput non est detegendum, nisi adsit consuetudo. **3434** *ad* 7.

Tuba.

Tubarum sonitus est licitus si Magistratus Civitatis Veliternae accedat ad Cathedralem aliasque Ecclesias Civitatis cum comitatu et clava, et quando assistat Missae privatae, etiam in actu elevationis SSmi Sacramenti: attamen extra ianuam Ecclesiae. **2255** *ad* 7 *et* 8.

Tumulus.

Tumulus seu castrum doloris, in quo reconditur cadaver puellae innuptae, sive etiam in die 3, 7, 30 et anniversaria, nequit contegi in signum virginitatis panno ex lana alba contexto. **3035** *ad* 11.

Tumulum, qui in Ecclesiis occasione funeralium erigitur, contegendi ramis et floribus usus tolerari potest. **3804** *ad* 6.

Circa Tumulum seu castrum doloris Absolutio fieri nequit, post expletam Missam de Sancto currenti, canente Choro *Libera me Domine.* **2186. 3014** *ad* 1; neque post Missam solemnem die Dominica. **3201** *ad* 8; sed vide **3780** *Dub.* VIII, ubi dicitur: Absolutio pro defunctis fieri vel Responsorium super sepulturam cantari quotidie potest, maxime si id ex consuetudine antiquiori servatum hucusque fuerit, ut adimpleatur testatoris voluntas; exceptis tamen duplicibus I classis, in quibus Absolutio et Responsorium neque privatim haberi locum poterunt post absolutas vespere Horas canonicas. Quod si in diebus permissis de mane fiant, numquam fiant post Missam de die, nisi omnino independenter ab eadem.

Supra Tumulum in Anniversario alicuius Summi Pontificis defuncti apponi debet dumtaxat Triregnum; ac perperam apponuntur casula, stola etc. rubei coloris. **2578** *ad* 12. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **162.**

Vide **Absolutio super Tumulum.**

Tunicella; vide **Dalmatica. Subdiaconus.**

Typographus *Cameralis* solus et privative potest edere Officia Sanctorum, quae a S. R. C. adprobantur et conceduntur. **1852**; alia Officia impressa sine opportunis facultatibus nullam fidem merentur. *Ibidem.*

U

In S. Uldarici Festo die 4 Iulii Missa erit *Statuit,* et Oratio: *Da quaesumus.* **2319** *Reliqua Dubia ad* 11.

Umbella.

Umbella seu umbraculo uti, nec Praesidi Provinciae, nec alteri licet in solemni Processione cum SS. Sacramenti. **1908** *ad* 1.

Umbella in Processione SS. Sacramenti permitti potest ut deferatur a Priore Confraternitatis SS. Sacramenti; sed extra Presbyterium, et ad Episcopi arbitrium. **2830** *ad* 2.

Umbellam particularem Episcopus sibi deferre facere nequit in Processione SSmi Sacramenti, quando ipse in habitu episcopali Idem processionaliter comitatur. **1655** *ad* 1; quod si ipse deferat SSmum Sacramentum, nequit uti sub eodem baldachino umbella extensa, a suo famulo delata. *Ibidem ad* 2.

Umbellam sericam viridis coloris nequit Episcopus Suffraganeus sibi deferre facere et elevare per Civitatem. **2010** *ad* 6.

Umbella uti nequit tam in functionibus ecclesiasticis quam in Processionibus, Gubernator laicus, praesente Episcopo. **2042.**

Umbella ampla, vulgo *Baldacchino,* Altari imponi debet in Sacello, in quo SSmum Sacramentum asservatur sub dormitorio puellarum in domibus Filiarum Charitatis. **3525** *ad* 2.

Umbella omnino adhibenda est in delatione SSmi Sacramenti, non vero velum humerale; quando Sacerdos in valetudinariis ad infirmos distantes vel in cubiculis iacentes Communionem in Pyxide deferat. **3322** *ad* 1. *et* 2.

Vide **Baldachinum. Sedes.**

Unctio.

Unctio extrema administranda est cum Stola et superpelliceo iuxta Rituale. **2650** *Secunda facti spec. q.* 2. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **285.**

In Unctionis extremae administratione nihil innovandum est circa modum unctionis in pedibus; quae idcirco fieri poterit vel in parte pedum superiore vel in inferiore. **2743** *ad* 1. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **344.**

In Unctione extrema administranda usus stili seu virgulae argenteae non permittitur, nisi necessitatis causa. **3051** *ad* 2. **3276** *ad* 3. *et* 4.

In Unctione extrema, quando unctio renum in aliqua Dioecesi non est usitata, S. R. C. declaravit id patienter se quidem laturam: insimul tamen ardentissimum votum suum expressit, ut paulatim et sensim sine sensu disponantur fideles ad istam quoque specialem unctionem in extremo agone recipiendam. **3075.** (Vide tamen Rituale Rom. Tit. V. Cap. I 15).

Unctionem extremam ministrare possunt Missionarii in Dania sine vestibus sacris et lumine; si ab haereticis aut infidelibus adsit periculum sacrilegii. **3234** *ad* I. *qu.* 2.

Unctionem extremam primo, deinde Viaticum recipere possunt iuxta proprii Ordinis

Usus.

V

Valetudinarium.

Velum.

non licet apponere Feria V in Coena Domini. **2734** *ad* 1.

Veli seu panni Passionis descensio super Altare paratum ad festum non est permittenda, dum a Celebrante Sabbato Sancto in Missa *Gloria in excelsis* intonatur; sed exclusa quavis scenica repraesentatione, Altaris imago contecta sit velo simplici violaceo ad formam Caeremonialis, demittendo ad Hymni Angelici intonationem iuxta usum Ecclesiarum. **3110** *ad* XII. Vide **3108** *ad* XI.

Veli usus antiquissimus in ritu sacramenti Matrimonii, in Ecclesiis regionis Mexicanae et in Dioecesibus Galliarum vigens, servari permittitur. **3656.**

Vela transparentia, quae repraesentant Cruces, Ostensoria, Calices cum Hostia, figuras Angelorum etc. in tobaleis Altarium, Albis et superpelliceis tolerari possunt. **3191** *ad* 5.

Velum ingens caeruleum, repraesentans Christi passionem, quod suspenditur tempore Quadragesimae ante ingressum Presbyterii in multis Ecclesiis et aufertur Sabbato Sancto post cantum Litaniarum Sanctorum, tolerari potest, attenta consuetudine. **3448** *ad* 16.

Velum humerale super planeta adhiberi potest in benedictione cum SS. Sacramento in pyxide, in functionibus Marialibus aliisve quae cum Missa persolvuntur. **3833** *ad* 3.

Velis violaceis, vulgo nuncupatis *calze,* candelabra tegi nequeunt tempore Adventus ac Quadragesimae, praesertim Altaris, in quo functiones peraguntur. **3266.**

Velo violaceo cooperiri debet Crux Altaris in feria VI Parasceve, non vero nigro. **3535** *ad* 8.

Veli humeralis extremitatibus sacra Pyxis in benedictione cooperiri debet. **2786** *ad* 1. **3780** *ad* 1. **3888** *ad* 3; et absque velo humerali populum cum illa benedicere non licet. **3582** *ad* 1.

Velo oblongo humerali cooperiatur Pyxis, in qua defertur Viaticum. **2017.**

Velum Benedictionis iuxta Pontificale Romanum recipiendi privilegium confirmatur Monialibus Ordinis S. Clarae Civitatis Tarentinae. **2686.** *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **330.**

Velum humerale, quo suum respective librum cooperiant, iuxta colorem diei portare nequeunt Subdiaconus et Diaconus pergentes ad locum, ubi canitur Epistola et Evangelium. **3236** *ad* 2.

Velo perlucido albo cum fimbriis auratis cooperiri nequeunt feretra, ubi ponuntur corpora Canonicorum defunctorum, dum portantur ad Ecclesiam, vel in ipsa consistunt, perdurante Officio mortuorum. **3248** *ad* 3.

Velamen apponi debet ante SSmum Sacramentum expositum, dum habetur concio. **3728** *ad* 2.

Veni Creator Spiritus.

Veni Creator Spiritus Hymno persoluto, in ℣. *Emitte Spiritum tuum et creabuntur* nihil omnino variandum vel immutandum est; etiamsi preces pro eligendo Episcopo in Ecclesia Cathedrali recitentur. **3003** *ad* 2.

Ad Veni Creator Spiritus Hymni primam stropham omnes genuflectere debent. **1322** *ad* 13. **1583** *ad* 7.

Veni Creator Spiritus Hymni conclusio (nunquam quovis anni tempore vel quocumque occurrente festo varianda) fieri debet hoc modo: *Deo Patri sit gloria - Et Filio qui a mortuis - Surrexit ac Paraclito - In saeculorum saecula.* **4036.**

Veni Creator Spiritus hymnum Praeses in collatione subsidiorum dotalium recitet sine cotta et sine stola. **2793.**

Venite adoremus, *et procidamus etc.* verba dum recitantur, omnes in Choro genuflectere debent. **1322** *ad* 13.

Ad **Venite exsultemus** Psalmum in III Nocturno in festo Epiphaniae recitandum, possunt omnes, etiam Canonici, stare detectis capitibus iuxta consuetudinem. **3855** *ad* 8.

Verbum caro factum; vide **Et verbum caro factum.**

Vernacula lingua; vide **Cantica. Libri. Officium parvum B. M. V. Lingua vernacula.**

Versiculus.

Versiculi, tam in duplicibus, quam in commemorationibus, quae fiunt in diebus Dominicis et Festis semiduplicibus, a duobus semper cantandi sunt. **235** *ad* 17.

Versiculo consueto de B. M. V. *Benedicta tu in mulieribus* (in fine responsorii) *et benedictus fructus etc.* non licet addere: *Iesus.* **957** *ad* 2.

Versiculus: Ora pro nobis etc. pro commemoratione B. M. V., non est variandus, etiamsi fiat Officium, in quo idem Versiculus occurrat. **1918** *ad* 1.

Ad Versiculos, ad quos est inclinandum in Missa solemni, quando Celebrans et Ministri sedent, caput ab his detegendum est,

sive cantentur illi in Choro sive tantum recitentur et ab Organo suppleantur. **2684** *ad* 13. **3457** *ad* 3.

Versiculus in Officio votivo Ss. Angelorum Feria II tempore Paschali ad II Nocturnum dicendus est: *Immittet Angelus*. **3764** *Dub.* XV.

Ad Versiculos Ora pro nobis etc. in fine Litaniarum Lauretanarum tempore Paschali non est addendum *Alleluia;* nec ad ℣. *Benedicamus Patrem etc.;* nec duplex *Alleluia* diebus Paschatis et infra Octavam Paschae ad *Benedicamus Domino*. **3764** *Dub.* XVIII.

Ad Versiculum post Litanias Lauretanas: *Ora pro nobis sancta Dei Genitrix* non sunt addendi ℣℣. *Domine exaudi* etc. *Dominus vobiscum;* sed servandum est Rituale Romanum. **3751.**

Versiculi et Oratio *Deus qui nobis etc.* post distributionem Communionis extra Missam sunt de praecepto. **3792** *ad* 10.

In Versiculo: Emitte Spiritum tuum et creabuntur nihil omnino variandum vel immutandum est, etiamsi pro eligendo Episcopo in Ecclesia Cathedrali *Veni Creator Spiritus* recitetur. **3003** *ad* 2.

Ante Versiculum, quod dicitur *Communio,* cooperiendus est Calix in anteriore parte, prout ante Confessionem. **1991** *ad* 1.

Vesperae (in genere).

Vesperae de S. Birgitta ratione concursus populi cantari possunt in Ecclesia S. Laurentii in Panisperna Urbis, recitatis tamen in Choro Vesperis de S. Francisco Solano. **2842.**

Vesperas in die Nativitatis aut Paschatis Resurrectionis recitare ante prandium, ratione lautioris prandii, Canonicis non licet; et contrarius abusus penitus eliminetur. **3108** *ad* 12.

Vesperae diebus ferialibus quocumque anni tempore in Ecclesia Cathedrali nequeunt persolvi una hora cum tribus quadrantibus post meridiem. **3340.**

Vesperae de festo transferendo, de quo etiam cantatur Missa solemnis iuxta Rubricas, possunt solemniter decantari; sed qui ad Horas canonicas tenentur, privatim recitare debent Vesperas Officii currentis. **3365** *ad* 10.

Vesperae secundae Festorum, quorum solemnitas ad Dominicam proxime insequentem transferenda est, in Choro solemniter cantari possunt; dummodo non omittantur Vesperae Officii currentis, ubi adest obligatio. **3441;** et omnes Clerici in sacris constituti et Divino Officio addicti tenentur, ad recitandas privatim Vesperas de Festo in Calendario occurrente, quamvis in Choro Vesperis solemnibus interfuerint; quoniam Vesperae solemnitatis translatae, solummodo devotionis gratia, recitandae permittuntur. **3450.**

Vesperae, quae ad devotionem populi Dominicis et Festis cantantur in Ecclesiis mere parochialibus, ubi non est obligatio Chori, cantari possunt de quolibet Officio; dummodo ii, qui ad Horas Canonicas tenentur, privatim recitent illas de Officio occurrente. **3624** *Dub.* 12.

Vesperae tempore Quadragesimae in Festo S. Ioseph vel aliorum Sanctorum, etiam in Ecclesiis parochialibus, ubi non adest Chori obligatio, cantari nequeunt post comestionem seu post meridiem ad populi devotionem fovendam. **3675** *ad* 2.

Vesperae intra Quadragesimam cantari possunt immediate post Missam, ubi non est obligatio Chori. **3574** *Dub.* III.

Post Vesperas et preces Sacerdos simplex superpelliceo et stola indutus potest ascendere Altare et benedicere nuda manu populum per verba: *Benedictio Dei omnipotentis etc.,* si adsit consuetudo. **2745** *ad* 4. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **360.**

In Vesperis Canonici non tenentur assistere cum pluvialibus. **1391** *ad* 3.

Vesperae Dominicis Festisque diebus publice decantandae ordinari debent iuxta Calendarium Ecclesiae, in qua persolvuntur. **3979** *Dub.* IX.

Post Vesperas expletas, quando in aliquo ex Festis solemnioribus, sive Ecclesiae universalis sive Ecclesiarum particularium, vel etiam in ultimo triduo maioris Hebdomadae, alicuius obitus occurrat, servari potest consuetudo, ubi viget, deferendi cadaver ad Ecclesiam, illudque aspergendi dicendique preces in Rituali Romano praescriptas. **4029** *Dub.* IV.

Post Vesperas absolutas in duplicibus I classis nec privatim Absolutio pro defunctis nec Responsorium super sepulturam locum habere possunt; alias vero Absolutio pro defunctis fieri vel Responsorium super sepulturam quotidie cantari potest; praesertim si ex consuetudine antiquiore fiant, ut voluntas testatoris impleatur. Quod si in diebus permissis de mane fiant, numquam fiant post Missam de die, nisi omnino independenter ab eadem. **3780** *ad* 8. Vide **3942.**

Vesperae quoad concurrentiam.

In Vesperis Officiorum Passionis Dominicae intra Quadragesimam occurrentium nequit fieri Commemoratio praecedentis Officii de SSmo Sacramento. **3612** *ad* 2.

Vesperae II in die Octava Corporis Christi sunt recitandae integrae sine ulla Com-

memoratione festi sequentis Sacr. Cordis Iesu vel alicuius Sancti. **3712.** **3731** *ad* 2; sed Commemoratio sequentis diei Octavae alicuius festi, quae occurrat in ipso festo Sacr. Cordis Iesu, non est omittenda. **3743.**

Vesperae integrae erunt de Nativitate S. Ioannis Baptistae cum Commemoratione sequentis, si illud festum concurrat cum festo Sacr. Cordis Iesu; quod ratione huius concurrentiae transfertur in sequentem diem 25 Iunii. **3792** *ad* 12.

In Vesperis ordo faciendarum Commemorationum Decreto generali statuitur. **3843.**

In Vesperis diei 2 Ianuarii servanda est Rubrica specialis Breviarii Romani. **3957** *ad* 4.

Vesperae a Capitulo dividuntur in concurrentia Officii votivi Immaculatae Conceptionis B. M. V. aut festi secundarii cum Dominica sequenti. **3867** *ad* 1. **3871.**

Si Vesperae Dedicationis Ecclesiae concurrant cum primis Patroni praecipui, integrae dicendae sunt de Dedicatione. **2872** *ad* 2. Vide **Concurrentia.**

Quando Vesperae primae Pretios. Sanguinis concurrunt cum II Vesperis Commemorationis S. Pauli Ap., sumendae sunt distincte pro commemorationibus Antiphona propria S. Pauli et altera propria S. Petri. **4022.**

Vesperas utrasque integras habere non debent festa Fori concurrentia cum festis Chori, licet eiusdem ritus. **2218** *ad* 2.

Vesperae Defunctorum.

Vesperae Defunctorum post Vesperas Dominicae vel alterius festivitatis cantandae sunt; si sequenti die sit prima dies mensis non impedita pro Defunctorum Officio. **130.** *ad* 2. **1334** *ad* 7.

Post Vesperas Defunctorum, etiamsi Officium integrum recitetur extra diem 2 Novembris, Psalmi *Lauda anima* et *De profundis* omitti nequeunt. **2002** *ad* 10. **2319** *Reliqu. Dub. ad* 24. **2344** *ad* 1. **3877.** (Vide tamen **4029** *ad* 3).

In Vesperis Defunctorum Sacerdos potest accipere stolam ab initio Vesperarum vel ad *Magnificat* vel pro precibus recitandis; sed non tenetur. **3029** *ad* 8 *et* 9.

Vesperae Defunctorum, ubi ex Indulto saepius in anno dicuntur post Vesperas Officii occurrentis, cantari debent ritu semiduplici; atque in illis dici debent Psalmus *Lauda anima* et tres Orationes. **3049** *ad* I.

Vesperas Defunctorum occasione conventuum Parochorum recitari ante meridiem non conceditur; sed poterit recitari Nocturnum Defunctorum. **3475.**

Vesperas Defunctorum pro prima die mensis debent recitare Canonici, etiamsi die sequenti ad Chori servitium non teneantur. **2144** *ad* 4.

Vesperae quoad ritum.

In Vesperis solemnibus Hebdomarius seu Celebrans retinere debet Pluviale a principio usque in finem. **35.**

Vesperae a Celebrante debent inchoari ac pariter Antiphona ad *Magnificat* intonari atque Oratio diei cantari, ad formam Caeremonialis Episcoporum lib. II. cap. 3. **235** *ad* 13.

In Vesperis solemnibus, quoad sessionem servanda est forma Caeremonialis lib. II cap. 3 num. **235** *ad* 15; item quoad thurificationem Canonicorum. *Ibidem ad* 16.

In Vesperis SS̃mum Sacramentum, quod in peculiari sacello custoditur, thurificari debet. **915** *ad* 3.

In Vesperis solemnibus praeter Altare chorale, in quo SS̃mum Sacramentum non existit, thurificari debet Altare, in quo asservatur idem SS̃mum Sacramentum; quando Episcopus Officium non persolvit. **3110** *ad* 6.

In Vesperis solemnibus thurificari potest praeter Altare SS̃mi Sacramenti etiam illud dicatum Sancto, cuius festum agitur, aut tantummodo ipsius Sancti Imago, iuxta loci consuetudinem. **3547.**

In Vesperis ad *Magnificat*, SS̃mo Sacramento exposito, thurificari debet tantummodo Altare maius, in quo illud expositum est; non autem alia Altaria. **2390** *ad* 6.

In Vesperis coram SS̃mo Sacramento exposito Hebdomadarius ad *Magnificat* incensare debet Sacramentum genuflexus super suppedaneo Altaris. **2928** *ad* 5.

In Vesperis coram SS̃mo Saramento exposito non est facienda Commemoratio de SS̃mo Sacramento; nec omittendus ℣. *Fidelium animae etc.* **3086** *ad* 1.

In Vesperis decantatis cum solo Hebdomadario et uno Clerico thus adhibendum est. **3003** *ad* 5.

In Vesperis thurificationes fieri debent, etiamsi solus Celebrans paratus sit sine Ministris sacris. **3844** *ad* 2.

In Vesperis solemnibus stola non est deferenda a Celebrante. **2956** *ad* 5.

Vesperarum Capitulum in Vesperis Pontificalibus in Dioecesi Casalen. cantari potest a Clerico pluviali induto, loco Subdiaconi parati, attenta consuetudine. **3228** *ad* 3.

In Vesperis servandum est Caeremoniale

Episcoporum; et diversa consuetudo quaedam in Metropolitana S. Iacobi de Chile introducta retineri nequit. **3490.**

In Vesperis aliquos versus ex omnibus vel aliquibus Psalmis, ceteris omissis, decantandi praxis omnino eliminanda est. **3539** *ad* 3.

Vesperae in festo Purificationis B. M. V. in Ecclesiis parochialibus nullam habentibus obligationem Chori, in quibus tantum cantantur Vesperae absque Completorio, concludendae sunt cum Antiphona: *Alma Redemptoris.* **3885** *ad* 4.

In Vesperis, Episcopo celebrante, non debet adhiberi septimum candelabrum. **235** *ad* 8.

In Vesperis pontificalibus, quibus Episcopus assistit cum pluviali et mitra, Canonici pluvialibus induti non debent genuflectere in plano Cappellae post Episcopum, sed orare suis locis in Choro; nec sedere debent in scamnis ante Altare, sed in stallis Canonicorum. **2216** *ad* 1 *et* 2; in quibus etiam manent, dum ab Episcopo thurificatur Altare. *Ibidem ad* 4.

In Vesperis Psalmorum recitatio, quando Episcopus illas solemniter celebrat, fieri debet iuxta dispositionem Caeremonialis lib. I cap. 28 et lib. II cap. 1. **521.**

In Vesperis Pontificalibus, vel quando Canonicus eas celebrat, Beneficiati parati vel non parati, assistentes vel incedentes cum Episcopo vel Canonico celebrante, genuflectere debent in transitu ante Altare; nec non quoties Episcopus vel Canonicus capitis inclinatione salutat Crucem. **1741. 1754. 1812.** (Haec praescriptio est exceptio a regula generali; et obligat tantum Beneficiatos Basilicarum S. Ioannis Lateranensis et S. Mariae Maioris. Vide regulam generalem. **306.**)

In Vesperarum fine ad solemnem Benedictionem, quando Episcopus pontificaliter celebrat, Canonici non tenentur genuflectere. **3035** *ad* 5.

In Vesperis quae a Canonicis iuxta consuetudinem in Cathedrali cum cantu persolvuntur, etiam in duplicibus minoribus, semiduplicibus, simplicibus et feriis, et in quibus Celebrans est paratus cum assistentia duorum Pluvialistarum, servandum est Caeremoniale Episcoporum. **4039** *ad* 1; Celebrans non potest manere in habitu chorali usque ad Capitulum et tunc assumere pluviale. *Ibidem ad* 2; duo Pluvialistae assistere debent Celebranti ad thurificationem Altaris. *Ibidem ad* 3: et Commemorationes, si debeant fieri, cum cantu persolvendae sunt. *Ibidem ad* 4.

In Vesperis, in festis solemnioribus Sanctorum, antiqua et valde generalis consuetudo eorum Imagines hinc inde iuxta Altare collocatas incensandi duplici tantum ductu, post thurificationem Altaris, Celebrante se sistente successive ante singulas ipsas Imagines, tolerari potest. **4044** *ad* 3.

In Vesperis solemniter ab Episcopo celebratis Antiphona quarta intonari debet a digniore de Capitulo in Choro manente. **724. 867. 3422** *ad* 2.

Vide **Antiphona.**

Vestes.

Quoad Vestium colorem Episcopus, quando assistit Exequiis aut illas peragit, consuetudinem servare potest. **3184.**

Quoad Vestes, quibus Episcopus uti debet diversis anni temporibus, servanda est dispositio Caeremonialis Episcoporum Lib. I. cap. 3. **3301** *ad* 2.

Vestem inferiorem violacei coloris induere ab Episcopo permitti nequit suis Canonicis; quod admittitur solummodo ex concessione Apostolica. **3165** *ad* 2.

Super Vestem nigram, vulgo *Zimarra,* Episcopus Suffraganeus nequit per civitatem uti mantello oblongo coloris violacei cum signis rubeis. **2010** *ad* 5. **2202** *ad* 2.

Vestes sacras Canonico porrigere non tenentur Mansionarii Cathedralis Senogallien., dum ille eas induit in sacrario Canonicorum. **2548** *ad* 3.

Supra Vestes sacras Episcopi sive Dioecesani sive Titulares nequeunt in aperto gestare Crucem pectoralem, ne illius quidem flocculos, in sacris functionibus. **4035** *ad* 2.

Vestes sacras dum induit Celebrans, Canonici munere Diaconi et Subdiaconi fungentes in Missa solemni eumdem adiuvare debent; nisi contraria vigeat consuetudo. **3866** *ad* 1.

Quoad Vestis violaceae usum, formam privilegii stricte servari debent Magistri Caeremoniarum Patriarchalium Urbis. **2621** *ad* 12.

Vestes Chorales intelligi debent tantum rochettum et mozzetta. **3115.**

Vestis violaceae usus competit Magistro Caeremoniarum Cathedralis: non tamen sericae materiae nec cum globulis aliisque ornamentis rubei coloris. **1213.**

Veste violacea uti potest Magister Caeremoniarum Cathedralis, tantum in functionibus Episcopalibus, ex dispositione Caeremonialis Episcoporum, non ex dispositione Capituli. **2310** *ad* 3.

Quoad Vestes Diaconorum assistentium, dispositiones Caeremonialis Episcoporum serventur. **2684** *ad* 18.

Vestes sacras Praelati Episcopo inferiores

ex Altari non sumant, nisi pontificaliter Divinis vacaturi. **1131** *ad* 11.

Vestes sacras, Ordini sacro respectivo convenientes assumere decet Canonicos, ubi omnes Praebendae sunt Presbyterales, veluti Caeremoniale praescribit, dum Episcopus solemniter celebrat. **248** *ad* 8. **839;** sed potest servari etiam alia consuetudo **3646** *ad* 1.

Vestes sacras deferre potest in Processionibus aliisque solemnitatibus et praecedere Canonicos Presbyteros, Dignitas in Sacris non constituta. **2337** *ad* 21.

Vide **Magister Caeremoniarum. Paramenta. Canonicus quoad habitum. Episcopus quoad habitum. Vicarius generalis quoad habitum.**

Vestitio.

Vestitio Monialium; vide **Professio. Moniales.**

In Vestitione Monialium Monachis Cassinensibus non licet usus baldachini. **1100.**

Vexillum.

Vexillum alicuius Sancti deferens in Processione incedere debet detecto capite, non inter Capitulares, sed inter laicos. **1839.**

Vexilla in Ecclesias admittere non licet, nisi religiosa et pro quibus habetur formula benedictionis in Rituali Romano. **3679** *ad* 1 *et* 2; et quoad alia, Parochus, intimatione facta antecedenter iuxta mentem S. Congregationis, se abstineat: sacras actiones abrumpens ac sese subducens, quatenus non obtemperetur. *Ibidem ad* 3 *et* 4.

Cum Vexillo bifurcato Crucem erigere nequit Abbas in Processionibus. **789** *ad* 3.

Vexillum velo obductum Confraternitates ducere debent in Processionibus, non autem hastatam Crucem. **2811.**

Viaticum.

Viaticum in Parochiis ruralibus, ubi longum est iter, nequit portari et administrari cum Stola absque superpelliceo. **2650** *Secunda facti spec. qu.* 1. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **281.**

Viaticum quando defertur ad infirmos in agris, benedictio cum SS. Sacramento dari potest extra portas Civitatis, regionis sive domus infirmi. **2690** *ad* 2. **3059** *ad* 18.

Ut Viaticum ministret infirmo, Sacerdos vel Parochus, etiam absente Indultario, potest in casu necessitatis celebrare in Oratorio privato. **2745** *ad* 7.

Viaticum deferri per montes inaccessos a Parocho et Oeconomis, equitantibus ac caput pileo cooperientibus, comitante saltem uno socio, si fieri potest, lanternam accensam deferente, permitti potest ab Episcopo, ex S. R. Congregationis indulta facultate **2908. 3059.** *ad* 19. **3438** *ad* 7.

In Viatico ministrando Mexicanis infirmis standum est peculiari dispositioni Ritualis Mexicani circa fidei professionem ab infirmo emittendam. **2951** *ad* 8.

In Viatico administrando Sacerdoti aegrotanti servandum est Rituale Romanum Tit. *De Communione infirmorum.* **3035** *ad* 8.

In Viatico administrando, si attenta vastitate Parochiae, simul Oleum sanctum deferri debet, norma agendi desumenda est ex Rituali Romano *de Sacr. Extremae Unctione* Cap. 1, § XIII, et ex praescriptione S. Caroli Borrom. facta in Concilio IV Mediolanensi. **3073.**

Viaticum infirmis deferre potest in Vicariatu Tonkini Occidentalis Diaconus, deficiente Presbytero et Vicarii Apostolici concurrente licentia; nec non facere aspersionem aquae benedictae, dicere *Misereatur* ac *Indulgentiam,* signare infirmum vel seipsum, dicere *Dominus vobiscum* cum Oratione et benedicere cum SS. Sacramento infirmum et assistentes. **3074** *ad* 1.

In Viatico deferendo ad infirmos servandae sunt praescriptiones Ritualis Romani. **3086** *ad* 6.

In Viatico deferendo procedere nequeunt Parochus et Minister capite cooperto. **3276** *ad* 2.

Viaticum deferri ad infirmos secreto sine ullo exterioris cultus signo, si desint gravia motiva sic agendi, abusus est omnino eliminandus. **3337.**

Viaticum ad infirmos feria VI in Parasceve deferendum est iuxta modum: recitando Psalmos submissa voce cum *Gloria Patri;* quia haec actio nihil commune habet cum functione diei: idcirco non repugnat stola coloris albi; populus tamen sine benedictione dimittendus est. **2383.**

Viaticum dum defertur ad infirmos, campanae non sunt continuo pulsandae, usque dum SSmum Sacramentum redeat ad Ecclesiam. **1535.**

Viaticum antequam Episcopus aegrotans recipiat, profiteatur fidem catholicam iuxta formulam praescriptam. **2682** *ad* 24.

Viaticum deferens Sacerdos Pyxidem velo oblongo humerali cooperiat. **2017.**

Viaticum administrare non licet intra Missam aegrotis lectulo decumbentibus, si propterea Celebrans Altare conspectu suo

amittat. **2672** *ad* 1. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **313.**

In Viatico deferendo ad infirmos et in aliis Processionibus, famulis Episcopi competit primus locus inter alios famulos Nobilitatis. **2329.**

Vicarius Apostolicus.

Vicarius Apostolicus non est associandus; neque ei tradendum aspersorium, neque Evangelium praebendum ad osculum; neque ei competit assistentia Magistri Caeremoniarum. **1076.**

Vicarius apostolicus gaudet tantum praerogativis, quibus in ecclesiasticis functionibus fruuntur Vicarii generales; nec ei debetur titulus *Illmi.* **1732. 1733.**

Vicarii apostolici regimen provisorium tenens Vicariatus eiusdem Superior interinus electus a S. Congr. de Propaganda Fide Missionarius Sacerdos nequit uti Palmatoria; neque ei convenit honor Presbyteri assistentis in Missa solemni. **3031** *ad* 5.

Vicarius Canonicus Archipresbyteri Cardinalis, si iurisdictionem habet, praecedere debet omnes in Ecclesia, quae Archipresbyterum habet ipsum Cardinalem; illum quoque Episcopum, qui Suffraganei officio in urbe fungitur, et alios quosque devotionis causa Divinis Officiis in Choro interessentes. **47.**

Vicarius Capitularis.

Vicarius capitularis abstinere debet a processione cum SS. Sacramento ex ordine laicorum indicta; et nullo modo permittere Eiusdem expositionem. **651.**

Vicarius capitularis sedere nequit in sede Episcopali, in qua Episcopus conciones auditurus sedet. **1007;** ac debet incedere in Processione Corporis Christi a sinistris Dignitatis repraesentantis Capitulum. **1057.**

Vicarius capitularis praecedentiam habet supra omnes, post digniores de Capitulo. **1702.**

Vicario capitulari non licet interesse Choro vel aliis functionibus cum vestibus brevioribus. **2190** *ad* 1; nec interesse concionibus in sigmate et cum *zimarra. Ibidem ad* 2; ipsi concionem audienti inter Missarum solemnia non debetur praecedentia super Canonicum celebrantem sacris vestibus indutum. *Ibidem ad* 3; indutus vestibus nigris in Processionibus incedere nequit post Canonicum celebrantem. *Ibidem ad* 4; indutus vestibus suae Dignitatis proprium locum in processionibus occupare debet. *Ibidem ad* 5; nequit in expeditionibus et actis Vicarii Capitularis uti proprio sigillo, sed adhibere debet sigillum Capituli. *Ibidem ad* 6.

Vicarii Capitulares non tenentur ad Missam applicandam pro populo, sede vacante. **2682** *ad* 23.

Vicarius Capitularis quibus ritibus sit excipiendus ab Ecclesiis Dioecesis in Visitationibus, declaratur. **2864.**

Vicarius Capitularis uti debet suis iuribus ordinariis, quoad celebrationem Missarum in Ecclesiis. **3229.**

Vicario Capitulari non competunt, tam intra quam extra Cathedralem, supra Capitulum honorificentiae ac distinctiones adhibitae Vicario generali Episcopi; verum, si collegialiter cum Capitulo incedat, omnes honorificentiae, distinctiones et iura spectant ad primam Dignitatem Capituli, ordine successivo. **3247** *ad* 1; nec potest pro libito ac iure proprio peragere functiones tum intra tum extra Cathedralem, interveniente Capitulo; sed potest eo tantum casu id facere, quod Vicarius ipse sit prima dignitas ordine successivo: vel, si reapse constat de consuetudine, Hebdomadarii munere fungatur. *Ibidem ad* 2.

Vicario Capitulari Nullius S. Luciae non conceditur facultas administrandi sacramentum Confirmationis, quamvis per septem annos in eiusdem territorio non fuerit administratum; sed ipse debet invitare aliquem Episcopum ad illud conferendum. **3416.**

Vicario Capitulari, sede vacante, adiuncti Gubernatores Capitulares nullam habent praecedentiam; sed sedere et incedere debent in loco suae receptionis. **122.**

Vicarius Capitularis nequit exigere a Sacerdotibus et Clericis illud obsequium, quod competit soli Episcopo. **1687.**

Vicarius Curatus.

Vicarii Curati perpetui habent in casu inter se praecedentiam secundum ordinem receptionis; non autem secundum maiorem dignitatem Ecclesiae, in qua curam exercent. **234.**

Vicarii Ecclesiae Cathedrali continuo inservientes et perpetuo adscripti, sub cruce Ecclesiae Cathedralis incedere debent. **278.**

Quando *Vicarii* et Portionarii Capituli generalis aequales sunt Canonicis et in aequali scamno sedent, aequaliter cum Canonicis thurificandi sunt duplici ductu. **329.**

Vicarius Curatus nec sedere debet supra Dignitates et Canonicos, nec ire cum iisdem ad circulum coram Episcopo. **395.**

Vicariis Curatis perpetuis debetur praecedentia super amovibiles. **831** *ad* 3.

Vicarii Curati perpetui Basilicarum S. Io-

annis in Laterano, S. Petri in Vaticano, S. Mariae Transtyberim et S. Laurentii in Damaso obtinent praecedentiam in Processionibus supra Rectores Parochos aliarum Parochiarum Urbis; servata tamen alternativa solita inter Ecclesias S. Mariae Transtyberim et S. Laurentii in Damaso. **1899** *ad* 1.

Vicario Curato amovibili Ecclesiae Cathedralis Ariminen. debetur delatio stolae in associatione et absolutione cadaverum de Parochia Ecclesiae Cathedralis tumulandorum in dicta vel in alia Ecclesia ; et non alteri ex Mansionariis, etsi hi intersint collegialiter sine Capitulo. **2321.**

Vicarius de numero Canonicorum, associando funera, debet cum Canonicis incedere in loco suae receptionis: quatenus vero interesse velit tamquam Vicarius, non participat de cera aliisque emolumentis, quae dari solent Canonicis associantibus funera. **254.**

Vicarius saecularis, qui non pertinet ad Societatem Presbyterorum, recipere nequit primum locum scamni ipsius Societatis; sed convenit quod ipse sibi proprium locum, idest scamnum praeparet vel provideat. **412.**

Vicarius foraneus.

Vicarius foraneus nullam habet praecedentiam supra Archipresbyteros, Canonicos, seu Presbyteros Collegiatarum vel Parochialium Ecclesiarum, aut supra digniores et antiquiores Presbyteros. **43. 126. 173. 191. 206. 534. 1106. 1261. 1272. 1872.**

Vicarius foraneus ex consuetudine non acquirit ius praecedendi supra Canonicos et Priorem Collegiatae. **457.**

Vicarius foraneus, qui est Canonicus Collegiatae, in Processionibus debet incedere cum suis Canonicis; non vero post Processionem una cum Magistratu. **646.**

Vicario foraneo non competit dicere in Choro *Actiones nostras etc.* nec exigere reverentiam ab iis, qui e Choro discedunt; quia haec competunt primae Dignitati. **1590.**

Vicarius foraneus potest licentiam dare, in casu necessitatis, laborandi diebus festivis, si recursus ad Episcopum haberi nequeat. **1619** *ad* 6.

A Vicario foraneo non debet fieri publicatio Matrimoniorum, et Ordinandorum; sed a proprio Parocho. **780.**

Vicarius generalis quoad habitum.

Vicarius generalis in habitu ordinario nigro non debet incedere medius inter Dignitates et Canonicos paratos in Processionibus. **257.**

Vicarii generalis habitus est subtana cum mantello talari et bireto; et Vicarius non Protonotarius nullo modo potest uti subtana cum cauda et mantelletta; ipse autem praedicto habitu vicariali indutus, tam in Choro quam in Processionibus, debet incedere et praecedere omnes Canonicos. **1845** *ad* 2.

Vicarius generalis Canonicus gestare debet in Choro habitum Vicarialem. **2858.**

Vicario generali in habitu canonicali nulla debetur praerogativa; secus, si in habitu Protonotarii assistat. **510.**

Vicarius generalis, assistens in habitu Vicariali, in examine Ordinandorum praecedit omnes Dignitates et Canonicos, etiam Protonotarios; si vero assistat uti Canonicus, debet sedere in loco suae receptionis. **884.**

Vicarius generalis quoad iurisdictionem.

Vicarius generalis, quamvis sit Protonotarius, nequit benedicere sacra paramenta. **439.**

Vicarius generalis nequit mutare diem pro festo alicuius Sancti, de quo fit certa die in Breviario. **549.**

Ad Vicarium generalem, Episcopo absente, pertinet indicere Processiones, cum consensu Capituli. **545. 589** *ad* 1.

Vicario generali non debetur in Choro, antequam celebret, obedientia; quae soli Episcopo praestanda est. **592.**

Vicarius generalis, si sit Sacerdos et quatenus non habeat facultatem limitatam, potest baptizare sine Parochi consensu. **672.**

Ad Vicarium generalem pertinet impertiri licentiam recedendi a Choro in casu, absente Episcopo. **947.**

Vicario generali nequit delegari benedictio paramentorum et utensilium Altaris; nec consecratio Campanarum aliarumque rerum, in quibus unctio Chrismatis intervenit. **2119** *ad* 2.

Vicarius generalis uti nequit facultate, quam pro benedictione nolarum Episcopus a S. Sede accepit ad deputandos ipsius vice et loco alios Sacerdotes. **3190.**

Vicarius generalis nequit delegare Sacerdotibus benedictiones reservatas, in Rituali Romano contentas, neque ex facultate ordinaria neque ex speciali delegatione Episcopi. **3343** *ad* 2.

Ad Vicarium generalem numquam pertinent functiones Episcopales, absente vel impedito Episcopo; etiamsi habeat in sui favorem consuetudinem et Decretum Synodale. **1111** *ad* 1.

Vicarius generalis quoad locum seu sedem et Officium.

Vicarius generalis, si sit Canonicus, debet sedere in suae receptionis stallo; secus, amittit distributiones. **158. 203. 285. 1856.**

Vicarius generalis nequit sedere in sede Episcopali, in qua Episcopus conciones auditurus sedet. **1007.**

Vicarius generalis, si habet sedem separatam in Choro, nequit occupare stallum Dignitatis. **1027.**

Vicarius generalis laudandus est, qui feria V in Coena Domini et feria VI in Parasceve, relicta sede cum tapete et pulvinari, sedet in primo stallo Chori. **1203** *ad* 1.

Vicarius generalis occupare nequit stallum Dignitatis; sed addendum est sedile in Choro et primum locum dandum Vicario. **1277** *ad* 1; quoad tapetum et suppedaneum parvum sub eiusdem sede ex corio, consuetudo servetur. *Ibidem ad* 2.

Vicarius generalis Protonotarius, celebrante Episcopo, sedere debet in suo solito loco. **1282.**

Vicario generali primum stallum in Choro est assignandum (quod debet esse fixum, ita ut amplius variari nequeat), absente Episcopo, vel praesente atque in privata seu pontificali sede interveniente. **742.**

Vicarius generalis, qui simul est quarta Dignitas, quando vult intervenire tamquam Capitularis et dare votum in Capitulo, debet sedere et dare votum in suo quarto loco. **1602.**

Vicario generali non licet retinere sedem cum pulvinari in Presbyterio pro audienda concione. **1705;** aut sedere in sede Episcopali; et, quatenus secus egerit, monendus est quod locum illum usurpaverit. **1709.**

Vicarius generalis abstinere debet ab usu pulvinarium in Choro, nisi probetur consuetudo. **1760** *ad* 6.

Vicarius generalis, qui non est de gremio Capituli, debet occupare primum et dignius stallum in Choro a parte dextera. **1886** *ad* 1; quod stallum manere debet fixum, nec ab aliis unquam, eo absente, occupandum. *Ibidem ad* 3; et in casu Archidiacono dandus est locus primus a parte sinistra. *Ibidem ad* 2.

Vicarius generalis nequit occupare stallum fixum Archidiaconi, unicae Dignitatis Cathedralis. **1914** *ad* 1.

Vicario generali non debetur in Choro pulvinar nec stratum; ipse tamen sedeat primus inter Dignitates et Canonicos. **2331** *ad* 5.

Vicarii generalis sedes stare debet in loco solito a cornu Evangelii. **2386** *ad* 2; non tamen ornanda est strato et pulvinari. *Ibidem ad* 3.

Vicarius generalis in functionibus ecclesiasticis peragendis extra Cathedralem sedere debet in loco digniori a capite circuli Canonicorum; quatenus Canonici paramentis sacris non sint induti. **2386** *ad* 4.

Vicarius generalis si nullum determinatum locum habeat, stari debet praxi Ecclesiae. **248** *ad* 3. **1845** *ad* 3. **2388** *ad* 4.

Vicario generali, tam praesente quam absente Episcopo, uti licet sede cum dorso segregata a Capitulo in Cathedrali, etiam occasione installationis novorum Canonicorum. **2432** *ad* 1.

Vicarius generalis tenetur assurgere, dum praeintonantur Antiphonae in ea parte, ubi sedet. **962**; eidem non competit praeintonare Antiphonam (nisi sit Canonicus et sedeat in stallo suae receptionis). **994.**

Vicarius generalis in persolvendo Officio divino debet se conformare Calendario Ecclesiae, ubi residet ut Vicarius; non vero Calendario loci, unde oriundus est. **1445.**

Vicario generali assistenti in Choro Canonici, tam exempti a iurisdictione Ordinarii, quam non exempti, solitam et debitam reverentiam facere debent. **326.**

Vicarius generalis quoad praecedentiam.

Vicarius generalis praecedit Dignitates et Canonicos non paratos in Choro, in Processionibus, in Congregationibus capitularibus et sessionibus etc. **105** *ad* 3. **127. 427. 589** *ad* 2. **761. 1077** *ad* 1. **2937**; secus, si sint parati. **235** *ad* 6. **390. 1203** *ad* 2. **1845** *ad* 1. **1856;** idipsum competit Pro-Vicario: qui tamen, si sit Canonicus, debet in Choro tenere locum suae receptionis, quatenus frui velit distributionibus. **934.**

Vicarius generalis, quamvis ex immemorabili consuetudine primum locum in Choro occupaverit eumdemque tenere possit, non est prima Dignitas in Choro, sed Praepositus. **235** *ad* 4.

Vicarius generalis, si Canonici sint sacris paramentis induti, post omnes Canonicos paratos debet accipere candelam et palmam. **235** *ad* 6. **994.** In adoratione vero Crucis et in aliis actibus, quando Canonici non sunt parati, Vicarius primum locum obtinet immediate post Celebrantem. **235** *ad* 6.

Vicarius generalis praecedentiam habet in omnibus, quando tamquam Vicarius, et

non tamquam Canonicus, in Choro et actibus publicis assistit. **285.**

Vicarius generalis, quamvis sit Protonotarius, in Missa privata nequit sumere paramenta de Altari, nec adhibere quatuor candelas, nec *bugiam,* nec duos ministros cum cotta. **441. 567. 1051. 2331** *ad* 15.

Vicarius generalis non habet praecedentiam supra Canonicos, etiam si adsit cum cotta, tamquam unus ex Canonicis; nec, absente Episcopo, deosculari potest textum Evangelii. **469.**

Vicario generali in habitu canonicali nulla debetur praerogativa; secus, si in habitu Protonotarii assistat. **510.**

Vicario generali, qui est de gremio Capituli, non debetur praeeminentia in actibus Capitularibus supra Dignitates et Canonicos antiquiores. **679.**

Vicarius generalis, dum Canonici sunt induti sacris vestibus, debet incedere post Episcopum; eo absente, post Celebrantem. **771.**

Vicarius generalis in examine Ordinandorum, assistens in habitu Vicariali, praecedit omnes Dignitates et Canonicos, etiam Protonotarios. **884.**

Vicarius generalis conveniens una cum Magistratu in Ecclesia Regularium gaudet praecedentia; nec tamen habere debet sedem supra scamnum eiusdem Magistratus, sed in alia parte, prorsus seiunctim ab illo. **1168.**

Vicarius generalis in associatione Episcopi a palatio ad Ecclesiam, si sit Protonotarius, praecedit Canonicis; secus, abstineat. **1402** *ad* 2.

Vicarius generalis praefertur etiam primae Dignitati in actibus tam publicis quam privatis, tam praesente quam absente Episcopo. **1577** *ad* 1.

Vicarius generalis Protonotarius in Synodo habet praecedentiam supra Canonicos habitu chorali indutos; secus vero, quando Canonici sint induti sacris vestibus. **2047** *ad* 6.

Vicarius generalis quoad Processiones.

Vicarius generalis in habitu Vicariali in Processione SSmi Sacramenti non debet incedere medius inter Dignitates et Canonicos paratos. **257.**

Vicarius generalis, si in Processionibus deferatur aliqua Imago seu Reliquia, praesente vel absente Episcopo, ultimo loco incedere debet inter Canonicos seu Dignitates; quatenus non adsit consuetudo contraria. **489** *ad* 2.

Ad Vicarium generalem, absente Episcopo, pertinet indicere Processiones, cum consensu Capituli. **545. 589** *ad* 1.

Vicarius generalis in Processione cum SSmo Sacramento nequit incedere post baldachinum, et occupare locum Magistratus; sed in casu se abstineat a Processione. **708. 736.**

Vicarius generalis quem locum occupare debeat in Processionibus, declaratur. **1087. 1760** *ad* 6; generatim autem, iuxta Caeremoniale, servare debet locorum consuetudinem. **1583** *ad* 9.

Vicarius generalis quoad thurificationem.

Vicarius generalis thurificandus est ante Canonicos non paratos a Diacono Evangelii, non obstante contraria consuetudine. **248** *ad* 1; sed post Canonicos paratos: praesertim si Vicarius non utatur habitu Praelati, i. e. rochetto et mantelletta. *Ibidem ad* 2.

Vicarius generalis, qui non est Praelatus, licet sedeat in subtana et mantello nigro in Choro supra Canonicos, thurificandus est duplici, non triplici ductu, etiam absente Episcopo. **345.**

Vicarius generalis est thurificandus duplici ductu; dummodo non sit consuetudo, quod thurificetur triplici ductu, quae tamen erit probanda. **735.**

Vicarius generalis thurificandus est non solum post Canonicos sacris paramentis indutos et sacrificii ministros, sed etiam post Canonicos sacris paramentis pariter amictos in stallis choralibus. **1088.**

Vicarius generalis non Praelatus, vel alias Protonotarius Apostolicus (in habitu tamen Praelatitio, Divinis non assistens) est thurificandus duplici tantum ductu, etiam absente Episcopo: posthabita consuetudine sive abusu in contrarium. **1126. 1577** *ad* 3 *et* 4 **1592.**

Vicarius generalis, praesente Episcopo, thurificandus est et admittendus ad osculum pacis ante Canonicos sacris vestibus non amictos: exceptis tamen illis, qui assistentiam praebent Episcopo, licet habitu chorali indutis. **2386** *ad* 1.

Vicarii Patriarchalium Urbis porrigere debent aspersorium Pontifici ingredienti; impedito autem vel absente Vicario, dignior Canonicus (etiamsi adsit Gubernator Urbis) tamquam Capituli caput. **75.**

Vicarius in spiritualibus.

Vicarius in spiritualibus nequit celebrare Missas solemnes, cum id pertineat ad

Cum Vigilia et Processione nonnulla festa de praecepto celebrandi votum, licet ab Episcopo confirmatum, non obligat, nisi voventes. **834. 932. 2113** *ad* 1 *et* 2.

In Vigiliis privilegiatis Commemoratio SSmi Sacramenti ratione Expositionis facienda est in Missis solemnibus, non vero privatis. **3517.**

Vigilia (*in particulari*).

Vigilia S. Antonii Patavini, quae a Fratribus Minoribus servatur cum ieiunio, si coincidat cum festo Corporis Christi, anticipanda est in feria IV. **1116.**

In Vigilia Ascensionis Domini in Missa Rogationum, quae unica in aliqua ecclesia celebratur, neque fit Commemoratio Vigiliae, neque legitur eiusdem Evangelium in fine. **3924** *ad* 10.

In Vigilia Assumptionis B. M. V. celebranda est sola Missa de eadem Vigilia; ubi ex consuetudine solet cantari Missa votiva B. Mariae V. in Sabbatis. **2961. 3922** *ad* V. *n.* 1. *Decret. gener.*

In Vigilia Assumptionis B. M. V., si de aliquo festo eiusdem B. M. V. sit agendum, Commemoratio Vigiliae omittenda est **4037** *ad* 2.

In Vigilia Epiphaniae Missas votivas et privatas de Requie celebrare non licet. **1973** *ad* 5. **2256.**

In Vigilia vel *Festo Epiphaniae* in aquae benedictione aliquibus in locis cum aliqua solemnitate fieri solita, alius ritus non permittitur ac qui praescribitur a Rituali Romano ad faciendam aquam benedictam. **3730;** et hoc Decretum respicit omnes Dioeceses; et in Rituali adnotanda est abrogatio alterius Benedictionis. **3792** *ad* 15.

In Vigilia Immaculatae Conceptionis B. M. V. Missa de eadem Vigilia dicenda est; quando eadem incidit in Sabbatum, in quo ex indulto Missam votivam de eadem Immaculata Conceptione celebrare licet. **3858** *Dub.* II.

Vigilia S. Ioannis Baptistae, si incidat in festum Corporis Christi, anticipanda est feria quarta quoad ieiunium. **657;** sed quoad Officium et Missam de eadem nihil fieri debet. **2173.**

De Vigilia S. Laurentii Mart. non est legenda IX Lectio in Matutino, nec Evangelium in fine Missae, quando coincidit cum festo idem Evangelium habente ac Vigilia; sed tunc fit tantum eius Commemoratio in Laudibus et Missa. **3270. 3587** *ad* 1 *et* 2.

Si Vigilia S. Marci Evangelistae, in qua observatur ex antiquissimo tempore abstinentia a carnibus, cadat in feriam III Paschatis, transferenda est ad diem, quae immediate praecedit diem ad quam festum eiusdem Sancti transferetur. **1935.**

Vigiliam S. Matthaei Ap. et Evang. anticipari conceditur, quoad Commemorationem in Officio et ieiunium, ob festum principalis Patroni. **1706.**

In Vigilia S. Matthaei Ap. infra Octavam VII Dolorum B. M. V. cadente, ubi haec est privilegiata uti Octava Corporis Christi, Missa celebranda est de Octava cum Commemoratione Vigiliae. **3169.**

Vigilia Nativitatis Domini comprehenditur in Decreto, quod prohibet Missas de Requie in Duplicibus. **1322** *ad* 4.

In Vigiliae Nativitatis Domini Missa omitti debent Orationes a Superiore praescriptae, v. gr. pro pace, pro serenitate etc. **2461** *ad* 2. **2618** *ad* 2. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **220.**

In Vigiliae Nativitatis Domini Missa, quando eadem occurrat in Dominica, Symbolum dicendum est. **2572** *ad* 16.

In Vigilia Nativitatis Domini pro canendo Martyrologio Pluviale debet esse coloris violacei. **2573.** Vide **Martyrologium.**

In Vigilia Omnium Sanctorum, si in ea fiat Officium semiduplex, praeter Commemorationem Vigiliae, dicenda sunt Suffragia communia in Laudibus et Oratio *A cunctis* in Missa, non vero de Spiritu Sancto. **2205** *ad* 1.

Si Vigilia Omnium Sanctorum anticipetur die 30 Octobris, quo die fit apud Benedictinos Officium Sacrarum Reliquiarum cum Lectionibus et Evangelio *Descendens Iesus de monte,* de eadem Vigilia fit tantum Commemoratio sine Lectione. **2319** *ad Tit.* XXV. *circa Lect.* III. *Noct.. Dub.* 4.

In Vigilia Pentecostes cantari nequit Missa de Vigilia sine Prophetiis, loco Missae currentis ex legato cantandae et eadem die incidentis. **2731.**

In Vigilia Pentecostes legenda est Lectio IX de Sancto ad instar Simplicis redacto, si sit historica. **3844** *ad* 8.

In Vigilia Pentecostes dum cantatur Missa, Cereus paschalis ardere non debet. **4048** *ad* 10. Vide **Sabbatum Sanctum.**

Pro Vigilia Ss. Apost. Petri et Pauli apud Belgas ieiunium anticipari indulgetur, quando ipsorum festum incidit in Sabbatum. **2785.**

Vigilia S. Thomae Ap., si occurrat cum festo novem Lectionum, gaudet sola Commemoratione in Missa post Commemorationem Feriae Adventus cum istius ultimo Evangelio; nihil tamen fit de eadem Vigilia in Officio. **1239.**

In Vigilia S. Thomae Ap. concurrente

cum Feria Adventus, Missa dicenda est de Vigilia cum Commemoratione Feriae; nisi Vigilia S. Thomae incidat in Quatuor Tempora: tunc enim Missa erit de Feria cum Commemoratione Vigiliae. **3056** *ad* 2.

In Vigilia S. Thomae Ap., quando incidit in feriam IV Quatuor Temporum, cuius Evangelium legi quidem deberet in fine Missae, sed non potest, quia idem est ac Evangelium cuiusdam festi quod hac die recolitur, legi debet in fine Missae Evangelium Vigiliae. **3844** *ad* 9.

S. Vincentius a Paulo Conf.

Ut S. Vincentius a Paulo assumatur in Contitularem novae Ecclesiae, denegatur domui tyrocinii Congregationis Missionis in civitate Neapolitana: **2752** *ad* 4; indulgetur vero ut dies octava (hoc est 26 Iulii) celebretur festum S. Vincentii sub ritu duplici II classis; et in ea die primae Vesperae recitentur de hoc festo cum sola commemoratione de II Vesperis S. Iacobi Apostoli. *Ibidem ad* 6; permittitur etiam, ut in uno Altari laterali collocetur Icon S. Vincentii a Paulo, et in altero Imago Conceptionis B. M. V.: dummodo in iisdem Altaribus collocetur in ovali figura super gradus candelabrorum etiam Imago illius Sancti, sub cuius titulo constat Altare fuisse consecratum. *Ibidem ad* 7. *Vide Suffragium in IV volumine pag.* **367.**

E. S. Vincentii a Paulo Fratrum Sodalitate Sacerdotes, Missas celebrantes in Oratoriis piarum Sororum seu Religiosarum, quae proprium Calendarium non habent, se conformare debent Calendario Dioecesano, non vero ipsorum Calendario **3927** *ad* 1; et privilegium quo praefati Sacerdotes iuxta proprium Calendarium celebrare valeant, non conceditur. *Ibidem ad* 2.

S. Vincentius Martyr.

In S. Vincentii Mart. Missa Symbolum dicendum est ex privilegio in regno Hispaniarum. **2748** *ad* 1.

Ss. Vincentii et Anastasii Officia, quando ob alterius elevationem dividuntur, quaenam Missa et quoddam Evangelium legenda sint, statuitur **2748** *ad* 3 *et* 4.

Sub S. Vincentii Mart. titulo consecrata Cappella seu Ecclesia Seminarii publico cultui destinata cum porta principali in via publica, celebrari debet Festum huius Sancti sub ritu duplici I classis cum Octava et *Credo* in Missa; et inter Suffragia debet de eo fieri commemoratio. **3279** *ad* 1; et Professores et Seminaristae in Sacris constituti tenentur ad Officium huius Sancti. *Ibidem ad* 2.

S. Vincentii Mart. totius Dioecesis Patroni festum a Clero Civitatis ac Districtus Coloniae Venetiarum sub ritu duplici maiori celebrandum est. **3215** *ad* 1; et festum S. Vincentii coniungendum est cum festo S. Anastasii. *Ibidem ad* 2; non autem servandum est sub utroque praecepto. *Ibidem ad* 4.

Visitatio.

Visitationem incipere potest Episcopus ab ea Ecclesia, quae sibi magis placuerit, reservatis iuribus et sine praeiudicio praetensionis alterius Ecclesiae. **96** *ad* 2.

Visitationis causa dum Episcopus a duobus suae Cathedralis Canonicis Ecclesias ingreditur, Aspersorium eidem tradendum est ab Archipresbytero. **845** *ad* 1.

Visitationem instituenti Episcopo Magistratus solita obsequia praestare debet prima vice: in subsequentibus visitationibus laudandus est, si id faciat, sed non cogendus. **1301.**

Visitare potest Episcopus aliquam Ecclesiam ante suum solemnem ingressum. **1813.**

In Visitatione loci pii Sedi Apostolicae immediate subiecti in aliena Dioecesi Episcopus Delegatus nequit deferre rochettum discoopertum in via, aut dare benedictionem. **1397** *ad* 1; extra locum pium suae Visitationi subiectum debet cedere locum Episcopo Dioecesano, nisi is vicissim ei cedat. *Ibidem ad* 2; in ianua loci ab eo visitandi potest exercere actus iurisdictionis, et exigere obsequia Visitatori debita. *Ibidem ad* 3.

In Visitationis actu Magistratus incedere debet non post Episcopum, sed ante Crucem Cleri. **1427.**

In Visitatione ad excipiendum Episcopum processionaliter accedentem ad portam Civitatis Canonici Collegiatae cogi nequeunt, nisi pro prima vice. **2096** *ad* 1.

In Visitatione sacra quoad baldachinum Episcopi, servandum est Caeremoniale Episcoporum. **2951** *ad* 1.

In Visitationibus quibus ritibus Vicarius Capitularis sit excipiendus ab Ecclesiis Dioeceseos, declaratur. **2864.**

In Visitatione solemni alicuius Civitatis Canonici Collegiatae tenentur Episcopum associare cum Clero et Cruce. **1712** *ad* 1; debent eum excipere e domo, dum ad Ecclesiam venit pontificaliter celebraturus, cum toto Clero et elata Cruce; et debent ire ante eumdem, et post solemnia eum comitari usque ad domum; et toties quoties, si Episcopus pontificaliter accedat. *Ibidem ad* 2. 3. 4. 5 *et* 6.

Visitationis occasione Episcopus celebrans

Visitatio B. M. V.

Vitae.

Vocati.

Votum.

Vox.

Sacr. Vulnerum festum.

Sacr. Vulnerum festum, si occurrat cum festo Annuntiationis B. M. V., transferri debet in Sabbatum, si est dies libera; secus, ad aliam diem intra Quadragesimam; quae si non suppetat, festum illud omittatur. **3792** *ad* 13.

Vultus D. N. I. C.

Vultus sacri D. N. I. C. Imago in Processione SS. Sacramenti deferri nequit. **3636** *ad* 3; et eadem Imago velari debet tempore, quo non exponitur cum cereis accensis, si permagna populi veneratione colatur. *Ibidem ad* 4.

W

S. Walburga V., quae die 1 Maii, et S. Columba, quae die 31 Dec. in Martyrologio describuntur, considerari debent tamquam Titulares Ecclesiae parochialis, quae sub utroque Titulo consecrata fuerit. **3386** *ad* 1; Festum S. Walburgae celebrandum erit sub ritu duplicis I classis cum octava, cum Officio et Missa de Communi Virginum primo loco; translato in primam diem liberam, tamquam in sedem fixam, Officio SS. Apostolorum Philippi et Iacobi. Festum vero S. Columbae V. et M. permittitur ut celebretur die 30, loco diei 31 Decembris in Martyrologio assignatae, cum Officio et Missa de Communi Virginum et Martyrum primo loco, et Oratione *Deus, qui inter cetera,* sub ritu pariter duplicis I classis, absque octava, ratione temporis. *Ibidem ad* **2**; in Suffragiis autem fiat Commemoratio de utraque simul, tam in Laudibus, quam in Vesperis cum Antiphona, ℣. ℟. et Oratione ut in Communi plurium virginum et Martyrum. *Ibidem ad* 4.

S. Wenceslai Mart., Titulo Cathedralis Cracoviensis immutato, fieri debet Officium ab utroque Clero de S. Stanislao Mart. novo Titulari; de S. Wenceslao vero satis est ut fiat a Regularibus sub ritu duplici minori, etsi in Cathedrali fiat sub ritu duplici I classis. **2494** *ad* 2.

X

Xenodochium.

In Xenodochiis Communio licite administrari potest intra Missam, dummodo Altare e conspectu suo Celebrans non amittat, neque Psalmum *Miserere* interea recitet. **2672** *ad* 1. *Vide Suffragium in IV volum. pag.* **313.-3448** *Dub.* VIII; etiamsi celebretur Missa in paramentis nigris. **2672** *ad* 2.

Xenodochiorum Oratoria semipublicis adnumerantur. **4007.**

Z


De S. Zoilo Confessore non est faciendum Officium die 23 Decembris, cum eius nomen nec in Martyrologio Romano nec in vetustiore inveniatur; nam ibi fit tantum mentio S. Zoili Martyris, cuius natalis celebratur die 27 Iunii. **1420** *ad* 1.

ERRATA

Emendanda	*Correcta*
pag. 10 col. 2 lin. 6. **3684** *ad* 1.	**3674** *ad* 1.
pag. 22 col. 1 lin. ult. **6283** *ad* 3.	**2683** *ad* 3.
pag. 183 col. 2 lin. 17. *Ibidem ad* 2.	**3223** *ad* 2.
pag. 294 col. 2 lin. 14 ab inf. *post verba:* in Solemnitate festorum	*adde:* non autem die qua Officium Solemnitatis in Dominicam translatae celebratur.
pag. 346 col. 2 lin. 5 ab inf. *loco:* in Solemnitate festorum translata	*pone:* die qua Officium Solemnitatis ad Dominicam translatae celebratur.

BREVIS ELENCHUS

OMNIUM ARTICULORUM, QUI IN HOC INDICE CONTINENTUR AD MAIOREM LECTORUM COMMODITATEM CONCINNATUS



C

T

U

V

Ita reperitur in Actis et Regestis Sacrorum Rituum Congregationis, hac die 9 Septembris 1901.

In fidem etc.

Loco ✠ Sigilli

† Diomedes Panici Archiepiscopus Laodicen.

S. R. C. Secretarius



Date Due



CAT. NO. 23 233 PRINTED IN U.S.A.



43380